85 Conradi III. litterae ad Heinricum regem filium a. 1148. (*ed. Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 163 nr. 90.*)

97 Ordo coronationis a. 1155. (*prodibit in volumine II.*)

110 (Curia Roncaliae a. 1158.)

Oratio imperatoris. (= *Gesta Friderici IV, 4.*)

111 Oratio archiepiscopi Mediolanensis. (= *Gesta Friderici IV, 5.*)

121 (Concilium Papiense a. 1160.)

Oratio imperatoris. (= *Gesta Friderici IV, 71.*)

154 (Conventus Venetus a. 1177.)

Oratio papae. (= *Romoaldi Annales SS. XIX, 453.*)

155 Oratio imperatoris in lingua Teotonica. (= *Romoaldi Annales SS. XIX, 453.*)

157 Oratio Romualdi archiepiscopi Salernitani. (= *Romoaldi Annales SS. XIX, 456.*)

158 Oratio imperatoris per Gotifredum cancellarium. (= *Romoaldi Annales SS. XIX, 456.*)

187 Ordo coronationis a. 1191. (*prodibit in volumine II.*)

561 Ottonis I. mandatum de inthronizatione archiepiscopi Magdeburgensis a. 968. (*ed. DD. I, 502 nr. 366.*)

II, 159 Synodus Moguntina a. 950—954. (*ed. Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' III, 344 nr. 16.*)

II, 159 not. 1 Forma sacramenti vernaculae linguae. (*ed. Müllenhoff und Scherer 'Denkmäler deutscher Poesie und Prosa' nr. LXVIII.*)

II, 170 Synodi Baioaricae saeculi X.

171 De synodo Dingolfingensi a. 932. (*ed. LL. III, 482.*)

De synodo Ratisbonensi a. 944. (*ed. LL. III, 483.*)

Excommunicatio Heinrici ducis a. 976. (*ed. LL. III, 485.*)

II, 172 not. 1 Bernwardi episcopi Hildensemensis decretum de synodis a. 1020. Oct. 10.

# HEINRICI I. CONSTITUTIONES.

## 1. PACTUM CUM KAROLO REGE FRANCIAE OCCIDENTALIS.

### 921. Nov. 7.

*Repetimus editionem Sirmondi in libro cui titulus 'Caroli Calvi et successorum aliquot Franciae regum capitula' (Parisiis 1623. 8°) p. 480, qui pactum dedit ex exemplari P. Heriberti Rosweyde*[1]. *Ad hanc editionem omnes editores posteriores reiecti erant, et ipse Pertzius in LL. I, 567. — Stumpf, Reg. 3.* *(P. deest.)*

1. In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Divina propitiante clementia anno dominicae incarnationis DCCCCXXI[a], anno vero regni domni et gloriosissimi regis Francorum occidentalium Karoli XXIX, redintegrante XXIV, largiore vero hereditate indepta X, indictione IX, anno quoque regni domni et magnificentissimi regis Francorum orientalium Heinrici tertio, inter ipsos praefatos principes unanimitatis pactum ac societatis amicitia quaesita repertaque exordia sumpsit, prout visa sunt competentia. Convenerunt enim ambo illustres reges, sicut inter se discurrentibus legatis convenerant, II. Nonas Novembris, feria prima; domnus enim Karolus super Rhenum flumen ad Nov. 4. Bonnam castrum et strenuus Heinricus ex altera parte Rheni. Et ea tantum die mutuis se visibus intuentes super ripas eiusdem fluminis huc et ultra, ut sui fierent fideles innoxii sacramento, quo hanc eorum conventionem fuerant polliciti. Verum feria quarta, VII. Idus Novembris, in medio Rheni fluminis saepius dicti principes de[b] Nov. 7. navibus quisque suis in tertiam ascenderunt, quae ancorata in fluminis medio gratia eorum colloquii fixa erat, ibique in primo hanc sibi vicissim convenientiam ob statum pacis iuramento sanxerunt ita:

2. Ego Karolus divina propitiante clementia rex Francorum occidentalium amodo ero huic amico meo regi orientali Heinrico amicus, sicut amicus per rectum debet esse suo amico, secundum meum scire ac posse, ea vero ratione, si ipse mihi iuraverit ipsum eundemque sacramentum et attenderit quae promiserit. Sic[c] me deus adiuvet et istae sanctae reliquiae.

**1.** a) DCCCCXXVI *ed.* b) in *ed.* c) Si *ed.*

1) *V. p. 118 'Notarum ad Caroli Calvi regis capitula'.*

3. E contra rex Heinricus eandem promissionem sacramento eisdem prosecutus est verbis subsequenter, ut huius amicitiae firmitas inviolabiliter observaretur.

4. Haec sunt nomina episcoporum qui cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem, quam praememorati reges inter se fecerunt, collaudando acceptaverunt et manibus suis sacramentum firmaverunt nunquam a se destruendam. Episcopi ex parte domni regis Karoli: Herimannus archiepiscopus Agrippinae quae modo est Colonia vocitata, Rodgerus archiepiscopus Trevirorum[d], Stephanus praesul Cameracorum, Bouo episcopus Catalaunensium, Baldricus Traictensium episcopus. Haec nomina comitum: Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boso, Waltkerus, Isaac, Ragenberus, Theodricus, Adalardus, Adelelmus. Episcopi ex parte regis inclyti Heinrici: Herigerus archiepiscopus Moguntiacorum, Nithardus episcopus Mimmogerneferdae, Dodo episcopus Osnobroggae, Ricawo[e 1] episcopus Vangionum quae nunc dicitur Warmatia, Hunuardus[2] episcopus Paderbornensis, Notingus episcopus Constantiae Alemannicae. Haec sunt nomina comitum: Eurardus, Chonradus, Herimannus, Hato, Godefredus, Otto, Herimannus, Cobbo, Magenhardus, Fridericus, Foldac.

---

# 2–4. CONVENTUS ET SYNODUS ERFORDIENSIS.

## 932. Iun. 1.

*Acta integra non exstant. Canones, qui in codicibus supersunt, duas actorum recensiones exstitisse ostendunt: alteram, cui vis ut dicimus Protocolli, quod veteres 'Gesta' appellare solebant, inerat, alteram quae breviarium canonum erat, quale sessionibus concilii finitis e Gestis patres redigi curabant, ut regia auctoritate munitum publicaretur*[3]. *Fragmentis duarum recensionum, quae collegimus, addi licet epistolam Petri ducis Venetiarum Heinrico regi et Hildeberto archiepiscopo missam, quae in concilio lecta est.*

### 2. *GESTA SYNODALIA.*

1) *Codex lat. bibliothecae Monacensis 27246 (antea tabularii regii, olim ecclesiae Frisingensis B. II. 1)*[4] *saec. X. fol. 90. 91 continet exordium historicum et quinque capita priora; contulerunt denuo b. m. Iaffé et Loersch;* 2) *eadem nescio quo e codice edidit Baronius 'Annales ecclesiastici' XI, 803 ad a. 932 § 2, cuius lectionem modo praecipuam adnotavimus. Gesta integra ad manus fuerunt Burchardo Wormatiensi, quippe qui non solum capita 2. 3. 5 Decreto suo (l. I, c. 227; XIII, 21. 28. 27) inseruit, sed etiam l. XI, c. 77 caput 9 et l. I, c. 227 subscriptiones episcoporum praebet, quas tamen perperam synodo Altheimensi assignavit. Codicem Decreti praestantissimum Bambergensem P. I. 5 (C. 44) saec. XI. in. ad adnotandam lectionem sub sigla* B *adhibuimus. Cum Burchardo fere omnino congruit Collectio duodecim partium, cui inserta sunt capita 2. 3. 5. 9 (= l. VI,*

1. d) Trevironum *ed.* e) Ricawdo *ed.*

1) *Riegowo seu Richgowo.* 2) *Potius Unwanus.* 3) *Cf. Wasserschleben in editione Réginonis p. 295 not. r.* 4) *Cf. 'Neues Archiv' VIII, 308 not. 1. Descriptionem dederunt Pertz LL. II, 551 et Schradek 'Archiv für kathol. Kirchenrecht' (1882) XLVII, 211.*

*13; IV, 99; VI, 71; X, 251) et subscriptiones episcoporum pari modo synodo Altheimensi annexae l. I, 210; praeterea autem c. 1 receptum est l. VI, 26*[1]. *Baronii editionem collectiones omnes conciliorum repetiverunt. — Stumpf, Reg. 39.* *(P. 18.)*

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCCCXXXII, anno etiam domni Heinrici regis christianissimi XIIII, indictione quinta, sub die Kalendarum Iuniarum congregata est aput Erphesfurt sancta et universalis synodus[a], ut rex sapientissimus cum consilio primatum suorum decrevit, inspirante omnium Salvatoris clementia, pro utilitate et statu sanctae matris aecclesiae. Cuius rei[b] sollertiam prudentissimi viri Hiltiberti archiepiscopi studium[c] gubernabat, considentibus[d] religiosissimis sacerdotibus, id est Ruoperto[e] sanctae Treverensis sedis[f] archiepiscopo, Unni sanctae Hammaburgensis aecclesiae archiepiscopo[g], Adaluuardo[h] sanctae Fardunensis sedis episcopo, Riquino Argentinae civitatis episcopo, Notingo Constantiensis[i] aecclesiae episcopo, Unuuano Padarbrunnensis sędis episcopo, V̂dalricho Augustudunensis[k] aecclesiae episcopo, Bernhardo Halvarastetensis sędis episcopo, Burchardo Uuirzburgensis aecclesiae episcopo, Tuotone Osneburgensis sędis episcopo, Rumaldo Mimigartenovurdensis aecclesiae episcopo, Eberiso Mimidensis[l] aecclesiae episcopo, necnon et abbatibus aliisque sacri ordinis viris. Porro cum eorum unanimitate[m] ac primum Deo favente capitula infra notata tam[n] pro nostra quam pro christiani populi correctione collecta sunt.

Capitulum I. Ut deinceps natalitia XII apostolorum summa veneratione solemniter celebrentur; et in vigiliis antiquitus statutis atque actenus ab antecessoribus nostris servatis ieiuniorum vota omni diligentia persolvere decernimus. Quia quos caelitus sublimioris meriti scimus, hos et amplioris dignitate honoris a nobis colendos esse non dubitamus.

Capitulum II. Placita saecularia dominicis[o] vel aliis[p] festis diebus[q], seu etiam his[r] in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam institutionem[s] minime fieri volumus[t]. Insuper quoque[u] gloriosissimus rex ad augmentum christianae religionis concessit, ut nulla iuditiaria[v] potestas licentiam habeat sua auctoritate christianos ad placitum bannire[w] VII diebus ante natalem Domini[x] et a quinquagesima usque ad octavam paschae et VII diebus ante nativitatem sancti Iohannis Baptistae, quatinus[y] adeundi aecclesiam orationibusque vacandi liberius habeatur facultas[2].

Capitulum III. Praecipimus namque, ut nullus christianus pro reverentia aecclesiam petendo ibique manendo indeque revertendo alicuius publicae potestatis banno ibidem constringatur, ne forte, dum ad aecclesiam causa orationis[z] properat, per bannum impediatur pro salute animae devote insistere.

Capitulum IIII. Si[3] quis presbyter aut diaconus neglegens vitae suae, mala de se suspicari permiserit, et eius infamia coram episcopo canonice denotatur, admoneatur

**2.** a) *corr. ex* sinodus 1. b) regis 2. c) *deest* 2. d) *corr. ex* consedentibus 1; gubernat consilium. Residentibus 2. e) R. 2. f) ecclesiae, *ita saepius* 2. g) episcopo 2. h) *corr. ex* adaluuarto 1. i) Constantiae 2. k) augustitudunensis 1: Othilrico A. ecclesiae ep. *proximi sequenti loco ponitur* 2. l) Eburgiso Mimidonensis 2. m) unanimite 1. n) tam pro nostra *des.* 2. o) diebus *add. B.* p) praecipuis *add. B.* q) *deest B.* r) *deest* 2; in his diebus *B.* s) constitutionem *B.* t) decrevimus *B.* u) *pro* quoque — concessit *B:* etiam sancta synodus decrevit. v) *a recentiore manu corr. in* indiciaria 1. w) in supradictis diebus id est *add. B.* x) usque in octavas epiphaniae *add. B.* y) *corr. ex* quatenus 1. z) orationum 2.

1) *V. quae adnotavit Knust 'Archiv' VII, 819. 820 e codice Bambergensi P. I. 13 (C. 23) saec. XI—XII, ubi caput nonum (X, 251) typis datum est.* 2) *Cf. Concilii Triburiensis a. 895, cap. 35.* 3) *Cf. Concilii Moguntini a. 852, cap. 8.*

ab episcopo semel, bis ac tertio, ut vel prodendo reatum culpabilem se esse cognoscat et sic iustae correptionis sententiam excipiat aut, adhibitis secum collegis, iuramento se expurgando innocentem se[a] esse demonstret.

Capitulum V. Ut nemo nisi consentiente proprio episcopo aut eius misso ieiunium sub optentu religionis sibi imponat, unum diem[b] prae aliis excipiendo, omni modo interdicimus. Quod et factum displicet, et in futurum fieri prohibemus, quia plus causa ariolandi esse dinoscitur[c] quam supplementum catholicae legis.

---

De[d] episcopis qui cum excommunicatis communicaverint. Ex concilio apud Erphesfurt cap. VIIII, cui interfuit Heinricus. (9) Decrevit sancta synodus cum consilio serenissimi principis, si deinceps aliquis episcopus sui ministerii oblitus, sciens cum excommunicato communicaverit sive in salutatione, sive in oratione, sive in iniusta confortatione, sive in cibo, sive in potu, excommunicatus habeatur tam a principe quam a caeteris omnibus, quousque in proxima synodo audiatur et Deo et aecclesiae suae satisfacere cogatur.

---

Hildibertus[e] Mogontiensis archiepiscopus subscripsit. Ruobertus Treuerensis archiepiscopus subscripsit. Ynni Hamaburgensis archiepiscopus subscripsit. Adaluuartus Fardinensis episcopus subscripsit. Rihuuinus Argentensis episcopus subscripsit. Notingus Constantiensis episcopus subscripsit. Vneuuanus Padarbrunnensis episcopus subscripsit. Vodalricus Augustensis episcopus subscripsit. Berenhardus Haluarstatensis episcopus subscripsit. Rumaldus Mimigartenouurdensis episcopus subscripsit. Eberis Mindunensis episcopus subscripsit. Necnon et abbates cum ceteris sacri ordinis viris subscripserunt.

## 3. *BREVIARIUM CANONUM.*

*Breviarii partem servaverunt* 1) *codex S. Petri Salisburgensis IX. 32 saec. X, qui praeter Cresconii concordiam canonum et alia continet Collectionem quandam canonum 61 capitibus distinctam*[1], *cuius caput 58 fol. 216' et 217*[2] *primum refert historice de epistola Heinrico regi allata, deinde ipsius breviarii capita septem praebet; codicis collationem debemus rev. P. Willibaldo Hauthaler abbatiae S. Petri presbytero;* 2) *codex tabularii regii Monacensis chart. saec. XV. ex. collectanea Angeli Rumpler abbatis Formbacensis a. 1513 mortui continens, fol. 200' et 201 servavit omnia quae in codice 1 reperiuntur, exceptis ultimis tribus capitibus, econtra abundat parva sententia ad caput 2 pertinente, quae tamen perperam posita est in fine capitis 3. Codicem contulit vir cl. Loersch Bonnensis. Ex hoc codice editionem breviarii paravit Wittmann in libro 'Quellen und Erörterungen zur Bayerischen und Deutschen Geschichte' I, 410. Breviarii capita 1. 2. 4. respondent Gestorum capitibus 5. 1. 2, quos numeros in margine poni iussimus. Adnotandum est, breviarium tempus synodi Kalendas Iulii definire. (P. deest.)*

Kalendis[a] Iulii anno Domini incarnati DCCCCXXII. Quando synodus in Erfesfurt, indictione V. est habita, regnante Heinrico[b] piissimo rege, anno XIIII, epistola

**2.** a) *deest* 1. b) *deest* 2. c) cognoscitur 2. d) *B.* XI, 77; *lemma in Coll. XII partium cod. Bambergensis:* Ex concilio apud Erphesfurt cap. VIIII. cui interfuit rex Heinricus. e) *B.* I, 227.

**3.** a) *cod.* 2 *sic incipit:* Quando synodus in Essefurt est habita Kalendis Iulii anno domini DCCCCXXXII indictione V. regnante. b) *litera* i *prima supra lin. add. eadem manu* 1; Henrico 2.

1) *V. descriptionem quam dedit Phillips 'Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften' XLIV, 437 sq.* 2) *Secundum numerationem novam; fol. 222 et 223 apud Phillipsium (p. 496. 505), qui folia deperdita numeraverat.*

a Hierusalem[c] ad Constantinopolim et inde Romam a patriarcha transmissa Heinrico regi[d] allata est, in qua continebatur, Hierosolimis[e] Christianos et Iudeos contendere pro sua invicem religione[f], Iudeos etiam Sarracenos pecunia conducere, ut eis suam legem adiuvarent Christianorum religioni pretendere; et triduanum utrisque agentibus ieiūnium[g], Christianos templum Domini et Iudeos suum clausisse sacellum[h], ut eis ab omnipotenti Deo manifestaretur, utrum[i] eorum rectiorem haberent fidem. Tum in[k] tertia die ultro Domini apertum est templum[l] manifesteque a[m] Christianis, ut pridem fuit crucifixus, ita est visus. Iudei vero hoc videre cupientes, quantum appropinquare studuerunt, in tantum retrorsum abierunt, et ex eodem signo perterriti, omnes[n] Iudei qui citra mare erant baptizati[o] sunt. Et ob id precipiebatur[p] in eadem epistola, ut omnes Iudei inter Christianos commorantes aut baptizarentur[o] aut a tota christianitate excluderentur[q].

1. In eodem statutum[r] est concilio[s], ut nulli liceat sua sponte unius diei ieiunium sibi eligere, et propter nullius festivitatis honorem suum mutare propositum, nisi aliqua rationabili cogente necessitate[t] cum consultu episcopi sui hoc agat. c. 5.

2. Item ut vigilia omnium sanctorum et assumptionis sanctae Mariae et omnium singillatim apostolorum[u] ieiuniis venerentur, et sancti Laurentii; et ut XIIII dies ante natalem Domini et ante nativitatem sancti Iohannis Baptiste ieiunent et eaedem[v] festivitates ferientur. Et[w] in his vigiliarum diebus alleluia[x] non canitur, nisi dominica evenerit. cf. c. 1.

3. Et in secunda feria ante assumptionem sanctae Mariae unusquisque episcopo, in cuius est parrochia, denarium sive unius denarii pretium in qualicumque velit rê presentet, et ille cogitet, quomodo optime in illorum qui hoc obtulerunt salutem[y] dispenset elemosinam. Et si servus tam pauper est, ut denarium nequeat persolvere[z], dominus eius pro eo reddat. Et unusquisque in dominico die ante eandem feriam prout valeat elemosinis se redimat.

4. Item ut nullus ab initio XL. usque ad octavam paschae vuadiare nec ad mallum cogatur ire nisi causa reconciliationis aut magnae necessitatis. Similiter et VII dies ante natalem Domini et sancti Iohannis Baptistae decretum est fieri. c. 2.

5. Item in eodem statutum[a] est concilio, ut nullus, qui homicidium aut periurium convincitur perpetrasse, ante inter Christianos habeat communionem, quam ad veram veniat satisfactionem.

6. Item ut missae, quae inrationabiliter a quibusdam et canuntur et audiūntur, utputa[b] missa sancti Michahelis, quae canitur causa victoriae[1], ut penitus relinquantur, nisi ad eandem ad quam primitus inventae sunt constitutionem. Similiter et de candelis, quas quedam in modum crucis in terram ponentes accendunt, ut supra candelabra positae incendantur, ammonitum est.

3. c) ab Iersalem 2. d) *deest* 1. e) Ierosolimis 2. f) Iudeos pro religione invicem contendere 2. g) utr. trid. ie. ag. 2. h) sac. s. claus. 2. i) quique 2. k) *deest* 2. l) templ. Dom. ap. est 2. m) *deest* 1. n) om̄ 1. o) baptis. 2. p) precipiatur 1. q) exeludarentur 1. r) statum 1. s) In eod. conc. constitutum est 2. t) nec. cog. 2. u) ap. sigillatim 2. v) ęędem *corr.* 1. w) Et — evenerit *omnino des.* 1; *in* 2 *posita sunt post* pro eo reddat. x) allā 2. y) *vocem inserui; deest* 1. 2. z) *loco* nequeat persolvere 2: non habeat. a) statum 1. b) ut pute 1.

1) *Hanc missam cantam fuisse ut S. Michael victoriam super Ungaros donaret, Phillips l. c. p. 506 opinatus est. At rev. P.* Willibaldus *Hauthaler me docuit, missam S. Michaelis, quae victoriae causa canitur, spectare ad Liturgiam ab ecclesia Romana traditam, in qua archangelus victor angelorum malorum et defensor ecclesiae atque animarum celebretur, et explicari veneratione magna et communi qua S. Michael ab ecclesia antiqua coleretur. Provocat vir d. ad Daniel 10, 13. 21; 12, 1; Apocal. 12, 7. 8; Missale Romanum ad Sept. 29; Missam pro defunctis in Offertorio.*

7. Item ut nulli sacerdotum mulieres secum in una domo sub nomine simul habitandi liceat habere, vel saltem matrem aut sororem, ne forte inde occasio aliarum oriatur introducendi mulierum.

## 4. *PETRI DUCIS VENETIARUM EPISTOLA.*

*Sistimus e* 1) *codice universitatis Gandavensis 113 (nunc 548, olim S. Maximini Treverensis) saec. X, folio penultimo verso, quem exscripsit b. m. Bethmann;* 2) *cod. bibliothecae regis Stuttgardiensis, iam in bibliothecam publicam illatae, Iur. et polit. 112 (olim Weingartensi)*[1], *cui prior pars epistolae fol. 141 manu saec. X. inserta est. Epistolam, quam e codice 1 publici iuris fecit Dümmler 'Gesta Berengarii imperatoris' p. 157, ad synodum Erfordiensem pertinere docuit vir cl. Loersch*[2]. *(P. deest.)*

Excellentissimis et[a] omni decentia decoratis Heinrico[b] sublimissimo regi et Hildiberto[c] venerabili[d] archiepiscopo et omnibus episcopis in illis[e] partibus commanentibus Petrus Christi munerę inperialis consul et senator[f] atque dux Veneticorum[g] una cum Marino venerabili[h] patriarcha[i] nostro et episcopis nostris vobis laudem et magnificentiam[k] et salutem cum devotissima amicitia exobtamus[l].

Quamvis corporaliter longo terrarum[m], multo[n] aquarum dividamur[o] spatio[p], iungat nos Christi caritas, quae unanimes habitare facit in domo, qui linguas infantium fecit disertas[q] et aperuit ós mutorum[r]; et ex ore infantium et lactantium perfecit[s] laudem[3]. Quoniam post sacro regenerationis chrismate, cuius lavacro per gratiam Redemptoris cuncta deleri[t] originalia[u] peccata credimus, suscipiendum est bellum contra vitia omnia spiritalis nequitiae in caelestibus et fortiter sub fidei certaminę dimicandum, ne iterum ad damnabilia reducamur peccata: audivimus[v], ut quidam Iudeus, qui fuerat in Hierosolima, advenisset[w] in regionibus vestris in figura Antichristi[x] et blasphemabat nomen domini nostri Iesu Christi et dicebat magnum scelus[y] de sancto sepulchro, ita ut, si potuisset, evacuaret regnum Christianorum et exaltaret sinagogam Iudeorum. Unde miramur de sapientia vestra et episcoporum vestrorum, si hoc credere dignaremini[z]. Fuit namque contentio inter Christianos et Iudeos de lege quam[a] colebant; sed Iudei invidia ducti[b] congregaverunt aurum et dederunt principibus Sarracenorum, ut exaltarent nomen eorum. Christiani vero haec audientes fecerunt placitum cum Iudeis, ut clauderetur sinagoga Iudeorum, similiter clauderetur[c] sanctum sepulchrum Domini, et ponerent principes Sarracenorum custodes suos, qui custodirent eos, et cui ostenderet

4. a) et *deest* 2. b) Heinrigo 2. c) hidiberto 1; hiltiberto 2. d) *deest* 2. e) illis in 2. f) senatus 1. g) Veneticorum dux 2. h) venerunt 2. i) patriarchae 2. k) magnificentia 2. l) exoptamus 2. m) terarum 1. n) multitudo 1. 2. o) dividamus 1; dividimur 2. p) spatia 1. q) dissertas 2; et *deest.* r) mutum 1. s) perfecisti 1. t) deleverit 2. u) orriginalia 1. v) namque *add.* 2. w) fuerat ierosolima advenisse 2. x) infigurantia pi 2. y) magno scelere 2. z) dignamini 2. a) qua 2. b) *explicit* 2. c) clauderet 1.

1) *Cf. Schulte 'Wiener Sitzungsberichte' CXVII, 15.* 2) *Eodem anno 932. duo in Bawaria concilia habita sunt, unum Ratisbonae, alterum in oppido Dingolfing. Illius prologum tantum dedit Pertz LL. II, pars 2, 171; textum integrum Merkel LL. III, 482, qui etiam ibidem editionem Ratisbonensis concilii, quam Martene olim instituerat, repetivit. Cum a nostro proposito alienum sit, concilia mere provincialia edere, ideoque et Dingolfingensis synodi prologum reiecerimus, descriptione tamen textus synodi Ratisbonensis obvia, quam fecit Bethmann e codice Bruxellensi 1816 (olim Stabulensi) saec. X. etiam a Marteneo adhibito, variam ab editione Merkeliana lectionem hoc loco afferri iuvat. LL. III, p. 482, linea 5* Radasponąm; *l. 6* Ǒdalpertus; *l. 7* Vodalfredus; *l. 8* Frigisiensis — Isengrimus; *l. 9* Swarzloh; *l. 17* amore monere — emendationis; *l. 18* emeliorare; *l. 26* suis facultatibus. 3) *Psal. 132, 1; Sap. 10, 21; Matth. 21, 16.*

Deus virtutem et signa. illi de utroque populo crederent. Facta denique oratione Christianorum, aperuit Deus templum et sanctum sepulchrum, et accensa ipsa luminaria et inluminatum est templum, et apparuit gloria Domini, ita ut ostenderet se Dominus incarnatus et quasi crucifixus, stantem in dextera columna intra suum sanctum sepulchrum, sinagoga vero Iudeorum vacua et inanis remansit[d]. Hebrei vero confusi propter mirabilia domini nostri Iesu Christi, quae viderant, crediderunt et baptizati sunt. Inde vero Hierosolimitanus patriarcha suas litteras et legatum suum Constantinopolim ad Romanum direxit imperatorem[e] et omnia innotuit quae Deus ostendere dignatus est, commonendo, ut sicut Ierosolima omnes Iudei Christiani facti sunt, ita et in suum imperium omnes Iudeos ad Christi fidem converteret. Quod vero ipse imperator audiens[f] omnes Iudeos baptisari iussit, et ipsi Hebrei mirabilia Dei audientes spontanea voluntate crediderunt et baptizati sunt. Qua de re obsecramus magnitudinem vestram, ut haec mirabilia domini nostri Iesu Christi omnibus Hebreis nuntiętis et baptizari eos precipiatis. Si quis vero Hebreus baptizari noluerit, precipite ut signum crucis in nullo[g] metallo nec in ullo drappo aut aliqua[h] spetię in vestro regno suis pollutis manibus contingat, et ipse Hebreus, si noluerit esse Christianus, confusus et repudiatus de vestro regno abscedat. Nunc autem corroborati in fide domini nostri Iesu Christi laudemus et exaltemus nomen eius in secula seculorum[i].

**4.** d) remansis 1. e) imperium 1. f) *vocem inserui.* g) nulo 1. h) aliquo 1. i) *omisit Bethm.*

# OTTONIS I. CONSTITUTIONES.

## 5–7. SYNODUS INGELHEIMENSIS.

948. Iun. 7.

*Huius synodi celeberrimi multa profert Richerus l. II, c. 69—81, quem praeter Flodoardi Historiam Remensis ecclesiae etiam Gesta ad manus habuisse arbitramur. Quippe cap. 69 nomina episcoporum in synodo praesentium tradidit, quae Flodoardus ei nequaquam suppeditavit*[1], *et cap. 81 decreta aliqua* (de illicitis presbyterorum coniugiis *et* de presbyteris eukaristiam indigne tractantibus) *affert, quae neque apud Flodoardum neque in Gestis superstitibus leguntur. Orationes autem praesulum et regum in synodo habitas itemque epistolam a synodo Hugoni duci missam, quae c. 71—77 leguntur, ab ipso Richero confectas esse, iam inter viros doctos constat*[2]. *Eas igitur, quas Pertzius olim e Richero desumptas Gestis praeposuit, reiecimus.*

### 5. *ARTOLDI LIBELLUS SYNODO PORRECTUS.*

*Servavit Flodoardi Historia Remensis l. IV, c. 35 (olim 34); damus e recensione novae editionis SS. XIII, 585. (P. 21.)*

Sanctae Romanae et apostolicae sedis vicario domno Marino universaeque sanctae sinodo apud Engulenheim congregatae Artoldus divina propiciante clementia Remorum episcopus.

(1) Domnus Agapitus papa litteras nobis et ceteris coepiscopis nostrae dioeceseos direxit, in quibus precepit, ut ad hoc vestrae sanctitatis concilium convenire studeremus, ita instructi de omnibus, ut rei veritas miseriarum nostrae sedis, quas patimur, coram sanctitate vestra manifesta fieri posset. Quocirca propalare prudentiae vestrae commodum duximus, qualiter res exordium coeperit litis huius, quae adhuc inter me et Hugonem miserrime ventilatur. Defuncto siquidem Heriveo archiepiscopo, Seulfum, qui archidiaconatus urbis nostrae tunc officio fungebatur, ad praesulatum eiusdem sedis elegimus. Qui pontifex ordinatus, assumens zelum contra proximos predecessoris sui, cum eos per semet a loco depellere non valeret, consilio inito cum quibusdam laicis, scilicet consiliariis suis, amicitiam quaesivit Heriberti comitis, quam dato iureiurando per eosdem consiliarios obtinuit eo tenore, ut post obitum ipsius ad

1) *Ordo nominum tamen confusus est. Richerum ea e duobus fontibus concinnasse equidem ex eo coniiciam, quod episcopus Ripensis bis, scriptione tamen diversa legitur:* Lioptacus Ribunensis *et paullo post* Liefdach Ripuensis. 2) *Cf. Dümmler, 'Otto der Grosse' 163 not. 2 et 165 not. 3.*

electionem pontificis milites ecclesiae nullatenus aspirarent sine consilio ipsius Heriberti; idem vero comes fratrem Herivei presulis et nepotes ipsius a participatione rerum Remensis episcopii separaret. Quibus patratis, insimulati sunt idem propinqui Herivei presulis a consiliariis Seulfi episcopi de infidelitate ipsius senioris sui, accersitoque Heriberto comite cum pluribus suis, iubentur ad rationem reddendam coram ipsis venire. Et quia contra eos a quibus accusati fuerant, singulari congredi certamine noluerunt, sublatis ab eis rebus quas ex episcopio possidebant, comprehensi sunt atque deducti per Heribertum comitem ad Rotbertum regem, a quo etiam sub custodia sunt detenti usque ad mortem ipsius Rotberti. (2) Tertio demum sui episcopatus anno Seulfus episcopus, ut plures asserunt, ab Heriberti familiaribus veneno potatus, defungitur. Mox itaque comes Heribertus urbem Remensem adiit et ecclesiae milites, clericorum quoque quosdam de rectoris electione ad suum consilium, ceu iuratum fuerat, intendere fecit. Cum quibus ad Rodulfum regem pergens in Burgundiam, obtinuit ab eo, ut sibi committeretur idem episcopium, eo tenore, ut tam clericis quam laicis debitum honorem concederet et conservaret nec iniustitiam alicui faceret; sed ipsum episcopium aequo iure gubernaret, donec talem clericum eidem regi presentaret, qui ad episcopale ministerium exequendum rite ordinari valeret. Qui comes ad eandem urbem regressus, res episcopii prout sibi placuit fautoribus suis divisit, ceteris abstulit et absque ullo iudicio vel lege, quos voluit rebus expoliavit vel ab urbe propulit. Odalricum denique Aquensem episcopum in eadem urbe suscipiens, episcopale inibi ministerium celebrare precepit. (3) Sicque per annos sex et eo amplius idem episcopium suo dominio vendicavit, pro libitu proprio illud tractans, et in sede presulis residens tam ipse quam coniunx sua, donec septimo tandem anno, ortis inter ipsum et regem Rodulfum atque Hugonem comitem quibusdam simultatibus, Rodulfus rex cum Hugone et Bosone fratre suo ceterisque pluribus tam episcopis quam comitibus Remorum obsidet urbem, succensentibus sibi episcopis et conquerentibus adversus eum, quod tam diuturno tempore contra divinae legis auctoritates hanc urbem permiserit vacare pastore. Quorum querimoniis permotus rex, admonet clerum et populum de pastoris electione, dans eis id agendi facultatem ad Dei honorem et sui fidelitatem. Sicque concordantibus cunctis, tam clericis quam laicis qui extra obsidionem erant, pluribus etiam eorum qui clausi tenebantur in idipsum faventibus, eligitur humilitatis nostrae persona in hoc magis honere quam honore subeundo. Aperientibus tandem tam militibus quam civibus portas urbis regi Rodulfo, et episcopalem benedictionem mihi tradentibus episcopis qui aderant decem et octo, et suscipientibus nostram humilitatem tam clero universo quam reliquis civibus, intronizatus ab episcopis nostrae dioceseos, impositum mihi, prout Deus concessit, ministerium per annos ferme novem tractavi, ordinans per diocesim episcopos octo et in episcopio multos, prout competens videbatur, clericos; quousque nono postmodum anno, postquam Ludowicum regem, favente Hugone cunctisque regni principibus, Gerbergam quoque reginam benedixeram et sacro perfuderam crismate, instigatus Hugo comes iracundia, quod ei consentire vel coniungi noluerim ad ipsius regis infidelitatem, adhibitis secum Heriberto comite et Willelmo Nordmannorum principe, Remensem obsidet urbem. Nec longum, sexta scilicet obsidionis die, deseror ab omni pene coetu laicalis militiae. Sicque derelictus ab his, ad Hugonem et Heribertum compellor exire; a quibus coartatus et conterritus, cogor memet episcopali procuratione abdicare, et ita me propellentes, in coenobio sancti Basoli habitare constituunt; Hugonem vero filium Heriberti, qui Autisiodori diaconus ordinatus fuerat, in urbem introducunt, et civitate potiuntur. (4) Ludowicus autem rex a Burgundia rediens, me apud Sanctum Basolum reperit, et assumens secum simul cum propinquis meis, quorum res Heribertus comes abstulerat, Laudunum deducit, quod castrum tunc obsidebant Heribertus et Hugo; solutaque obsidione oppidum

ingredimur, nobisque degendi metatus disponitur. Interim clerici nostri loci, sed et laici quidam pessime ab Heriberto tractantur, et quidam clericorum in custodiis retruduntur, res eorum auferuntur atque diripiuntur, rapinae per totam urbem licite perpetrantur. (5) Interea convocantur episcopi nostrae dioceseos ab Hugone et Heriberto, satagentibus et quaerentibus ab eis de ordinatione Hugonis filii Heriberti. Qui Suessionis congregati, mittunt ad me Laudunum Hildegarium episcopum cum aliis quibusdam legatis, mandantes ut ad eos venirem, ad consentiendum scilicet huius ordinationis perversitati. Quibus remandavi, quod non esset mihi competens ad eos illo proficisci, ubi adversarii et inimici mei cum ipsis erant aggregati. Quod si loqui mecum vellent, ad talem locum devenirent, ubi sine periculo ad eos accedere possem. Quibus advenientibus in locum ab eisdem delectum, profectus sum ad eos, veniensque prosternor coram ipsis, obsecrans ut propter amorem et honorem Dei, tam mihi quam sibi competens consilium dare studerent. Qui me de ordinatione predicti Hugonis interpellare coeperunt et hoc omnimodis suadere, ut eis in hac ordinatione consensum preberem, promittentes res nonnullas episcopii mihi se impetraturos. At ego postquam responsum diu distuleram, videns eos cunctos in proposito quod coeperant perseverantes, surgens interdixi palam cunctis audientibus, excommunicans auctoritate Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus sancti, ut nullus eorum ad eandem ordinationem accederet, nec alicui in episcopali honore, me vivente, manus imponeret, sed nec ullus eandem benedictionem suscipere presumeret. Quod si forte fieret, ad sedem apostolicam eos provocabam. Illis inde furentibus, ut possem exire de medio eorum, et Laudunum reverti, temperavi responsum dicens ut mitterent mecum, qui eis renuntiaret, quid consilii reperire valerem super hac re in domna mea regina et fidelibus eius, quia rex non aderat. Ad hoc illi mittunt Deroldum episcopum, putantes me esse mutaturum consilium. Quo veniente, et coram domna regina et fidelibus eius inde me interpellante, iterum exurgens prefatae modum excommunicationis in eosdem episcopos iaculatus sum; vocationem quoque ad sedem apostolicam iterare curavi, excommunicans hunc ipsum Deroldum, id ut eis omnino non taceret, sed cunctis manifeste proferret. (6) His ita gestis, parvipendentes illi nostram excommunicationem, Remis accedunt, et quidam eorum ordinationi huic manus applicuerunt, quidam vero se subduxisse sciuntur. Ego vero cum rege manens, quas ille scitur angustias pertulisse, secum pertuli; et quando cum bello aggressi sunt Hugo et Heribertus, cum ipso eram, et vix mortis evasi periculum. Prolapsus itaque auxilio et protectione Dei de medio inimicorum, profugus et vagabundus loca invia quaeque silvasque perlustro, non ausus certo consistere loco. Comites autem Hugo et Heribertus affati quosdam nostros amicos sibi subditos, suadent, ut me requirentes ad ipsos deducant, pollicentes se mihi benefacturos et rebus quas ipsi petissent ditaturos. Requirentes ergo me amici, reperiunt per diversa vagantem, et ita perducor a fratribus meis et amicis ad prefatos comites. Qui postquam me in potestate sua conspiciunt, quaerere coeperunt, ut eis pallium a sede Romana mihi conlatum traderem et sacerdotali me ministerio penitus abiurarem. Quod ego nullatenus me facturum, neque pro amore huius vitae presentis, attestor. Districtus igitur et coangustiatus ab eis, episcopii tandem rebus abrenuntiare compellor; sicque rursus ad Sanctum Basolum, quasi vacans, habitaturus deducor. Mansi denique paucis diebus in ipso coenobio, quoadusque comperiens per certos ex familiaribus Heriberti comites nuntios, quod ab eo male de mea tractabatur perditione, iterum iterumque nuntiis huiusmodi pavefactus et impulsus, locum deserui, et abdita lustra silvarum vagabundus repetii; horisque silentibus et itinere devio Laudunum revertor, ibique susceptus a rege, secum manere constituor. (7) Mansi vero ibidem cum ipso vel fidelibus eius, expectans et deprecans misericordiam Dei, donec ipse dignatus est in cor domni regis Othonis mittere, ut ad subventionem senioris

mei regis et nostram properaret in Franciam. Denique postquam domna nostra regina Laudunum propter absolutionem domni regis reliquerat, egressus inde, ad domnum regem Othonem cum seniore meo deveni rege, simulque Remos accessimus. Cingitur itaque urbs exercitibus, et episcopi qui aderant me sedi nostrae restitui censent. Mandatur ergo Hugoni a domno rege Othone, ut egrediatur et pervasam deserat urbem. At ille nutans aliquamdiu et pro posse, ubi vidit ad resistendum penitus sufficere se nequaquam valere nec amicorum sibi presidia subvenire, decernit exeundum, quaerens ut liber cum suis dimittatur abscedere. Permittitur itaque sanus exire cum omnibus qui secum voluere comitari, et quaecunque secum voluit ferre, nullo contradicente, asportavit. Sicque cum regibus introgressus urbem, precipior loco nostro et honori restitui. Susceptus igitur a domnis archiepiscopis Rotberto Trevirensi et Frederico Mogontiacensi, comitantibus ceteris et congratulantibus tam clericis ecclesiae nostrae quam reliquis civibus, ab ipsis restituor cathedrae episcopali. Hugo vero Remis egressus, Mosomum castrum cum suis occupat, et muniens contra fideles regis senioris nostri detinet. (8) Habito denique colloquii placito inter reges, seniorem meum videlicet ac domnum Othonem, super Charam fluvium, convenimus ad illud tam ego quam ipse Hugo cum ordinatoribus suis. Ibique res litis huius ab episcopis auditur; protulitque litteras ad sedem Romanam quasi ex nostra persona datas excusationis meae, acsi vacationem petentes administrationis episcopii nostri; quas me numquam dictasse neque vel subscribendo aliquatenus corroborasse protestatus sum atque protestor. Et quia tunc sinodus convocata non fuerat, id opponentibus fautoribus ipsius Hugonis, altercatio nostra determinari non potuit. Sinodus autem circa medium mensis Novembris habenda Virduni utriusque partis episcopis annuentibus Nov. denuntiatur. Interim vero sedes Remensis mihi regenda decernitur; idem vero Hugo Mosomi commorari permittitur. (9) Nec longum, instante scilicet vindemiae tempore, hic aemulus noster Hugo, assumens secum Teobaldum, regis inimicum et regni nostri, cum aliis pluribus malefactoribus, in villas Remensis episcopii contiguas urbi devenit, et omne pene vinum ex his colligens in diversos pagos abduci fecit. Tum multa mala inibi perpetrata, et homines ecclesiae nostrae captivi abducti et ad redemptionem variis sunt adacti tormentis. Sinodus autem circa medium mensis denuntiata Virduni celebratur, presidente Rotberto presule Trevirensi, precepto domni papae Romani, presente quoque domno Brunone cum episcopis et abbatibus nonnullis. Ad quam prefatus Hugo evocatus, missis etiam duobus ad eum deducendum episcopis, Adalberone et Gosleno, venire contempsit. Universa vero sinodus mihi Remense regendum decernit episcopium. (10) Indicitur que iterum sinodus habenda die Iduum mensis Ianuarii, quae et aggregatur, ut denuntiatum fuerat, in ecclesia sancti Petri ante Ian. 13. prospectum castri Mosomi a domno Rotberto, convenientibus ceteris quoque Trevirensis dioeceseos episcopis et aliquibus Remensis. Veniens autem illuc aemulus noster Hugo et locutus cum domno Rotberto, sinodum noluit ingredi, litteras vero quasi ex nomine domni papae direxit ad episcopos per clericum suum, qui eas Roma detulisse ferebatur, nihil auctoritatis canonicae continentes, sed hoc tantum precipientes, ut Hugoni Remense redderetur episcopium. Quibus recitatis, ineuntes episcopi consilium cum abbatibus et ceteris qui aderant sapientibus, responderunt, non esse dignum vel congruum, ut mandatum legationis apostolicae, quam dudum Rotbertus archiepiscopus, deferente Frederico presule Mogontiacensi, coram regibus et episcopis tam Galliae quam Germaniae susceperat, et partem iam preceptionis ipsius exegerat, propter illas litteras intermitteret, quas insidiator noster exhibebat; immo quod regulariter coeptum fuerat ut canonice pertractaretur, unanimiter censent; precipiturque recitari capitulum Cartaginensis concilii nonum decimum[1] de accusato et accusatore. Quo recitato, iudi-

1) *Videtur intelligi cap. 9. et 10. concilii tertii Carthaginensis.* WAITZ.

catum est iuxta diffinitionem ipsius capituli, ut communionem et parrochiam Remensem me retinente, Hugo qui ad duas iam sinodos evocatus interesse contempserat, a communione et regimine Remensis episcopii abstineret, donec ad universalem sinodum, quae indicebatur, sese purgaturus vel rationem redditurus presentaret. Ipsumque capitulum mox in carta episcopi coram se describi fecerunt, subnectentes hanc etiam definitionem suam, et eidem Hugoni miserunt. Qui post alteram diem cartam eandem Rotberto presuli remisit, hoc verbis remandans, quod ipsorum iudicio nequaquam obediturus existeret. Sicque absoluto concilio, ipse Mosomum contra mandata regum et episcoporum retinet, et ego Remos regressus, reclamationis meae querelas ad sedem Romanam per legatos domni regis Othonis destinavi, prestolans mandata ipsius sanctae sedis, eius decretis et universalis huius sancti concilii vestri iudiciis parere paratus.

## 6. *GESTA SYNODALIA.*

*Gesta, e quibus Flodoardus et Richerus hauserunt, integra iam non exstant. Pars haud spernenda tamen superest in tribus codicibus, qui omnes eandem recensionem sequuntur:* 1) *Codex tabularii capituli S. Mariae Augustae Praetoriae (Aosta), membr. in quarto, saec. XI. in., librum ordinarium capituli continens*[1], *cui medio insertum est folium in quo Gesta manu saec. XI. in. exarata leguntur, quae prologum et 13 capita amplectuntur. Exscripsit ea olim vir b. m. Bethmann, male ea typis dederunt Monumenta historiae patriae, Chart. II, 40, optime nuper a. 1885 Iosephus Augustus Duc venerabilis episcopus Augustanus 'Miscellanea di storia Italiana' XXIV, 341.*

2) *Hoc numero signamus insimul duos codices olim Weingartenses, iam in bibliotheca publica Stuttgarti inter regios asservatos, quorum uterque continet Reginonis opus de synodalibus causis et appendicis instar nonnulla excerpta canonum et alia quaedam, inter quae Gesta concilii nostri leguntur. Codices ex uno eodemque archetypo descripti, sunt hi:* 2a) *cod. iurid. et polit. nr. 114, fol. saec. X*[2]. *Gestorum, quae fol. 131'—133' conspiciuntur, textus admodum cum codice 1 convenit, in prima autem capitis 10 sententia interrumpitur. Quae sequuntur, lacuna non indicata* (penasque proponere — admoneri videatur), *a Canisio et Pertzio capiti 10 annexa sunt, sed minime ad concilium nostrum spectant, sunt potius verba c. 14 Appendicis II. operi Reginonis adiectae. Cum ordo codicis valde confusus sit, non miramur quod Gestorum capita 11 und 12 inter aliena quaedam fol. 134' separatim legimus; caput 13 non reperitur.* — 2b) *cod. iurid. et polit. nr. 108, fol. saec. X—XI*[3], *eiusdem plane indolis est ac codex 2a. Gesta leguntur fol. 114'—116, capita 11 et 12 fol. 117*[4]. *Hunc codicem secutus est Canisius 'Lectiones antiquae' V, 2, 1057 (ed Basnage III, 9); editionem Canisianam repetiverunt Goldastius in 'Constitutionibus imperialibus' III, 305, Lünig 'Reichsarchiv' IV, 60, conciliorum collectiones, Pertzius.*

*Lacinias tantum Gestorum servavit codex bibl. caes. Vindobonensis 2198 (Ius. can. 99) membr. saec. X, fol. 87. Quas detexit Pertzius. Sunt nomina episcoporum, quorum ordo confusus est, fragmentum clausulae Gestorum, quod in calce addidimus, et alia manu exarata enuntiatio quaedam, quam ad cap. 12 pertinere non est dubium.*

*Duo denique capita extravagantia invenit vir cl. Wasserschleben*[5] *in Collectione canonum codicis Guelferbytani 488 (Helmst. 454) saec. X, quam perperam adscripsit Rotgero archiepiscopo Treverensi. Ineunte capite 216 huius collectionis (fol. 151) legitur canon innumeratus de fornicatione agens, qui ad verbum congruit cum capite 34 concilii Worma-*

1) *Cf. 'Archiv' IX, 628.* 2) *Quem fusius descripsi 'Zeitschrift für Kirchenrecht' XX, 455.* 3) *Quem descripsit vir cl. von Schulte 'Wiener Sitzungsberichte' CXVII, 29.* 4) *Notandum, sententiam priorem capiti 10 adnexam voce* intentio *abundare, quae in 2a non legitur, in editionibus Canisii et Pertzii (p. 26, l. 10) autem obvia est.* 5) *Edidit in periodico 'Richter, kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft' 1838, p. 485 sq.*

*tiensis a. 868 habiti (Mansi XV, 875 = Regino II, 228): caput vero 220 (fol. 152'. 153) continet caput 20 synodi nostrae, quod et ipsum respondet capiti 22 concilii Wormatiensis. Gesta genuina uberiora textu codicum 1 et 2 fuisse, e codicibus Vindobonensi et Guelferbytano perspicitur. Ad eandem sententiam duceris, si capita 1—8 inspexeris, quae nonnisi canonum rubricas, non canones ipsos praebent. Ergo Gesta abbreviata tantum in codicibus 1 et 2 nobis servata esse, eaque non integra, iudicemus oportet. — Stumpf. Reg. 164.* *(P. 24.)*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini DCCCCXLVIII. indictione VI. VII. Idus Iunii[a], anno serenissimi regis Ottonis XIII. ipso quoque cum illustrissimo rege Luduico[b] in presentia[c] manente, sancta ac generalis sinodus apud Engilenheim[d] in aecclesia sancti Remigii confessoris Christi, in pago Nahgouui[e] dicto collecta est, presidente videlicet domni Agapiti pape apocrisario[f], venerabili Polimarciensis ecclesiae[g] episcopo *Marino, et consedentibus[h] archiepiscopis Fridirico[i] sancte Moguntine[k] sedis archiepiscopo, Ruotberto sancte Treuerensis[l] ecclesiae archiepiscopo, Wicfrido[m] sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo, Ardoldo sanctae Remensis ecclesiae archiepiscopo, Adaldago[n] sanctae Hammeburgensis ecclesiae archiepiscopo, Heroldo[o] sanctae Iuuavensis[p] ecclesiae archiepiscopo, Rihgouuone[q] Uuangionensis ecclesiae episcopo[r], Uhodelricho[s] Augustensis ecclesiae episcopo, Bernhardo[t] Halverstetensis[u] ecclesiae episcopo, Diedhardo[v] Hildinesheimmensis[w] ecclesiae episcopo, Cuonrado Constanciensis ecclesiae episcopo, Starcando Eistetensis[x] ecclesiae episcopo, Dudone Paderbrunnensis[y] ecclesiae episcopo, Reginbaldo Nemetensis ecclesiae episcopo, Bobbone Wirziburgensis[z] ecclesiae episcopo, Adalberone Metensis ecclesiae episcopo, Gozlino Tullensis ecclesiae episcopo, Berengero Uuirdunensis[a] ecclesiae episcopo, Balderico Traiectensis ecclesiae episcopo, Uuichardo[b] Basilensis aecclesiae episcopo, Duodone Osneburgensis ecclesiae episcopo, Eberiso Mindonensis[c] ecclesiae episcopo, Hildeboldo[d] Mimigardeuurdensis ecclesiae episcopo, Varaberdo[e] Tungrensis ecclesiae episcopo, Volgberto Camaracensis ecclesiae episcopo, Ruodolfo Lugdunensis ecclesiae episcopo, Michaele Radesbonensis ecclesiae episcopo, Adalberto Lanriacensis ecclesiae episcopo, Liopdago Ripensis[f] ecclesiae

*) *Codex Vindobonensis nomina episcoporum sic profert:* Michahel. Starchandus Rubilocensis. Marinus. Fridaricus Mogonciacensis ae. Uuicfredus Agrippinensis. Ruodpertus Treuerensis. Adaltac Hammapuregensis. Heroldus, archiepiscopi. Chuonradus Constantiensis. Paldricus Tauentracensis (*superscript.* Traiectensis). Tuoto Osnepruggensis. Rihhardus Basiliensis. Adalpertus Patauiensis. Diothardus Hiltinesheimensis. Peringarius Wirdunensis. Reginzo Spirensis (*superscr.* Nemetensis). Tuto Padarprunnensis. Pernhardus Haluarastanensis. Rihgouo Wormacensis. Artolfus Remensis. Hiberis Mindensis. Poppo Wirzipurgensis. Adalpero Metensis. Gozlinus Tullensis. Hiltipald Mimigernefordunensis. Uaperi Uarapertas Linticensis. Lioptacus Ribunensis. Horat Scleoswicensis. Fulpertus Camaricensis. Reginprant Arunensis. Ruodolfus Laudanensis. *Cf. etiam nomina apud Richerum II, 69.*

**6.** a) Iañ 2b. b) Luduuico 2a: Ludouuico 2b. c) psensentia 2a. d) ig eugilenheim 1: eugilenhem 2b. e) Nagouui 2. f) apocritario 2. g) *deest* 1. h) considentibus 2b. i) Frithurico 2, *qui Coloniensem ponunt ante Moguntinum et Trevverensem.* k) mogontie 2a; moguneiae 2b. l) Trevirensis 2a. m) Uuichfrido 2a; Wichfredo 2b. n) Aldaeldago 1. o) Keroldo 2b. p) iuuanensis 2. q) Richouuone 2a; Riehgovvone 2b, *qui hunc ponunt ante Iuvavensem.* r) archiepiscopo 1. 2b. s) Uodalrico 2a; Ódalrico 2b. t) Berhardo 1. u) Haluestotensis 1; Hanaretensis 2a; Halvarestensis 2b. v) Thiethardo 2. w) Hildinesheimensis 2a. x) Eihstetensis 2a. y) Paderbrunnensis 2, *qui hunc ponunt ante Constantiensem et Eistetensem.* z) Wirzibugensis 1; Wireiburensis 2b. a) uirdunensis 2b. b) U. B. ae. e. *des.* 1. c) Mimidonensis 2. d) Hildiboldo 2. e) Uaraberto 2. f) Ripuensis 2.

episcopo, Oredo Sliewiccensis[g] ecclesiae episcopo, Reginbrando[h] Arhuswensis[i] ecclesiae episcopo[k], cum cetu abbatum, canonicorum[l], nec non et monachorum; unius spiritus amore ferventium, quatinus caelitus adminiculati zizania divini cultus agro ab inimica manu supersita, canonicarum[m] sarculis sententiarum[m] radicitus extirparentur.

Igitur recitato primitus euangelio, oramineque finito, et sanctorum canonum quam plurimis institutionibus linguarum clavibus coram reclusis, missus apostolicae sedis cartam sue legationis honorifice protulit; in qua pro debito reverentiae dono Romano[n] pontifici exhibendo comoniti sunt, ut universalis ecclesie puppis exoptate tranquillitatis portui secura succedat, seque procelloso[o] tribulationum turbine vexari diutius non timeat[p]. Significatum est autem in eadem[q] recitaminis sententia, predictum presulem Marinum ab ipso universali papa tali tenore ad nostros fines directum fuisse, quo in omni ecclesiasticarum legum discussione ipsius existens vicarius, quaecunque liganda essent, apostolica ligaret auctoritate[r], et quae solvenda viderentur, parili solveret potestate. Huiusmodi procul dubio affaminis tam salubri missatico gloriosissimi reges prefati cum pontificibus omnique[s] clero congratulantes, ut dignum fuit, se in omnibus consentire et obedire professi sunt. A quibus, auctorante et confirmante legato apostolico, capitula subsequentia statuta sunt.

Dehinc ex sessionis[t] suae loco se subrigens inclitus rex Luduuuicus ad presentiam serenissimi regis Ottonis totiusque sanctissimi concilii unanimitatem, satis lacrimosi conquestus protulit querimoniam, videlicet quod regia privaretur potestate a quodam principe, Hugone nominato quondamque sibi subiecto. Cuius anxietati et multimode reclamationi condolentes, in unitate spiritus coadunati sanctissimi patres, istiusmodi[u] super hac re sententiam protulere.

Cap. I[v]. Reclamatio regis[w] Lvdvvici, qualiter Hugo comes illum[x] regno suo privavit[y]. Nullus deinceps regiam potestatem populari presumat[z], seu aliquam perfidiae maculam sibi fallaciter exhibere. Decrevimus[a] enim Toletani concilii
C. Tol. 18. inditum exequendo, Hugonem, regis Luduuuici regni invasorem et raptorem, excommunicationis gladio feriendum, nisi forte tempore statuto ad sinodale concilium veniat et a tam nefaria protervitate satisfaciendo resipiscat.

Cap. II. Item reclamatio Ardoldi[b] archiepiscopi[c], qualiter Hugo pseudoepiscopus[d] sedem suam illicite invasit. Ardoldus Remensis ecclesiae archiepiscopus[c], propria de sede expulsus, ex canonica auctoritate in pristinum honorem est[e] intronizatus, Hugo autem, qui eius sedem contra fas sibi usurpavit[f], anathematis est
Sept. 8. mucrone multatus; eiusque ordinatores et qui ab eo sunt ordinati, nisi VI. Idus Septembris Treveris veniant et ibi pro erratibus dignam satisfaciendo penitentiam subeant, similem excommunicationis sententiam sustineant.

Cap. III. Item reclamatio[g] Ruodolfi[h] Lugdunensis ecclesie episcopi. De antedicto Hugone comite, qui Ruodolfum Lugdunensis ecclesie episcopum propria de sede, non causa alicuius criminis, sed pro fidelitate Luduuuici prefati regis proprii senioris expulit, decrevimus in sancta sinodo, eum pro hac ré, sicut de prescripta, excommunicandum[i], nisi veniendo satisfecerit.

Cap. IIII[k]. Ut laici sine episcopali licentia presbiteris ecclesias dare vel demere[l] non presumant.

6. g) Slieuuecensis 2; ecclesiae *deest* 1. h) Reginberto 1. i) Arusuensis 2. k) episcopo ecclesiae 1. l) canicorum 1. m) canocarum ferculis *(corr. ut videtur in* sarculis) setentiarum 1. n) ramano 2b. o) procello 1; proceloso 2a. p) permittat *leg. Duc.* q) eiusdem 2. r) auct. lig. 2. s) omfiumque 2. t) sessione 1. u) histiusmodi 1. v) *numeri capitum des.* 1. w) *deest* 2. x) de *add.* 2. y) Cap̄ 1. *hoc loco ponunt* 2, *similiter infra.* z) pres. pop. 2b. a) Diccreuimus 2. b) Artoldi *hic* 2a. c) episcopi 1. d) pseudaepiscopus 1; spendoeps 2a. e) *deest* 2. f) usurpat 2b. g) raclamatio 1. h) Růdolfi 2a; Rŏdolfi 2b. i) excommunicatione 1. k) Cap. IIII[ti] 2. l) dimittere 2.

Cap. V. Ut nullus laicorum prespiterum[m] flagellare[n] seu fatigare vel aliquam sibi iniuriam inferre audeat.

Cap.[o] VI. Ut pascalis ebdomada tota festive[p] celebretur: et in pentecosten II. III. et IIII. feria non minus quam dies dominica[q] solempniter honoretur[r].

Cap. VII. In letania maiore ieiunium sicut in rogationibus ante ascensionem Domini exerceatur.

Cap. VIII. Ut oblationes fidelium, quae altari deferuntur[s], nil omnino ad laicalem pertineant potestatem, dicente scriptura: 'Qui altari deserviunt, de altari[t] partici- 1 Cor. 9, 13.
pentur'.

Cap. VIIII. Ut decime, quas Dominus precipit in horreum suum deferri, si ecclesiis Dei non fuerint reddite, sed nefaria cupiditate, que sevior Ethne[u] ignibus ardet, a secularibus fuerint retentae[v], secularia super hoc non exerceantur iuditia, nec in forensibus discutiantur[w] causis, sed in sancta sinodo ab ipsis sacerdotibus, quorum deputate sunt usibus, quid exinde debeat actitari, certis diffiniatur promulgationibus.

Cap. X. Ut euangelica auctoritate et sacrorum canonum institutione unicuique[x] christiano liceat uxorem dimittere propter fornicationem solummodo, confirmamus, nequaquam autem illa vivente aliam ducere comprobamus.

Cap. XI[y]. Ut sancta sinodus nulla laicorum molestia vel impulsione inquietetur.

Cap. XII[z]. Omnimodis postmodum caveatur, ne[a] aliquis christianus de propria cognatione uxorem ducat, sed huiusmodi copulam tamdiu fugiat, quoadusque series generationis recordari potest[b]. [Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veneratioribus adque veratioribus, quibus eadem lex vel propinquitas nota sit, episcopus canonice perquirat, et si inventa propinquitas fuerit, separentur.][c]

Cap. XIII[d]. Canonum exempla et sanctorum patrum instituta sequentes, Gregorii videlicet, Simmachi, Zosimi, Celestini, Leonis et aliorum sanctae aecclesiae doctorum, quendam Hugonem Remensis ecclesiae invasorem et raptorem et episcopale ministerium inlicite usurpantem iuditio sancti Spiritus excommunicamus et a gremio sanctae matris ecclesie excludimus, quoadusque penitendo resipiscat et ecclesie Dei satisfaciat. Quod si non fecerit, sub anathematis dampnatione lucerna eius extinguatur.

De[e] eo qui cum commatre spiritali vel cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum ea, quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit uncta, fornicationem perpetraverit. Ex concilio apud Engilenheim. Si quis cum commatre spiritali fuerit fornicatus usque ad dignam penitentiam anathematis percutiatur ictibus. Similiter autem et illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit scelus. Legitimam si habuerit uxorem, non dimittat.

De parvulis intra septa monasterii a parentibus contraditis. CCXX. Ex concilio apud Engilenhem cap. XX. (20) Si pater vel mater filium filiamque intra septa monasterii in infantiae annis sub regulari tradiderint disciplina, non liceat eis[f], postquam ad pubertatis pervenerint annos, egredi et matrimonio copulari. Hoc omnino devi-

6. m) presbiterorum 2a. n) fragellare 1; flagitare 2b. o) Cap. *deest hic* 2. p) fest. tota 2b. q) dominicus 2. r) honorentur 2. s) feruntur 1. t) altario 2. u) &hne 1. v) retentatae 1. w) discutiatur 2. x) unicuique — comprobamus *des.* 2, *qui statim lacuna non indicata adiungunt sententiam ex Reginonis Appendice II, 14* penasque — admoneri videatur. y) *cap. 11 legitur etiam in* 2. z) *cap. 12 etiam in* 2. a) ut 2b. b) Sin con. odon id est via. inde sinodus conventus *glossema in* 1. c) *uncis inclusa, quae servavit cod. Vindob. hic inserenda esse videntur.* d) *cap. 13 non reperitur in* 2, *verba* Cap. XIII *des.* 1. e) *Duo capita sequentia cum rubricis leguntur in cod. Guelferbyt.* f) ei *c.*

tandum, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur. Igitur ut prediximus, non liceat eis susceptum habitum umquam deserere, sed convincti, quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, in religionis cultu velint nolint permanere cogantur.

Haec[g] excommunicatio acta est in Ingelenheim ab episcopis infrascriptis: Marinus episcopus, vicarius domini mei beatissimi atque apostolici universalis ecclesie pape Agapiti urbis Romae, synodo praesidens statui, consensi et subscripsi . . . . . .

## 7. *MARINI LEGATI APOSTOLICI EPISTOLA.*

*Epistola concilio peracto scripta luci data est a Browero in 'Annalibus Trevirensibus' (ed. Colon. 1626 I, 560; ed. Leod. 1670 I, 475) ex ecclesiae cathedralis Trevirensis schedis. Cuinam personae transmissa sit, haud perspicuum est, cum manuscriptum nomen nullum expresserit. Hugo dux, ut vult Browerus, certe non fuit; veri similius videtur, fuisse Widonem episcopum Suessionensem, qui Hugonem intrusum Remensem ordinaverat. Quamvis editor dicat, se praebere 'Marini apostolici legati rescriptum exiguo verborum flexu', flexum istum tamen maximum esse primo intuitu apparet. Mensis Octobris mentio, quo concilium Treveris indictum esse dicit epistola, comparato Gestorum capite secundo, vel suspicionem movere potest. At terminus concilii Trevirensis prorogatus esse poterat.* (*P. deest.*)

Scire te oportet, et nos et universum, qui nuper in Ingelheim iussu atque auctoritate domini Agapiti papae coiit, episcoporum coetum, incredibilem ex tua absentia coepisse moerorem, cum praesertim non regni modo totius salutem et incolumitatem, verum et publicam ecclesiae Gallicanae causam tantum apud te valituram fuisse arbitrati essemus, ut, quin Romam etiam iussus continuo proficiscerere, nihil recusaturum duceremus, quo ne summi pastoris vel auctoritatem defugisse vel detrectasse videreris imperium. At vero quod contra iam a te factum, ita desiderari istic te passus es, ut neque istius absentiae tuae purgandae nuncium ullum miseris neque ullae ad synodum istuc a te missae pervenerint literae. Quo gravior etiam nos doloris sensus oppressit, cum in tantum ecclesiasticae communionis amittendae discrimen ultro te descendere illamque tam crudelem atque impiam a caeteris membris avulsionem cerneremus, non plus etiam reformidare. Et licet causa tua cum Hugone Remensis ecclesiae occupatore eadem omnino sit, noxamque consimilem comitari poenam eandem iubeant
Oct. leges, nos errori tamen indulgentes tuo, synodum aliam adhuc tibi Treuiris ad Octobrem mensem indicimus, et istic omnino ut adsis, si ecclesiae gratia, si salus tua tibi cara, des operam iubemus. Prius tamen cum Belgicae episcopis, qui Laudunum profecturi sunt, tibi loquendum erit. Ut etiam ante ex horum sententia cum Luduico rege et Artaldo Remensi archiepiscopo, quam ad synodum Treuirim accedas, in gratiam redeas, omnino volumus, et quod ita facturus sis, confidimus certe.

6. g) *exitus Gestorum fragmentum servavit cod. Vindobonensis.*

# 8. CAPITULARE FRANCOFURTANUM.

(951. Ian.)

*Duo capita, quae concernunt raptum virginum vel viduarum et monasteria aliis non incorporanda, recepta sunt in Appendice libri Reginonis de synodalibus causis, quae exstat in tribus tantum codicibus*[1]. *Singillatim tradita sunt praeterea in tribus aliis codicibus. Ad editionem parandam adhibiti sunt codices hi:* 1) *Guelferbytanus Aug. folio 83. 21 (olim S. Jacobi Moguntini, Reginonis cod. nr. 4) membr. saec. X, fol. 155', quem exscripsit vir cl. de Heinemann senior;* 2) *Darmstadiensis 524. 4° (olim S. Jacobi Leodiensis) membr. saec. XII. in.*[2] *fol. 112; contulit vir cl. A. Wyss;* 3) *Gothanus 84 (olim S. Martini Moguntini) membr. saec. XI, fol. 145', ex quo editionem paravit Eccardus in Legibus Francorum p. 198; contulit Pertz;* 4) *Vaticanus Palatinus 583 (et ipse olim S. Martini Moguntini) saec. X; fol. 1ᵇ et 1ᵃ manu posteriore exarata capita nostra iam maximam partem legi vix possunt, testante b. m. Waitzio, qui codicem a. 1876 inspexit*[3], *adnotavitque in fine legi haec:* Decrevimus . . . . dum approbato decessorum nostrorum et cet. *Ex hoc codice dedit capitulare Hartzheim 'Concilia Germanica' II, 621, quam editionem secuti sumus. — Stumpf, Reg. 193.* *(P. 26.)*

[a]Anno incarnationis Domini DCCCCLII[b], indictione VIIII[c], constitutum est in Frankonofurth[d] a rege gloriosissimo Ottone, anno illius XV[e], consentientibus episcopis, comitibus aliisque fidelibus compluribus[f], canonum sanctorumque patrum auctoritate, nec non capitularium[g] precedentium regum institutis coram positis: ne oppressio virginum aut viduarum vel raptus ab ullis hominibus fiat; et ut qui rapiunt eas sub nomine simul habitandi[h], cooperantes et conniventes[i] raptoribus, si quidem clerici sunt, decidant a gradu proprio, si vero laici, anathematizentur[4]; et raptores sine spe coniugii perpetuo maneant[k]. Quod si post haec iungere se presumpserint, utrique anathematizentur.

2. [l]Inventum est etiam coram[m] prefato rege, ut nulla abbatia, que per se electionem habet, ad monasterium nec alicui in proprium[n] possit donari[o]; ille vero quae electione carent, regis donatione et privilegio ad illud[p] monasterium, quod sub eius mundiburdio consistit, surrogari possint[q].

8. a) *in 2 praecedit lemma:* De oppressione virginum ac viduarum. Ex capitulari. b) *sic* 1–3; cmLii 4. c) VIII 2; X 1. d) franconofurth 2; franconofurt 3; francofurt 1. e) XII 2. f) compl. fid. 2. g) capitularum 1. 2. h) et *add.* 2. i) connenientes 3. 4. k) coniugii permaneant 2. l) *in 2 praecedit lemma:* De abbatia quae electionem habet. Ex cap. m) a 3. 4 n) prium 1. o) dari possit 3. 1. p) aliud 2. q) posse 4.

1) *Ut testatur editor novissimus vir cl. Wasserschleben praefatio p. XX. XXI, in codicibus Guelferbytano Aug. folio 83. 21., Vindobonensi theol. 79 saec. XI, Parisiensi fonds de l' Oratoire nr. 20 saec. XI (nr. 4. 5. 6 editionis). In editione Baluziana capita nostra inveniuntur Append. I, cap. 53, in editione Wasserschlebeniana App. II, cap. 25 et 26. p. 437. 438.* 2) *V. 'Neues Archiv' XIII, 591. Continet opera nonnulla S. Augustini et excerpta canonum.* 3) *V. 'Neues Archiv' II, 332 not. 1.* 4) *Cf. Concil. Chalcedon. can. 27.*

# 9. CONVENTUS AUGUSTANUS.

## 952. Aug. 7.

*Conventus huius, in quo continuatore Reginonis teste, Berengarii et Adalberti Italiae regum causa tractata est, nonnisi ecclesiastica capitula servata sunt. Adhibuimus duos codices quondam Weingartenses, iam Stuttgardienses supra p. 12 descriptos, qui unum eundemque archetypum secuti sunt, et quidem* 1a) *Cod. iurid. et polit. nr. 114, fol. saec. X, ubi leguntur fol. 142—143' et* 1b) *Cod. iurid. et polit. nr. 108, fol. saec. X—XI, ubi leguntur fol. 122'—124. Ex codice 1a editionem principem instituit Canisius in 'Lectionibus antiquis' V, 2, 1053 (ed. Basnage III, 11). Quam editionem omnes editores posteriores secuti sunt, Goldastius III, 307, synodographi usque ad Mansium XVIII, 435, Pertzius alii. — Stumpf, Reg. 215.* (P. 27.)

Cum excellentissimus piissimusque Otto rex, superna attactus elemencia, non minus de negotio spiritali, quam de statu christiani imperii tractare disponeret[a], inprimis pontificum aliorumque primatum suorum communi consilio fretus, anno incarnationis DCCCCLII, indictione X, anno vero regni eius XVI, sub die VII. Id. Aug. placitum conventumque synodalem Augustae fieri decrevit, quatinus concordi diligentia, tam sancti cleri quam populi, aeclesiae stabilitatis profectus et totius christianitatis utilitates tractarentur. Cuius divinae rei dispositionem per reverentissimi atque prudentissimi Frithurici Mogontinae[b] sedis archiepiscopi industriam maximę gubernari deliberavit, Heroldo etiam Iuuauensis[c] aeeclesiae archiepiscopo, Manase quoque Mediolanensis aeeclesiae archiepiscopo, Petro Rauennati archiepiscopo, cęterisque Italiae, Galliae, Germaniae subnotatis pontificibus huic discussioni operam exigentibus: Ŏdalrico Augustensis aeeclesiae[d] episcopo, Annoni Uuangionensis[e] aeclesiae episcopo, Starcando Eihstetensis[f] aeclesiae episcopo, Cuonrado Constantiensis aeclesiae episcopo, Poponi Vuerziburgnensis aeclesiae episcopo, Godefrido Nemetensis aeclesiae episcopo, Harberto Curiensis aeclesiae episcopo, Vuodoni[g] Argentinensis aeclesiae episcopo, Lantberto Frisingenensis aeclesiae episcopo, Hugone Aritiensis[h] aeclesiae episcopo, Michael Radesbonensis[i] aeclesiae episcopo, Adelberto Patauensis aeclesiae episcopo, Liudfrido Ticinensis[k] aeclesiae episcopo, Gisibrando Terdonensis aeclesiae episcopo, Antonio Bricsiensis[l] aeclesiae episcopo, Uuoltoni Cumano episcopo, Deodato Parmensis aeclesiae episcopo, Uuittone Mutinensis aeclesiae episcopo, Adelhardo Regenensis aeclesiae episcopo, Sigolfo Placentinae[m] aeclesiae episcopo, Adalgiso Aquensis[n] aeclesiae episcopo. Cum eorum unanimis diligentia huic aeeclesiastico[o] negotio vigilanter instaret, omnibus ratum putabatur, principem regni, beatae matris aeclesiae devotum filium postulare, quatinus ibidem divina discucientibus interesse dignaretur. Tum die prefinito eó veniens, dulcisona modulationum iucunditate honorifice, uti regiam dignitatem decuerat, ab omnibus acceptus[p], missae caelebratione[q] finita, satisfaciendo pontificum peticioni cum insigni primatum[r] turba synodum intravit. Interim reverendus Mogontine sedis archiepiscopus Frithuricus se e solio erigens, humiliter strennueque

9. a) disponeret *deest codd., supplerit Pertz.* b) Magontinae *corr.* 1a; Mag. 1b. c) iuuanensis *codd.* d) *loco* aeeclesiae *legitur in* 1a archi *subpunctum.* e) uuangioñ 1a. f) eihstensis *codd.* g) Uvodoni 1b. h) Brixiensis *male correxit P.* i) radesboriensis *codd.* k) picinensis *codd.* l) bricsinensis *corr.* 1a. m) placentino 1a; *corr.* 1b. n) auuensis 1a; aquenensis 1b; *correxit P.* o) aeeclesiasticae *corr.* 1a. p) reeeptus? q) caelebratae *codd.* r) priuatim *ut videtur, prius scriptum erat, eadem manus correxit* 1a; priuatī 1b.

sermonem regulari studio congruentem protulerat; deinde cuncta, quae de iure aecclesiastico iuxta canonicam[s] auctoritatem et imitanda sanctorum patrum decreta erant ventilata, pronuntians, in his et in[t] omnibus huic rei necessariis se in commune eius presidium sentire postulabat. Quibus rex superni amoris igne succensus et zelo divini[u] amoris animatus, mentis corporisque nisu aecclesiasticarum rerum auxiliatorem[v], defensorem promptissimum se esse promittendo certificavit. Hac videlicet promissione audita regali, prelibatus archiepiscopus residens, communi ceterorum assensu capitula subsequentia titulari precepit.

Cap.[w] I. Si quis episcoporum, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum uxorem acceperit, a sibi iniuncto offitio deponendus est, sicut in concilio Cartaginensi tenetur cap. XXV[1].

Cap. II. Episcopos, presbyteros vel aliquem[x] de clero canes venandi amore vel accipitres habere non licet, sicut in concilio legitur Toletano cap. X. Quisquis autem personarum huiusmodi in hac voluptate denudatus fuerit, quamdiu in illa detestabili occupatione detinetur, ab omni aecclesiastico offitio cesset.

Cap. III. Episcopus, presbyter aut diaconus aleae vacans, si[y] ab hoc interdicto opere cessare noluerit, velud in Canone[z] apostolorum habetur capitulo XLII, deponendus erit.

Cap. IIII. Nullus in clericatus offitio manens mulierem subintroductam secum habitare permittat. Si vero aliqua suspitionum maculis aspersa contra haec agere temptaverit, ab episcopo vel eius misso virgis caesa detondeatur. Si autem secularis potestas hoc fieri prohibuerit, regia potestate femina coacta prelate sententiae subiaceat.

Cap. V. Diversa secularis vitae negotia fugientes et monasticae institutionis normam aggredientes extra claustrum sine licentia proprii abbatis ire[a] non licet; sed tantummodo ieiunio et orationi vacare, in locis, quibus renuntiaverunt seculo, permanentes, sicut in concilio Calcidonensi[2] precipitur.

Cap. VI[b]. Oportet etiam episcopum, in cuius diocesi cęnobium situm est, monachorum providentiam gerere et, si aliquit correctione dignum repperit, corrigere festinet.

Cap. VII[c]. Clericis[d] monachicum[e] propositum[f] sequi cupientibus et, pro remuneratione divina saecularibus spretis, artiorem vitam adire volentibus nullatenus introeundi aditus ab episcopo denegetur; sed potius eum in tali conversatione perstare exortari conetur, sicut in concilio Toletano habetur cap. L[3].

Cap. VIII[g]. Sanctimonialis, que spontanea voluntate strictiori vitae proposito se alligare voluerit, nulla re obstante, id quod bona intentione disposuerat peragendum, ab episcopo impediatur.

Cap. VIIII[h]. Ut laici presbyteros sine conscientia et consensu proprii episcopi ab aecclesiis eis canonicę commendatis non eicere presumant, nec alios locum eorum subire faciant; quia ut ab episcopis ordinantur, ita necesse est, ab ipsis aecclesias procurandas accipiant, sicut in concilio habetur Arelatensi cap. III[i].

Cap. X[k]. Ut omnis decimatio in potestate episcopi sit, et si neglecta fuerit, quicquid inde emendandum sit, coram episcopo eiusve misso corrigatur[4].

9. s) canonica 1a. t) *deest* 1b. u) divine *corr.* 1a. v) rerum auxiliatorem *des.* 1a. w) cap. *codd. semper.* x) alieni *atramento atriori superducto corr. videtur ex* alique 1a. y) si *deest codd.* z) canonice *corr.* 1a. a) irae 1a. b) IIII. *codd. perperam.* c) VI. *codd* d) Clericus *corr.* 1a. e) monachimn 1a. f) habitum *et supra lin.* vel propositum 1b. g) VII *codd.* h) VIII. *codd.* i) IIII 1b. k) VIIII. *codd.*

1) *Cf. Concil. Carthag. II, can. 2 vel V, can. 3.* 2) *Can. 4.* 3) *Cf. Concil. Tolet. IV, can. 49.* 4) *Cf. Synod. Ingelheim. c. 9, supra p. 15.*

Cap. XI[1]. Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, ut in multis conciliis firmatum est, quoniam divina ministeria contrectant, ab uxoribus abstineant. Caeteri autem clerici, quando ad maturiorem aetatem pervenerint, licet nolentes, ad continentiam cogantur.

---

# 10–12. TRACTATUS CUM IOHANNE XII. PONTIFICE.

## 962.

*Coronationem imperialem Ottonis Magni (962. Febr. 2) praecessit promissio regis papae facta et iuramentum in anima regis a legatis ipsius praestitum, Pactum sollempne cum papa ictum eam secutum est.*

*Pridie quam Pacti privilegium daretur, Iohannem XII. cum imperatore in ecclesia S. Petri in synodo consedisse, apparere videtur e verbis quibus pontifex bullam incipit, qua fundationi archiepiscopatus Magdeburgensis consentit*[1]. *Haec bulla adscripta est margini codicis Annalistae Saxonis*[2], *et ibi ei annexa sunt capitula aliqua, quae concilii cuiusdam esse facile est perspectu. Unde vir cl. Dümmler ea concilio illi Romano a. 962. vindicavit. Cui sententiae cum minime accedere possim, capita ista in adnotationem relegari*[3]. *Vir doctissimus censuit, capita statuta fuisse ea de causa ut ii reconciliarentur, quorum iura archiepiscopatu Magdeburgensi fundato laesa essent, ut puta episcopus Halberstadensis, A quo tamen proposito capita omnino aberrare mihi videntur. Econtra contenderim, ea bullae illi annexa fuisse a quodam ius fundationis archiepiscopatus Magdeburgensis impugnante, qui eo consilio veteres canones quosdam congesserit, a quodam episcopi Halberstadensis assecla. Caput ultimum quidem, quod agit de tricennali possessione, desumptum est e Concilii Toletani IV, capite 34; caput primum quadrat capiti 11 concilii Maguntini a. 847. Reliqua quin et ipsa similem originem habeant, mihi haud dubium.*

### 10. *PROMISSIO OTTONIS REGIS.*

*Formam declarationis seu promissionis ab Ottone Iohanni XII. datae, quae iuramenti forma nequaquam dici potest, servavit codex bibl. Bambergensis 47 (P. I. 8) membranaceus, olim Mediolanensis, saec. X—XI, Collectionem Pseudoisidorianam comprehendens. 'Quatuor folia', inquit Iaffé*[4], *'ceteris paulo minora insuta sunt; in quibus cum manus saec. XI. donationem Constantinianam sic posuisset, ut in extremo folio quarto spatium vacuum relinqueretur, illuc alia eiusdem saeculi XI, a reliquis codicis totius manibus manus prorsus diversa' intulit formam promissionis. Quam ex hoc codice primus Pertz.*

**9.** 1) X. *codd.*

1) *V. de hac re Dümmler 'Otto der Grosse' p. 333 not. 2.* 2) *SS. VI, 616.* 3) Quod antique eclesie a novis nec decimis nec ulla possessione sunt spoliande. Quod dotes eclesie non auferantur. Quod eclesiastica statuta et privilegia ab apostolis et reliquis magistris eclesie tradita integra serventur, et prevaricatores eorum excommunicentur. Quod consuetudines eclesiastice pro lege sunt tenende. Quod tricennalis possessio firma sit. Sicut diocesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non admittit. Ideoque basilice, que novae condite fuerint, ad eum procul dubio episcopum pertinebunt, cuius conventus esse constiterit. *SS. VI, 616.* 4) *'Bibliotheca rerum German.' II. 588.*

*alter Iaffé l. c. edidit. Eandem formam verbis paullisper mutatis continere videtur codex bibl. universitatis Taurinensis M. S. D. V. 19 in 4⁰ (olim H. II. 5 seu C. M. XIX. h. II. 5), in quo fol. 89' inter alias professiones legitur etiam 'professio imperatoris' his verbis incipiens:* Tibi domno Iohanni papae ego Otho imperator promitto et iurare facio *etc.*

*Hoc scriptum, sane genuinum, a partium papalium sociis aevi Gregoriani vitiatum esse, argute explicavit Iaffé. Moderatione quadam egit Anselmus Lucensis, qui in Collectione canonum l. I, c. 90*[1]*, formulam nostram recepit, unam solummodo sententiam variavit, rubrica tamen addita lectori persuadere nisus est, hoc esse iuramentum quod Otto I. ipse praestiterit. Textum Anselmi damus litteris minoribus ad fidem editionis Iafféi*[2]*, qui eum e codice Parisiensi S. Germani 1665 deprompsit. Anselmum secutus est Gratianus in Decreto D. 63. c. 33, qui tamen verba aliqua transposuit, in fine addidit sententiam:* Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei euangelia *et lemma sic instruxit:* Iuramentum Ottonis quod fecit domino papae Ioanni[3]. *E Decreto hausit Baronius in 'Annalibus ecclesiasticis' 960 § 4, e Baronio Goldastius II, 43.*

*Pessime vitiatum est monumentum nostrum a Bonizone episcopo Sutriensi in Libro ad amicum l. IV*[4]*, qui etiam primus contendit, iuramentum corporaliter a rege praestitum esse. Hanc formam totam in favorem petitionum pontificalium versam recepit e Bonizone Cencius camerarius auctor Vitae Iohannis XII, quae in codicibus Libri censuum legitur et fere tota libro Bonizonis innititur. Edita est e codice Vaticano 1473 ab Angelo Mai in 'Spicilegio Romano' VI. 227 et e codice Cencii Riccardiano 228 a viro d. Watterich in 'Pontificum Romanorum Vitis' I, 746. 747. E duobus codicibus Cencii in tabulario Vaticano asservatis (S. Angeli saec. XIV, fol. 360 et Avinionensi saec. XV. in. fol. 278) hanc iuramenti formam dedit Pertz, lemmate suo certe arbitrio addito:* Iuramentum corporaliter praestitum. *Qui etiam animadvertit, eam exstare in codice Cencii bibliothecae Vaticanae 8486, quem falso autographum esse autumant. E Bonizone aut Cencio recepit iuramentum istud Sigonius in 'Historia regni Italici' (ed. Francofurt. 1591) p. 166, enuntiatis et verbis tamen suo modo immutatis. Nos editionem Iafféanam repetimus. — Stumpf, Reg. 296.* *(P. 29.)*

Iuramentum quod facere fecit suos fideles Otto augustus antequam Romam adiret.

Tibi domno Iohanni papae ego rex Otto promittere et iurare facio per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hoc lignum vivificae crucis et per has reliquias sanctorum: ut, si permittente Deo Romam venero, sanctam Romanam aeclesiam et te, rectorem ipsius, exaltabo secundum meum posse. Et numquam vitam aut membra neque ipsum honorem, quem nunc habes et per me habiturus eris, mea voluntate aut meo consensu aut meo consilio aut exortatione perdes. Et in Roma nullum placitum neque ordinationem faciam de omnibus, quae ad te vel ad tuos Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Cuicumque autem regnum Italicum commisero, iurare tibi faciam illum: ut adiutor tui sit ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse.*

*) *Formula Anselmiana:* Sacramentum regis Ottonis factum domno papae Ioanni. Tibi domno Ioanni papae ego rex Otto promittere et iurare facio per Patrem et Filium et

1) *Aut l. I, c. 87, ut adnotavit Bethmann 'Archiv' XII, 246. 247 e codice Vaticano Anselmi 4983.* 2) *l. c. 591.* 3) *Haec sententia desideratur in codice Decreti antiquissimo saec. XII. ex. capituli S. Ambrosii Mediolanensis fol. 54, quem excussit Simonsfeld. Cf. 'Archiv' IX, 639.* 4) *ed. Iaffé l. c. p. 593 et Libelli de lite I. 581. Bonizonem Anselmi libro usum esse, monuit Dümmler l. c. 631.*

## 11. *IURAMENTUM NUNTIORUM REGIS A DEUSDEDIT VITIATUM.*

*Tertium falsarium Iaffé detexit Deusdedit cardinalem, in cuius Collectione canonum l. IV, c. 161* Iuramentum futuri imperatoris *legitur, quod in monasterio Lüneburg se invenisse dicit*[1]. *Nimium autem hoc loco Iaffé fecisse mihi videtur, cum contendat, cardinalem 'verba iuramenti genuini sic commutasse, ut a legatis nomine regis pronuntiata esse viderentur'. Nam cur Deusdedit tam violenter egerit, non perspicitur. Formulam aliam potius eum prae oculis habuisse, mihi persuasum habeo: formulam quidem ipsius sacramenti, quod legati regis revera in anima eius Romano pontifici iuraverunt*[2], *non vero formulam declarationis seu promissionis regiae, quam Anselmus et Bonizo vitiaverunt. Exordium formulae, levi medela adhibita, omnino rei aptum esse videtur:* Domno Iohanni papae rex Otto per nos promittit et iurat *i. e.* per nos iurat. *Ceterum et ipsam formulam a cardinali pessime deformatam esse, nequaquam infitior. Praeter alia hoc imprimis falsarii manum sapit, quod non solum Iohanni XII. sed etiam successoribus eius Ottonem sese obligarisse dicit. Nam formulam sacramenti legatorum nec plus nec minus quam formula promissionis regiae continuisse, nemo est qui non videat. His observatis, genuinam sacramenti formam facile restitues. Hanc formulam Pertz exscripsit e codice unico cardinalis Deusdedit, Vaticano 3833, mbr. saec. XII, fol. 139', ubi haec in margine leguntur:* Hoc sacramentum invenit scriptor huius libri in Saxonia in monasterio quod dicitur luineburg. *Pertzium secutus est Iaffé l. c. p. 592. Nos variam lectionem editionis Martinuccii* (M) *adiecimus. Formulam hanc abbreviavit saec. XII. Albinus pauper scolaris in Digestis suis, quae exstant in codice Vaticano Ottobon. 3057, fol. 136'. Qui codicem adhibuit diversum a Vaticano 3833, ut evicit vir d. Stevenson*[3], *ita ut ope codicis Ottoboniani textus formulae cardinalis castigari possit. Albinus rubricam adiunxit hanc:* Iuramentum nuntiorum Ottonis futuri imperatoris quod est in Saxonia in monastirio quod dicitur Liuneburg. *Variam lectionem, quam suppeditavit vir d. Donabaum, adnotavimus sub*

Spiritum sanctum et per hoc lignum vivificae crucis et per has reliquias sanctorum: quod, si permittente Deo[a] Romam venero, sanctam Romanam ecclesiam et te, rectorem ipsius, exaltabo secundum meum posse. Et nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem, quem habes, mea voluntate aut meo consensu vel consilio aut mea exhortatione perdes. Et in Roma[b] nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quae ad te aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et quidquid te terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Cuicumque regnum Italiae commisero, iuraré faciam illum: ut adiutor tui[c] sit ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse.

*Formula Bonizoniana:* Tibi domno Iohanni[d] papae ego rex Otto promitto et iuro per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hoc[e] lignum vivificae crucis et per has reliquias[f] sanctorum: quod, si permittente Deo Romam venero, sanctam Romanam aecclesiam et te, rectorem ipsius, exaltabo secundum meum posse. Et nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem, quem habes, mea voluntate aut consensu aut meo[g] consilio aut mea exhortatione perdes. Et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quae ad te aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Cuicunque autem[h] regnum Italicum commisero, iurare faciam illum: ut adiutor tui sit ad defendendam terram[i] sancti Petri secundum suum posse.

**10.** a) Deo *om. cod. Paris.; legitur in cod. Vaticano, ut in margine Parisiensis adnotatum est.* b) urbe *add. Gratianus.* c) tuus *Paris.*, tui *Vat.* d) pape Iohanni *Cencius.* e) *deest B; adest Cenc.* f) sanctorum reliquias *Cenc.* g) meo cons. aut *des. Cenc.* h) *deest Cenc.* i) sancti Petri terram *Cenc.*

1) *ed. Martinucci p. 501.* 2) *Eiusdem sententiae esse videtur Waitz 'Deutsche Verfassungsgeschichte' VI, 177 not. 3.* 3) *'Archivio della società Romana di storia patria' VIII, 305 sq.*

*siglo* A[1]. *E codice quodam cardinalis Deusdedit hausit etiam homo saeculi XII—XIII, qui formulam spatio vacuo codicis bibl. Minerva B. V. 17 intulit. Cuius variae lectiones a Waitzio adnotatae sunt*[2]. *(P. 29.)*

### Iuramentum futuri imperatoris.

Domno Iohanni pape XII. rex Otto[a] per nos promittit[b] et iurat per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hoc[c] lignum vivifice[d] crucis et has reliquias sanctorum: quod, si permittente Deo Romam venerit, sanctam Romanam aecclesiam et eundem domnum Iohannem[e] papam, rectorem ipsius, exaltabit secundum suum posse, si vivum[f] invenerit. Sin autem, eum qui legabiliter[g] illi succedet. Et nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem quem habet, et qui eum habiturus est, sua voluntate aut[h] suo consensu aut suo consilio aut sua exhortatione perdet, neque ipse neque aliquis successorum eius. Et in Roma nullum[i] placitum aut ordinationem faciet de omnibus, quae pape et Romanis pertinent[k], sine[l] consilio domni pape. Et quicquid de terra sancti Petri ad eius potestatem venit vel veniet, Romane aecclesiae restituet. Cuicumque autem regnum Italicum[m] committet[n], iurare faciet illum: ut adiutor sit domno pape et successoribus eius ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse. Sic adiuvet Deus eundem domnum regem Ottonem et hec sancta euangelia et hec sacrosancta sanctuaria.

## 12. *PRIVILEGIUM OTTONIS IMPERATORIS. 962. Febr. 13.*

*Otto Magnus postquam a. 962. Febr. 2 ab Iohanne XII. imperator coronatus est, anteriores imperatores imitatus, Febr. 13 Pactum cum pontifice pepigit illud celeberrimum, cuius exemplar authenticum in pergamena purpurea aureis litteris exaratum in tabulario secretiore Vaticano asservatum esse iterum iterumque contenderunt Romani partium papalium socii. Iam Baronius in Ann. eccles. ad a. 962 hoc exemplar editioni suae adhibuit, nostro saeculo tabularii Vaticani praefecti: Marini in libro 'Nuovo esame della Autenticità' etc. a. 1822 Romae typis expresso, atque Theiner in 'Codice dipl. dominii temporalis s. sedis' I, p. 4 nr. 4 (Romae 1861). Nostris temporibus tandem liberalitate summi pontificis Leonis XIII. et cardinalis eminentissimi Hergenröther benivolentia viro cl. Sickel licentia amplissima data est, exemplar istud praestantissimum inspiciendi, perscrutandi, describendi. Acri ingenio vir doctissimus omniumque qui artem diplomaticam tractant princeps de ista charta in libro 'Das Privilegium Otto I. für die Römische Kirche' (Innsbruck 1883) disseruit, editionem diplomaticam dedit, imaginem photographicam partis ultimae adiecit. Novissime idem alteram editionem paravit in 'Diplomatum regum et imperatorum Germaniae' tomo I, p. 322, DOI, nr. 235. Exemplar privilegii Ottoniani, viro cl. Sickel teste, asservatur in tabulario Vaticano sub signo* Arm. I. caps. III. nr. 1. *Revera litteris aureis in pergamena purpurea scriptum est manu haud dubie saeculi X. quae virum Italicum sapere videtur. Bulla vero aurea, quam olim ei annexam fuisse Romani contenderunt, iam non adest: sigillum potius cuiuscumque generis numquam appensum seu impressum fuisse Sickel statuit. Chartam pro vero et originali authentico nequaquam*

11. a) *sic M. A.*; octo *legit P.* b) *sic A.*; mittit *P. M. et etiam cod. Minerva.* c) beatum *M.* d) vivice *Min.* e) Ioannem *hic M.* f) eum *add. A.* g) legabiliter — habiturus *des. A.* h) et *A.* i) *sic A.*; et in Romanum *P. M.*; et nullum placitum in Roma *Min.* k) pertinet *P. M. Min.* l) sine — restituet *des. A.* m) Ytalicum *A.* n) permittet *A.*

1) *Formulam Albini e codice Ottoboniano olim dedit Cenni in 'Monumentis dominationis pontificiae' II, 36.* 2) *V. 'Neues Archiv' II, 328 not. 2 et 'Archiv' XII, 405.*

*haberi posse evicit. Sed apographon ex autographo immediate et paullo post descriptum exemplar Vaticanum esse et, si leves aliquas mutationes ad formam exteriorem pertinentes exceperis, textum authenticum et integrum privilegii Ottoniani praebere vir doctissimus probare conatus est. Quamquam me non fugit, viros gravissimae et venerandae auctoritatis huic sententiae adstipulari, equidem non possum quin persistam in iudicio quod dedi de Sickelii inquisitione et sententia in periodico 'Zeitschrift für Kirchenrecht' XIX, 162.*

*Quod iudicium huc spectat: nequaquam textus authenticus servatus est in exemplari Vaticano, caput 7 certe interpolatum, a falsario ope Vitae Hadriani I. in Libro pontificali contentae textui intrusum est; incertum est, an et aliae diplomatis partes variatae sint vel additionibus vel decisionibus. Sententia haec mea omnino congruit iis quae iam olim vir cl. Ficker de hoc privilegio iudicavit in 'Ital. Forschungen' II, 357. Cum discussionem renovare hic non sit locus, unum tantum addi liceat, quod ad exteriorem exemplaris Vaticani formam spectat et iam a Pertzio adnotatum est. Formula chronologica audiri debebat:* anno regni Ottonis XXVII, imperii I; *legimus tamen haec:* anno vero domni Ottonis imperii invictissimi imperatoris XXVII.

*Ad declarandum caput 13, quod ex privilegio Ludowici I. haustum est, multi mihi esse videntur ea quae vir cl. von Pflugk-Harttung nuper in 'Itinere Italico' p. 83. 85 ex antiquo indice scriptorum in castro S. Angeli a. 1610 adhuc asservatorum publici iuris fecit. Quae hoc loco afferri iuvat:* Adrianus I. de conventione cum Karolo Magno ratione census qui solvebatur pro Tuscia. Arm. I. caps. III. nr. d. *et* Caroli Magni conventiones inter ipsum et Adrianum papam I. super censu qui solvebatur in palatio regis Longobardorum ratione Tuscie vel ducatus Spoletani. I. III. d. *En monumentorum duo in cap. 13 allegatorum!*

*Pertzius textum suum constituit maxime editionis Marinii adminiculo, adhibitis etiam codicibus Vaticanis 1984 (Annalium Romanorum) et 3833 (collectionis cardinalis Deusdedit). Nobis sat erat, editionem Diplomatum repetere[1]. Cum privilegii pars prior (cap. 1—14) praecipue Pacto a Ludowico Pio cum Paschali I. icto[2], pars posterior Constitutione Lotharii I, quam dicunt Romanam, et Iuramento a. 824. a Romanis praestito[3] inniti constet, omnia ad verbum ex his fontibus hausta litteris minoribus imprimi, omissiones vero astericis designari curavimus. — Stumpf, Reg. 299.*

*(P. pars II, 164.)*

In nomine domini Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Otto Dei gratia imperator augustus una cum Ottone glorioso rege filio nostro divina ordinante providentia spondemus atque promittimus per hoc pactum confirmationis nostrę tibi beato Petro principi apostolorum et clavigero regni cęlorum et per te vicario tuo domno Iohanni summo pontifici et universali XII$^{mo}$ pape*, sicut a predecessoribus[a] vestris usque nunc in vestra potestate atque dicione tenuistis et disposuistis: civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis suis atque viculis omnibus et territoriis eius, montanis ac maritimis, litoribus ac portubus. (2) Seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac viculis* Tuscię partibus, id est Portum, Centumcellas[b], Cerem, Bledam[c], Marturianum[d], Sutriam, Nepem, castellum Gallisem, Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum tribus insulis, id est maiore et minore, Puluensim[e], Narniam et Utriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad suprascriptas civitates pertinentibus*. (3) Nec non exarchatum Rauernatem[f] sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis,

**12.** a) *corr. ex* pte. b) cels *statim corr. in* cell. c) p *statim corr. in* b. d) Manturanum *Ludov.* e) Puluensī *A loco* Puluensi (insuta). f) *sic A.*

1) *Duos typographi errores tamen ope imaginis emendavimus, in subscriptionibus testium ponentes* Drvogonis *et* Thietheres. 2) *Sickel, 'Das Privileg Otto I.' p. 173 = Capitularia I, p. 353.* 3) *Capitularia I, p. 323. 324.*

quę pię recordationis domnus Pippinus et domnus Karlus excellentissimi imperatores, predecessores videlicet nostri, beatro Petro apostolo et predecessoribus vestris iam dudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emeliam: Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlini, Fauentiam, Immolam, Bononiam, Ferrariam, Comiiaclum[f] et Adrianis atque Gabellum cum omnibus finibus, territoriis atque insulis, terra marique ad supradictas civitates pertinentibus. (4) Simul et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Phanum, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemfeltri, Urbanum et territorium Balnense, Callis, Luciolis et Engubium cum omnibus finibus ac territoriis[g] ad easdem civitates pertinentibus. (5) Eodem modo territorium Sabinense, sicut a domno Karlo imperatore antecessore nostro beato Petro apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate.* (6) Item in partibus Tuscię Longobardorum castellum Felicitatis, Urbem ueterem, Balneum regis, Ferenti, Uiterbum, Orchem, Marcam[h], Tuscanam, Suanam, Popolonium, Roselles* cum suburbanis atque viculis omnibus et territoriis ac maritimis, oppidis ac viculis seu finibus omnibus. (7) Itemque[k] a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regia, exinde in Mantua atque in Monte Silicis atque provincia Uenetiarum et Istria nec non et cunctum ducatum Spolitanum seu Beneuentanum una cum ęcclesia sanctę Cristinę posita prope Papiam iuxta Padum quarto miliario. (8) Item in partibus Campanię Soram, Arces, Aquinum, Arbinum, Teanum et Capuam. (9) Nec non et patrimonia ad potestatem et ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium Beneuentanum* et patrimonium Neapolitanum atque patrimonia Calabrię superioris et inferioris — de[1] civitate autem Neapolitana cum castellis et territoriis ac finibus et insulis suis sibi pertinentibus, sicuti ad easdem aspicere videntur — nec non patrimonium Sicilię, si Deus nostris illud tradiderit manibus. (10) Simili modo civitatem Gaietam et Fundim[l] cum omnibus earum pertinentiis. (11) Insuper offerimus tibi, beate Petre apostole, vicarioque tuo domno Iohanni papę et successoribus eius pro nostrę animę remedio nostrique filii et nostrorum parentum de proprio nostro regno civitates et oppida cum piscariis suis, id est Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Baluam et Marsim et alibi civitatem Teramnem[m] cum pertinentiis suis. (12) Has omnes suprascriptas provintias, urbes et civitates, oppida atque castella, viculos ac territoria, simulque et patrimonia pro remedio animę nostrę et filii nostri sive parentum nostrorum ac successorum nostrorum et pro cuncto a Deo conservato atque conservando Francorum populo iam dictę ęcclesię tuę, beate Petre apostole, et per te vicario tuo spiritali patri nostro domno Iohanni summo pontifici et universali papę eiusque successoribus usque in finem seculi eo modo confirmamus, ut in suo detineant iure, principatu atque dicione. (13) Simili modo per hoc nostrę delegationis pactum confirmamus donationes, quas pię recordationis domnus Pippinus rex* et postea domnus* Karlus excellentissimus imperator beato Petro apostolo spontaneea[n] voluntate contulerunt; nec non et censum vel pensionem seu ceteras dationes[o] quę annuatim in palacium regis Longobardorum inferri solebant sive de Tuscia* sive de ducatu Spoletano, sicut in suprascriptis donationibus continetur et inter sanctę memorię Adrianum papam et domnum Karlum imperatorem convenit, quando idem pontifex eidem de suprascriptis ducatibus, id est Tuscano et Spolitano, suę auctoritatis preceptum confirmavit, eo scilicet modo ut annis singulis predictus census ad partem ęcclesię beati Petri apostoli persolvatur; salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione et illorum ad nostram partem et filii nostri subiectione.

**12.** f) *sic A.* g) *primo scriptum erat* terroriis, *correctum adiecta litera* i *infra et litera* t *supra.* h) *sic A loco* Martam. k) id *statim corr. in* it *A.* l) *sic A.* m) Terame *A.* n) *sic A.* o) t *statim corr. in* d *A.*

1) *Sequentia usque ad* videntur *parentheseos instar posita esse et rectius post verba* patrimonium Neapolitanum *ponenda fuisse, praeterea post vocem* Neapolitana *aliqua verba excidisse, e. g.* partes *seu* turres, *opinatur vir cl. Sickel.*

(14) Ceterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostrę confirmationis pactum roboramus, ut in vestro* permaneant iure, principatu atque ditione et neque a nobis neque a* successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte vestra potestas imminuatur aut[p] a vobis* inde aliquid subtrahatur de suprascriptis videlicet provintiis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis, insulis, territoriis atque patrimoniis nec non et pensionibus atque censibus; ita ut neque nos ea facturi simus neque quibuslibet ea facere volentibus consenciamus, sed potius omnia, quę superius leguntur, id est provintie[q], civitates, urbes, oppida, castella, territoria et patrimonia atque insulas censusque et pensiones, ad partem ęcclesię beati Petri apostoli atque pontificum in sacratissima sede illius* residentium nos in quantum possumus defensores esse testamur, ad hoc ut* ea in illius ditione ad utendum et fruendum atque disponendum firmiter valeant optineri. (15) Salva in omnibus potestate nostra et filii nostri posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto et constitutione ac promissionis firmitate Eugenii pontificis successorumque illius continetur: id est ut omnis clerus et universi populi Romani nobilitas propter diversas necessitates et pontificum inrationabiles erga populum sibi subiectum asperitates retundendas sacramento se obliget, quatinus futura pontificum electio, quantum uniuscuiusque intellectus fuerit, canonice et iuste fiat; et ut ille, qui ad hoc sanctum atque apostolicum regimen eligitur, nemine consentiente consecratus fiat pontifex, priusquam talem in presentia missorum nostrorum vel filii nostri seu universę generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione atque futura conservatione, qualem domnus et venerandus spiritalis pater noster Leo sponte fecisse dinoscitur. (16) Preterea alia minora huic operi inserenda previdimus, videlicet ut in electione pontificum neque liber neque servus ad hoc venire pręsumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum; quod si quis contra hanc nostram institutionem ire presumpserit, exilio tradatur. Insuper eciam ut nullus[r] missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis argumentum componere in prefatam electionem audeat, prohibemus. (17) Nam et hoc omnimodis instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione domni apostolici sive nostra fuerint suscepti, impetrata iuste utantur defensione; quod si quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerint, violare[s] presumpserit, sciat se periculum vitę suę esse incursurum. (18) Illud etiam confirmamus, ut domno apostolico iustam in omnibus servent oboedientiam seu ducibus ac iudicibus suis ad iusticiam faciendam. (19) Huic enim institucioni hoc necessario adnectendum esse perspeximus, ut missi domni apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis vel filio nostro renunciare valeant, qualiter singuli duces ac iudices populo iusticiam faciant, hanc imperialem constitucionem quomodo observent. Qui missi decernimus, ut primum cunctos clamores, qui per neglegentiam ducum seu iudicum fuerint inventi, ad notitiam domni apostolici deferant, et ipse unum e duobus eligat: aut statim per eosdem missos fiant ipse necessitates[t] emendate, aut misso nostro nobis renunciante per nostros missos a nobis directos emendentur. (20) Hoc ut ab omnibus fidelibus sanctę Dei ęcclesię et nostris firmum esse credatur*, propriae manus signaculo et nobilium optimatum nostrorum* subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostrę roboravimus et bullę nostrę inpressioni[u] adsignari iussimus. † Signum domni Ottonis serenissimi imperatoris ac suorum episcoporum, abbatum et comitum. † Signum Adaldagi Hamaburgiensis ęcclesię archiepiscopi. Signum Hartberti[v] Curiensis ęcclesię episcopi. Signum Drvogonis Osnabrugnensis[w] ęcclesię episcopi. Signum Votonis Argentenensis ęcclesię[x] episcopi. Signum Otuuini Hiltinesemensis ęcclesię episcopi. Signum Landuuarti Mindonensis ęcclesię

**12.** p) *supra* aut *manus eadem scripsit literam* t, *literam autem* d *delere supersedit A.* q) *litera* e *corr. ex* ae *A.* r) *una litera* l *supra lin. add. A.* s) *primo* viglare, *dein. corr.* vigilare, *postremo* violare *A.* t) necessitetes, *superscripta litera* a *A.* u) in *supra lin. add. A.* v) *litera* t *prima supra lin. add. A.* w) *primo* Osnabrugguensis *scripsit, post puncto superposito unam literam* g *delevit A.* x) *secunda litera* e *iam evanuit A.*

episcopi. Signum Otgeri Nemetinensis ęcclesię episcopi. Signum Gezonis Tortunensis ęcclesię episcopi. Signum Hueberti Parmanensis ęcclesię episcopi. Signum Vuidonis Mutunensis[y] ęcclesię episcopi. Signum Hattonis Fuldensis monasterii abbatis. Signum Gunţharii Herolfesfeldensis monasterii abbatis. Signum Eberharti[z] comitis. Signum Guntharii comitis. Signum Burgharti comitis. Signum Vtonis comitis. Signum Cvonrates[a] comitis. Signum Ernustes. Signum Thietheres, Ricdages, Liupen, Hartuuiges, Arnolues, Inghilthies, Burchartes, Retinges. Anno dominice incarnationis DCCCCLXII, indict. V[b], mense Feb., XIII. die eiusdem mensis. Anno vero domni Ottonis imperii invictissimi imperatoris XXVII° facta est hęc pactio feliciter.

---

# 13. CAPITULARE VERONENSE DE DUELLO IUDICIALI.

## 967. Oct. 29.

*Edictum receptum est in Librum legis Langobardorum, quem vocant Papiensem, ex cuius codicibus huc usque solummodo cognitum fuit. Singillatim tamen praeterea traditum est in codice Vindobonensi 2213 (Ius can. 105) saec. XII. vel XIII. in Italia exarato*[1], *fol. 88. Qui quamvis lectionem non satis bonam praebeat, collatione cum codicibus Libri Papiensis instaurata patet, Vindobonensem cum nullo illorum affinitate coniunctum esse et revera singularem edicti traditionem praestare. Quae cum ita sint, nos editionem Libri Papiensis novissimam, quam vir cl. Boretius paravit in LL. tomo IV. (p. 567. 568. 570. 574. 575. 576. 578—580) secuti, variam codicis Vindobonensis lectionem, quam viro d. Paulo Kehr debemus, sub siglo V adiunximus. Codices autem Libri Papiensis, qui edictum servaverunt, sunt hi:* 3) *Mediolanensis Ambrosianus O. 55 saec. XI. in., qui Prologo caret;* 4) *Londiniensis Musei Britannici, Addition of Ayscough 5411 saec. XI. qui solus servavit inscriptionem;* 5) *Florentinus Laurentianus Plut. 89 sup. nr. 86 saec. XI. ex.;* 6) *Patavinus seminarii episcopalis nr. 528 saec. XI. ex.;* 7) *Parisinus 9656 (Suppl. lat. 1109. olim Veronensis) saec. XI. ex.;* 8) *Vindobonensis Ius civ. 210 saec. XI;* 9) *Estensis bibliothecae olim ducalis Mutinensis saec. XV. ex. Inscriptio, quae nonnisi in codice 4 legitur, quin genuina sit, non est dubium, cum simili capitularia nonnulla regum Francicorum usa esse animadvertamus, vide e. g. Capitularia tom. I, nr. 94. 162. 163. Capitulare ultimum aeque ac edictum nostrum caret invocatione* In nomine Domini, *quae in reliquis duobus verba* Incipit capitula *praecedit. Subscriptio, quae locum et tempus diffinit, in codice 4 inscriptioni presso pede succedit, in codice 5 et in Vindobonensi vero ad calcem capitis 11 legitur. Illos duos codices genuinam formam servasse mihi persuasum habeo. In capitularibus quidem non raro adnotatio loci et temporis in inscriptione invenitur*[2]; *sed vocem* Actum *nusquam reperimus, praeterquam in solo a. 789 capitulari*[3], *quod etiam formulam sane singularem inscriptionis praebet:* Data est haec

**12.** y) *corr. ex* Mutenensis *A.* z) *litera* b *corr. ex* h *A.* a) *litera* v *supra lin. add. A.* b) *hic desinit cod. Vatic. 1984 addito:* Item in partibus Tusciae Reatae cum pertinentiis suis.

1) *V. 'Archiv' X, 489.* 2) *Vide e. g. Capitularia, tom. I. nr. 27. 74. 98. 162. 163.* 3) *Nr. 23. V. tamen adnotationem Boretii, quae monet, inscriptionem tam pro inscriptione capitularis nr. 23 quam pro subscriptione nr. 22 haberi posse.*

carta *etc. Ceterum in capitulari nr. 164 Ludowici I. et Lotharii I. imperatorum subscriptio obvia est:* Data Holonna, anno imperii *etc. Accedit quod subscriptio edicti nostri haud dubie ad instar eschatocolli praeceptorum regalium formata est.*

*Prologi auctorem fuisse Leonem episcopum Vercellensem, Ottonis III. logotheten (a. 998—1026) contendit vir cl. Boretius*[1], *nisus commentario quodam Libri Papiensis, quem editurus erat.*

*Codex 9 post caput 8 inseruit caput a nobis infra ad calcem textus positum, quod Boretius inter capita extravagantia Libri Papiensis 39 (Otto II. 9) p. 589 edidit. Pertzius autem (p. 34 not. a) argumentum capitis 1 edicti Ottonis III. de servis esse perperam opinatus est. De cuius fide cum viro cl. Boretio*[2] *dubitari licet.*

*Ad supplendum edictum Otto I. a. 971. Papiae capitulum promulgavit, quod vide infra. Iam sub Ottone III. a. 999. caput 1 in placito laudari, vide adnotationem. Prologi autem verba aliqua laudantur a Petro Crasso in libello, quem Heinrico IV. a. 1080. porrexit, sub nomine* Gesta Ottonis[3].

*Constitutionem nostram primus publici iuris fecisse videtur Heroldus in 'Originum ac Germanicarum antiquitatum libro' (Basileae 1557), in quo p. 340. 341 leguntur Prologus et capita omnia exceptis septimo et octavo, quae Heroldus iam prius p. 339. 340 dederat; inter c. 9 et 10 caput 1 constitutionis Ottonis III. de servis intercalatum est. Heroldi editionem plane secutus est Goldastius III, 310. 304, qui tamen et ipsum c. 11 ab edicto segregavit et p. 305 singillatim dedit. — Stumpf. Reg. 432.* (P. 32.)

Incipit[a] kapitula[b] quae instituit domnus Otto gloriosissimus imperator et item Otto filius eius gloriosus rex, una cum summis principibus, id sunt episcopis, abbatibus, iudicibus, seu cum omni populo[c].

Antiquis[d] est institutum temporibus, ut si cartarum conscriptio[e], quae constabat ex praediis, falsa ab adversario[f] diceretur, sacrosanctis[g] euangeliis tactis veram[h] esse[i] ab ostensore probabatur[k], sicque sibi predium deliberatione iudicum[l] vendicabat[m]. Qua ex re mos[n] detestabilis in Italia improbusque[o] non imitandus inolevit, ut[p] legum specie iureiurando adquirerent[q], qui[r] Deum non timendo minime periurare[s] formidarent[t]. Tempore igitur quo piissimus rex Otto[u] Romae unctionem suscepit imperii[v], residente[w] in synodo[4] summo[x] et universali papa[y] domno[z] Iohanne tercio decimo, ab Italiae proceribus est adclamatum[a], ut imperator sanctus mutata lege facinus indignum destrueret, per quod, si corpore quisquam[b] dives fieret, anima[c] periret et pauper[c] in aeternum maneret. Iudicio[d] itaque domni papae piissimique augusti expectatum est ad[e] illam usque[e] synodum, quae parva post intercapedine habita est Ravennae[5]. Cumque ibidem

13. a) *inscriptio* Incipit — populo *in solo cod.* 4: *cod.* 5 *sic:* Incipiunt capitula domni Ottonis. Sed incipit primum prologus eiusdem. b) Incip kap 4. c) *in* 4 *hoc loco sequitur subscriptio:* Actum — indictione XI. d) *prologus* Antiquis — promulgavit capitula *deest* 3; Antiquitus 5. e) *sic* 5: inscriptio 4. V; ascriptio *rell.* f) adversariis 5. V. g) sanctis 5. h) vera 4 V. i) *deest* 4. k) probatur V. l) indicis 5. 6; indicium V. m) vendicabit V. n) mox V. o) probisque V. p) ut sub 5; vel V. q) adquireret 4. r) quod V. s) *deest* 5; peiorare V. t) formidaret 4. u) Octo, *similia semper* V. v) impii *V.* w) residens 7; residentis 6. 8. 9. x) *sic* V; summa 4—9. y) papae 7—9. V. z) *sic* 4. 5. V; domni Iohannis tercio decimo anno 6—9. a) declamatum 5. b) quis etiam 7. c) anima vero *(deest* V*)* pereunte pauper 4. V. d) indicium 4. e) usque ad illam 5. 6.

1) *'Die Capitularien im Langobardenreich' p. 174.* 2) *l. c. p. 177.* 3) *Libelli de lite I, 445.* 4) *Anno 967, mense Ianuario Romae in basilica S. Petri.* 5) *Medio mense Aprili a. 967.*

ex eadem[f] re[g] proclamatio[g] repeteretur[h], ob quorundam procerum absentiam usque ad id tempus est expectatum, quo[i] gloriosissimus augustus Otto et rex Otto[k] gloriosus filius et Chuonradus[l] Burgundiae rex Italiam[m] properantes, Veronae colloquium cum omnibus Italiae proceribus habuerunt. In hoc itaque cum ab omnibus imperatoriae aures magnis[n] questibus[o] pulsarentur, ut mutata lege fraudem hanc tam diram ab Italia tolleret[p], convenientibus[q] cunctis et consentientibus[q], legem huiusmodi[r] secundum inferiora promulgavit capitula.

1. Si de prediis contentio emerserit et utraque pars sive altera cartis seu scriptionibus[s] praedium sibi vendicare voluerit, si ipse[t] qui cartam falsam appellaverit, per[u] pugnam declarare voluerit, ut ita decernatur[v]. Sin aliter, secundum priora capitula determinetur edicimus[1].

2. De aecclesiarum rebus ut per advocatos fiat similiter, iubemus.

3. De investitura praedii si contentio fuerit[w], similiter ut[x] per[y] pugnam decernatur, edicimus[z].

4. Si quis per se ipsum aut suum[a] nuncium quicquam[b] alicui deposuerit, et depositum cupiditate victus[c] denegaverit[d], si viginti solidorum pretium fuerit, ut[e] per pugnam veritas decernatur, precipimus[f].

5. Si quis dixerit, quod per vim[g] de praedio cartam alicui fecerit[h], ut[i] per pugnam veritas[k] decernatur[l], edicimus[m].

6. De furto aut scacho[n], si ultra sex solidos fuerit, similiter ut[o] per pugnam veritas inveniatur, precipimus[p].

7. Si quis equum suum vel cetera animalia sive rem suam super aliquem repererit, et ipse warentem[q] dare se[q] dixerit, statim iuret ut ad certum warentem eum conducat[r], et super[s] tertium warentem et tertium comitatum non procedat. Et si hoc[t] facere noluerit, rem perdat et secundum legem componat.

8. Laicorum vero nullum preter comites[u] in solis aecclesiasticis rebus advocatorem habere ullum[v] permittimus.*

9. Quacumque lege, sive[w] etiam Romana, in omni regno Italico homo vixerit, haec omnia, sicut[x] in his capitulis per pugnam decrevimus, servare precipimus[y]; ita tamen, ut si eorum unum[z] iuvenilis aut decrepita aetas seu infirmitas pugnare prohibuerit, liceat ei pro se pugnatorem[a] imponere[b] et alteri[c] similiter facere.

*) Si quis alium ad servitutem appellaverit, per pugnam veritas inveniatur edicimus. *inserit cod.* 9.

13. f) hac eadem V. g) reclamatione 5. h) reperetur V. i) quod 5. k) rex et Otto 4. 5; gloriosissimi augusti Ottonis rex Otto 6—9. V. l) *sic* 4; *rell. aliter.* m) in Italiam V. n) magnisque V. o) questionibus 5. 6. V. p) pelleret V. q) conv. vel cons. cunctis 4; et cons. *des.* 5. V. r) etc. *add.* V. s) inscriptionibus V; *corr.* 4. t) ille 6—9; vend. noluerit subse V. u) ad 6—9; et a 3; et hoc pugna V. v) discernatur V, *qui omisit* Sin — edicimus. w) emerserit 6. 9. x) *deest* 6—9. y) *deest* 5. V; pugna V. z) precipimus 3. a) *deest* 4. b) quicquid 5. 9. c) convictus 4. d) negaverit 3. 6—9. e) *deest* 3. 6—9; pugna ut discernatur praecipimus V. f) edicimus 5. g) quod iñ *seu* iñ V. h) facerãe 3; faceret 8. V; fecisset 7. 9. i) *deest* 7—9. k) *deest* 6. l) inveniatur 5; discernatur V. m) edisimus V. n) seasco 3; schacho 5. 6. V. o) *deest* 4. 7. 9. p) edicimus 7. 8. q) se war. dare 5. 6. 9; guarentem se dare V. r) ducat 3; deducat V. s) supra V. t) Quod si haec V. u) comitem 5. 6 *et corr.* 4. 7; comes 7—9. V. v) *deest* 4. 6. 9; nullum V. w) seu 6—9. x) *sic* 6—9; q̧ȝ 3; *deest* 4. 5. y) *deest* 5. 6. z) *deest* 7—9; aut *add.* 3. 5. a) propugnatorem V. b) opponere 5. 6. c) alterum 3. 4. V.

1) *Caput hoc in placito Romae die 2. Decembris a. 999. coram Ottone III. et Silvestro II. habito, apud Muratorium SS. II, 2, 501 (Stumpf, Reg. 1205) quo ad sententiam, non tamen vocibus ipsis prolatis laudatur. Verba* priora capitula *respiciunt ad Widonis imperatoris c. 6, quod exstat in Libro Papiensi p. 562; cf. p. 569 not. 59.*

10. Aecclesiae[d] et[e] comites[f] seu viduae lites suas de his, quae in suprascriptis[g] capitulis continentur, per consimiles advocatos[h] pugna[i] dirimant. Ceteri[k] homines natura liberi secundum legem pristinam[l] per semetipsos respondeant et determinent.

11. Diaconorum, presbyterorum, episcoporum filios notarios, sculdasios[m], comites[n], iudices fieri, omnibus[o] modis[o] prohibemus.

Actum[p] sub[q] urbe[r] Veronense[q] in[s] loco qui dicitur insula sancti[t] Zenonis, IIII.[u] Kalendarum Novembrium, anno dominicae incarnationis DCCCCLXVII[v], imperii[w] domni Ottonis serenissimi[x] imperatoris augusti VI[y], regni vero filii eius domni Ottonis VI[z], inditione XI[a].

# 14. PACTUM CUM VENETIS.

## 967. Dec. 2.

*Imperatores et reges Italiae iam ante tempora Ottonis I. cum Venetorum republica pacta iniisse notum est. Iam Liutprandus rex Langobardorum cum Paulutio duce Venetorum (cfr. Pactum Ottonis I. c. 20) foedus pepigit Karolusque Magnus et ipse pace et pacto cum Venetis convenit. Cui qui successerunt in regno Italico imperatores et reges illa pacta iterum iterumque renovarunt. Attamen tria tantum ex illorum numero aetatem tulerunt, scilicet Lotharii I. a. 840 (PL), Karoli III. a. 880 (PK), Berengarii a. 888 (PB); alia in his tribus pactis laudata frustra quaeruntur et periisse videntur. Locum etiam pactorum confirmationes tenent, quales Wido a. 891, Rudolfus a. 924, Hugo a. 927 Venetis dederunt. Praeterea imperatores et reges praeceptis utebantur, quibus duci, patriarchae, episcopis, populo Venetiae possessiones in regno Italico sitas confirmarunt. Quae pacta et praecepta nuper in Capitularium tomo II, p. 129—151 edita sunt.*

*Pari modo Otto I. quoque a. 967 et pactum et praeceptum confirmationis cum Venetis fere ad verbum iteravit. Otto II. deinde pactum tantum a. 983 renovavit. Otto III. a. 992 et Heinricus II. a. 1002, pacti forma relicta, diplomate Venetis ea quae ab antecessoribus concessa erant, summatim corroborarunt. Contra Conradum II. Venetis infensum, quos 'semper imperio nostro rebelles exstitisse'*[1] *increpabat, foedus cum ipsis iniisse vel confirmasse putari vix potest. Heinricus III. vero utrum pactum concesserit*

**13.** d) De ecclesias 3. e) *deest* 6—9. f) comes *V.* g) istis 5. 6. h) advocatores 7—9. *V. et corr.* 4. i) puguam *V.* k) vero *add.* 6—9; Ceteris hominibus nat. liberis *V.* l) leges pristinas *V.* m) *sic* 4. 9; sculdaxios 3; sculdassios 5; sculdascios 6—8. *V.* n) vel *add. V.* o) omni modo 5. 6; omni modis *V.* p) *subscriptio solummodo in* 4. 5. *V*; *cod.* 4 *eam capitulis praemittit.* q) iuxta suburbium Veronensem *V.* r) urbem 4. s) *deest* 4. t) sancti Zenonis *des. V* u) quarto 5. v) DCCCCLXVIII. 5. w) vero *add. V.* x) serenissimi — Ottonis *des.* 4. y) *sic V;* ex. 5. z) *sic* 4. *V;* sex 5. a) undecima 5, *qui addit:* Expliciunt capitula domni Ottonis.

1) *V. Stumpf, Reg. nr. 2053.*

*an praecepto tantum privilegia confirmaverit, e pacto filii sui non satis elucet*[1]. *Heinricus IV. demum a. 1094 privilegium amplissimum dedit ad instar pacti Ottonis II. Cuius vestigia presserunt Heinricus V. a. 1111, Lotharius III. a. 1136, Fridericus I. a. 1154 et a. 1177, Heinricus VI. a. 1197, Otto IV. a. 1209, Fridericus II. a. 1220. Quae pacta omnia infra in lucem dabimus.*

*Pauca tantum de materia, forma, codicibus mihi adnotanda sunt, quippe quae satis et sagacissime tractata esse videantur a viro d. Fanta b. m. in periodico 'Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung, I. Ergänzungsband' p. 51 sq. Omnia enim illa pacta modo laudata aliud ex alio pendent et paene ad verbum textus priorum pactorum reddunt. Nihilominus, non semper patet, quo ex pacto priore posterius sit derivatum, quia aut deperiit fons, aut textus ex pluribus scriptis est concinnatus. Licet igitur verborum contextus saepe simillimus esse videatur, forma tamen conditioque pactorum inde ab Ottonis II. aetate haud mediocriter mutata est. Ut enim anteriora pacta Lotharii, Karoli, Berengarii, Ottonis I. veram pacti formam, duarum scilicet partium paciscentium, exhibent, ita posteriora, Ottonis II. et Heinrici IV. successorumque, privilegii potius ex sola imperatoris voluntate concessi speciem prae se ferunt*[2]. *Non minus etiam ea, quae pactis statuta sunt, paullatim hic illic immutari sunt coepta, ita ut nonnulla capitula prorsus omitterentur, nonnulla abbreviarentur, alia denique, ut novae res postularunt, de novo adderentur vel mutarentur. De singulis suo loco dicemus. Denique temporum ratio in pactis inde ab Ottone I. est mutata: neque enim in quinque annos, ut Lotharius, Karolus, Berengarius, sed 'per cuncta annorum curricula' pacta valere iusserunt Otto I. eiusque successores (infra p. 33).*

*Accedo nunc ad codices pactorum enumerandos. Dolendum est, quod fere nullius scripti autographum servatum sit. Nam pusillum tantum fragmentum pacti Friderici I. a. 1154 in codice Marciano usque ad nostram aetatem permansit; exemplarium quoque ex authenticis derivatorum tria tantum possidemus satis vetusta, Ottonis nempe I. et Ottonis II. saeculi X, Friderici I. a. 1177 pacti saeculi XII. ex. Reliqua omnia pacta solis in libris copialibus reipublicae Venetae traduntur. E quibus affero non ea de causa primo loco, quod sit venerandae aetatis vel optimae fidei, sed quia fere omnia, uno solo Friderici I. a. 1154 pacto excepto, continet pacta, illum codicem* L i b r u m  b l a n c u m *dictum saeculi XIV. med. iussu Andreae Dandoli confectum*[3]. *Hic codex omnesque ceteri archivi Veneti thesauri post reipublicae interitum Vindobonam transmissi nostris temporibus patriae restituti hodie in archivo regio Veneto servantur. Deinde* C o d e x  T r i v i s a n u s *circa annum 1500 scriptus*[4] *proprium fontem usque ad Heinricum IV. in describendis pactis sequitur. Heinrici V. et successorum eius pacta ex Libris pactorum transscripta sunt. Denique* L i b r i  p a c t o r u m *nominandi sunt, quorum liber primus scribi coeptus anno 1209*[5] *pacta inde ab Heinrico V. continet, liber quoque secundus*[6] *ad modum prioris saec. XIII. ex. conformatus praebet pacta eadem alio, ut videtur, ex fonte hausta. Pactum Friderici I. a. 1154, quod in enumeratis codicibus non invenitur, solum in codice Vindobonensi, non cum ceteris Veneto archivo reddito servatur.*

*Ut facilius quae verba quodque pactum alteri debeat cognoscatur, minoribus litteris transscripta, maioribus pacto propria imprimenda curavimus; asteriscos posuimus, ubi*

1) *Cf. Danduli Chronicon IX, c. 7, p. 12 (Muratori XII, 245):* Hic dux *(Dominicus Contarenus qui regnare incepit a. 1043)* ab Henrico augusto approbationem foederis, quod pater eius renuerat, per Dominicum Sylvo et Bonum Dandulo legatos suos obtinuit. 2) *Cfr. Fanta l. l. p. 94 sq.* 3) *Cfr. Pertz 'Archiv' III, 556 sq., Bethmann ibid. XII, 633, Fanta l. c. p. 54. Rubricae enumerantur apud Tafel et Thomas 'Abhandlungen der bair. Akademie, Hist. Classe' VIII, p. 45 sq. Paginae codicis duobus modis numerantur, nos sequimur recentiores numeros.* 4) *Cfr. 'Giornale di Padova' 1807, Pertz 'Archiv' IV, 172, Fanta l. c. p. 54.* 5) *Cfr. Bethmann 'Archiv' XII, 631. Tafel et Thomas l. c. p. 57 sq.* 6) *Cfr. Bethmann l. c. p. 633. Tafel et Thomas l. c. p. 84 sq.*

*textus nimis contractus esse videtur. Textum omnibus in codicibus continuo scriptum in lectorum usum commodiorem in capitula distinximus singulisque numeros uncis inclusos addidimus.*

*Ottonis I. pactum traditum est in* 1) *apographo saec. adhuc X;* 2) *Libro blanco fol. 21', nr. 10, praefixa rubrica:* Pactum habitum inter Ottonem imperatorem et dominum Petrum ducem Venetiarum pro firma pace firmanda inter Veneticos et vicinos eorum: 3) *cod. Trivisano fol. 79. Qui tres codices tribus imprimis locis ita inter se differunt, ut codices 2. 3 additamenta proferant, quae in codice 1 frustra quaeruntur. Quae additamenta in favorem Venetorum conficta esse lucidissime Fanta in libro suo laudato p. 54 sq. docuit. Porro ita differunt codices 2. 3 a codice 1, ut capita ultima pacti 20—27 multo breviore contextu exhibeant quam ille. Unde Fanta certissime conclusit, codices 2. 3 ex fonte a primo diverso fluxisse, quem collectionem reipublicae Venetae pactorum, iam pridem perditam, fuisse haud incongrue suspicatus est. In concipiendo pacto exemplum fuisse videtur 'pactum anterius Ravennae peractum', capite 2 allatum. Quod cum ad nostram aetatem non pervenerit, restat, ut quae ratio intersit inter vetustiora illa pacta, quae servata sunt, pactumque Ottonis I. fusius explicemus. Maxime igitur nostrum cum Lotharii I. pacto concinit, nisi quod nimis abbreviatum est. In exordio enim plures Venetorum civitates (Clugia, Brundulum, Fossiones, Fines) omittuntur, adduntur Bibiones; porro desunt c. 3 de servis christianis, c. 7. 8 de adiutorio mutuo, c. 11 de fugitivis, c. 15 de pignoratione extraordinaria, c. 21 de familiae pignoratione, c. 23 de cautionibus, c. 27 de missis, c. 32 de Clugiensibus, c. 33 de eunuchis; in angustias contracta sunt c. 12. 13. 17. 19. 25. 26. 28 (= Ottonis I. pacti c. 8. 9. 11. 13. 19. 20). Itaque si maximam partem Ottonis pactum cum Lotharii convenire dici potest, nonnullis in capitibus ad Berengarii I. pactum proprius accedit, velut c. 11 de ripatico (c. 17 Berengarii pacti), c. 23 de tributo Venetorum (c. 30 Berengarii), c. 27 de cautionibus (c. 36 Berengarii). Capite deinde 18 et Berengarii 24* Amianenses *pro* Commanenses *pactorum Lotharii I. et Karoli III. legitur. E contrario etiam pluribus locis pacti Ottonis textus ampliatur. Duo scilicet capita (c. 15. 16) iam eodem loco quo in vetustioribus pactis et fere eisdem verbis descripta, sub finem (c. 25. 26), mutata monetarum significatione et verbis nonnullis omissis vel additis, iterum reperiuntur (cfr. quae disseruit Sickel in DD. I, p. 478). Formulae etiam poenae corroborationisque in nostro scripto primum adnectuntur. Vir cl. Sickel monuit, locum (civitate Roma) et diem (Dec. 2), quoniam Otto exeunte demum mense Decembri Romam intravit, inter se pugnare videri. Quod ita explicandum esse probabiliter arbitratus est, ut de singulis statutis pacti illo Decembris die secundo, fortasse Ravennae, partes convenisse, diploma ipsum postea Romae confectum et nunciis Venetis traditum esse putandum sit. — Stumpf, Reg. 435. (P. deest.)*

*P. KEHR.*

† In nomine sanctę et individue Trinitatis. Anno ab incarnacione domini nostri Iesu Christi nongentesimo sexagesimo septimo, imperii vero domni Ottoni piissimi cesaris . .[a], indictione undecima, quarto Nonas Decembris: civitate Roma[b]. Hoc pactum suggerente ac supplieante Petro Venetiarum duce inter Veneticos et vicinos eorum constituit ac scribere iussit, ut ex utraque parte de observandis his[c] constitutionibus sacramenta dentur et postea per observationem harum constitutionum[d] pax firma inter illos[e] perseveret. Vicini Veneticorum sunt ad quos huius pacti ratio pertinet: Istrienses, Foroiulienses, Cenetenses[f], Tarvisianenses, Vicentinenses, Montesilicenses[g], Gavelenses[h], Comaclenses, Ravennenses, Cesenenses, Ariminenses[i],

14. a) *non est lacuna in codd.* b) in civ. Romana 3. c) has 1. d) constitutionem 1. e) eos 1. f) Centenses 2. g) Montessilicinenses 1; Montesilienses 2. h) Gaualenses 2. 3. i) Arimanenses 1. 2.

Pesarenses[k], Fanenses, Senegalenses[l], Anconenses, Humanenses, Firmenses et Picnenses[m 1], qui in his locis[m] vel presenti tempore constituti sunt vel in futurum constituti fuerint, maiores atque minores. Quos constituit ipse piissimus imperator, ut[n] cum Petro duce Veneticorum et cum ipso populo Venetiarum, id est cum habitatoribus Rivo alto, castro Olibolis[o], Amurianas[p], Metamauco, Albiöla*, Torcello, Amianas, Buriano, Civitate nova*, Equilo, Caprulas, Bibiones, Gradus, Caput Argeles, Laureto[2] et cum[q] omnibus in eiusdem locis habitantibus[r], tam episcopis[r] hac sacerdotibus quam et primatibus seu reliquo populo, et cuncta generalitate[s] ad ducatum Venetię pertinentibus hoc pactum observare deberent per cuncta annorum curricula, ut nulla malicia nec lesio inter partes facta proveniat; et si, quod absit, aliquod malum[t] inter partes commissum fuerit, secundum pacti huius seriem emendare et iusticiam conservare[u]* promittunt[v].

(1) Et si excursus[w] in finibus vestris Venetiarum factum fuerit, persona ipsa, que[x] in capite[y] fuerit eandem maliciam[z] faciendo, infra sexaginta dies parti vestrę tradatur, et o[mne] quicquid fuerit ablatum[a], in duplum restituatur[b]; et si ipsum dupplum vobis non composuerimus, aut[c] personam ipsam[d] in manus vestras[e] non dederimus infra sexaginta dies, pro unaquaque[f] persona, que ipsam maliciam[g] perpetraverit, auri solidos quingentos[h] componat[i].

(2) Et addimus, ut omnes homines vestros, postquam pactum anterius peractum fuit[k] Ravenne[l 3], qui ad nos confugium fecerunt[m], si eos invenire potuerim[us, ad] partem vestram reddere promittimus*.

(3) De captivis vero, si inventi fuerint in ducatu[n] vestro: ipsas personas, que[x] illos captivos transposuerunt, cum omnibus rebus et familiis illi malifactores tradantur; et si hoc factum non fuerit, tunc prebeat sacramentum[o] iudex loci illius, ubi ipsa mancipia requiruntur[p], cum duodecim liberis hominibus[q], quod ea[r] mancipia illuc non fuissent suscepta nec inde in alienis partibus transposita.

(4) Si autem homines vestri in ducatibus nostris confugium fecerint, modis omnibus cum cunctis suis rebus parti vestrę reddere promittimus sive serv[os sive liberos[s].

(5) Si autem] aliqui[t] hostes aut scamara[u] vel qualiscumque persona per fines nostros contra vos ad vestram lesionem [vel ad[1] vestra] loca ven[ire temptaverit et ad nostram pervenerit notitiam, mox sine] aliqua tarditate vobis nunciabimus[v]*.

(6) Si enim furtum inter partes[w] factum fuerit, in quadruplo restituatur.

(7) Si vero servi aut ancille[x] infra hoc spacium[y] inter partes fugerint[z], cum omnibus

**14.** k) Pesaurenses 3. l) Senogallienses 3. m) Picnenses (Quinenses *PK. et PE.*) etiam et tocius regni nostri in quibus locis quicumque 2. 3. *PK. PE.*; Pinenses quibus locis *PL.*: *cfr. Fanta l. c. p. 55.* n) *om.* 2. 3. o) Alibolas 1; Olivoli 3. p) Amorianas 2; Amorianę 3. q) etiam 1. r) *ita* 1. *PL. et PK.*; habitantibus vestrę potestatis tam cum (potestati tantum 2) vestro patriarchatu seu episcopis 2. 3 *et PE*; *cfr. Fanta l. c. p. 56.* s) cunctę generalitati 1. 2. t) aliquid malo 1. 2. u) observare 1. v) promittimus 2. 3; adinvicem repromittunt *PL.* w) excursa 1; excursu 2. x) qui 1. y) caput 1. z) eadem malicia 1; ad eandem maliciam faciendam *praebent et pacta anteriora et pactum Ottonis II.* a) ablata 1; omnia quecumque fuerint ablata 3; *cfr. pacta anter.* b) restituantur 3 c) et 2; aut si *praebent pacta anter.* d) persona ipsa *codd.* e) manus vestra 1; manu vestra 3. f) per unaquamque 1 g) qui ipsa malicia 1. h) quinguentos 1. i) componamus *in anterioribus pactis*: componantur *in posterioribus.* k) *om.* 1. l) Ravemma 1. m) fecerint 3. n) ducato 1; ducatibus nostris *in anter. pactis.* o) sacramento 1. p) requiritur 1. 2. q) liberos homines 1; liberi homines 2. r) *suppl. ex pactis anter., om. codd.* s) servo sive libero 1. 2. t) aliqua 1. 3. u) scamaras 1. 3. v) nunciamus 1. 2. w) si enim inter partes furtum 1. x) ancillas 1. y) spacio 1. 2. z) fugierint 1; confugerint *in pactis anter.*

1) *Hodie: Capo d'Istria; Cividale; Ceneda; Treviso; Vicenza; Monselice; Garello; Comacchio; Ravenna; Cesena; Rimini; Pesaro; Fano; Sinigaglia; Ancona; Umana; Fermo; Penne.* 2) *Hodie: Rialto; Castell Olivolo in urbe Venetiis; Murano; Malamocco; Albiola hodie non exstat, cfr. Simson, Jahrbücher Karls d. Gr., II. p. 118 n. 1; Torcello; Amianas hodie non exstat, erat insula Venetiarum; Burano; Città nuova; Equilio vel Iesolo, hodie Cavazuccherina; Caorle; Bibiones, quid sit, dicere non possum; Grado; Cavarzere; Loreo.* 3) *Non intelligendum est Karoli III. pactum a. 880, sed aliud non servatum.*

rebus, quas[a] detulerint secum, reddantur, et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, pro unoquoque singulos[b] auri solidos recipiat, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum idoneum domnis illorum satisfactum fiat[c]. Si vero iudex ipsos fugitivos susceperit et[d] eos reddere neglexerit et exinde in aliis partibus confugium fecerint, pro unoquoque fugato auri solidos septuaginta et duo componat*.

(8) Nullatenus autem liceat alicui[e] per alia loca pignus accipere, nisi ubi fugitivi aut causa requiritur, exinde pignoretur; et si pigneratio pervenerit, non presumat alia pars pro pignore aliam[f] pignorare, set expectet usque ad audientiam[g] cause, ita sane[h] ut infra sex mensium[i] spacium fiant[k] et sint finite cause, reddens prius, quod ex[l] iudicio condempnatus fuit[m], et pignus suum recipiat*. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tullerit vel aliquem[n] pro pignore pignorare presumpserit, in duplo quod [tulerit] restituat.

(9) Si vero equi vel eque[o] aut armenta vel aliqua[p] quadrupedia furata fuerint[m], in duplo restituantur[q]*.

(10) Negocia autem inter partes liceat[r] dare, quod inter eos convenerit[s]* sine omni pars parti violentia*.

(11) De ripatico[t] autem:* ut secundum antiquam consuetudinem[u] pars parti observetur[v] omnem quadragesimum; et homines vestri licentiam habeant per terram ambulandi[w]* ubique voluerint ad negociandum aut[x] quod eorum opus habuerit, et similiter nostri homines[y] itemque ambulandi ad negociandum.

(12) Sed et hoc convenit, ut, si qua lesio inter partes evenerit, legatarii non detineantur, sed securi ad propria redeant; similiter et epistolarii[z], si detenti fuerint, relaxentur et componantur eis solidi trecenti[a]; et si[b], quod absit, occisi fuerint[c], componantur parentibus eorum pro ipsis[d] solidi mille, et ipsa persona tradatur in manibus illorum.

(13) Si quis inter partes causam[e] habuerit, vadat semel vel bis cum[f] epistola iudicis sui[g], et, si ei minime iustitia facta fuerit infra dies qua[ttuo]rdecim et si[h] ipse homo, unde iustitia requiritur, infra ipsum locum fuerit aut de aliunde reversus fuerit, infra dies septem licentiam habeat pignorare iudici[h], qui in ipso tempore ordinatus[i] fuerit, infra casa sua, quantum ipsum debitum fuerit*.

(14) Addimus: si quis homicidia perpetraverit, stante pacto, modis omnibus partibus vestris[k] ligati[l] tradantur, quanti in ipso homicidio fuerint mixti; et si distulerint eos tradere, pro unaquaque persona[m] componat auri solidos trecentos. Et si aliquis[n] in silva pignorationem[o] facere voluerit[p], sic fiat[q] sine homicidio; et si, quod absit[r], homicidium factum fuerit in libero homine, componat pro ipso[s] solidos trecentos[t] et pro servo solidos quinquaginta; et si plaga[u] peracta fuerit in libero homine, componat similiter solidos quinquaginta et pro servo solidos triginta*.

(15) Volumus, ut[b] pro sex mancusis solum ab uno homine sacramentum recipiatur[v], et si plus fuerit usque ad mancusos duodecim, duorum hominum iuramentum[w] sit satisfactum; et ita

**14.** a) quibus 1. 2. b) singuli 1. 2; singuli singulos 3. c) sit 3. d) *om.* 1. 3. e) liceant aliquid 1; liceat aliquit 2. f) pignora alia 1. 3. g) audientium 1. 2; andiendum *PB. et PO. II.* h) *ita correxi secundum pacta anteriora et P. Ottonis II.*; sit *codd.* i) *ita PB. et PO. II.*; menses *codd.* k) fiat 2; sit 3. l) *ita PB. et PO. II.*; et *codd.* m) fuerit 1. n) *ita corr. secundum pacta anter. et PO. II.*; qui *codd.* o) equi equos 1; equos vel equas 3. p) *ita pacta anter. et poster.*; reliqua *codd.* q) restituatur 1. r) liceant 1. s) convenerint 1. 2. t) ripaticum 1. u) antiqua consuetudine 1. v) observentur 1. w) habulandi 1. x) ut 1. y) per vestras aquas *add.* 2; per vestram aquam 3; *cfr. Fanta l. c. p. 57 et 67.* z) pistolarii 1. a) componat ei sol. trecentos 1. 3. b) *om.* 2. c) occisus fuerit 1. 3. d) ipsi 1. e) *ita* 1 *et PO. II.*; causas 2. 3 *et pacta anter.* f) *om.* 1. g) *ita corr. secundum pacta anteriora et PO. II*; suo iudici 1; indici suo 2. 3. h) *ita codd.*, indicem *in pactis anterioribus*, index *in pactis posterioribus.* i) ordinato 1. 2. k) *om. codd., suppl. ex pactis anter.* l) legati *codd.* m) per unaquamque persona 1; per unamque personam 2. n) aliquid 1; aliqui 2; aliquam *PB.* o) pignoratione 1. p) voluerint 2. q) fiant 1. 2. r) ut *add.* 1. 2. s) ipsi 1; ipsis 3. t) sol. trecenti 1. u) plagas 1. v) *ita* 2 *et pacta anter.*; suscipiatur 1. 3. w) sacramentum 1.

usque ad duodecim libras Veneticorum semper addendum per duodecim electos iuratores perveniat, usque[x] quante[y] sint libre, etiam tanti sint iuratores; nam si ultra duodecim librarum questio fuerit, iuratores ultra duodecim non excedant.

(16) Statuimus enim de pignoribus, que inter partes posita fuerint, ut, si qua contencio de his orta fuerit[z], ipse, qui pignus retinuerit, pro se sola[a] persona sacramentum faciat.

(17) Simititer stetit, ut in[b] res sanctarum[c] ecclesiarum Dei nulla preda nec[d] pignoratio fieri debeat, excepto si cum sacerdotibus ipsar[um eccle]siarum causam habuerit; et antea compellatio fiat semel et bis; postea fieri debeat pignoratio; nam qui aliter facere presumpserit, duplo componat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus[e], ita ut ipsum pignus salvum restituat.

(18) Et hoc stetit de capulo, quod Ripoaltenses[f], Olibolenses[g], Amurianenses, Metamaucenses, Albiolenses, Torcellenses, Amianenses[h] fecerunt hodie in annos triginta, ubi capulaverunt, habeant licenciam capulandi, sicut[i] per suprascriptos annos habuerunt consuetudinem[k], sive per flumina[l], sive per mare; et flumina, que aperta fuerunt in fine Tarvisiano hodie ab annis[m] triginta, reapperiantur[n] per consuetudinem[o] semper inantea.

(19) Equilenses vero capulare debeant de ripa sancti Zenonis[p] usque in fossa Metamauri et Gentionis[q] [1]* omnem arborem quo eorum opus habuerit capulandi et vegere quod melius potuerit[r], et licentiam habeant[s] peculia vestra[t] in ipsas fines passere et pabulare cum securitate[u].

(20) De[v] finibus Civitatis nove statuimus, ut terminacio, que a tempore Liuprandi regis facta est inter Palutionem ducem et Marcellum magistrum militum [2], deinceps manere debeat, id est de Plave maiore [3] usque in Plavem siccam*; peculiarum quoque* greges cum securitate pascere*.

(21) [Caprisani [4] vero in silva* Foroiulia]na ubi semper capulaverunt, *capulare debeant.

(22) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii capul[um faciant].

(23) Et promisit nobis cunctus ducatus Veneticorum et successoribus nostris pro huius pactionis foedere annualiter omni mense Marcio persolvere libras suorum denariorum quinquaginta et pallium unum [5].

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum vel monasteriorum Dei omninodo insticiam faciat*.

**14.** x) *ita codd.*, ut *in pactis anter.* y) quanti 1. z) fuerint 1. a) per se sola 1; pro sola 2. b) *om. codd., suppl. ex pactis anter.* c) sanctorum 1; in rebus sanctorum ecclesiarumque *PL. PK.* d) neque 2. 3. e) *ita codd. et pacta poster.*, solicitus *in pactis anter.* f) Rivoaltenses 2. 3. g) Oblivolenses 2; Olivolenses 3. h) *PL. et PK. hoc loco praebent* Communenses. i) licencia capulando si 1. k) consuetudine 1. 3. l) sive per flumina *om.* 3. m) ab annos 1; ad annos 3; ab hodie in annos *PL. et PK.* n) reperiantur 2. 3. o) consuetudo 1. p) Zenoni 1. q) *ita corr. secundum pacta anter.;* Medauro egentionem 1; de Metamauro egentione 2. 3. r) *hoc loco add.* 2 ut rectum est usui persolvendum; rectum ut usus est persolvendo 3. s) habeat 1. 3. t) *ita corr. secundum pacta anter.;* nostra *codd.* u) cum securitate *om.* 2. 3. v) *codd.* 2. 3 *ita sequentia capita contrahunt (cfr. Fanta l. c. p. 57):* De finibus autem Civitatis nove ita capulent (caput *codd.*), sicut ab antiquitus fecerunt. Caprisani vero in silva, ubi capulaverunt, in fine Foroiuliano (Foroiuliane 2.) semper faciant reditum (faciat redito *codd.*) et capulent, sicut et antea capulaverunt. De Gradensium vero civitate (vero 2; *om.* 3.): secundum antiquam consuetudinem debeant dare et capulum (capulare *codd.*) similiter fatiant, ubi antea fecerunt in fine Foroiuliana, sicut ab antiquitus fecerunt (in fine — fecerunt *om.* 3.). Reservavimus in eodem pacto, ut pars parti de causis ecclesiarum et monasteriorum iustitias faciat (facere *codd.*). Tributa pacti omni anno mense Martio (mensis Marcii 2.) nobis persolvant libras XXV denariorum (persolvantur libr. viginti quinque de nostro dinario 2). *In margine cod.* 3: desunt reliqua.

1) *Quid ripa s. Zenonis, fossa Metamauri (Malamocco?) et Gentionis sint, dicere non possum.* 2) *Cfr. Fanta l. c. p. 86 sq.* 3) *Piave flumen.* 4) *Caprisani, Capriani (Pactum Ottonis II.), Caprulani (Pactum Friderici I.) civitatis hodie Caorle incolae.* 5) *Cfr. Pactum Berengarii I. c. 30.*

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum uno homine sacramentum faciat, et sic usque duodecim libras Veneticorum denariorum duodecim electi iuratores addantur; nam si ultra duodecim libras questio facta fuerit, iuratores ultra duodecim non accedant.

(26) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes posita fuerint, ut, si qua de eis contentio facta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui[w] pignus habuerit, soli sine electis.

(27) De cautionibus vero simili modo agatur.

Si quis igitur huius nostrę preceptalis paginę violator extiterit, quod minime credimus, aut hoc observare noluerit, sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem kamerę nostrę et medietatem predictis Veneticis. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione[x] hanc paginam propria manu corroborantes eandem inferius iussimus signiri.

# 15. PRAECEPTUM CONFIRMATIONIS VENETIS DATUM.

### 967. Dec. 2.

*Traditur in* 1) *Libro blanco fol. 20′ nr. 9, ubi inscribitur:* Privilegium confirmationis Ottonis imperatoris factum domino Petro duci Venetiarum; *et* 2) *cod. Trivisano fol. 77. Praeceptum Lotharii I. (LL. Capitularia II, p. 136, nr. 234) vel Ludowici II. (ibidem p. 137, nr. 235) paene ad verbum repetitur. — Stumpf, Reg. 436.*

*(P. deest.)*

In nomine domini Dei eterni. Otto divina favente clementia imperator augustus. Dignum est, ut celsitudo imperialis, quantum ceteros honoris ac potestatis fastigio antecellit, tantum erga omnes pietatis sue munus impendere satagat. Igitur omnium fidelium sancte Dei ecclesie nostrorumque[a], presentium silicet ac futurorum, noverit industria, quia Petrus dux* Veneticorum per Adeleidam dilectam coniugem nostram ac per[b] nuntios suos Iohannem Guntarinum et alium Iohannem diaconum[c] nostram deprecatus est[d] maiestatem, ut ex rebus sui ducatus, que infra ditionem ac potestatem imperii nostri consistere noscuntur, confirmationis nostre preceptum fieri iuberemus, per quod ipse ac patriarcha, pontifices et populus illi subiectus sibi debitas res absque cuiusquam contrarietate seu refragatione[e] retinere quivissent, quemadmodum temporibus* Karoli per decretum cum Grecis sanccitum possiderunt. Quorum petitionibus[f], ut nobis celestis suffragatio copiosior adsit, libenter adquiescentes hos excelentie nostre apices decrevimus fieri, per quos statuentes decernimus, ut nullus in territoriis, locis pecculiaribus aut[g] ecclesiis, domibus seu rebus et reliquis possessionibus presignati ducatus, que infra potestatem imperii nostri site esse noscuntur, iniquam ingerere presumat inquietudinem[h], diminorationem seu calumniosam contradictionem aut subtractionem nefandam; sed liceat eas prefato duci ac patriarche, episcopis ac populo sibi subiecto seu successoribus eorum ac heredibus quiete absque cuiusque insultantis machinatione aut sinistra quippiam molientis tergiversatione iure gubernare et gubernando, prout liquidius in presignato decreto continetur, legaliter possidere. Et[i] ut hec nostre confirmationis atque coroborationis auctoritas a fidelibus sancte Dei ecclesie et nostris verius credatur et a nostris successoribus per tempora labentia

14. w) quod 1. x) impressionem 1.

15. a) nostrorum 1. b) dilectos *add.* 1, *sed deletum esse videtur.* c) diaconem 1. d) deprecati sunt *codd.* e) refragratione 1. f) petitiones 1. g) *om.* 2. h) inquietitudinem 1. i) *om.* 1.

omni munimine stabiliatur, manu propria subter firmavimus et annuli nostri impressione adsignari iussimus.

Signum domini Ottonis (M.) serenissimi imperatoris augusti.

Ambrosius kanzelarius advicem[k] Uberti[l] episcopi et archichancelarii recognovi.

Data IIII. Nonas Decembr., anno dominice incarnationis DCCCCLXIIII[m]. imperii vero . . .

# 16. EDICTUM PAPIENSE DE DUELLO.

## 971.

*Capitulum singillatim traditum, quo nimirum propositum capitularis Veronensis a. 967 editi completur, asservatum est in codice Institutionum saec. XI. bibliothecae Bambergensis sign. D. II. 3 (olim D. nr. 32) et a Rosshirt in libro 'Beiträge zum Römischen Recht' I. 7. vulgatum. Quam editionem Pertz et nos secuti sumus. — Stumpf, Reg. 496. (P. 35.)*

Capitulum Ottonis Magni Romanorum imperatoris augusti datum Papie anno incarnationis Domini DCCCCLXXI.

Si inter ecclesias vel alios ingenuos vel liberos homines, aut inter ecclesiam vel hominem de prediis seditio vel certamen sit, pugna decernatur. Si non audeat, res sue infiscentur, et ecclesie vel homini, cui iustitia pertinet, res sue reddantur.

15. k) domini *add. codd.* l) Huberti 2. m) *pro* DCCCCLXVII.

# OTTONIS II. CONSTITUTIONES.

## 17–19. PAX CUM VENETIS.

983. Iun. 7.

*Dissensione inter imperatorem et rempublicam Venetiarum orta, pactoque antiquo disrupto, Otto II. Venetis, ut populus inopia premeretur, commeatum et commercium cum regno Italico interdixit*[1]. *Sed anno demum 983 Venetorum legati supplices ad imperatorem Veronam venientes, ut facultas negotiandi rursus ipsis concederetur et pax renovaretur, ab eo impetraverunt. Tria sunt scripta, quae ad hanc causam spectant: primum est scriptum Gestorum consilii ab imperatore cum imperii primoribus de petitione Venetorum habiti, ut eis liceret rursus secure per imperii fines ambulari; secundum est scriptum pacti, quod Otto II. cum Venetis renovavit; tertium est praeceptum, quo imperator Venetis securitatem in monumento primo promissam largitur et constituit, posthac omnes dissensiones iure ac iudicio, prout in scripto pacti contineatur, decernendas esse.*

### 17. *GESTA DE PACE CUM VENETIS RENOVANDA.*

*Extant in* 1) *Libro blanco fol. 27' nr. 13, ubi minus apte inscribitur:* Securitas Venetorum prestitam per Ottonem imperatorem: 2) *cod. Trivisano fol. 103. — Stumpf, Reg. 847.* *(P. 35.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXIII, indictione undecima, anno vero regni secundi Ottonis XXVI, imperii autem eiusdem XVI, VII. Idus Iunias. [R]esidentibus cum Ottone piisimo imperatore ac invictissimo augusto Adeleida[a] matre sua cum Theuphanu[b] coniuge eius seu principibus ultramontanis et Ytalicis, Uuilligiso[c] Maguntino archipresule et Gislario Magdiburgensi[d] seu Ecberto Treuerensi[e] archipresulibus, Petro Ticinensi[f] et Petro Cumano episcopis, Deodrico Metensi[g], Albino Bresenono[2] episcopis, Ezulo[3] duce Baioariorum, Ottone, Uuilelmo[h] comittibus aliisque quam pluribus maioris et inferioris ordinis nobillibus hominibus, imperialem adierunt celsitudinem[i] Venetici, ostendendo precepta et confirmationes, quas antecessores eorum a regibus et ab imperatoribus

**17.** a) Adheleida 2. b) Theophanu 2. c) Vuiligisso 2. d) Magiburgensi *codd.* e) Triueriensi 1. f) Ucinensi 1. g) Mettensi 2. h) Uuielmo *codd.* i) ut *add.* 1.

1) *Anno 980, ut videtur: v. quae Pertz adnotavit ad Iohannis Chron. Venetum SS. VII, 27 not., et quae Fanta l. c. p. 66 adversus v. d. Kohlschütter, 'Venedig unter dem Herzog Peter II. Orseolo' p. 8 disputat.* 2) *Brixen.* 3) *Hezil (Heinrich).*

habuerunt, quatenus pacem et federa tam firma et rata per imperialem paginam dignitas imperialis constitueret, ut liberi et securi absque ulla lesione per totum suum imperium habirent[k]. Ob quam gratiam consultum est ab omnibus ecclesiasticis viris et secularibus, propter divinum amorem et recompensationem regni celestis congruum esset efficere, quod iidem[l] Venetici petebant[m]. Idcirco iussit maiestas imperii huiuscemodi scriptum[n] scribere et[o] confirmatione sue proprie manus, sigilli sui impressione corroborare, ut deinceps talis discensio nunquam inter se et illos aut suos heredes oriatur, ut maiores et minores illius Venetie populi patrie per suum inperium, orientem versus meridiem, occidentem et septentrionem, libere et secure ambulent[p].

## 18. *PACTUM CUM VENETIS.*

*Traditur in* 1) *apographo saeculi X;* 2) *Libro blanco fol. 23', nr. 11, ubi inscriptum est:* Pax et fedus factum et initum inter Ottonem imperatorem et Ursum ducem Veneciarum occassione dissensionis inter eos et Veneticos orte; 3) *cod. Trivisano fol. 105.*

*Simili modo, quo iam in pacto Ottonis I. (v. supra p. 32) codices inter se differre observavimus, codices 2. 3, quod nostrum monumentum attinet, sincerum atque originalem textum praebent, ut Fanta nos docuit, sed quae exstant in codice 1 in utilitatem Venetorum conformata et ampliata sunt. Capitis enim decimi, quod de ripatico est, textum esse genuinum in codicibus 2. 3, contra codicis 1. verba in favorem reipublicae esse modificata, pacto Ottonis I. et pacto Heinrici IV., quod ex nostro pendet, collatis evidenter elucet*[1]. *Verba* ad vos *autem eiusdem capitis, quae olim Pertz 'Archiv III, 599' interpolata esse contenderat, tuetur Heinrici IV. pactum. Deinde altero loco, in capite scilicet 19, verba quae codex 1 addit* que est terminus de vestra proprietas, *a Venetis utilitatis propriae causa intercalata esse apparet*[2].

*Forma nostri monumenti a priorum usu vehementer distat, ut illa enim pactorum veram speciem prae se ferunt, ita hoc, si exceperis exordii formulam, plane ad modum praecepti conformatum est*[3]. *Incipit, ut ita dicam, ab hoc Ottonis II. scripto nova series pactorum. Pristina enim pacta cum ad verbum fere conspirent, nostrum pactum ex scriptis antea promulgatis denuo contextum novumque in modum distinctum est. Primum enim pacto exordium novum praemissum et arenga, quam vocant, narrationeque ampla exornatum est. Quarum plurima verba e pristino quodam praecepto, qualia concedebantur ab imperatoribus regibusque Italiae, — unde, quoniam ad verbum consonant, dici nequit — repetita sunt, alia pauca ex pacto Ottonis I. sumpta esse videntur. Haec in textu ut minoris momenti non notata sunt. Nomina vero civitatum, quae pacto vinciebantur, ex pacto, ni fallor, Berengarii I. (LL. Capitul. II. p. 143, nr. 238), omissis Venetis civitatibus Castro Olivoli, Albiola, Fossones, additis autem Italicis Papia, Mediolano, Cremona, Verona, transscripta sunt.*

*Deinde in ipso pacto caput primum totum de novo additum ex praeceptis supra laudatis excerptum esse videtur, fortasse ex Karoli III. (LL. Capitul. II., p. 142, nr. 237) vel successorum eius (Widonis l. c. p. 147, nr. 239; Rudolfi l. c. p. 148, nr. 240; Hugonis l. c. p. 150, nr. 241). Inde a capite secundo nostrum pactum ad pacta vetustiora redit, cap. 2—18 maxime ad Berengarii I, cap. 19 usque ad ultimum ad Ottonis I. Quamquam c. 2—8. 21. 23 omissa, c. 10. 11. 12. 16. 18. 22. 24. 25 (Ottonis II. pacti c. 4. 5. 9. 11. 16. 17. 18) valde contracta sunt, c. 14 de novo additum est. — Stumpf, Reg. 845.*

*(P. deest.)*

17. k) *potius* abirent. l) idem 1. m) Veneti apetebant 2. n) huius scriptum 1; huiusce scriptum 2. o) cum *add.* 2. p) *In margine cod.* 2: desunt ut puto aliqua.

1) *Cfr. Fanta l. c. p. 59 sq.* 2) *Cfr. Fanta l. c. p. 61.* 3) *Cfr. quae diximus supra p. 31.*

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Anno incarnacionis domini nostri Iesu Christi nongentesimo octuagesimo tertio, indictione undecima[a]; Verone, actum septimo Idus Iunii. Quoniam divina providentia ab aeterno prospitiente[b] cuncta diversa carismatum dona, que ante secula per tempora administranda disposuit, suis fidelibus, ut previsa sunt, tunc in tempore distribuit: oportet quemque fidelium muneris intellegere dationem, ut ex ipsius scientia et qualitatem quantitatemque eius comprehendere [et potentiam largientis magni]ficare[c] voluntatemque eius usquequaque perficere valeat, ut quanto se gratia largientis preven[tum vi]derit, [honoris atque potestatis fastigio sublimatum] dignitatis prerogativo precellere cunctos, ut tanto omnibus viscera misericordiae et pietatis [impendere satagat. Igitur nos quidem Otto divina favente] clementia imperator augustus, humiliter supplicante Tribuno duce Veneticorum per Adeleid[am dilectam matrem et dominam nostram imperatricem] semper augustam ac per nuncios suos Petrum Mauricinum monachum et Badoarium[d] nobilem[e] nec non Petrum Andreadi[f] tribunum clementiam [imperii nos]tri, ut pactum iam dudum constitutum inter nostrum et suum populum pro divino amore caritatis ac[g] pacis observationis iudicio, scilicet ne qua iurgia[h] aut discor[diae divinę] execrabiles voluntati aliquando inter utrosque provenire valeant, renovare et in melius confirmare dignaremur. Cuius petitionibus, ut caelestis [suffragatio nobis assit] copiosior, libenter adquiescentes hanc scriptionem] pacti nostrę exelentiae fieri decrevimus, per quam datis ex utraque parte sacramentis perhennem inviolabiliter pactionem ac indisrupta foedera, ut decet Christianos tenere, decernimus nostra diminuta imperii potestate, ita ut pars parti nil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum est, in omnibus actionibus rebusque facere presumat et si, quod absit, aliqua malicia vel lesio nequiter inter partes [commissa fuerit], per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione[i] a rebelli et transgressore parte pactum observanti[k] haec series foederis per cuncta inviolabiliter annorum semper maneat curricula, remota omni[l] contradictione nostra vel obpugnatione nostrorumque successorum omnium.

Quia iniustum videtur, si aliquis vel suis vel aequis[m] obpugnare nitatur sanctionibus, et ut specialiter notentur maxime vicini populi tam[n] ex nostro imperio quam ex predicto ducatu Venetiae, a quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decernimus, hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, [Ferrarienses[1], Rauen]nates, Comiaclenses[o], Ariminenses, Pisaurenses, Censentenses[p], Fanenses, Senegalenses[q], Anconenses, Humenses[r], [Firmenses et Pinenses,] Veronenses, Montessilicenses, Gauelenses, Vicentenses[s], Paduenses[1], Tarvisianenses[t], Cenetenses, [Fori]iulienses, Hy[strienses, et cuncti in nostro] Italico regno degentes[u], sive qui [modo vel qui in] posterum futuri sunt; ex predicto [vero ducatu] Venetiae sunt: Riv[oalten]ses[v], Metamaucenses, [Clugienses[2], Caput]argelenses[w], Brundulienses[x] [3], Lauretenses[y], Amurianenses, Torcellenses, Amianenses, Burianenses, [Equil]ienses[z], Caprulienses[a], Finenses[4], Civitatinenses, Gradenses et cuncta generalitas populi Veneciae, sive qui modo sunt vel qui[b] futuri sunt.

(1) Confirmamus Veneticorum fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari, sed libere et absque ullo inpulsu[c] que retro ab annis possiderunt triginta, deinceps possideant. Proprietates[d] vero et predia, que habere videntur tam ipse dux

18. a) ind. und. *om.* 2. 3. b) prospitientes 1. c) *quae in codice 1. exstant lacunae, codicum 2. et 3. ope supplemus.* d) Badoario 2; Baduario 3. e) nobeli 1. 2. f) Audradi 2. g) et 2. 3. h) ne quam iurgie 2. i) satisfactionem 1. k) observandum 2. 3; ad pactum observandum *Pactum Heinrici IV.* l) remocione 2; omni *om.* 3. m) eis 2. n) tam̄ 1. o) Comaclenses 3. p) Cesenenses 3. q) Senogallienses 3. r) Humanenses 3 *et PO. I.* s) Vincentenses 2; Vincentinenses 3. t) Tarvisinenses 3. u) regno *om.* 1; degentes *om.* 2. 3. v) Rivaltenses 3. w) Capudargeles 2. x) Brundulenses 3. y) Lauretii 1; Laurentum 2; Lauretani 3. z) Aquilenses 2. a) *om.* 2. b) *om.* 3. c) inpulso 1. d) proprietas 1.

1) *Cfr. P. Ber., in PO. I. haec nomina non inveniuntur.* 2) *Civitatis hodie Chioggia incolae.* 3) *Brondolo.* 4) *Fine, hodie non exstat.*

quam suus patriarcha nec non[e] et episcopi, abbates et ecclesię sanctę Dei et reliquus populus Venetiae sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive in campis. domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salictis, sationibus, piscationibus et ceteris aliis possessionibus, quiete possideant absque cuiusquam insultantis machinatione aut lesione sive sinistra quippiam[f] tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem exinde facere presumat. Nec etiam venationem aut pabulationem sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navem ipsorum Veneticorum periclitantem in aliqua nostri imperii parte[g] predare seu hominibus naufragium pacientibus aliquam molestiam[h] inferre presumat: quod qui fecerit, componat centum libras auri[i] purissimi illis, quibus iniuriam facere presumpserit, et res dominio[k] possidentium mancipentur et quiete[l] liceat possessoribus illas tenere ac frui.

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, persona ipsa, que in capite fuerit ad eandem maliciam faciendam[m], infra sexaginta dies* tradatur[n], et omnia, que fuerint[o] ablata, in dupplo restituantur; quodsi ipsum dupplum compositum non fuerit vel persona ipsa tradita infra sexaginta dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam[p], que ipsam maliciam perpetraverit[q], componantur auri solidi D.*

(3) Si furtum inter partes factum fuerit, in quadruplum restituatur.

(4) Si servi aut ancille* inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur; et index, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum idoneum domnis illorum satisfactum fiat. Si vero index vel aliquis ipsos fugitivos susceperit et eos negaverit reddere et exinde *fugerint[r], tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos septuaginta duo*. Quodsi dubium fuerit[s] et denegaverit index [vel auctor] loci illius, in quo ipsi fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum duodecim electi, quod ibi nec suscepti fuerint nec illos habeant nec in conscientia illorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint[t]. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium peractam[u] per iussionem iudicis[v] sui liceat ei[w] pignerare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post actam iusticiam per integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur*; et si pigneratio pervenerit, non presumat alia pars pro pignere aliam pignerare, sed expectet usque ad audiendum causas, ita sane ut cause in sex mensium spacio fiant et sint finitę cause, reddens prius, quod ex iudicio condempnatus fuit, et pignus suum recipiat*. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit vel aliquem pro pignere pignerare[x] presumpserit, in duplum, quod[y] tulerit, restituat.

(6) Si vero equi vel equae aut armenta aut aliqua[z] quadrupedia fuerint furata, in duplo restituantur; si ipsa aberraverint, modis omnibus* reddantur. Quodsi post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc perveniat pigneratio de loco, ubi hoc requiritur, usque dum [pars parti] satisfaciat; et post satis[factionem ipsa] pignera reddantur.

(7) Et hoc statutum est, ut, si[a] fugitivi[b] seu res reddite fuerint et[c] si per sacramenta satisfactio[d] adimpleta fu[erit, modis omnibus] pars parti* securitatem faciat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignerare presumpserit, causam perdat, et quod[e] tulerit[f] restituat.

18. e) suus patriarcha nec non *om.* 1; *cfr. autem praeceptum Karoli III. et pactum Heinrici IV.* f) quappiam 3. g) in aqua nostra imperii partem 1. h) aliqua molestia 1. i) purissimi auri 1. k) domino 1. l) *ita correxi secundum pactum Heinrici IV;* mancipentur inquiete 1; mancipetur quiete 2. 3. m) facienda 1. n) tradantur 2. 3. o) fuerunt 1. 3. p) *ita* 2 *et PH;* per unaquaque persona 1; pro unaquaque persona 3 *et pacta anteriora.* q) ipsa malicia perpetravit 1. r) *ita* 2. 3 *et PH:* confugerint 1; confugium fecerint *praebent pacta anteriora.* s) *om.* 1. t) habuerit *codd.* u) peracta 1. 2. v) iuditii 2. w) *om.* 3. x) pignare 1. y) qui 2. 3. z) alia 1. a) *om.* 2. b) fugitivus 2. 3 *et PH.* c) vel 2. 3 *et PH.* d) satisfacio 1. e) qui 2. 3. f) tulit *codd.*

(9) Negocia autem inter partes fiant, et liceat dare quodcumque[g] inter eos convenerit* sine aliqua violentia aut contrarietate[h]*, ita ut ęqua conditio utrarumque parcium negotiatoribus* conservetur.

(10) De ripatico vero placuit, ut[i] secundum antiquam[k] consuetudinem pars parti observetur omnem[l] quadragesimum[m]; et licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram* sive per flumina tocius regni [nostri; similiter] et* nostri [per m]are [ad vos.][n]

(11) [De h]oc convenit, ut, si qua lesio inter partes evenerit, legatarii[o]* non detineantur*; si vero detenti fuerint, [relaxentur et componantur eis solidi CCC; et si, quod] absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi mille, [et ipsa persona tradatur in manibus eorum.]

(12) [Si quis inter partes causam] habuerit, vadat semel vel[p] bis cum epistola iudicis sui et[q], si ei [iustitia minime facta fuerit infra dies quatuordecim,] si ipse homo, unde[r] iustitia requiritur[s], infra ipsum locum fuerit, [infra dies septem licentiam habeat pignerare iudex[t], qui in ipso tempore ordinatus] fuerit, infra casam suam, quantum ipsum debitum fuerit; et ipsum pignus[u]* usque ad prenominatas noctes. [Quodsi antesteterit] ipsum pignus, componantur solidi duodecim causa manente, ut pro ea iterum pigneratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen[v], ubi iudicium ambabus partibus adnuntiatum fuerit, residentibus duobus[w] de utraque parte de loco, [ubi causa requiritur, et quod ipsi per evangelium] determinaverint[x], pars parti satisfaciat.

(13) Addimus etiam[y], ut, si quis homicidium perpetraverit*, [modis omnibus* ipse et quanti mixti fuerint in ipso] homicidio, ligati tradantur; quodsi factum[z] non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri[a] solidi [CCC.

(14) Simili pena] decernimus dampnandum eum, qui [in communibus mercatibus] tumultum populi excitans homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione auri solidos[b] CCC.

(15) Si aliqua pigneratio in silva fieri[c] debuerit[d], sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit*, pro libero homine componantur[e] solidi CCC et[f] pro servo L; et si plaga facta fuerit, ut[g] unde[q] non moriatur, pro libero homine* solidi L et pro servo XXX.

(16) Statutum est, ut in rebus sanctarum ecclesiarum[h] Dei nulla pigneratio [fiat, excepto si cum sacerdotibus* causas habuerit;] et ante compellatio fiat semel vel bis*; nam qui aliter[i]* presumpserit, duplo[k] comp[onat, et si nesciens pigneraverit,] prebeat sacramentum, [et sit solutus][l]* pignusque salvum restituat[m].

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivo[altenses[n], Olivolenses, Amoria]nenses, Metamaucenses, Albionenses[o], Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis[p] triginta*: [habeant licentiam faciendi secundum antiquam] consuetudinem, sive per flumina sive per mare[q]*.

(18) Equilegenses[r] vero capulari debent[s] in ripa sancti Ze[nonis usque in fossam[t] Me-

18. g) quicumque 1. 2; quęcumque 3; quod *PO. 1. et PB;* quicquid *PII.* h) contrarietates 1. i) de ripatico (ripaticum 2) autem 2. 3; *cfr. PII.* k) consuetudinem anquam 1. l) omne 3. m) *verba* pars — quadragesimum, *quae sumpta sunt ex pacto Ottonis I., om.* 1. *qui hoc loco addit* persolvatur ita, ut nullum gravamen aut violentiam aliquis sustineat. Quodsi factum fuerit, statim emendetur, ne amplius fiat. *Cfr. Fanta l. c. p. 59 sq.* n) *Verba* ad vos *in* 1 *alio atramento scripta et dolose intercalata esse, olim vir b. m. Pertz 'Archiv' III, p. 599 sqq. contenderat, sed nunc evanuerunt; cfr. Fanta l. c. p. 64 sq.* o) legaturii 1. p) et 1. q) *om.* 2. 3. r) unū 1. s) iustitiam requirit 3. t) iudicem *PB;* iudici *PO. I.* u) *hic et in omnibus posterioribus pactis omissa sunt verba* salvum sit. v) sic tamen ut *in anter. pactis.* w) *ita* 3 *et PII;* residentibus duo 1. 2; residentes duo *PB.* x) terminaverint 1; determinaverit 2. y) autem 2. 3 *et PII.* z) *ita* 2. 3 *et PII;* actum 1. a) aurei 1. b) solidos aureos 1. 3. c) *om.* 2. d) debet 1. e) componant auri 2. f) *om.* 1. g) et 3. h) *ita* 1. 3 *et PII;* sanctorum ecclesiarumque 2 *et PB.* i) *hic et in posterioribus pactis omissum est* facere. k) duplum 2. 3. l) *cfr. pactum Ottonis I. p. 35 n. c.* m) restituatur 3. n) Rivaltenses 3. o) Albionense 1. p) ab hodie retro in annis *PB;* hodie in annos *PO. I.* q) *hoc loco capitulum valde abbreviatum est; cfr. PB. c. 24 et PO. I. c. 18.* r) Equilenses 3. s) debeant 1. t) fossa 2. 3.

tam]anri et Gentionis secundum consuetudinem omnem arborem* et vegere cum carro aut ad collum[u], quantum sibi placu[erit*; et] habeant licentiam peculia* in ipsis finibus passere vel pabulare*.

(19) De finibus autem[v] Civitatis nove statuimus, ut terminacio, que a tempore Liuprandi[w] regis facta est inter Palutionem[x] ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de Plane maiore[y] usque in Planem[y] siccam[z]; peculiarum quoque greges cum securitate passere.

(20) Capriani vero in silva Foroiuliana, ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii capulum faciant.

(22) Et promisit nobis cunctus ducatus Veneticorum et successoribus nostris pro huius pactionis foedere annualiter omni mense Marcio persolvere libras suorum denariorum quinquaginta et pallium unum[a].

(23) Confirmamus, ut pars parti de c[ausis eccle]siarum vel monasteriorum* omni modo [iustitiam faciant.]

(24) Volumus, ut pro una libra denariorum uno homine[b] sacramentum faciat[c], et sic[d] usque[e] duodecim libras Veneticorum denariorum duodecim electi iuratores addantur; nam si ultra duodecim libras questio facta fuerit, iuratores ultra duodecim non accedant.

(25) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes posita fuerint, ut, si qua de eis contencio facta[f] fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit, soli sine electis.

(26) De cautionibus vero simili modo agatur.

Si quis igitur huius nostre[g] preceptalis pagine violator extiterit, quod minime credimus, aut hoc[h] observare noluerit, sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem camere nostrae et medietatem predictis Veneticis. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione[i] hanc paginam propria manu corroborantes eandem inferius iussimus signiri[k].

Signum domni Ottonis[l] (M.) serenissimi imperatoris ac invictissimi[m] augusti.
Adelbertus cancellarius advicem Petri episcopi et archicancelarii recognovi[n].

## 19. *PRAECEPTUM VENETIS DATUM DE SECURO COMMEATU.*

*Legitur in* 1) *Libro blanco fol. 27, nr. 12, qui exhibet inscriptionem:* Pacificatio et confirmatio Ottonis praefati cum Venetis; *et* 2) *cod. Trivisano fol. 93.* — *Stumpf, Reg. 846.* *(P. 35.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Omnibus nostris fidelibus presentibus ac futuris notum esse volumus, eo quod orta fuit disensio inter nos et Veneticos. Unde nos divina pietate commoti et interventu nostre serenissime Adheleidae[a] domine matris auguste[b] ac Theophanu dilecte coniugis nostre nostrique imperii consortis deliniti precibusque pauperum ipsius gentis sedati pacem[c] et fedus inivimus inter nos[d], eo tenore quatenus de hac discensione

18. u) a collo 1. 3. v) om. 2. 3 *et PH.* w) Liutprandi 3. x) Paulicionem 2; Paulationem 3. y) Plavi maiori, Plavim 3. z) que est terminus de vestra proprietas *add.* 1; *cfr. pactum Lotharii I. et Fanta l. c. p. 61.* a) et pallium unum *om.* 2. 3. *Fanta l. c. p. 61 etiam haec verba dolose addita esse arbitratus est; ego potius crediderim, quoniam in codd. lacuna indicata est, librarios legere nequivisse textum sub eorum oculis positum.* b) *ita PO. I;* vel uno homine 2. 3; hominem unum 1. c) fiat 2. 3. d) si 2. 3. e) ad *add.* 2. 3. f) orta 2. 3. g) nostre huius 2. 3. h) hec 2. 3. i) impressionem 1. k) insigniri 2. 3. l) Ottoni 2. m) ac inviet. *om.* 3. n) Signum — recognovi *om.* 1.

19. a) Adheleida 1; Adeleide 2. b) augusti 1. c) partem 1. d) inter nos inivimus 2.

ita nos quam nostri heredes nec[e] molestiam nec inquietudinem[f] nullo ipsius gentis homini inferant et a nobis et a nostris heredibus huius[g] similem[h] dissensionem posthac sine iuditio, quod in pacto quod illis constituimus continetur, non[i] recipiant, sed inlesi et securi, omnium hominum molestia remota, in perpetuum permaneant. Et ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione subter signari iussimus.

Signum domini Ottonis (M.) secundi imperatoris et invictissimi[k] augusti.

Adelbertus cancelarius advicem Petri episcopi et archicancelarii recognovi et scripsi.

**19.** e) ne 1. f) inquietitudinem 1. g) habuimus 1. h) simile 2. i) *om. codd.* k) et invictissimi *om.* 2.

# OTTONIS III. CONSTITUTIONES.

## 20. PRAECEPTUM CONFIRMATIONIS VENETIS DATUM.

992. Iul. 19.

*Exstat in solo Libro blanco fol. 28, nr. 14, praefixa rubrica:* Corroboratio Ottonis regis facta Petro duci Veneciarum occasione pacti, quod pater eius bone memorie Otto imperator tempore Tribuni ducis Verone concesserat[1]. *Otto III. cum Venetorum legati anno 992 ab eo poscerent, ut antecessorum pacta renovaret, non pacti, sed praecepti forma usus, patris pacto summatim confirmato, nova iura libertatesque Venetis condonavit. Cfr. Kohlschütter 'Venedig unter Herzog Peter II. Orseolo' p. 21 sq. Quod praeceptum, alio exemplo non transscripto, unum tantum locum ex vetustioribus documentis recepit (cfr. p. 46 not. 2). — Stumpf, Reg. 970.* *(P. deest.)*

In nomine Christi humani generis creatoris ac misericordiissimi redemptoris. Otto Dei misericordia rex. Omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus nostrisque[a] presentibus ac futuris notum esse volumus, eo quod Petrus dux Veneticorum per suos nuntios Marinum dyaconum et Iohanem Ursiolum, interventu et petitione nostre dilectissime domine avie Adheleide imperatricis auguste, nostram adiit celsitudinem, efflagitans, quatinus pactum, quod pater noster bone memorie Otto imperator tempore Tribuni ducis eis concessit Verone[2], idem[b] pactum nostre confirmationis precepto corroborare et confirmare dignaremur. Cuius petitionem iustam ducentes, amore nostre dilectissime avie et considerata fidelitate predicti ducis sueque gentis, idem[b] superius pactum a nostro genitore eis concessum nostre confirmationis precepto confirmavimus et inconvulsum fieri iussimus, et omnia que in pagina ipsius scripcionis esse pacta[c] videntur, ea ratione[d] ut nullus mortalium sub nostra potestate habitantium corrumpere, ledere aut falsam vocare audeat, sed, si in nostro regno quiete vivere desiderat, ammirari et observare studeat in omnibus, videlicet in observandis riparum legibus, in transituris, ut nulla nova consuetudo eis imponatur, sed secundum antiquam consuetudinem et iussionem pacti patris nostri eis pacifice liceat vivere; nec in depredando aut pignerando aliquem Veneticorum vel flagelando aut de capulo silvarum

**20.** a) nostrorumque *c.* b) id est *c.* c) pacti *c.* d) eratione *c.*

1) *Errore quodam conductus Romanin 'Storia di Venezia' I, p. 383 se praeceptum nostrum e cod. Trivisano et Libro blanco hausisse dicit; in cod. autem Trivisano non servatur.* 2) *Supra nr. 18.*

amplius tolendo, quam antiqua prestat consuetudo, nec de servis fugitivis, quos comprehendunt, aliquod damnum eis facere aut transfugere presumat aliquis, sed ubicumque inventi fuerint, secundum legem eis reddantur[e]. Precipimus etiam de terris palacii Veneciе[f] sive patriarchivi, episcopatuum quoque, cenobiorum tam virorum quam mulierum et omnium ecclesiarum inibi consistentium ac omnium habitantium hominum in antedicta Venetia, ubicumque posite sint in toto nostro regno, in civitatibus, castelis, in montibus et in planitiebus, cultis et incultis, in aquis et in paludibus, in silvis et in buscaliis, in aquis aquarumque ductibus, molendinis, piscationibus et venationibus et in omnibus, que dici vel nominari posunt, tam que modo possidere videntur, quam retro hac a triginta annis possederunt, prout iuste et legaliter possumus, iubemus, ut quiete teneant et perditas recuperent. Et ut nullus princeps vel pauper aliquem Veneticorum distringere aut legem facere de aliqua habita[g] substancia aut[h] ad placitum ducere, nisi in presentia illorum ducis, aut fodrum tollere de illorum terris presumat aut bannum mittere[i] tam de dominis habitantibus in Venetia, quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iustitiam aliquam accipere presumat, nisi in presentia dominorum suorum. Confirmamus etiam Lauretum, ut quantum salsa aqua continet, eorum subiaceat potestati. Insuper volumus atque confirmamus, ut episcopatus civitatis Eracliane[1] habeat totam decimam in integrum a terminacione, que facta est tempore Luiprandi regis inter Paulutionem ducem et Marcellum magistrum militum[2], usque ad mare. Civitates etiam vel loca, per que soliti sunt discurere Venetici sive negocia agere, nemo illis contradicere aut bannum mittere seu distringere sine imperiali vel regali[k] iussione presumat. Et si ipsi aliquam querimoniam fecerint comitibus vel alicui potestati[l] de aliquo contrario ipsis[m] peracto[n] legem facere noluerint, ipsis proclamantibus tribus vicibus, si vindictam aliquam acceperint, nullam molestiam inde habeant. Adsaltum etiam infra vel extra supra aliquem eorum locum vel Veneticum non faciat. Et si aliquis Veneticorum rebellis potestati ducis fugerit inde exiens, nullum locum aput nostrum fidelem habeat, nisi in acquirendo gratiam. Si quis autem contra hoc nostre confirmationis preceptum facere presumserit, sciat se compositurum quingentas libras auri optimi, medietatem nostre camere et medietatem predictis Veneticis, quos inquietaverit. Quod ut verius credatur diligentiusque observetur, manu propria subter confirmantes, sigilli nostri impressione adnotare iussimus.

Signum (M.) domini Ottonis gloriosissimi regis.

Petrus chanzelarius advicem Petri Cumani episcopi et archecanzelarii subscripsit[o] et recognovit.

Data XIIII. Kal. Augusti, anno dominice incarnationis DCCCCXCII, indictione quinta, anno vero domni Ottonis tercii regnantis VIIII; actum Molinhuson; feliciter amen.

**20.** e) credautur *c.* f) Venec. *c.* g) habitum *c.* h) *om. c; suppl. ex pacto Heinrici V.* i) *hoc loco* seu *inserendum esse Kohlschütter l. c. parum verisimiliter indicat; cfr. pactum Heinrici V. cap. 23.* k) legali *c.* l) potestai *c.* m) ipis *c.* n) *locus ut videtur mutilatus; interciderunt opinor verba nonnulla, fortasse* et si ei. o) suis *c.*

1) *Id est Cività nuova; cfr. Ottonis III. diploma Stumpf, Reg. 1172, ubi legimus:* Civitatis nove, que vocatur Heracliana. 2) *Haec verba sumpta sunt ex pactis anterioribus.*

# 21. CAPITULARE DE SERVIS LIBERTATEM ANHELANTIBUS.

(996. Mai. 21 — 1002. Ian. 23.)

*Edictum hoc, quod Pertzius Ottoni I. et anno 969 adscripsit, vir d. Boretius*[1] *vero recte Ottoni III. imperatori vindicavit, exstat integrum in solo codice Florentino Laurent. Plut. 89 sup. nr. 86 saec. XI. ex. (inter codices Libri Papiensis editionis novissimae nr. 5), in quo fol. 138 illatum est, lemmate in imo folio 137' praecedente*[2]*. Exscripsit iam olim vir cl. b. m. Bluhme. Caput 1 praeterea invenitur in duobus aliis codicibus Libri Papiensis, nr. 9 (Estensi Mutinensi) et 10 (Neapolitano), et ex ipsis inter capitula extravagantia (sub cap. 40) a viro d. Boretius LL. IV, p. 589 editum est. De sententia, quam Pertzius (p. 34 not. a) argumentum capitis 1 habuit, vide supra p. 28 ad a. 967. Caput 1, omissis vocibus quae etiam in codice Florentino desunt, ab Heroldo et Goldastio editoribus inter c. 9 et 10 constitutionis Ottonis I. a. 967 (nr. 13) intercalatum esse, supra p. 28 diximus. — Stumpf, Reg. 1297.* *(P. 34.)*

Incipiunt capitula Ottonis tertii imperatoris.

Magnis opus est consultibus, dum nostri imperii principes publici offitii et ecclesiastici ordinis, divites et pauperes, maiores et minores, diuturnis querimoniis causentur, se a servis suis propriis viris debitum et proprium non posse habere obsequium. Alii liberos se ideo mentiuntur, quia domini eorum servitutem, quam captiose more ac approbatione evadere temptant, nequeunt, ut sepe fit, approbare. Alii autem ideo ad honorem libertatis molliuntur ascendere, quia domini eorum diversis negotiis impediti, ut forte fit, longo tempore eos ignorant, nec ad solitum sunt coacti servitium, nec ullam saltim vocem indicem ad memoriam servitii exsolverint[a]; et hac occasione se contendant liberos et clamant se vixisse lege et usu libertatis, quia offitio servili aliquantulum quieverunt. Ob hanc rem placuit imperio nostro sic:

Kap. I. Si servus propter appetitum libertatis liberum se vocaverit, liceat domino, si sibi ita[b] melius visum fuerit propter difficultatem approbationis insidiosae, aut per se aut per suum campionem[c] litem[d] dirimere. Liceat autem servo pro se camphionem dare, si morbus aut aetas eum pugnare prohibuerit.

II. Ut autem servus propter ullam remissionem non occultet, hoc nostro aedicto Deo volente in aeternum valituro statuimus, ut deinceps unusquisque ad ostendendam suae servitutis condictionem in Kalendis Decembris unum publicae monetae persolvat denarium aut ipsi domino aut eius ministro ad hoc offitium deputato.

III. Servorum autem filii et filiae similiter praescriptum censum servitutis memorem in vicesimo quinto aetatis suae anno statuto termino persolvere incipiant. Et nulla temporis indulta prolixitas servitutem aboleat.

IIII. Quod si aliquis servus aecclesiae hoc nostrum aedictum servare neglexerit, omnium bonorum suorum medietate mulctetur et suae conditione subiaceat servitutis. Non enim licebit servo aecclesiae servitute umquam exire; quem neque ipsi praesi-

21. a) exsolverit *Florent.* b) *deest Florent.* c) camphionem 9. 10. d) litem — camphionem *des. Florent.; suppleta ex* 9. 10.

1) *'Die Capitularien im Langobardenreich'* p. 176. 2) *V. LL. IV, p. LVIII.*

dentes aecclesiis poterunt libertare. Servos igitur ecclesiarum liberos fieri omni modo interdicimus, et liberos quolibet ingenio factos ad ius et servitutem aecclesiarum revocari precipimus.

Explicit Ottonis kapitula.

## 22. CAPITULARE DE IUSTITIO.

(996. Mai. 21 – 1002. Ian. 23.)

*Asservatum est in Libro Papiensi, ex cuius codicibus 3—9 editionem instruxit Boretius LL. IV, 580. 581, quam repetimus. Tempus solummodo definitur die coronationis imperialis et die mortis Ottonis III. Expositio Libri Papiensis monuit, sententia* toto anni tempore *etc. legem Romanam (L. 1. 3. D. feriis II, 12) rumpi, quae iudices causam agere, lites dirimere tempore messium vel vindemiarum vetuerat. Editum est capitulare nostrum ab Heroldo 340 et Goldastio III, 304. — Stumpf, Reg. 296. (P. 36.)*

Incipit[a] kapitulum domni Ottonis tercii imperatoris piissimi augusti.

Cotidie contra leges agitur, cotidie mali malum[b] facere non verentur. Ideo hac lege[c] omne per aevum, divinitate propicia[d], valitura edicimus, ut toto anni tempore liceat iudicibus causas agere, lites dirimere, tumultus quaestionum[e] terminare et diffinire, ut qui cotidie legi[f] offendunt, cotidie legis sententia feriantur. Nec enim tempore messium vel vindemiarum legis edictum debent[g] effugere, qui in[h] nullo tempore peccare desierunt. Bene enim facere, verum dicere, iusticiam amare, recte[i] iudicare, omnibus[k] omni[l] tempore licet semperque licebit, quia a bonis nunquam, a malis[m] operibus semper requiescendum esse catholice didicimus et[n] iugiter conservandum Deo auctore imperiali maiestate decrevimus. David[o] autem rex et propheta dicit[o]: 'beati[1] qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore'. In natali vero Domini, in epiphania, in[p] diebus quadragesimalibus[q], in pasca, in ascensione[r], in pentecostes[s], in diebus dominicis et in festis praecipuis[t] et[u] in constitutis ieiuniorum diebus[u] iudiciarios motus exequi, publicas quaestiones appeti, ut omni[v] vigilantia solempnitates, quod[w] christianorum est[x], celebrentur, penitus prohibemus.

22. a) *ita* 4; Incipiunt capitula ottonis tertii imperatoris 5. b) mala 4; male 3. c) hanc legem 3. 5. d) propria 7. 8. e) quaestiones 3. f) leges 3; legem 7. 8. g) debeant 7 *et pr. man.* 4; debuit 6; debebunt 8. h) *deest* 4. 6. 7. i) rectum 5. 6. 8. k) *deest* 3. 7—9. l) *deest* 5. m) autem *add.* 4. n) et — decrevimus *des.* 4. o) David autem rege et propheta teste qui dixit (dicit 7) 6—9. p) in d. q. *des.* 3. 4. q) et in statutis ieiuniorum diebus *add.* 6. r) domini *add.* 5. s) pentecosten 4. 5. t) principalibus 4. 5. u) et — diebus *deest* 6. v) cum *add.* 4. 7—9. w) *deest* 4. x) *deest* 3. 4.

1) *Psalm. 106, 3.*

# 23. CAPITULARE TICINENSE DE PRAEDIIS ECCLESIARUM NEVE PER LIBELLUM NEVE PER EMPHYTEUSIN ALIENANDIS.

## 998. Sept. 20.

*Extat in* 1) *codice Florentino bibl. Laurentianae Plut. XVI. 21*[1] *membr. in 4°. saec. XI, fol. 244' ad calcem Decreti Burchardi Wormatiensis manu saec. XI—XII exaratum*[2]*; duo apographa nobis praesto fuere, quorum unum instituit Rieger, alterum Holder-Egger:* 2) *in codice Chronici Farfensis saec. XI. ex. iam in bibliotheca Romana, quae vocatur Vittorio Emanuele, asserrato, cod. Farf. 1, fol. 195, quem exscripsit Kaltenbrunner. E codice 2 omnes profectae sunt editiones: princeps Holstenii in 'Collectione Romana bipartita veterum monumentorum' II, 246 (= Labbeus, Coll. concil. IX, 774 = Olleris, 'Oeuvres de Gerbert' p. 261); Bacchinii in appendice editionis Agnelli p. 94 (= Muratori, Scr. rer. Ital. II, 1, 207); Muratorii in Scr. rer. Ital. II, 2, 496; Leibnitii in Annalibus imperii III, 709, qui et Labbeanam et Bacchinianam in suos usus vertit; Pertzii, qui nil nisi textum Muratorii (II, 2, 496) repetivit.*

*Capitulare nostrum ea quae iam pridem, imprimis a Lothario rege constituta erant*[3]*, confirmare, Boretius*[4] *animadvertit.*

*In adnotatione addi liceat capitula duo inscripta* Ex concilio Papiensi, *quae leguntur in codicis Bambergensis P. I. 9 (C. 64) saec. XI—XII parte priore, collectionem canonum duodecim libris distinctam continente*[5]*, l. X, c. 57 fol. 93 et l. X, c. 79 fol. 95. Quae capita, cum decreta pure saecularia contineant, utrum ad conventum hunc Ticinensem, an ad concilium Papiense ab Heinrico II. et Benedicto VIII. a. 1022 celebratum, an ad alium conventum Papiensem*[b] *pertineant, difficile diiudicatu erit*[7]*. — Stumpf, Reg. 1166.*

*(P. 37.)*

1) *Cf. 'Archiv' XII, 719.* 2) *Manus, quae constitutionem scripsit, alias in codice non apparet. Folio, quod primum praecedit, manu saec. XIII—XIV. scripta sunt haec:* Hic liber Camald' domus Fonteboye de eius ordin. Anno Domini CCMLXXVIIII. inditione septima tempore venerabilis domini Nicholai pape III. terremotus magn in Romagnioli fuerunt et in Tuscia et ceciderunt plures ecclesie et castra et domus et plures homines tu[n]c perierunt, regnante domino Gerardo priore Camald' heremi. *Haec adnotavit Holder-Egger.* 3) *Cap. 21. 52. 87 Libri Papiensis; LL. IV, p. 543. 547. 556.* 4) *'Die Capitularien im Longobardenreich' p. 176.* 5) *Cf. 'Archiv' VII, 822. Libri XI. et XII. iam desiderantur.* 6) *Aegre tamen ad concilium Papiense Gregorii V. a. 997 delegandu erunt.* 7) *Fol. 93, l. X, c. 57:* Ex concilio Papiensi. De his qui proprietates suas habent et spontanee alicui delegant et postea fraudolenter ab aliquo alio[a] ignorante precium easdem res venundantes accipiunt, et is cui eaedem res traditae fuerunt cognito negocio annum integrum silens non contradixit, sed per illusionem tacens sinit emptorem illudere, si infra anni spacium extra[b] patriam, ut dictum[c] est, fuerit, prior traditio nihil valeat. Ille vero qui post primam traditionem res vendiderit, si vivens comprobatus fuerit, bannum persolvat, id est[d] LX solidos. Si vero bannum non habet unde componat, verberetur. — *Fol. 95, l. X, c. 79:* Ex concilio Papiensi. Si quis furem vel latronem comprehenderit et eum indemnem dimiserit neque illum ad presentiam ducis vel comitis aut ad locum servitoris[e], qui missus est comitis, adduxerit et de hoc facto vel nequicia in presentia post hoc iudicio[f] convictus fuerit, ipse damnum ad aestimationem, pro quo fur vel latro comprehensus est, componere cogatur.

a) alio aliquo *c.* b) *inserui; deest c.* c) dictū *c.* d) id' *c.* e) servatoris *c.* f) iudicium *c.*

Incipit[g] constitutio decretalis sacrae legis domini Ottonis piissimi imperatoris.

Otto Dei gratia Romanorum imperator augustus, cos. S. P. Q. R.[1] archiepiscopis, episcopis[h], abbatibus, marchionibus, comitibus et cunctis iudicibus in Italia[i] constitutis in perpetuum. Comperimus, quod episcopi et abbates aecclesiarum possessionibus abutantur et per scripta quibusque personis attribuant, et hoc non ad utilitatem aecclesiarum, sed pecuniae, affinitatis[k] et amicitiae causa. Dumque eorum successores et[l] pro domorum[m] Dei restauratione ac[n] pro rei publicae[o] officio nostroque obsequio commonentur, suarum aecclesiarum predia ab aliis detineri causantur[p], seque imperata non posse perficere, revera demonstrant[q]. Proinde quia status aecclesiarum Dei anullatur[r], nostraque imperialis maiestas[s] non minus[t] patitur detrimentum, dum subditi[u] nobis debita non possunt exhibere[v] obsequia, constituimus et imperiali ędicto firmamus, ut omne scriptum[w], sive si[x] libelli nomine sive emphitheosis prolatum fuerit, quod[y] aecclesiae[z] Dei aliquo modo officere[a] possit, obeunte auctore[b] obeat, solusque detrimentum habeat qui se eo scripto[c] obligavit atque devinxit[d], nec omnino ad eum sui scripti[e] dampna pertineant, qui[f] ei in regimine successit: sed sit ei libera facultas, omnia quae per libellos vel per[g] alia quelibet scripta[h] abalienata fuerunt[i], in proprium[k] ius aecclesiae revocare et ita ordinare, ut Deo et nobis debitum obsequium valeat exhibere. Nam cum regibus et imperatoribus ea quae regni et[l] imperii sunt, nisi se vivis[m], dare non liceat, exceptis aecclesiis, quomodo abbatibus et episcopis res aecclesiarum per tempora suorum successorum distribuere liceat? Omne quippe ius, sive lex, sive quodlibet scriptum, vel quelibet consuetudo, si[n] contra aecclesiae utilitatem proferuntur[o], in irritum deducenda sunt: nec nostra auctoritate debebunt[p] firmari quae contra[q] nostri[r] imperii auctorem et propagatorem probabuntur[s] inferri. Hoc ergo solum scriptum pro lege in[t] talibus causis habeatur, quod aecclesiae Dei prosit et nullo modo obesse possit. Quod si aliquis contra hanc constitutionem nostram ire temptaverit[u], tamquam rebellis[v] iudicetur, et sit ei anathaema maranatha[w], nisi resipiscat, ab universis episcopis qui huic imperiali nostro[x] aedicto subscripserunt vel assensum prebuerunt sive prebituri sunt[y].

† Ego[z] Otto gratia Dei Romanorum imperator augustus constitui hanc legem non solum presenti et futuro sed etiam preterito tempore profutura et in aeternum valere precepi.

Data[a] XII. Kal. Octob., anno[b] imperii domni Ottonis gloriosissimi imperatoris semper augusti III[c], indict. XII[d], anno III.[e] pontificatus domni Gregorii quinti papae. Promulgata per manus Gerberti sanctae Ravennatis[f] aecclesiae archiepiscopi, in ea sinodo[g]

23. g) *lemma in* 2. h) *deest* 2. i) Hitaliam 2. k) affinitate 2. l) et *deest* 1. m) donorum 1. n) ac *deest* 1. o) publice 1. p) causentur *corr.* 1. q) demonstrat 1. r) anullatenus 2. s) magestas 1. t) minimum 1. u) a subditis 1. v) exibere *corr.* 1. w) omnia scripta 2. x) se 2; *deest* 1. y) quid de 2. z) ecclesiis 2. a) *sic conieci;* efficere 1; effici non 2. b) actore 2. c) scriptu 1. d) vinxit 2. e) eum superscripti 2. f) que 1. g) *deest* 2. h) scriptura 2. i) fuerint 2. k) improprium *corr. ex* improperium 1. l) quę regnet 1. m) viventibus 2. n) sive 1. o) fuer̄ 2. p) debentur 2. q) etiam 2. r) *deest* 2. s) probabuntur 1. t) lege in *eadem manu supra lineam add.* 1. u) tempaverit 2. v) rebellus 2. w) anapthaema marathana 1. x) huic imperii nostri 2. y) Amen *add.* 2. z) Ego — precepi *des.* 2; *crux quatuor punctis in angulis ornata est* 1. a) ata 2. b) anno — augusti III *des.* 2. c) III *supplevi; deest* 1, *lacuna haud indicata.* d) XV. 1. e) *eadem manu supra lin. add.* 1. f) renennatis 1. g) sinado 1.

1) *Haec* consul, senatus populusque Romanus *potius explicanda videntur, quam* consulibus senatus populique Romani.

in qua Mediolanensi[h] archiepiscopo[i] Arnulfo nomen[k] papae[l] ablatum est, in basilica beati Petri apostoli[m] quae vocatur ad Celum aureum[n]. Et subscripserunt omnes qui adfuerunt[o] episcopi.

---

# 24. OTTONIS III. ET GREGORII V. CONCILIUM ROMANUM.

(998 ex. – 999. Febr.)

*Ediderunt a. 1671 Labbeus et Cossartius in Conciliorum collectionis tomo IX, p. 772 (= Mansi XIX, 223 et Leibnitius, Ann. imp. III, 703) ex apographo codicis S. Mariae Aniciensis (Puy en Vélay), quod porrexerat Sirmondus, paullo ante, a. 1669, Dacherius in Spicilegii tomo IX, 68 (ed. Basnage I, 603) 'ex tabulario ecclesiae Aniciensis', nimirum ex eodem codice. Editio nostra ope priorum instituenda erat. Dacherii textus paullo melior est, neque tamen mendis caret, Prologum solus servavit. Canonum titulos et capitum lemmata, cum nonnisi in Labbei editione legantur, reiecimus. — Cf. Iaffé, Reg. pont. ed. II. I, p. 494. (P. deest.)*

In[a] nomine Domini Dei summi. Incipiunt capitula generalis concilii edita a domino Gregorio quinto papa, cui interfuit gloriosissimus tertius Otto caesar augustus et omnes subscripti episcopi, habiti Romae in basilica beati Petri principis apostolorum, anno tertio imperii eiusdem caesaris et apostolatus praefati papae.

1. Ut rex Robertus consanguineam suam Bertam, quam contra leges in uxorem duxit, derelinquat et septem annorum poenitentiam agat secundum praefixos ecclesiasticos gradus, iudicatum est. Quod si non fecerit, anathema sit. Idemque de eadem Berta fieri praeceptum est.

2. Herchembaldum[b] Turonensem archiepiscopum, talis coniugii conseeratorem, cum omnibus episcopis qui consentientes interfuerunt his incestis nuptiis regis et Bertae consanguineae suae, a sacrosancta communione suspendimus, donec ad hanc sedem apostolicam veniant satisfacturi[c].

3. Ut episcopatus Merseburgensis a sede apostolica et bonae memoriae Ottone primo imperatore per universale concilium[d] fundatus itemque[e] a sede apostolica et imperatore Ottone secundo sine concilio destructus, ut in proprium honorem redeat a sancta[f] sede apostolica iudicatum est per universale concilium, praesidente domino Ottone tertio augusto caesare et domino Gregorio papa quinto[g].

4. Si Gislarius[h] sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus[i] potuerit canonice comprobare, quod per ambitionem de minori sede Merseburgensi[k] ad maiorem Magdeburgensem non migraverit, ut non deponatur iudicatum est. Sed si cleri[l] et populi[l] invitatione et[m] electione migravit, in eadem permaneat metropoli. Quodsi absque invitatione[n], non tamen per ambitionem et avaritiam, factum esse constiterit, ad priorem

**23.** h) mediolensi *corr. ex* mediolensis 1, *et mox rasura quae delevit vocem* ppe *seu* xpo. i) episcopo 2. k) nomine 2. l) papatum 2. m) *deest* 2. n) cellam auream 1. o) affuerunt 2.

**24.** a) In — praefati papae *des. L.* b) Erchembaldum *L.* c) satisfacere *D.* d) universalia concilia *D.* e) itemque a s. apostolica *des. L.* f) *deest L.* g) Gregorio V. papa *L.* h) Gisilarius *L.* i) episcopus *L.* k) Marseburgensi *L.* l) populi et cleri *L.* m) et electione *des. L.* n) Quodsi absque eorum invitatione et electione migravit *L.*

redeat sedem. At si ambitionem et avaritiam negare non potuerit, definitum est, ut[o] amittat utramque.

5. Stephanus sanctae Vellavensis[p, 1] ecclesiae dictus episcopus ut omni ordine sacerdotali careat auctoritate apostolica edicimus, eo quod a Widone vivente episcopo avunculo et praedecessore suo sit electus sine cleri et populi voluntate ac post eius mortem contra[q] cleri et populi voluntatem a duobus tantum episcopis non comprovincialibus sit ordinatus.

6. Dagobertum[r] Bituricensis ecclesiae archiepiscopum et Roclenum[s] Nevernensis ecclesiae episcopum a communione suspendimus, donec ad hanc sanctam et apostolicam sedem veniant et satisfaciant, eo quod Stephanum Widonis episcopi nepotem, eo vivente contra leges ecclesiasticas electum[t], in episcopum ordinare praesumpserint.

7. Ut clerus et populus civitatis Vellavorum licentiam habeant eligendi episcopum, iudicatum est, et[t] ut electus a domino papa consecretur in episcopum, statutum[u] est.

8. Ut rex Robertus Stephanum Widonis quondam Vellavorum episcopi nepotem iuste damnatum et depositum nullo modo iuvare praesumat nec ei praebere auxilium, iudicatum est; sed ut cleri et populi faveat[v] electioni, salva sibi[w] debita subiectione, decretum est.

Ego Gregorius sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae praesul praefui et subscripsi. Gerbertus Ravennas[x] archiepiscopus. Gisebardus[y] Capuanus archiepiscopus. Sigifredus[z] Placentinus episcopus. Hubertus Firmensis episcopus. Petrus Cumanus episcopus. Lambertus Constantiensis episcopus. Hugo Gennavensis[a] episcopus. Hugo Sedunensis episcopus. Henricus sancti Kyliani[b] vicarius[2]. Benedictus Lavicanensis[c] episcopus pro se et pro omnibus cardinalibus episcopis. Iohannes Maturanensis[d, 3] episcopus. Iohannes[e] Albanensis episcopus. Tebaldus[f] Velleternensis[g] episcopus. Petrus Praenestinus episcopus. Ingizo[h] Castellanus[i, 4] episcopus. Gregorius Ostiensis episcopus. Benedictus Portuensis episcopus. Stephanus Cerensis episcopus. Aifredus[k] Ferentinensis[l] episcopus. Humbertus[m] Luscalae[n, 5] episcopus. Humbertus[m] Arimae[o, 6] episcopus. Ildeprandus[p, 7] Faventinus[q] episcopus. Iohannes Suesanae[r] episcopus. Aldebertus[s] episcopus. Aldebertus[t] Pensarensis[u] episcopus. Rainerius[v] Fundensis[w] episcopus. Bernardus Caietanae[x] episcopus. Arialdus Clusinae episcopus.

**24.** o) *deest L.* p) Vallav. *semper L.* q) contra — voluntatem *des. L.* r) Dagbertum *L.* s) Rodenum *L.* t) *deest L.* u) iudicatum *L.* v) afaveat *L.* w) sui *D.* x) Ravennensis *L.* y) Gislebardus *L.* z) Sigefridus *L.* a) Genavensis *L.* b) Iuliani *D.* c) Laincanensis *L.* d) Maturonensis *D.* e) Ioh. Alb. ep. *des. L.* f) Tetbaldus *L.* g) Bellezensis *D*; ep. Vell. *L.* h) Ingi . . *D*; *L posuit hunc post Ferentinensem.* i) Cancellanus *D.* k) Arfridus *L.* l) Serretinensis *D.* m) Hubertus *L.* n) Luscalis *L.* o) Arimas *L.* p) Lideprandus *D.* q) Saunus *D.* r) Suessanus *L.* s) Adelbertus . . . . *L.* t) Adelbertus *L.* u) Pisaurensis *L.* v) Raiuerus *L.* w) Slundensis *D.* x) Caietanus *L.*

1) *Puy en Vélay archidioccesis Bituricensis.* 2) *i. e. episcopus Wirzburgensis.* 3) *Monteranno, v. synodum Iohannis XII. a. 964 infra in Appendice Actorum pontificum.* 4) *Città di Castello.* 5) *Nescio quae episcopi sedes haec sit.* 6) *Rimini.* 7) *Hildeprandus Faventinus subscripsit concilio Ravennatensi a. 998. Mai. 1 a Gerberto celebrato, v. Mansi XIX, 221.*

# 25. OTTONIS III. ET SILVESTRI II. SYNODUS ROMANA.

(999.)

*Ex actis tantum superest scriptum poenitentiam Ardoino marchioni Eporediensi iniunctam continens, quod e codice nr. 87 mbr. fol. saec. XI. bibliothecae capitularis Eporediensis*[1] *edidit Provana in libro 'Studi critici sovra la storia d'Italia a' tempi del re Ardoino' (Torino 1844) p. 345 nr. 13. Ad eandem synodum referenda censuit vir cl. Giesebrecht ('Kaiserzeit' ed. 5. I, 862) ea quae tradit Thietmarus Merseburgensis l. IV, c. 44 (28) ed. Kurze:* Post hec *(i. e. post mortem Gregorii V.)* imperator Gisillerum archiepiscopum, eo quod duas teneret parrochias, in sinodo accusans Romana, iudiciali eum sententia ab offitio suspendi ac per internuntios ab apostolico eundem illo vocari precepit. *De tempore quo synodus celebrata sit dubitari licet. Giesebrecht et Iaffé-Löwenfeld p. 496 menses Aprilem vel Maium statuerunt, Löwenfeld autem ('Leo von Vercelli' p. 15) annum 999. exeuntem. Scriptum poenitentiae ex editione Provanae dedimus. — Cf. Iaffé, Reg. pont. ed. II. I, p. 496.* *(P. deest.)*

Poenitencia Ardoini Romae in ecclesia beati Petri apostoli ei imposita et a dompno papa Siluestro et augusto imperatore tercio Ottone et a pontificibus Italiae catholice et synodice edicta.

Notum sit omnibus, quod Ardoinus in sancta synodo professus est coram domno Siluestro sanctissimo et domno nostro tercio Ottone Romanorum imperatore augusto et coram omnibus episcopis ibi residentibus, se conduxisse illos homines qui interfecerunt Petrum Uercellensem episcopum et eius neci interfuisse et eosdem homines secum reduxisse et retinuisse et cum illis postea conversatum esse. Ideoque inventum est in sancta synodo, ei tanti criminis participi non modicam imponere poenitenciam, quia, quamvis ipse hoc manibus non perpetraret scelus, tamen causa eius mortis extitit, quia interfectores conduxit, sicuti et Iudas, qui non eo modo tradidit Dominum ut crucifigeretur, sed quia alios conduxit causa eius mortis, simili modo existens in perpetuum dampnatus est; in hoc tamen Iudas mitius fecit, quia non postea cum interfectoribus Domini conversatus est. Ideoque quia publice confessus est, eandem poenitenciam vult ei sancta synodus imponere quae ei daretur, si secreto confiteretur, manu sua episcopum interfecisse: videlicet ut deinceps arma deponat, carnem non manducet, nemini virorum aut mulierum osculum donet, nec lineum vestimentum induat, et si sanus fuerit, ultra duas noctes in uno loco non moretur, nec corpus Domini accipiat nisi in exitu vitae, et in eo loco agat penitentiam ubi neminem eorum ledat qui sacramenta contra eum fecerunt; aut presens monachus efficiatur.

1) *V. 'Archiv' IX, 625.*

# 26. DONATIO OCTO PENTAPOLEOS COMITATUUM SILVESTRO II. FACTA.

(1001. Ian.)

*Autographon saeculo adhuc XV. superstes fuisse videtur, cum in* Tabula secundi registri signati per B. a Platina confecti, quod asservatur in scrinio ferrato arcis S. Angeli *legantur haec:* Ottonis imperatoris litterae contra pontifices lapidantes bona ecclesiae et expressa donatio facta Romanae ecclesiae, beato Petro et S. Silvestro 158[1]. *Certe a. 1366 autographon servabatur Avinione, cum Catalogus chartarum archivi Romanae ecclesiae, quem hoc anno confecit archiepiscopus Auxitanus*[2], *continet regestum privilegii nostri prolixum:* Privilegium Ottonis imperatoris continens: Roma caput mundi profitemur *etc.* Et est sine data. Sed fuit manu sua scriptum et est bulletta plumbea bullatum; *praeterea autem Catalogus affert apographon anni 1339*[3]. *Hodie in tabulario secreto Vaticano in Arm. I. Caps. X. nr. 15 asservatur tantum apographon istud, quod iussu Benedicti XII. pontificis fieri fecit a. 1339 Iohannes de Amelio camerae apostolicae clericus, quodque in nostros usus vertit vir cl. Sickel. Monogramma imperatoris in hoc transsumto depictum est; de sigillo privilegii Iohannes de Amelio haec verba facit:* Elegimus ac vidimus et diligenter inspeximus quoddam privilegium cum quadam bulla plumbea parva impendenti sive in fine ipsius privilegii cum pergamena alligata, in qua quidem bulla ab una parte in circumferentia eiusdem scriptum erat oddo imperator Romanor', ab alia vero parte erat quoddam caput hominis cum pilis crispis et cum spatulis, scriptumque erat in circumferentia Aurea Roma, ut prima facie apparebat.

*Ex transsumto Ameliano omnia apographa et editiones privilegii nimirum fluxerunt, imprimis apographon codicis bibl. Vallicellianae B. 12. membr. fol. saec. XV. ex. fol. 464'—465, qui testante viro cl. Holder-Egger praebet chartam Iohannis de Amelio, cui breve Benedicti XII. et privilegium Ottonis III. inserta sunt. Haec omnia typis excusa sunt in libro cuius auctor, ni fallor, fuit Marquardus Freher, qui inscribitur 'Otthonis III. imp. donatio Sylvestro II. papae facta' cet. 'ad sereniss. ducem Venetiarum Leonardum Donatum. Typis Gotthardi Voegelini' (Heidelbergae nimirum). Auctor praefatus est a. 1607 et p. 15 dicit, se monumentum excepisse e veteri libro pleno diplomatum, epistolarum, aliorumque monumentorum, quem possederit senator quidam supremi parlamenti Parisiensis; ab eodem codicem etiam Baronio cardinali missum esse. Erat sane hic codex similis Vallicelliano, quocum convenit etiam inscriptione ad frontem chartae Amelianae posita*[4] *et monogrammate Ottonis III. in calce depicto. Paullo ante Freherum editionem paravit Baronius in Annalibus eccles. ad a. 1191 § 55 sq. ope codicis istius Parisiensis, quem ei suppeditavit Nicolaus Faber, et similis cuiusdam, quem ei porrexit Petrus Antonius Tolentinus Cremonensis. Baronius chartam Amelianam in fine decurtavit. Privilegium Ottonianum legitur § 57. Alterutram editionem repetiverunt editores posteriores, quorum non est numerus; e. g. Pertz Baronianam, Goldast I, 226 et IV, 1, 40 Freherianam*[5], *J. Masson 'Epistolae Gerberti' p. 73 Freherianam (= Olleris, 'Oeuvres de Gerbert' p. 551).*

*Opus falsarii privilegium nostrum esse, imprimis contendit b. m. Rogerius Wilmans 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Otto III', p. 233 sq. Nos autem cum viro*

1) *V. Indicem archivi scripturarum arcis S. Angeli editum a von Aretin, 'Beyträge zur Geschichte und Literatur' II, 2, p. 80.* 2) *V. apud Muratorium, 'Antiquitates Italiae' VI, 78.* 3) Item transscriptum dicti privilegii *etc.* 4) *Freher p. 1:* Instrumentum in quo — assignatis Romanae ecclesiae. 5) *V. Rationale tomi IV, p. 39.*

*cl. Sickel aliisque persuasum habemus, diploma genuinum esse. Dictatorem nonnulla e Libello de imperatoria potestate in urbe Roma (SS. III, 719 sq.) sumpsisse, iam Wilmans p. 239 sq. animadvertit*[1].

*Titulus, quem imperator sibi vindicat* servus apostolorum, *arguit, privilegium a. 1001 datum esse. Cum hoc tempore congruunt etiam inscriptiones bullae, quas Iohannes de Amelio servavit*[2]. *Autographon notis chronologicis omnino caruisse, regestum a. 1366 probat. Verba* Datum Romae, *quae leguntur apud Freherum aliosque*[3] *aut per coniecturam ab editore addita aut glossema codicis cuiusdam ducenda sunt*[4]. *Apographon chartae nostrae in tabulario secreto civitatis Cremonae sub C. 37 exstare et notis chronologicis a. 998, 12. Kal. Mai. insignitum esse, asserit Robolotti in 'Miscellanea di storia d'Italia' I, 553*[5]. *At cum vir rev. Angelus Berenzi, professor seminarii episcopalis Cremonensis, me certiorem faciat, signum istud diverso prorsus monumento saeculi XIV. convenire, equidem adstipulor viro cl. Wüstenfeld auguranti, apographon illud, quod Robolotti vidit, exaratum esse a notario quodam Cremonensi, bene sibi noto, qui saeculo XIII. multorum instrumentorum exemplaria confecerit eaque suo Marte signis chronologicis adornaverit. Ottonis III. donationem igitur non mense Aprili Ravennae, sed potius mense Ianuario seu Februario Romae factam esse, recte indicaverimus.*

*De octo comitatibus Silvestro II. donatis agere videtur epistola Ottonis III. Gregorio V. papae a. 996 missa inter epistolas Gerberti recepta, quam in adnotatione secundum novissimam editionem viri cl. Iuliani Havet*[6] *afferri licet*[7]. *De casibus variis Pentapoleos conferas imprimis Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' II, p. 318. — Stumpf, Reg. 1256. (P. pars II, 162.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto servus apostolorum et secundum voluntatem Dei salvatoris Romanorum imperator augustus. Romam caput mundi profitemur, Romanam ecclesiam matrem omnium ecclesiarum esse testamur, sed incuria et inscientia pontificum longe sue claritatis titulos obfuscasse. Nam non solum quae extra Urbem esse videbantur vendiderunt et quibusdam colluviis a lare sancti Petri alienaverunt, sed, quod absque dolore non dicimus, si quid in hac nostra Urbe regia habuerunt, ut maiori licentia evagarentur, omnibus indicante pecunia in commune dederunt et sanctum Petrum, sanctum Paulum, ipsa quoque altaria spoliaverunt et pro reparatione semper confusionem induxerunt. Confusis[a] vero papaticis legibus et iam abiecta ecclesia Romana, in tantum quidam pontificum irruerunt, ut maximam partem imperii nostri apostolatui suo coniungerent, iam non querentes quae et quanta suis culpis perdiderunt, non curantes quanta ex voluntaria vanitate effuderunt; sed

**26.** a) confosis *c.*

1) *Cf. etiam Jung in 'Forschungen zur Deutschen Gesch.' XIV, 413.* 2) *V. Foltz 'Neues Archiv' III, p. 40 (Otto III. 9).* 3) *Goldastius I, 226 addidit etc.* 4) *Freherus asterisco ea signavit.* 5) 998. 12. kal. maggio. Rampogna di Ottone III. imperatore all' avarizia di papa Gregorio V. ed elezione di Silvestro II. Arch. segr. di Cremona, Capsa Cremonae, C. 37. inedita. 6) *'Lettres de Gerbert' publ. par I. Havet (Paris 1889) p. 202 nr. 216; in editione Olleris ('Oeuvres de Gerbert' p. 147) est ep. 217, in prioribus editionibus ep. 158.* 7) *Vir cl. Giesebrecht ('Gesch. der deutschen Kaiserzeit' ed. 5. I, 864 not. 1) primus recte indicavit, hanc epistolam non Silvestro II. sed Gregorio V. a. 996 missam, siglum nominis ab editoribus perperam solutum esse.* Reverentissimo papae G. O. gratia Dei imperator augustus. Quia temporis difficultate adstrictus vestris votis satisfacere nequeo, vehementi moerore afficior. Moveor enim pietatis affectu circa vos, sed naturae necessitas suo iure omnia constringens qualitates Italici aeris qualitatibus mei corporis quadam sui generis contrarietate opponit. Mutamur ergo solum corpore, vobiscum mansuri mente, vestroque solatio atque subsidio primores Italiae relinquimus, Hu. Tuscum nobis per omnia fidum, Co. comitem Spoletinis et Camerinis praefectum, cui octo comitatus, qui sub lite sunt, vestrum ob amorem contulimus nostrumque legatum eis ad praesens praefecimus, ut populi rectorem habeant et vobis eius opera debita servitia adhibeant.

sua propria, utpote ab illis ipsis dilapidata, dimittentes, quasi culpam suam in imperium nostrum retorquentes, ad aliena, id est ad nostra et nostri imperii maxime migraverunt. Hec sunt enim commenta ab illis ipsis inventa, quibus Iohannes diaconus cognomento Digitorum Mutilus[b] preceptum aureis litteris scripsit et[c] sub titulo magni Constantini longi[d] mendacii tempora finxit. Hec sunt etiam commenta, quibus dicunt, quendam Karolum sancto Petro nostra publica tribuisse. Sed ad hec respondemus, ipsum Karolum nichil dare iure potuisse, utpote iam a Karolo meliore fugatum, iam imperio privatum, iam destitutum et adnullatum. Ergo quod non habuit, dedit; sic dedit, sicut[e] nimirum dare potuit, utpote qui male adquisivit et diu se possessurum non speravit. Spretis ergo commenticiis preceptis et imaginariis scriptis, ex nostra liberalitate sancto Petro donamus[f] que nostra sunt, non sibi que sua sunt, veluti nostra conferimus. Sicut enim pro amore sancti Petri domnum Siluestrum magistrum nostrum papam elegimus et Deo volente ipsum serenissimum ordinavimus et creavimus, ita pro amore ipsius domni Siluestri pape sancto Petro de publico nostro dona conferimus, ut habeat magister, quid principi nostro Petro a parte sui discipuli offerat. Octo[g] igitur comitatus pro amore magistri nostri domni Siluestri pape sancto Petro offerimus et donamus, ut ad honorem Dei et sancti Petri cum sua et nostra salute habeat, teneat et ad incrementa sui apostolatus nostrique imperii ordinet. Hos autem sibi ad ordinandum concedimus: Pisaurium, Fanum, Senogalliam, Anconam, Fossabrum, Gallim[h], Hesi et Ausimum, ut nullus unquam ei et sancto Petro audeat aliquam inquietationem facere aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicumque vero presumserit, omnia que habet amittat, et sanctus Petrus que sunt sua recipiat. Ut hoc autem in eternum[i] ab omnibus conservetur, hoc preceptum manu nostra diu, Deo adiutore, victura confirmavimus et nostro sigillo precepimus insigniri, ut sibi suisque successoribus valeat.

Signum domni Ottonis (M.) invictissimi Romanorum imperatoris augusti.

26. b) Mutius *c.* c) *supplevi; deest c.* d) *sic c.* e) sic *c.* f) donemus *c.* g) Otto *c.* h) Galli *c.* i) eaternum *c.*

# HEINRICI II. CONSTITUTIONES.

## 27. PRAECEPTUM CONFIRMATIONIS VENETIS DATUM.

1002. Nov. 16.

*Extat in 1) Libro blanco fol. 34, nr. 18, qui exhibet inscriptionem:* Privilegium confirmationis Henrici regis factum domino Petro duci Veneciarum et Iohanni eius filio similiter duci super hiis rebus, quas ipsi seu eorum antecessores duces etc.; 2) *cod. Trivisano fol. 135. Praeceptum locum tenuit pacti; cfr. quae supra p. 30 diximus. — Stumpf, Reg. 1333.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, presentibus silicet et futuris, qualiter venerabilis dux Veneticorum et Dalmatiorum[a] nomine Petrus una cum filio suo Iohanne similiter duce per dilectum nobis Iohannem dyaconum et suum capelanum nostram adiit maiestatem, suppliciter rogitans regium nostre confirmationis preceptum super hiis rebus, quas vel[b] ipse Petrus vel pater suus seu antecessores duces sub nostris antecessoribus, regibus et imperatoribus, usque ad nostra tempora dono, scripto sive pacto in regno Ytalico possiderunt. Eorum igitur, ut oportuit, petitioni annuentes per interventum dilecte coniugis nostre, Cunigunde videlicet regine, nostrique fidelis Opperti[c] Veronensis ecclesie episcopi per hoc regie potestatis insigne confirmamus et perpetua illis stabilitate coroboramus omnia a nostris precessoribus facta precepta; et quicquid a tempore domini Ottonis primi a suis decessoribus sive a suis ecclesiis[b] in[b] Veronensi[d] marchia sive in Istriensi comitatu actenus possessum est, nostra deinceps liberalitate possideant[e], cum confirmatione pacti, quod secundus Otto Verone sibi fecit. Insuper etiam ea, que sancte recordationis senior noster tercius Otto in predicta marchia et in Histriensi commitatu sibi et suis ecclesiis preceptali scriptione possidenda concessit sive confirmavit, prefati duces suique successores et ecclesie libenter in integrum teneant; sive quicquid in predicta provintia per cartulam libellarii[f] nunc tenent, sine molestatione teneant. Precipientes igitur iubemus, ut nullus dux, comes, vicecomes, marchio sive aliqua regni nostri magna vel parva persona[g] eos vel eorum ecclesias et successores in hiis molestare audeat[h]. Quodsi quis fecerit, centum libras

**27.** a) Dalmatianorum 2. b) *om.* 1. c) Operti 2. d) Veronensis 1; Veronensia 2. e) libertate possideantur *codd.* f) liberalii 1. g) sive regni aliqua magna vel parva persona nostri regni 1. h) audeant 1.

auri iuxta legem componat. Et ut hec nostra confirmatio inconvulsa permaneat, hanc nostri precepti paginam manu propria roborantes nostro sigillo imprimi iussimus.

Signum domini Henrici (M.) regis invictissimi.

Egilbertus chancelarius vice Willigisi archicapellani recognovi.

Data XVI. Kal. Decembr., anno dominice incarnationis MII, indictione I, anno vero domini Henrici regis I: actum Radisponae[i].

---

# 28. SYNODUS DORTMUNDENSIS.

## 1005. Iul. 7.

*De actis nonnisi decretum de requie defunctorum acquirenda et de ieiuniis tenendis servavit Thietmari Chronicon SS. III, p. 810 l. VI, c. 13 (ed. Kurze p. 143 l. VI, c. 18), quod sic praefatum est:* Posita est etiam in loco qui Throtmunni dicitur magna sinodus, ubi rex coepiscopis presentibusque cunctis plurima questus est sanctae aecclesiae inconvenientia et communi eorundem consilio haec statuit deinceps prohiberi, et optimo novae institutionis decreto gravem peccatorum suimet sarcinam relevari. *Repetimus ex editione novissima viri d. Kurze. — Stumpf, Reg. 1408. (P. deest.)*

Anno dom*inicae* incarn*ationis* MV, anno autem domni Heinrici secundi regnantis IIII, in die Non. Iulii actum est in Throtmunni hoc decretum gloriosissimi eiusdem regis et contectalis suae Chungundae reginae necnon et archiepiscoporum Heriberti Coloniensis, Lievizonis Bremensis, Daginonis Magadeburgensis archipresulis[a] tertii: episcoporum autem Notgeri Leodicensis, Suithgeri M*irmingardevordensis,* Ansfridi T*raiectensis,* Thiederici M*etensis,* Thietmari A*sanbruniensis,* Berenharii F*erdensis,* Berenwardi H*illinessemensis,* Burchardi W*ormatiensis,* Retharii P*athelbrunnensis,* Wigberti M*erseburgensis,* Ekkihardi S*lesvicensis,* Othinkerdi[1].

1. In obitu cuiusque prenominatorum singuli episcoporum infra XXX dies, nisi infirmitas inpedierit, missam pro defuncto celebret, et unusquisque presbiter in monasterio similiter faciat. Presbiteri vero forenses tres missas peragant: diaconi et ceteri inferioris ordinis psalteria X. Rex et regina infra XXX dies MD denarios pro animae redemptione erogent et totidem pauperes pascant. Episcopi singuli CCC pauperes pascant et XXX denarios expendant et triginta lumina accendant. Dux autem *Bernhardus*[2] D pauperes pascat et XV solidos expendat.

2. Vigiliam sancti Iohannis baptistae et apostolorum Petri et Pauli et vigiliam sancti Laurencii et omnium sanctorum in pane et sale et aqua decernimus ieiunare. Vigiliam *assumptionis* sanctae Marie et omnes vigilias aliorum apostolorum sicut in quadragesima; quatuor tempora sicut in quadragesima, excepta VI. feria ante natale Domini, quam in pane, sale et aqua decernimus ieiunare.

27. i) Radespona 1.

28. a) archipr. tertii *des. cod. 2 et certe glossema sunt.*

1) *Ripensis.* 2) *Saxoniae.*

# 29. CONCILIUM FRANCOFURTANUM.

## 1007. Nov. 1.

*Scriptum, quo episcopi mandante Iohanne XVIII. pontifice fundationem episcopatus Bambergensis corroborant, autographon superest in tabulario regio Monacensi, cui illatum est olim e tabulario Bambergensi. Exemplavit vir cl. Loersch. Qui haec de autographo adnotavit: 'Signum quod dicunt Chrismon (monogramma Christi) non solum lineae primae, sed etiam secundae adscriptum est; subscriptiones episcoporum ipsorum manibus exaratae esse videntur*[1]*, quamvis literarum ductus quandam similitudinem ostendat; subscriptiones arcte in lineis inter se cohaerent; in dorso leguntur manu saec. XI:* Privilegium Heinrici imperatoris. *manu saec. XVI:* Litera qualiter sanctus Heinricus cogitavit erigere episcopatum Bambergensem M° VII. A. 3'

*Scriptum nostrum ex exemplari Bambergensi multi ediderunt, e. g. Labbeus et Cossartius IX, 784 (= Mansi XIX, 283); Heyberger 'Landeshoheit des Bisthums Bamberg über Fürth' (Bamberg 1774), Probationes diplomaticae nr. 5 — Iaffé 'Bibl. rer. German.' V, p. 27 nr. 7, qui etiam exemplaria codicis Udalrici, cui insertum est, adhibuit*[2]*. Waitz SS. IV, 795 not. 1 editionem Eccardianam codicis Udalrici repetivit, adnotata varia lectione Ussermanni 'Episcopatus Bambergensis' Probat. p. 13. Privilegium, quo Heinricus II. episcopatum fundavit, et ipsum Nov. 1. datum, v. SS. IV, 798. — Cf. Stumpf, Reg. 1456. (P. deest.)*

(C.) Anno dominicae incarnationis MVII, indictione V, Kalendis Novembris, regnante piissimo ac serenissimo Heinrico secundo, anno regni sui VI, pro statu et augmento sanctae matris aecclesiae in loco Frankonofurt dicto magna synodus habita est et celebrata. Nam idem rex Heinricus magnus et pacificus, ut in Deum erat credulus et in homines pius, dum alta mentis deliberatione sepenumero cogitaret in quo Deum sibi maxime placaret, summa inspirante Divinitate cogitando disposuit, ut Deum sibi heredem eligeret et conscriberet et episcopatum in honorem sancti Petri principis apostolorum in quodam suae paternae hereditatis loco Babenberc dicto ex omnibus suis rebus hereditariis construeret, ut et paganismus Sclavorum destrueretur et christiani nominis memoria perpetualiter inibi celebris haberetur. Sed dum parrocchiam ad eundem locum respicientem non haberet et sanctum pentecosten in eodem Mai 25.
sui regni anno VI. Mogontiae celebraret, quandam partem Vuirciburgensis dioeceseos, comitatum videlicet Ratenzgouui dictum, et quandam partem pagi Volcfelt dicti inter fluvios Uraha et Ratenza sitam ab Heinrico Vuirciburgensi episcopo firma ac legali commutatione acquisivit, tradens econtra Vuirciburgensi aecclesiae CL mansos in vico Meinungun dicto et in adproxime iacentibus[a] locis, hoc consentientibus et perspicientibus venerabilibus patribus, inprimis videlicet Vuirciburgensis aecclesiae episcopo Heinrico et Vuilligiso reverendo archiepiscopo Mogontino et Burchardo Vuormaciensi et Vualthero Spirensi et Vuerinhario Strazburgensi et Adalberone Basilensi et Lanberto

**29.** a) proxime adiacentibus *prius scriptum erat, post ad erasum et ante* proxime *positum est cod.*

1) *Sic etiam Bayer 'Neues Archiv' I, 471 not. 1. Ceterum Bayer 'Kaiserurkunden in Abbildungen, Text' p. 109 scriptum nostrum exaratum esse a notario, quem vocat Eberhardum A, indicavit. At vir cl. Bresslau monuit, hoc esse falsum, scribam fuisse illum, quem Bayer l. c. p. 684 vocat 'tertium', cui debetur privilegium Stumpf. Reg. 1466.* 2) *Alias editiones dinumerat Hirsch 'Jahrbücher Heinrichs II.' II, 59 not. 3, qui tamen perperam duas recensiones distinguit, cum haud dubium sit, quin codex Udalrici ex autographo hauserit.*

Constantiacensi et Ǒdalrico Curiensi et Liudolfo archiepiscopo Treverensi et Theodorico Mettensi et Berahtoldo Tollensi et Heimone Virdunensi et Hereberto archiepiscopo Coloniensi et Notkero Leodicensi et Erahuuino Kameracensi et Daginino archiepiscopo Magideburgensi et Hildolfo Mantuano. Gloriosissimus vero rex Heinricus tunc voti compos effectus pari supradictorum patrum consultu duos suis ex capellanis, Albericum videlicet et Ludouuikum, adiunctis Heinrici Vuirciburgensis episcopi literis, Romam usque direxit, quatinus hic bene incepta in melius proficerent auctoritate Romana. Romanus vero pontifex et universalis papa Iohannes precatorias predicti Heinrici episcopi literas inspiciens et piissimi regis Heinrici devotioni congaudens, habita in sancti Petri basilica sinodo, pro confirmando Babenbergensi episcopatu privilegium [b, 1] fecit conscribi et apostolica auctoritate corroborari, universis Galliae et Germaniae episcopis rescribens, ut et ipsi pari communique auctoritate eundem episcopatum corroborarent et confirmarent [2]. Quod videlicet privilegium venerabiles patres in supradicto Frankonofurt habito generali concilio consistentes summa veneratione legendo suscipientes et apostolicę auctoritati obedientes [c] devotis mentibus subscribendo unanimiter laudaverunt communiterque corroboraverunt.

† Willigisus sanctę Mogontiensis aecclesiae archiepiscopus qui eidem synodo vice Romanae aecclesiae praesidebam, conlaudavi et subscripsi. † Radherius Podelbrunnensis aecclesiae episcopus interfui et subscripsi. † Megingaudus Eihstatensis episcopus interfui et subscripsi. Berenuuardus Hildinisheimensis episcopus interfui et subscripsi. † Lambertus Constantiensis episcopus interfui et subscripsi. † Arnolfus Halberstatensis interfui et subscripsi. † Ǒdalricus Curiensis episcopus interfui et subscripsi. † Burchardus Uuormaciensis episcopus interfui et subscripsi. † Uuerinharius Argentinensis episcopus interfui et subscripsi. † Ualtherius [d] Spirensis episcopus interfui et subscripsi. † Brun Augustensis [e] episcopus interfui, collaudavi [f] et subscripsi. Liudolfus Treverensis archiepiscopus interfui et subscripsi. † Berahtoldus Tollensis episcopus interfui et subscripsi. † Heimo Uuirdunensis episcopus interfui et subscripsi. † Hartuuigus Iuvavensis archiepiscopus [g] interfui et subscripsi. † Cristianus Pataviensis episcopus interfui et subscripsi. † [h] Gebehardus Radesponensis episcopus interfui et subscripsi. † Egilbertus [i] Frigisiensis [k] episcopus interfui et subscripsi. † Adalbero Brixiensis [l] episcopus interfui et subscripsi. :†: Heribertus archiepiscopus Coloniensis interfui ad votum sinodi [m] et subscripsi. Suidgerus Mimigardvordensis episcopus interfui et subscripsi. † Ansfridus Traiectensis episcopus interfui et subscripsi. † Teodricus Mindensis episcopus interfui et subscripsi. † Thietmarus episcopus Osneburegensis interfui et subscripsi. † Dagino [n] archiepiscopus Magedeburegensis interfui et subscripsi. † Hildiuuardus Citicensis [o] episcopus interfui et subscripsi. Burchardus archiepiscopus Laudunensis [3] interfui et subscripsi. † Baldolfus archiepiscopus Tarentasiensis interfui et subscripsi. † Anastasius [n] Ungrorum archiepiscopus [4] interfui et subscripsi. Adalbero Basilensis interfui

**29.** b) pruilegium *cod.* c) obendientes *cod.* d) *litera* h *supra lineam posita cod.* e) Aūgt *cod.* f) *supra vocem* collaudavi *signum crucis positum est cod.* g) archi *add. manus recentior supra lineam cod.* h) *crux supra lineam addita est cod.* i) Egilbertus *cod.* k) *emendari;* Frigigensis *prius scriptum, post corr.* Friginensis *cod.* l) Briexiusis *prius; litera* e *superposito puncto deleta, litera* c *supra lineam addita cod.* m) *verba* ad votum sinodi *postea a manu ipsius archiepiscopi, et quidem verba* ad votum *supra lineam, verbum* sinodi *post verbum* subscripsi *addita sunt cod.* n) *altera crux supra nomen addita cod.* o) *litera* i *inter* t *et* c *deleta videtur cod.*

1) *V. bullam Iohannis XVIII. SS. IV, 796, Iaffé, Reg. pont. ed. II. I, nr. 3954.* 2) *Mandatum tale in bulla non legitur; haec igitur verba respiciunt ad epistolam pontificis, quae iam non exstat.* 3) *Lugdunensis.* 4) *sive Ascricus archiepiscopus Strigoniensis.*

et subscripsi. Hugo Genuensis subscripsi. Heinricus Lausonensis subscripsi. Eckehardus Slesuuigensis[p] subscripsi. Albericus Cumanus episcopus interfui et subscripsi. † Richolfus Tergestinensis ecclesiae episcopus †[q].

## 30. SYNODUS RAVENNAS.

### (1014. Ian.)

*Codex bibl. Vaticanae 1339 membr. fol. max. saec. XI. continet collectionem canonum quinque libris distinctam*[1], *in qua leguntur capita quatuor Heinrici cuiusdam regis, quae edituri sumus. Codicem in Italia superiori exaratum esse, indicaverunt viri cl. b. m. Merkel et Giesebrecht; ille et scriptorem et compilatorem saeculi XI. ineuntis hominem Scotum fuisse contendit et capita nostra Heinrico II. vindicavit. Collectio cum capita regum Langobardorum, Karolinorum, Widonis imperatoris praebeat, de Heinrico I. seu Heinrico II. tantum cogitari potest, et cum Heinricus I. sceptra in Italia non gesserit, vir cl. Giesebrecht rectum iudicasse videtur. Titulus regis tempus indicat ante diem Febr. 14. anni 1014. Mense Ianuario eiusdem anni regem Ravennae synodum celebrasse, cui et Benedictus VIII. papa interfuisse videtur, traditum est*[2]. *De hac synodo, non de Romana agere videtur Thietmarus SS. III, p. 837 l. VII, c. 2 (ed. Kurze p. 194 l. VIII, c. 2):* In Ravenna duos et Romae totidem sinodali iudicio papa deposuit ab archiepiscopo Leone iam muto consecratos. Sanctorum[3] instituta patrum in sacris ordinibus ibidem et apud nos diu pro dolor neglecta cum excommunicatione redintegrata renovavit. Prohibent namque canones, ut ante XXV annos diaconus, presbiter autem et episcopus ante XXX annos nequaquam ordinetur. *Haec in caput nostrum 2 quadrant. In synodo ista res ecclesiae Ravennatis ab invasore Adelberto per multos annos perturbatas ordinatas esse, scimus. De temporibus istis synodus altera Ravennae eodem anno Apr. 30 ab Arnoldo archiepiscopo celebrata*[4] *sic loquitur:* Qua de re contra canonum constitutiones . . . . multae malae atque illicitae ordinationes atque promotiones sacrorum ordinum et dedicationes ecclesiarum, monasteriorum, plebium et capellarum atque invasiones ordinum per alteros, quibus minime competebat, inventae sunt extitisse. *Contra tales abusus capita 1 et 3 pugnare videntur. Capita ergo synodo Ravennati a Benedicto VIII. et Heinrico II. rege a. 1014 mense Ianuario habitae adscribi, fas ducimus. Exscripsit ea e codice a. 1884 vir b. m. Waitz. Inveniuntur in codice: caput 1 fol. 33 in libri I. capite XL; caput 2 fol. 35 in libri I. capite XLVIIII; caput 3 fol. 48' in libri I. capite CVII; caput 4 fol. 216 in libri IV. capite CCLXXXIII.* *(P. deest.)*

**29.** p) *crux supra vocem* Slesuuigensis *posita est cod.* q) *ultima duo verba cum cruce supra lineam posita sunt cod.*

1) *Cf. de hoc codice 'Archiv' XII, 225; 'Neues Archiv' I, 569, VIII, 312; Giesebrecht 'Münchener historisches Jahrbuch für 1866', p. 100 not. 3; Maassen, 'Gesch. und Literatur des canon. Rechts' I, 886; alia adnotavit qui codicem a. 1884 inspexit vir b. m. Waitz. Collectionem praecedunt 8 folia imagines praebentia, fol. 15 incipit collectio:* In Christi nomine. Incipit liber canonum ex multis sententiis patrumque dictis defloratus, in qua *etc. Prologus incipit:* Oportuni quidem *etc.* 2) *V. Pabst 'Jahrbücher Heinrichs II.' II, p. 117 sq. Benedictum VIII. papam Ravennae fuisse equidem contra virum cl. Pabst cum Jaffé, Reg. pont. ed. II. I. p. 507 contenderim.* 3) *Sequentia viro cl. Kurze teste manu saec. XII. in. addita sunt.* 4) *Mansi XIX, 362.*

1. De his qui per pecuniam sunt ordinati. Henrici regis. Si quis[a] per pecuniam episcopum aut presbiterum vel diaconum aut quantumlibet sacri ordinis consecraverit, anathema sit, et ordinatus[b] deiciatur.

2. De etatibus quibus clerici consecrandi sunt. Heinrici regis. Si quis[a] episcopus ante XXX. annum[c] presbiterum consecraverit, vel diaconum ante XXV. annum[c], anathêma sit, et ordinatus deiciatur usque ad prefinitam[d] etatem, nisi summa compellat[e] necessitas. Quod si inevitabilis[f] causa advenerit, permittamus[g] presbiterum consecrari in legitima aetate diaconorum. Subdiaconus ante XII. annum nullatenus fiat.

3. De his qui per pecuniam consecraverint. Heinrici regis. Si quis[a] per pecuniam aecclesiam consecraverit, anathema sit.

4. De eo qui pignus vel donum de ornamentis ecclesiae acceperit. Heinrici regis. Quicumque aliquid in pignus vel donum acceperit de utensilibus[h], ornamentis sanctae Romanae aecclesiae vel aliarum aecclesiarum, dator et acceptor sit anathêma, et quamdiu tenet, communione[i] privetur.

---

# 31. SENTENTIA GOSLARIENSIS DE CONIUGIO CLERICORUM SERVILIS CONDITIONIS.

(1019. Mart.)

*Narratio historica pro memoria rei gestae ab Hildesheimensi quodam, defuncto iam Heinrico II. imperatore, scripta invenitur in codice Guelferbytano 35 (Helmst. 32) in fol. membr. fol. 19—19' manu saeculi XI. exarata. Anno in ea indicato 1025 non solum annus obitus imperatoris sed etiam annus obitus episcoporum Bernwardi Hildesheimensis, Thiederici Mindensis, Thiederici Monasteriensis, 1022, adversatur. Recte igitur iam Pertzius indicavit, rem actam esse a. 1019 mense Martio, quo tempore imperator chartis testantibus*[1] *Goslariae versatus sit. Ad istum conventum etiam referenda videntur quae Annales Hildesheimenses (ed. Waitz p. 32) tradunt sub a. 1018:* Eo anno domnus Bernwardus episcopus tempore quadragesimae Goslare, presente imperatore cum episcopis ceterisque regni primoribus sinodo habita, Godescalcum Eggihardi presidis filium et Gerdrudam Egberhdi comitis filiam separavit[2].

*E codice Helmstadiensi narrationem ediderunt Maderus 'Antiquitates Brunsvicenses' p. 211 = Heineccius 'Antiquitates Goslarienses' p. 30; Leuckfeld 'Antiquitates Halberstadenses' p. 675 = Hartzheim 'Concilia Germaniae' III, 50. Codicem iterum conferri curavit vir cl. de Heinemann Guelferbytanus. Constitutionem Bernwardi anni 1020, quam ex eodem codice fol. 19 dedit Pertz pars II, p. 172 not. 1, utpote a nostro consilio alienam et nullius momenti reiecimus. — Stumpf, Reg. 1718. (P. pars II, 173.)*

**30.** a) quis *corr. in* qui *cod.* b) ordinator *cod.* c) *corr. in* annis *cod.* d) prefinitum *corr. cod.* e) i. cogat vel constringat *supra lin. add. cod.* f) i. infugabilis *supra lin. add. cod.* g) i. permittamus *supra lin. add. cod.* h) i. rebus vel vestimentis vel suppelectile quae utuntur in ecclesia *supra lin. add. cod.* i) coīne *cod.*

1) *Stumpf, Reg. 1716. 1717.* 2) *Cf. etiam Vitam Meinwerci c. 165 (SS. XI, 141), cuius auctor fortasse Annalibus Hildesheimensibus maioribus deperditis usus est.*

Architecti catholicae doctrinae, quae sectanda forent fidei quasi fundamenta locantes, hoc evidenter noscuntur probasse, sive gregatim seu separatim, ut gloriemur in laude Christi. Ergo anno MXXV.[a] in consistorio[b] regali Goslare praeminenti, in aecclesia scilicet australi lateri eodem adherente, collecta fidelium coadunatione, propositum est tractándum quodque utilitatis salutare. Cuius conventus prinatui Henricus, qui tunc temporis rei publicae monarchiam strennue gubernabat, assederat et constipatione episcoporum, Geronis videlicet Parthenopolitani archiepiscopi et Unouuani Bremensis archiepiscopi, Arnolfi quoque Haluerstedensis et Bennonis Slauensis[1], Thioderici Mindensis[2] et Thioderici Mimigardiuordensis[3] et Ekkihardi Slesuuigensis episcopi, circumfultus undique, fasque nefasque aequa trutinationis lance pensabat. E quibus vero inter questiones citra ultraque habitas Bernuuardus sanctae Hildinishemensis aecclesiae piae memoriae antistes, quem tanti negotii principatus attinebat, cuiusdam ambiguitatis indaginem investigabat, quippe: Cum quilibet episcopus vel cuiusvis dignitatis quisquam, proprietatis suae aliquem ad sacerdotalem provehens gradum, suae potestatis iuxta collibitum esse permiserit insuperque sui iuris seu alieni sibi aecclesiam clementi benignitate adquisierit, sed is succedentibus prosperis altioris meriti elatione sese super verticem extulerit donumque divinitus collatum in turpe converterit emolumentum, adeo ut nobilitate generis succensus, quandam in matrimonium usurpaverit liberam, eo tenore ut prolem ex eadem derivatam quoquo modo abalienet servitio eius cuius ipse suberat dominio, quid potissimum exinde concors illorum fieri decrevisset assensio? His ita praelibatis, procerum unusquisque pro industriae suae estimatione, huius rei proposito longa alternabat deliberatione. Sed tandem huius haesitationis amfractus imperatore anticipante, omnis illius concionis consessus in suffragium huiusmodi assurgit, acclamantque cuncti: legittime oportere, tam ipsum[c] quam eius posteritatem eodem quo et ipse servitutis iugo succumbere. Addunt nihilominus: presentis compactionis decretum, Romani imperii maiestate sancitum, nullo penitus inperpetuo iure solvendum, maxime cum[d] in beneplacito[e] universalis papae[f] prospectum[g] vegetet sanctae aecclesiae[e.4].

# 32. CAPITULARE ARGENTINENSE DE MUTUA SUCCESSIONE MARITORUM ET DE INTERFECTORIBUS.

(1019. post Sept. 1.)

*Exstat in Libri Papiensis codicibus 3—9, e quibus dedit Boretius LL. IV, 581—583*[5]. *Annus ex eo colligitur quod codex 3 indictionem tertiam adnotavit. Capitis 2 partem*

31. a) *litera* m. *supra lin. add. c.* b) cosistorio *c.* c) ipsam *c.* d) cū *c.*; *loco* cū in *fortasse legendum* cum. e) bene placito *c.* f) papę ꝓſpectum uegetet sc̄ę ęcl'ę *c.* g) *fortasse legendum* profectum.

1) *i. e. Aldenburgensis.* 2) *obiit a. 1022. Febr. 19.* 3) *obiit a. 1022. Jan. 23.* 4) *Hanc sententiam sic interpretor: 'Sie fügen zu, dass dieses Decret u. s. w. durch kein Recht in Zukunft aufgehoben werden solle, besonders weil es in Uebereinstimmung mit dem Papste das Ansehen der Kirche wieder auffrische'.* 5) *Legitur etiam in codice S. Marci Veneti olim Dolfconii saec. XIII. ex., quem iam olim contulit b. m. Johannes Merkel, cuius tamen lectionem aspernati sumus.*

*maximam petitam esse e capitulari generali Wormatiensi, quod Ludowicus Pius a. 829 ediderat, Boretius l. c. p. LXIII animadvertit. — Stumpf, Reg. 1734.*

(*P.* 38.)

Heinricus[a] gratia[b] Dei miserationis[b] Romanorum imperator augustus. Omnibus nostris fidelibus praesentibus etiam et futuris notum fieri volumus, quod semper rei publicae providentes, quae digna sunt, probabilium personarum[c] nostri imperii fidelium acceptione disponimus. Cum tempore autumni[d] in parte Elisantiae[e], nostri regni pro utilitate multimoda, moraremur[f] in civitate Argentina, quae vulgari nomine Strasburge[g] vocatur, multorum perlatum[h] est ad nos relacione[i], quod plurimi tunc erant, qui sub occasione his periculis laborabant. Unde etiam digna provisione omnibus succurrentes, attestatione laudis[k] quam plurium nobis adstantium fidelium, archiepiscoporum Mediolanensis videlicet et Ravenensis[l], episcoporum quoque Strasburgensis[m], Placentini, Cumani, Vercellensis, Parmensis, Aquensis[n], Lunensis[o], Vulterrensis[p], marchionum quoque et comitum Italiensium, nobilium vero multorum, vassallorum, sapientium et iudicum, inter multa quae rei publicae congruebant, tria capitula inseruimus. Quae ut ab omnibus nostri imperii[q] observentur stabilique observatione teneantur, amodo et deinceps statuimus, iubemus[r] et firmiter praecipimus. Haec sunt quae inviolabiliter observari iubemus[s].

1. Quicumque ex quacumque natione legitimam uxorem accepit[t] vel[u] acceperit[u], si eam mori contigerit sine filiis[v] eorum amborum, vir suae uxori succedat et omnia bona eius percipiat.

2. Quicumque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem aut fratrem aut sororem vel nepotem vel alium[w] propinquum suum per se aut per alium interfecerit, hereditas interfecti ad alios suos[x] legitimos heredes perveniat. Interfectoris[y] vero hereditas[y] in[z] fiscum[a] redigatur. Ipse vero ordinante episcopo publicae[b] poenitentiae subdetur[b, 1]. Quod si ille qui crimine arguitur negare voluerit, per se pugnam faciat; nec[c] liceat ei camphionem pro se dare[c], nisi[d] decrepita aetas aut iuvenilis, aut infirmitas pugnare[e] prohibuerit[f].

3. Qui vero[g] infra treuvam vel[h] datum pacis osculum aliquem hominem interfecerit et negare voluerit, pugnam per se faciat; nec camphionem[i] pro se dabit[i], nisi ut dictum[k] est superius[k]. Si vero convictus fuerit, manum, qua[l] homicidium fecit, amittat.

**32.** a) Heinricus — iubemus *prologus totus deest* 5; Henricus 3. 4. 6—9. b) *sic* 3; dei gratia 4; dei gratia miseratione 6; dei gratiae miseratione 7—9. c) p. n. i. fidelium *des.* 6. 9. d) optumni *in marg.* et est indic III. *cod.* 3. e) *sic* 3. 4; eriasantię 6; erisantiae 8. 9; herisantię 7. f) demoraremur 4. g) straburge 3; transburgię 4; transburg 6—9. h) prolatum 3; perlatu ad nos relatum est 4. i) relacione *deest* 6—9. k) *deest* 3. l) trauerensis 3. m) tranburgensis 3. 4. 8; transburgensis 6. 7; tramburgensis 9. n) Ianueusis *add.* 4; *e diptographia vocis* Lunensis *ortum videtur.* o) *deest* 6. p) *deest* 3. 9. q) omn. nostro subiectis imperio 4. r) *deest* 4. s) Regis Heinrici laetantur lege mariti *add.* 4. 5. 7—9. t) accep 4; acceperunt 3. 7. 8; acceperit 5. 9; acceperint 6. u) *sic* 3 *et corr.* 4; *des.* 5. 6 *et prim. man.* 4; vel acceperint 7—9. v) filiis, filiabus 3. w) aliquem 3. 6—9. x) illius 5. 9; *deest* 6—8. y) Her. vero (autem 4) interfectoris 4. 5. 6. 9. z) *deest* 7. 8. a) fisco 3. 7. 8. b) publicam agat poenitentiam 4; p. p. detur 5. c) et sibi c. p. s. d. non liceat 6—9. d) si eum *add.* 4. e) *deest* 6—9. f) prohibeat 6—9. g) *deest* 3. h) post *add.* 4. i) liceat ei camphionem pro se dare 5—9. k) dictum est supra 5; supra dictum et 6—9. l) qui 6; quae 5. 7—9.

1) Quicumque — subdetur *e Ludowici I. Capitulari Wormatiensi c. 2; Capitularia II, nr. 193 p. 18.*

# 33. PACTUM CUM BENEDICTO VIII.

## (1020. Apr.)

*Autographon, quod in tabulario Vaticano iam non reperitur, a. 1339 ab Iohanne de Amelio describitur his verbis:* Inter alia vero, *inquit*, elegimus ac vidimus et diligenter inspeximus quoddam privilegium seu patentes litteras domni Heinrichi imperatoris scriptum litteris aureis in carta coloris violati rubei cum filis ciricis rubeique coloris aurea bulla bullatum, non viciatum, non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum sed omni prorsus vicio et suspicione carens, in qua quidem bulla aurea, ab una parte sculta erat ymago dicti imperatoris, videlicet capud cum spatulis et manibus, tenentis in manu sua dextra lilium et in manu sinistra quoddam pomellum, et ab alia parte sculta erat quedam mercha ad modum crucis. in circumferencia vero scriptum erat ab una parte † Heinrichus d. g. Romanor imp R. ab alia vero parte erant certe littere que legi non poterant, ut prima facie videbatur. *Similia fatur de autographo Catalogus archivi Romanae ecclesiae a. 1366 factus*[1].

*Sickel, qui de privilegii nostri traditione primus laute disseruit*[2], *animadvertit, descriptionem bullae aureae, quam dedit Iohannes de Amelio, convenire cum ea bulla qua Heinricus II. imperator factus usque ad obitum suum usus sit.*

*Autographon hoc deperditum utrum revera charta Heinrici authentica fuerit an ad instar Ottoniani variatum, in medio relinquamus oportet.*

*Editionem paravimus his subsidiis:*

1) *Apographo Albini scholaris in cod. Vatic. Ottoboniano 3057 saec. XII. ex. fol. 148', quod ex autographo fluxisse videtur. Exemplarit vir d. Donabaum Vindobonensis; iam olim edidit Cenni 'Monumenta dominationis pontificiae' II, 187, adiecta varia lectione codicis 3.*

2) *Transsumto a. 1339 ab Iohanne de Amelio factum, quod exstat in tabulario secreto Vaticano sign.* Arm. I. Caps. X. Nr. 21; *contulit vir cl. Sickel.*

3) *Transsumto Lugdunensi, quod fieri curavit Innocentius IV. a. 1245, iam in tabulario secreto Vaticano asservato, sign.* Arm. I. Caps. X. Nr. 1, *quod contulit vir cl. Sickel. Editum est a Borgia 'Breve istoria del dominio temporale della sede apostolica', append. 39 nr. 5.*

4) *Apographo transsumti alterius Lugduni facti, quod Cluniaci servabatur ('Rouleau de Cluny' D), saec. XVIII. exarato a Ludovico de Barive, in codice bibl. Parisiensis 8990, in quo integrum fol. 85, partes tantummodo fol. 100 leguntur; contulit Augustus Molinier Parisinus. Cf. 'Notices et extraits des manuscrits' XXI, 2, 282 nr. 2.*

*Iam tempore Gregorii VII. excerptum ex Heinriciano factum est a Romano quodam, qui collectionem privilegiorum Romanae sedis condidisse videtur*[3]. *Quod excerptum in*

1) *Muratori, 'Antiquitates Italicae' VI, 77. Inter alia legimus haec:* Et in huiusmodi privilegio confirmationis Maguntinensis et Coloniensis archiepiscopi et multi alii praelati, comites et nobiles de mandato ipsius imperatoris ad maiorem firmitatem subscripserunt et quilibet ipsorum signum suum apposuit. Et est sine data aliqua. *Catalogus etiam mentionem facit transsumti Ameliani et alterius transscripti, nimirum Lugdunensis. — Autographon adhuc a. 1610 in tabulario Castri S. Angeli superstes et signatum fuisse* Arm. I. Caps. X. Nr. YYYY *nequaquam concludere audeam ex indice scriptorum, quae in tabulario illo anno isto conservabantur, quem edidit de Pflugk-Harttung, 'Iter Italicum' I, 85. Haec potius signatura Transsumti Lugdunensis olim fuisse videtur. Isto enim tempore primus Baronius Pactum publici iuris fecit in Annalibus ecclesiasticis a. 1014 § 7 ope quatuor codicum, inter quos 'autographon molis Hadriani'* (C), *quod lectione varia probante nil est nisi Transsumtum Lugdunense.* 2) *'Das Privilegium Otto I. für die rom. Kirche' p. 100—102.* 3) *V. Sickel l. c. 67 sq.*

*complures codices et canonum collectiones transiit e. g. Anselmi Lucensis*[1], *cardinalis Deusdedit*[2]. *E collectione Deusdedit, ex eius codice autographo ut videtur, hausit Albinus fol. 134'. Hoc excerptum in adnotatione*[3] *dari libet ope codicum trium, quos excussit vir d. Kaltenbrunner:* V) *cod. Vaticanus 1984 saec. XII. in. fol. 196, de quo cf. Sickel l. c. p. 61; textum hunc edidit Pertz p. 174 not. 1:* D 1) *cod. Vaticanus 3833 saec. XII. in. collectio cardinalis Deusdedit, in qua invenitur excerptum l. III, c. 154 (p. 338 editionis Martinucci; cf. l. III, c. 150 p. 337);* D 2) *cod. Ottobonianus 3057, cui Albinus fol. 134' excerptum intulit.*

*Editionem Pacti principem instruxit Baronius in Annalibus ecclesiasticis a. 1014 § 7 adiutus codicibus quatuor:* A *codice quodam Cencii camerarii, cuius textus pendet ab Albino;* B *volumine privilegiorum Romanae ecclesiae*[4], *cuius textus a textu Albini pendere videtur, attamen in c. 22 Ottonianum secutus sic habet:* signaculo et nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus; C *quem vocat Baronius 'autographon molis Hadriani', at est nil nisi Transsumtum Lugdunense;* D *quem vocat 'nostrum manuscriptum', qui cognationem cum textu Iohannis de Amelio praebet, nonnullos testes omisit, attamen uno teste abundat ponens post* Signum Thiederici ducis *verba* Signum Simonis comitis. *Editionem Baronii repetiverunt plerique e. g. Goldast I, 227 et IV, 1, 42, collectores conciliorum.*

*Pactum, de quo optime egit Ficker*[5], *cum ictum sit inter a. 1020, quo anno investitus est Waltherus episcopus Eichstetensis, et a. 1021. Mart. 16, quo die obiit Heribertus archiepiscopus Coloniensis, iam inter viros doctos constat, privilegium datum esse ab Heinrico II. a. 1020 mense Aprili, cum Bambergae obvius esset Benedicto VIII. pontifici. — Stumpf, Reg. 1746.* *(P. pars II, 174.)*

1) *L. IV, 36 et VI, 31; cf. Sickel l. c. p. 60 et 73.* 2) *Ab hac collectione pendere videntur Ivonis Decretum pars V, c. 52, Collectio Britannica c. 104 (v. 'Neues Archiv' V, 590); ab Ivone Gratiani Decretum Dist. 63, 32. Decreto Gratiani usi sunt principes imperii a. 1202 Innocentio III. scribentes, Reg. de neg. imp. ep. 61, ut recte iudicavit Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens' II, p. 393 not. 9.* 3) Super haec[a] confirmamus[b] tibi, beate Petre apostole, et per te vicario tuo domno Benedicto[c] summo pontifici[d] et universali papae Fuldense[e] monasterium[f] et abbatis eius consecrationem atque omnia monasteria, curtes et villas, quas in ultramontanis partibus sanctus[g] Petrus habere[h] dinoscitur, absque[i] Anthesna, Uuineringa[k] sive Wilinbach[l], que a sancti Petri ecclesia per commutationis paginam episcopo Babenberguensi conlate sunt. Pro quibus iamdictae aecclesiae beati Petri concedimus et confirmamus omnem illam terram, quam inter Narniam, Terramnem[m] vel Spoletum habuimus[n], preterea sub tuitione[o] beati[p] Petri et vestra[q] vestrorumque successorum pretaxatum episcopatum Babenberguensem[r] offerimus. Unde sub pensione[s] equum[t] unum album[u] faleratum ex[v] eiusdem loci episcopo vos annualiter suscepturos sancimus. Et infra: In electione vero Romanorum[w] pontificum[x] neque liber neque servus ad[y] hoc venire presumat, ut illis Romanis, quos ad hanc[z] electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, aliquid faciat impedimentum; quod si quis contra hanc nostram constitutionem presumpserit[a], exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis aucmentum componere in prefata electione audeat, omnibus modis proibemus. Nam et hoc omnimodis instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione dompni apostolici sive nostra fuerint suscepti, impetrata iustę utantur defensione. Quod si quis in quemquam illorum qui hoc promeruerint, violare presumpserit, sciat se periculum vitae suae incursurum. Et subscripsit Heinricus[b] imperator et episcopi XIII et abbates IIII et duces III, comites VIIII, optimates VIII[c]. 4) *An a Platina confecto?* 5) *l. c. II, p. 332 sq.*

a) hoc *V.* b) firmamus *V.* c) Bendicto *V.* d) pontifice *D* 1. e) Fuldensem *V.* f) mãniũ *V.* g) s̄cis *D* 1. h) abere *V.* i) atque *D* 1. k) guinneringa *V. D* 1 l) uuilinbach *D* 1; uuillinbac *D* 2. m) terãnē *D* 1. 2. n) abuimus *V.* o) tuitionem *V.* p) eiusdem *D* 1. q) vestram *V.* r) babenbergense *D* 1. s) Unde suppensione *D* 1. t) aequum *V. D* 1. u) et *add. D* 2. v) *deest D* 1. w) Romani *V*; R. *D* 1. x) pontifici *V.* y) ab *D* 1. z) anc *V*; hac D 2. a) *loco* presumpserit — incursurum *D* 1. 2: et cetera omnia ut supra cap. b) henricus *D* 1. 2. c) VIIII *V. D* 2.

In nomine domini Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Heinricus[d] Dei gratia imperator augustus spondeo atque promitto per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro principi apostolorum et clavigero regni celorum et per te vicario tuo domno[e] Benedicto summo pontifici et universali* pape, sicut a predecessoribus vestris[f] usque nunc in vestra potestate[g] ac ditione tenuistis et disposuistis: civitatem Romanam cum ducatu suo et[h] suburbanis* atque viculis omnibus et territoriis eius, montanis ac maritimis, litoribus ac portubus[i]. (2) Seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis[k] ac viculis Tuscie partibus, id est Portum, Centumcellas[l], Cerem[m], Bledam[n], Marturianum[o], Sutriam, Nepem, castellum Gallisem[p], Ortem, Polimartium[q], Ameriam[r], Tudam, Perusiam cum tribus insulis suis, id est maiore et minore, Puluensim[s] et lacu[t], Narniam[u] et Vtriculum[v] cum omnibus finibus ac[w] territoriis ad suprascriptas[x] civitates pertinentibus. (3) Nec non[y] exarchatum Rauennatem[z] sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis, que pie recordationis domnus Pipinus[a] et domnus Karolus[b] et domnus Ludouicus[c] et Otto[d] et itidem Otto[d] filius eius predecessores videlicet[e] nostri, beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iam dudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Rauennam[f] et[g] Emeliam[h]: Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumliui[i], Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiacclum[k], *Adrianis atque Gabellum cum omnibus finibus, territoriis atque insulis terra[l] marique ad supradictas[m] civitates pertinentibus. (4) Simul et Pentapolim, videlicet Ariminum[n], Pensaurum, Fanum, Senogalliam[o], Anconam, Ausimum[p], Humanam, Hesim, Forumsimpronii[q], Montemfeltri, Urbanum[r] et territorium Balnense[s], Callis, Luciolis et Eugubium[t] cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus. (5) Eodem[u] modo territorium Sabinense sicut a predictis imperatoribus antecessoribus nostris beato Petro apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate. (6) Et[v] est in partibus Tuscie Longobardorum castellum[w] Felicitatis, Urbemueterem, Balneum regis, Ferenti, Viterbium, Orchem[x], Martam[y], Bledam[z], Tuscanam, Suanam, Populonium, Roselles[a] cum suburbanis atque viculis et omnibus territorriis ac maritimis, oppidis* seu finibus omnibus. (7) Itemque a Lunis cum insula Corsica* in Suriano[b], deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto[c], exinde in Parma, deinde in Regia[d], exinde in Mantua atque in Monte Silicis[e], atque provincia Uenetiarum et[f] Istria[g] nec non et cunctum Spoletanum ducatum seu Benenentanum[h] una cum ecclesia sancte Christine posita prope Papiam iuxta Padum quarto miliario. (8) Item in partibus Campanie Soram[i], Arces, Aquinum, Arbinum[k], Teanum[l], *Capuam. (9) Nec non et patrimonium[m] ad potestatem et ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium Beneventanum et* Neapolitanum atque patrimonia Calabrie superioris et inferioris — de civitate autem Neapolitana cum castellis et territoriis ac finibus et insulis* sibi pertinentibus, sicuti ad easdem aspicere videntur — nec non patrimonium Sicilie, si Deus nostris illud tradiderit[n] manibus. (10) Simili modo civitatem Gaietam et Fundum[o] cum omnibus earum pertinentiis. (11) Super hec confirmamus vobis Fuldense[p] monasterium et abbatis[q] eius consecrationem atque

**33.** d) Henricus 1. 3. 4; Heinrichus 2. e) domno 3. 1, *similia semper.* f) tuis 4. g) potestate vestra 1. 3; potestate nostra 4. h) et — Rauennatem sub integritate *des.* 4 *fol. 100, leguntur tamen fol. 85.* i) partibus 2. 1. k) opidis 2, *similia semper.* l) Contum Cellas 4. m) Ceram 1. 3. 4. n) Pledam 1. 3; Pleram 4 o) marturiañ 3; Martinianum 1. p) Gallise 1; Gallicem 2. q) Polimartiū *litera* u *subpuncta* 3; Pollimarcium 4. r) Ameliam 3; Ameram 2. s) Puluen' 2. t) et lacu *des.* 1. u) Sinaris 2. v) Urticulam 1; Vtriculam 3. 4. w) et 1. 3. x) supradictas 1. 3. y) et *add.* 1. 3 z) Rauennatum 2. a) Pipinis 1. b) Carolus 1. c) Lodouicus 1. 3. 4. d) Octo 1. e) et *add.* 1. f) Romanam 4. g) et — donationibus continetur (*c. 15*) *des.* 4 *fol. 100, leguntur tamen fol. 85.* h) Emiliam 1. 3. i) Forumliuii 1. 3. k) Comaclum 3; Conacclum 4. l) terre 4. m) suprascriptas 2. n) Ariminuū 2. o) Senegalliam 2. p) Anximum 1 q) Forum simpernii 1. r) Urbinum 1. s) Ualuense 1; Baluensem 2; Baluelsem 3. 4. t) Egubium 3. 4. u) Eom̊ 1. v) ac 2. w) castrum 2. x) Ortem 1; Ottem *corr. ex* Othem 3. y) Martham 2; Marcham 4. z) Pledam 1. 3; Pleram 4. a) Rocelles 2. b) Suriañ 2. 3; Surciario 4. c) Berreto 4. d) Regiam 3; et *add.* 1. e) Cilicis 2; Felicis 4. f) *deest* 3. g) Ystria 1; Iustria 2. h) Benenentum 1. i) Sora 1. 3. 4. k) Arpinum 3. 4; Ariminum 1. l) Teheanum 4. m) *sic* 1—4 n) tradiderit illud 1. 2. o) *sic* 1—4 p) Fundense 2 q) abbatem 2.

omnia monasteria, cortes et villas quas in ultramontanis partibus[r] sanctus Petrus habere dinoscitur, absque Antesna[s], Vuinheringa[t] sive Uuillinbach[u, 1], que a sancti Petri ecclesia per commutationis[v] paginam episcopo nostro Babenbergensi[w] collate sunt, pro quibus sepedicte[x] ecclesie sancti Petri transscribimus[y], concedimus et firmamus[z] omnem illam terram quam inter[a] Narniam, Terannem[b] vel Spoletum[c] ex regni nostri parte habuimus. (12) Sub tuitione preterea sancti Petri et vestra vestrorumque successorum pretaxatum episcopium[d] Babenbergense[e] offerimus, unde[f] sub pensionis nomine[g] equum unum album faleratum ex eiusdem loci episcopo vos[h] annualiter suscepturos sancimus[i, 2]. (13) Offerimus insuper, firmamus et corroboramus tibi beate Petre[k] ac vicario tuo domno Benedicto* et successoribus eius*, prout bone memorie pape Iohanni suisque[l] successoribus a predecessoribus nostris Ottonibus[m] factum est[n]. civitates et oppida cum piscariis suis* Reatem, Amiternam[o], Furconem, Nursiam, Baluam[p] et Marsim[q] et alibi civitatem Terannem cum pertinentiis suis[r]. (14) Has omnes suprascriptas[s] provincias, urbes et civitates, oppida atque castella, viculos ac territoria simulque* patrimonia* pro statu regni nostri cunctoque christianorum populo[t]* conservando iam dicte ecclesie tue, beate Petre*, vicarioque[u] tuo* Benedicto* ac[v] successoribus eius usque in finem seculi eo modo confirmamus, ut in suo detineant iure, principatu atque ditione. (15) Simili modo per hoc nostre delegationis pactum confirmamus donationes, quas pie recordationis* Pipinus rex et postea domnus Karolus[w] excellentissimus[x] imperator, ac[y] deinceps Ottones[z] piissimi beato Petro Christi apostolo spontanea voluntate[a] contulerunt, nec non et censum vel[b] pensionem[c] seu ceteras[d] dationes[e], que annuatim[f] in palatium regis Longobardorum inferri solebant sive de Tuscia sive de ducatu Spoletano[g], sicut in suprascriptis[h] donationibus continetur et inter sancte memorie Adrianum papam et domnum Karolum imperatorem convenit, quando idem pontifex eidem[i] de suprascriptis[k] ducatibus, id est Tuscano et Spoletano, sue auctoritatis preceptum confirmavit, eo scilicet[l] modo ut annis singulis predictus[m] census ad partem[n] ecclesie sancti Petri* persolvatur; salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione et illorum ad nostram partem* subiectione. (16) Ceterum sicut diximus[o] omnia[p] superius[q] nomina[r] ita ad vestram[s] partem per hoc nostre confirmationis pactum corroboravimus, ut in vestro[t] permaneant[u] iure, principatu atque ditione, et neque a nobis neque a successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte vestra potestas imminuatur aut a vobis inde[v] aliquid subtrahatur de suprascriptis[w] videlicet provinciis[w], urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis*, territoriis atque[x] patrimoniis nec non et

**33.** r) *deest* 2. s) aũsnasna 1. t) uireringa 1; viuntreringa 2; Vuiniteringa 3; Vumiteringa 4. u) vnillalinbac 2; vuillinbach 3; Uillenbach 4. v) commut *in rasura* 2; conuentionis 1. w) Babembergensi 3. x) supradicte 4. y) transcribimus 1. 2. 4. z) *loco* et firmamus 1: confirmamus. a) intra 2. b) *sic* 1—2. 4. c) Spulitum 2. d) episcopatum 2. e) Babenbargense 1; Babenbergensi 2; Babembergense 3; Babenbergensem 4. f) Vn' 1. g) uĩr 2; nr̃e 3; nostre 1. 4; nomine *edd.* h) nos 4. i) sancximus 2. k) beato Petro 1. 3. 4. l) suis 4. m) Octonibus 1. n) *statim suppletum* 3. o) Amitranam 2. p) Balinam 2. q) Marsiam 1. 3. 4. r) s̅s̅ 1. s) supradictas 3. t) populo christiano 1; populo christianorum 2. u) que *statim suppletum* 3. v) a 1. w) Carolus 1. x) exellentissimus 2. y) atque 2. z) ditiones 1. a) vol. spont. 1. b) et 3. 4. c) pencionem 2. d) certas 4. e) donationes 1. f) *deest* 1. 4. g) Spoletino 4. h) supradictis 3. 4. i) eiusdem 1. k) supradictis 1. 3. 4. l) silicet 2. m) predicto 4. n) patrem 1. o) dicimus 2. p) omnia — valeant optineri (*c. 16 ex.*) *des.* 4 *fol. 100, leguntur fol. 85.* q) suprascripta 2. 3. r) *sic* 1—4; nominata *O.* s) nostram 2. 3. t) nostro 4. u) permaneat 2. v) in 1. w) supradictis 1. 4; . . scriptis videlicet pro . . *in rasura* 2; *loco* videlicet 1: uero. x) ac 2—4.

1) *Andiesenhofen, Winhöring et Wöllenbach antiqua sancti Petri patrimonia in Bawaria erant, cf. DO I. 170, von Pflugk-Harttung, Acta pont. Rom. II, nr. 81 (Iaffé Regesta ed. II. nr. 3700) et quae adnotavit Dümmler 'Jahrb. des Ostfränk. Reichs' I, 577 et II, 512. Commutationem a. 1014. Febr. 14 factam Heinricus II commemorat in duabus chartis a. 1018, quibus praedia illa ecclesiae Bambergensi donat, Mon. Boica XXVIII, 1, p. 468. 470 (Stumpf 1699. 1700).* 2) *Cf. epistolam Benedicti VIII. SS. IV, 809 (Iaffé nr. 4030).*

pensionibus atque censibus, ita ut neque nos* facturi simus neque a[y] quibuslibet ea facere volentibus[z] consentiamus, sed potius omnia que superius leguntur, id est provincie, civitates, urbes, oppida, castella[a], territoria[b]*, patrimonia[c] atque insule censusque[d] et[e] pensiones ad partem ecclesie beati Petri apostoli atque pontificum in sacratissima sede illius[f] residentium nos in quantum possumus defensores esse testamur[g], ad hoc ut eam* illis[h] ditionem[i] ad utendum* atque disponendum firmiter valeant optineri[k]. (17) Salva in omnibus potestate nostra* posterorumque[l] nostrorum, secundum quod in pacto et constitutione ac promissionis firmitate Eugenii pontificis successorumque illius continetur*, ut omnis clerus et universi populi Romani nobilitas propter diversas necessitates et pontificum inrationabiles[m] erga populum sibi subiectum asperitates retundendas sacramento se obliget, quatinus futura pontificum electio, quantum uniuscuiusque[n] intellectus fuerit, canonice et iuste fiat, et ut ille[o] qui ad hoc sanctum* apostolicum regimen eligetur[p], nemine consentiente consecratus fiat pontifex, priusquam talem in presentia missorum nostrorum* seu universe generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione atque[q] futura conservatione, qualem[r] domnus et venerandus spiritualis[s] pater noster Leo sponte[t] fecisse dinoscitur. (18) Preterea[u] alia minora huic operi inserenda[v] previdimus[w], videlicet ut in electione pontificum neque liber neque servus ad hoc venire presumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum[x] patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod[y] faciat[z] impedimentum; quod si quis contra hanc nostram constitutionem ire presumpserit, exilio tradatur. Insuper etiam ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque[a] impeditionis[b] argumentum componere in prefatam electionem audeat[c], prohibemus. (19) Nam et[d] hoc omnimodo[e] instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione domni apostolici sive nostra fuerint suscepti[f], impetrata[g] iuste utantur defensione; quod si quis in quemquam illorum qui hoc promeruerunt[h] violare presumpserit, sciat se periculum[i] vite sue esse[i] incursurum. (20) Illud etiam confirmamus, ut domno apostolico iustam in omnibus servent obedientiam, seu ducibus et iudicibus suis ad faciendam iustitiam. (21) Huic enim institutioni[k] hoc necessario annectendum esse perspeximus, ut missi domni apostolici seu nostri semper sint constituti qui annuatim nobis* renuntiare valeant, qualiter singuli duces ac iudices populo[l] iustitiam faciant, hanc imperialem constitutionem quomodo observent[m]. Qui missi decernimus, ut primum cunctos clamores, qui[n] per neglegentiam[o] ducum vel iudicum fuerint inventi, ad notitiam domni apostolici deferant[p], et ipse unum e duobus eligat: aut statim per eosdem missos fiant* necessitates emendate aut, misso nostro nobis renuntiante, per nostros[q] missos[r] a nobis directos emendentur. (22) Hoc ut ab omnibus fidelibus sancte Dei ecclesie et nostris[s] firmum esse credatur, proprie manus[t] signaculo[u]* subscriptionibus[v] hoc pactum confirmationis nostre[u] roboravimus et sigilli nostri impressione adsignari[w] iussimus.

†[x] Signum domni Heinrici[y] gloriosissimi Romanorum imperatoris augusti.

† Signum Erkanbaldi[z] Maguntini archiepiscopi. † Signum Heriberti[a] Coloniensis archiepiscopi. † Signum Bobonis Treuerensis archiepiscopi. † Signum

**33.** y) *sic* 1—4. z) voluntatibus 2. a) castella oppida 3. 4 b) terrā *corr. ex* terras 3; terras 1: terram 4. c) patrimonium 1. d) *deest* 2. e) et *deest* 2—4. f) illic 1; illis 2. g) amur *vel* stamur *corr. videtur in* 3. h) illam 1. i) *sic* 1—4. k) obtineri 2. l) posteriorumque 2. m) irrationabiles 1. 3. 4. n) unicuique 4. o) illi 1. p) *sic* 1—4; . . postolicum regimen eligetur *in rasura* 3. q) que *suppletum in* 3. r) *deest* 2. s) spālr 2; spāliter 1. t) *deest* 1. u) Preterea — directos emendatur (*c. 21 ex.*) *des.* 4 *fol. 100, leguntur tamen fol. 85.* v) inserendum 1. 2; inferenda 4. w) providimus 4. x) sacrorum 4. y) aliquid 2. z) faciet 1. a) cumque *in rasura* 3; aliquod 4. b) inpeditionis 3. c) audeat in prefatam electionem 1. 3. d) ex 2. e) *sic* 1—4. f) subcepta 2. g) inpetrata 3. h) *sic* 1—3; promeruerint 4. i) esse v. s. periculum 1. k) institutione 2. l) *deest* 1. m) observetur 4. n) quia 2; quos 4. o) negligentiam 1. 3. 4. p) deferrent 4. q) *pro* per nostros 4: pro meritis. r) missos *in rasura* 3. s) dei et ecclesie nostris 2. t) manu 2. u) . . culo — nostre *in rasura* 3. v) *sic* 1—4; signaculo et nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus *cod. B Baronii.* w) assignari 3. 4 x) *signum crucis hoc loco in* 1—4; *porro solus* 2 *crucem ante vocem* Signum *et etiam loco vocis* Ego *ponit.* y) Henrici 1. 3. 4. z) Erchanbaldi 1. 3. 4. a) Herberti 1. 3. 4.

Thiederici[b] Mettensis[c] episcopi. Ego Eberhardus[d] Babenbergensis[e] ecclesie episcopus Romane sedis subditus subscripsi[f]. Ego Mazelinus[g] Wirziburgensis[h] episcopus subscripsi. Ego[i] Wicilinus Stratburgensis episcopus subscripsi[i]. Ego Walterius[k] Spirensis episcopus subscripsi. Ego Ruodardus[l] Constantiensis episcopus subscripsi. Ego Vodalricus[m] Kuriensis[n] episcopus subscripsi. Ego Adalberus Basiliensis[o] episcopus subscripsi. Ego Heimmo[p] Verdunensis[q] episcopus subscripsi. Ego Vualtheri[r] Heihsteidensis[s] episcopus subscripsi. † Signum Rihchardi[t] Fuldensis abbatis[u]. † Signum Arnoldi Herfeldensis[v] abbatis[w]. † Signum Burchardi[x] abbatis. † Signum[y] Ruodhois[z, 1] Eluuanensis[a] abbatis[y]. † Signum Godifridi[b] ducis. † Signum Berinhardis[c] ducis. † Signum[d] Thiederici[e] ducis[f]. † Signum Welphonis[g] comitis. † Signum Cunonis comitis. † Signum Kunrati[h] comitis. † Signum Ottonis[i] comitis. † Signum Adilbrahtis[k] comitis, Bobonis comitis. † Signum Friderici[l] comitis. † Signum Bezelini[m] comitis. † Signum Ezonis comitis palatini[n]. † Signum Friderici[o] camerarii. † Signum Ezonis[p] infertoris. † Signum Henzonis[q] pincernarii. † Signum Huzis[r], Alimun[s], Berenger, Adilman, Adhilbero[t].

# 34. HEINRICI II. ET BENEDICTI VIII. SYNODUS ET LEGES PAPIENSES DE CLERICIS ECCLESIARUM SERVIS.

(1022.) Aug. 1.

*Ediderunt a. 1671 Labbeus et Cossartius in Conciliorum tomo IX, 819 sq. e codice quodam in fine corroso, repetivit Mansi XIX, 343 sq. Orationis Benedicti VIII. cuius perpauca Pertzius dedit, nosmet ipsi ea modo praebemus quae ad intellegendas leges serviunt. Synodum celebratam esse a. 1022 cum viro cl. Bresslau*[2] *aliisque contra virum ill.*

**33.** b) Thiedirici 3. c) Metensis 1. 4. d) Heberhardus 1; Ebehardus 2. e) Babenburgensis 1; Babembergensis 3. 4. f) ss 1. g) Macelinus 1. 2; Mayelinus 4. h) Wieziburgensis 3; Vuirciburgensis 1. 2; Wiggiburgensis 4. i) Ego — subscripsi *des.* 1; *in* 3. 4 *posita sunt penultimo loco post* Adhilbero; Vuocilinus 2; Wililinus 4; Astrazburgensis 3; Astragbergensis 4. k) Walterus 3; Vuiltarius 2. l) Ruoddardus 2. m) Rodalriehus 1; Zodalricus 3; Zodalneus 4. n) Curiensis 1. 3. 4. o) Adalbertus Basilensis 2; Adalbertus *et* 4. p) *literae* Heim *in rasura* 3; Beniminus 4. q) Vuerdunensis 1; Werdunensis 3. r) Waltī 1; Walter̄ 3; Walterius 4. s) Heihstejdensis 3; Herbsterdensis 4. t) Richardi 1. 3. 4. u) abbatis *in rasura* 3; *deest* 1. v) Herfendensis 1. 3. 4. w) ab̄b̄m 3, *litera* m *in rasura.* x) Bruchardi 1. 4. y) Signum — abbatis *in* 3. 4 *ultimo loco posita sunt.* z) Ryodhois 1. 3; Riodchois 2; Rhyodonis 4. a) Eluanensis 1; Fluuanensis 2. 3. 4. b) Gottifredi 1. 4; Gotifredi 3. c) Beringardi 1. 3; Brugandi 4. d) Signum — Ezonis infertoris *des.* 4. e) Thiedericis 1. f) Signum Simonis comitis *add. cod. D Baronii.* g) Vuelploini 2. h) Cunradi 1. 3. i) Octonis 1; Ottoni 2. k) Adalbrahtis 3. l) Frederici 1. 3. m) Bezilini 2. n) palentini comitis 2. o) Frederici 1. 3. p) Ezoni 2; Mezonis 3. q) Heimzonis 1; Heuzonis 3; *pro* Henzonis pincernarii 4: Welnarii. r) Hugis 4. s) Alimun *seu* Alimim 3; Alim̄ti 2. t) Adilbero 2; *post* Adhilbero *sequuntur in* 3. 4 *subscriptiones episcopi Strazburgensis et abbatis Elwacensis, quae supra omissae sunt.*

1) *i. e. Ruodhohis. Ruodhoe abbas commemoratur in Necrologio Elwacensi ad diem 9. Martii, v. Necrol. Germ. I, p. 76.* 2) *'Jahrbücher Heinrichs II.' III, 342.*

*de Giesebrecht*[1], *qui a. 1018 praeferebat, contenderim. Recte iudicasse mihi videtur vir d. Loewenfeld*[2], *qui Leonem episcopum Vercellensem, per cuius manus Acta nostra litteris mandata sunt, et parentem legum et auctorem orationis pontificiae fuisse autumat. Superstes est diploma, in quo Leo episcopus legibus Papiensibus in civitate Vercellensi utitur*[3]. — *Cf. Stumpf, Reg. 1790. Iaffé, Reg. pont. ed. II. I, p. 512.* *(P. 561.)*

## Praefatio[a] Benedicti papae VIII.

Communis honor, communis dolor: quia unde per Dei gratiam erigimur, inde promerentibus peccatis nostris deiicimur. Quamdiu propitio Deo patrum nostrorum regulis et synodalibus obedivimus informatis, florente ecclesia floruimus, in via positi non deviavimus. Sed dum Deo irato a magistrorum via recessimus, discipuli facti erroris, pecualiter erravimus. Obfuscata enim nostris excessibus ecclesia, merito obfuscamur, merito dimergimur, merito ab inimicis vincimur et confundimur, nec erit unquam a profunda imo resurgendum, nisi prius ad viam fuerit revertendum. Sic enim legitur: 'Beati immaculati in via', id est in lege Domini. Si beati in via, non ergo beati extra Ps. 118
viam. Deus quidem ecclesiam sibi sponsam elegit, non habentem maculam nec rugam: sed manus omnium contra eam.

Hi tamen maxime contra eam saeviunt et pravis eam moribus et operibus commaculant, qui sacerdotes Dei dicuntur, qui bonis eius incrassantur et incrassati recalcitrant. Reges utique et imperatores Christum secuti et populus catholicus armis fidei adquisitus amplissimis patrimoniis ecclesiam ditaverunt et exquisitissimis eam possessionibus ad mare usque ampliaverunt. Sed bene parata male sunt conservata. Omnes enim eam pertranseuntes diripiunt, et hi maxime qui videntur esse rectores modis omnibus quibus possunt conculcant et paupertant. Praedia enim et possessiones aut tollunt aut minuunt aut quibusdam titulis et scriptis colludio fabricatis a nomine et a iure ecclesiae alienant; servos libertant, licet non possint; filiis congerones[b] infrontati omnia congerunt. Ipsi quoque clerici qui sunt de familia ecclesiae, si sunt dicendi clerici qui vivunt ut ethnici, cum sint ab omni muliere legibus exclusi, ex liberis mulieribus filios procreant, ancillas ecclesiae hac sola fraude fugientes, ut matrem liberam filii quasi liberi prosequantur. Ampla itaque praedia, ampla patrimonia et quaecumque bona possunt de bonis ecclesiae, neque enim aliunde habent, infames patres infamibus filiis adquirunt. Et ut liberi non per rapinam appareant — volunt enim in terra rapere libertatem, ut diabolus in caelo voluit deitatem — in militiam eos mox faciunt transire nobilium.

Hi sunt, o caelum, o terra! qui tumultuantur contra ecclesiam. Nulli peiores hostes ecclesiae quam isti. Nulli paratiores ad insidiandum ecclesiae et Christo quam isti. Sic filiis servorum in libertatem, ut falso commentantur, remanentibus, ecclesia utrumque et servos perdit et conquisita. Sic ecclesia olim ditissima, incuria et malignitate praesidentium et incorrecto ausu clericorum, pauperrima nostris est effecta temporibus. Sic annullatur ecclesia, sic mendicat. Sic aut perrarus aut ex familia ecclesiae nullus iam invenitur qui valeat, quia hac fraude omnes filii servorum ecclesiae ad clericatum aspirant, non ut Deo serviant sed ut scortati cum liberis mulieribus, filii eorum de famulatu ecclesiae cum omnibus bonis ecclesiae raptis quasi liberi exeant. Sic iam nonnullae ecclesiae pauperes sunt in familiis, quod iam pretio servientes ecclesiarum ministri conducant et in annuam mercede solvenda transeant necessitatem.

31. a) *praecedit Index capitulorum qui lemmata septem capitum sequentium continet ed.* b) congerrones *ed.*

1) 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' II, 622. 2) 'Leo von Vercelli' p. 50. 3) *Ediderunt Procuna, 'Studj critici' p. 347 et Bresslau l. c. p. 344.*

Deo itaque propitio, primo datis et receptis legibus ostendemus, nulli in clero muliebrem complexum fuisse concessum. Postea vero de filiis eorum, qui nulli debuerunt esse, et permaxime de filiis eorum clericorum, qui sunt de familia ecclesiae, perfacilis erit cognitio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Contra haec novae et veteris legis statuta spiritu Dei condita et totius mundi reverentia consecrata, sacerdotes Dei, ut equi emissarii in feminas insaniunt, nec iam annum, ut veteres, custodiunt, sed toto vitae suae tempore summum bonum, ut Epicurus philosophorum porcus, voluptatem adiudicant. Neque id caute faciunt incauti, cum publice et pompatice lascivientes obstinatius etiam quam excursores laici meretricari non erubescant. Merito his per prophetam Dominus minatur: 'Nolo vos, ait, nolo sacrificia vestra polluta; recedite a me, quia polluti estis'. cf. Thren. 4,15

De tali maledicto, quia inlicito concubitu filii maledicti nascuntur, qui ecclesiam Dei bonis ante nostra saecula adquisitis omnino nudant et rapta libertate exspoliant. Taceo nunc de filiis, qui ingenuo clerico et libera matre, licet contra leges, nascantur: contra quos alia manu erit agendum et in proxima synodo consilio altiore tractandum. De illis modo sit ratio, qui servo clerico ecclesiae et libera putida procreantur. Quorum filios ideo fures ecclesiae liberos esse dicunt, quia usuale est apud eos sonare, filii matrem sequuntur. Sed quam prave cum diabolo interpretentur scripturas, quas non didicerunt, volatica lustrivagorum decreta putantes esse magistrorum, Deo vincente facile convincentur et id non de filiis clericorum, sed de filiis laicorum intelligendum esse, velint nolint, docebuntur.

Christianissimi namque reges et imperatores ditaverunt ecclesias et omni libertate eas donaverunt, resque earum et familias, ut hodie in praeceptis eorum, quae ecclesia pro testimonio servat, apparet, ab omni publica quaestione fecerunt alienas, se ipsos adiutores tantum et defensores esse pro ecclesia coram omnibus promittentes et coram Deo spondentes. Si ergo promulgatis prius legibus in potestate fuerat ecclesiae de suis iudicare, et res et familiae ecclesiae ab exsecutione principum, ipsorum principum donatione, longe prius erant remotae, cur postea principes mundani de filiis eorum, qui in clero fuerant, iudicare debuerunt, dum de eis iudicare ad eos non pertinuerit? Et si quid ad eos pertinuerat, esto: scriptis eorum testibus ecclesiae concessum constiterit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Restat itaque factores legum de illis quae ad se pertinent protulisse iudicium, id est de filiis saecularium ad eorum iura pertinentium, non de filiis clericorum ad solum districtum ecclesiae lege et antiquitate respicientium. Errant certe et non intelligunt scripturas et legum promulgatores iniuste inculpant qui putant, eos posthabita solertia legem pro filiis servorum ecclesiae et maxime servorum qui sunt in clero et pro filiis servorum saecularium aeque constituisse. Neque enim pervigiles esse non potuerunt qui mundum legibus summiserunt. De filiis ergo laicorum ad publicum pertinentium publici rectores fecerunt edictum, non de filiis servorum ecclesiae, quam illi ipsi legum magistri ab omni publica exactione in perpetuum decreverunt esse immunem. Verum si conspectius agatur, de filiis clericorum, qui nulli esse debuerunt, quae lex nisi nulla erit? Filiis quidem laicorum, qui debuerunt esse ulli, sit lex ulla. Filiis autem clericorum, qui debuerunt esse nulli, lex utique erit nulla. Neque enim legum moderatores illis, quos futuros non crediderunt, legem dare potuerunt. Sileant ergo ii qui sine lege sunt nati, sciant se legem non habere, sed contra legem eniti. De quibus, utpote de nullis, id est de non futuris, nulli saeculi iudices ad votum clericorum testamentum Dei profanantium impressere sermonem. Qui si legem haberent, paterna bona legitima successione perciperent, non confictam inscriptionem contraherent. Et quia non succedunt, legem ergo non habent. Et si haberent legem patri succedendi, haberent utique et legem, matrem, quam garriunt liberam, prose-

quendi. Utrumque enim, et succedere et sequi, non ex plebeia levitate sed de publica auctoritate descendit. Qui ergo patri legibus non succedunt, matrem legibus non sequuntur. Qui enim unum horum habebit, alterum obtinebit; et qui uno carebit, neutrum tenebit. Iure ergo filii clericorum nulli erunt, qui ita a patre et matre sunt alieni, ut nec cum eis sortem habeant, nec cum viventibus legem accipiant. Erunt igitur nulli, qui per legem nec patrem sequuntur nec matrem. Sed de his duobus, id est succedere et sequi, dicam amplius, ut testibus caelo et terra omnibus satisfaciam contra causantibus. Quae duo quia filii clericorum non habent, tanquam non sint, lege et nomine carent. Neque enim filii habebunt, quod patres legibus perdiderunt . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Sed ut in sole convincantur et ultra hiscere non audeant: dicant, dicant, quae leges filiis clericorum libertatem vel successionem adiudicent. Et cum iudicia conscripta proferre non potuerint, hoc sibi quod sequitur a nobis responsum teneant et de caetero lacessere desinant et ultra iam contendere non aspirent; immo contendisse et rebellasse suspirent. Lege enim Nicaena[1] quicumque ex clero cum qualibet muliere habitaverit vel eam turpiter cognoverit vel filium vel filiam genuerit, deponitur. Lege autem Iustiniana aeque deponitur et curiae civitatis, cuius est clericus, traditur[2]. Ecce clericos legibus damnatos, ecce clericos curiae et servos legibus traditos. Num mutire fas erit? Si servi sunt patres, servi erunt et filii. Servient itaque cum filiis patres in curia, id est, curam super his tantum in publico habebunt quae ad solam ecclesiae utilitatem forensem pertinebunt: illa scilicet causa, ut qui noluerunt intus, id est in ecclesia, servire ut clerici, serviant foris, id est in publico, ut laici.

Neque enim clerici, licet damnati, ut exeunt ab honore, ita a famulatu ecclesiae exibunt, neque ulli extra ecclesiam, utpote officialium alicui personarum servient, sed in publico ea tantum publica quae ad ecclesiam respexerint procurabunt. Et ideo postquam lex a Deo data proscriptos curiae tradidit civitatis cuius est clerus, cautissime addidit, ne forte publici apparitores sibi eos mancipandos putarent et ecclesiae suae servituros esse dubitarent. Filii autem eorum qui apparuerunt, servi ecclesiae erant, quia servitutem a capite ad pedes traxerunt . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Sed ne ipsi filii clericorum, quia sunt sine lege, dispereant, aut credant se, omni solutos servitutis vinculo, licenter abire posse ut profugos, miserescimus illis, hac conditione praemissa, ut ex nullis appareant ulli et ex Gabaonitis Nathinaei fiant, et cum Iosue vitam reservando, hanc eis legem concedimus, ut in servitium templi, quod effugere nullatenus possunt, aquas et ligna et caetera generis eiusdem veluti forenses ecclesiae actionarii comportent . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Erit igitur hoc integrum iudicare, filios et filias omnium clericorum, qui fuerint de familia ecclesiae, ex quibuscumque mulieribus, quocumque modo sibi coniunctos, servos esse proprios suae ecclesiae in servili genere, quia et servitus paterna eos accusat et maternum adulterium eos infamat et damnat . . . . . . . . . . . . . . . . .

Filii igitur clericorum servorum ecclesiae, ita de libera sicut de ancilla, servi suae erunt ecclesiae, quia si patrem sequuntur, servierunt ut pater; si vero matrem, ut iudices sine literis volunt, sequuntur, servi pariter erunt ut mater, quae ancilla, quia voluit, ex libera fieri potuit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Legant denique, vel si legere fastidiunt, legentem intelligant Iustiniani augusti viri christianissimi ad Dominicum praefectum pro Lugdunensibus conquerentibus, fundos

1) *Can. 3.* 2) *Cf. Novell. 123, c. 14:* Si vero post ordinationem presbyter aut diaconus aut subdiaconus uxorem duxerit, expellatur a clero, curiae civitatis illius, in qua clericus erat, cum propriis rebus tradatur. (*Cf. etiam ibid. c. 29.*) *Male applicatam esse hanc sententiam, recte indicaverunt von Salis et Zeumer in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte' VI, 163. IX, 20 not. 1.*

detrimentari eorumque functiones minorari et reipublicae vectigalia defutura, quia filii servorum ex liberis mulieribus liberi recedebant. Sed imperator discretissimus in commune omnibus consulens, generali lege, multa imposita, praecepit et praecipit, filios servorum patrum ex liberis etiam mulieribus, non matrum sed patrum sequi naturam. Longo oculo vir Iustinianus, nominis ipso privilegio merito iustus, futura videns dominorum dispendia, si filii servorum, quia ex libero utero exirent, liberi abirent. Si ergo hoc conceditur saecularibus propter indemnitatem, cur non permittitur ecclesiae propter utilitatem et necessitatem? . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Qui ergo iustitiam Dei palam intrepidi metuunt adnuntiare, canes muti sunt non
Ps. 39 valentes latrare. An non in ecclesia canes muti facti sunt sacerdotes? An non verboso
Ies. 56 exercitu tantum verborum clamosi in populo, sine sale palatii palatini facti sunt iudices? Sacerdotes enim Dei propter filios sacerdotum et clericorum, quos libertare incassum moliuntur, iram Dei scienter incurrunt et, libertate animi amissa, servi fiunt diabolorum pro filiis clericorum. Et sortem Dei, a qua cleri vocantur, perdentes, ipso etiam honore sacerdotii canonum lege damnantur: iam apud Deum certo depositi, licet ante oculos hominum videantur prosperari et in accepto honore ad votum extolli.

Iudices autem non iudicantes, immo iudaizantes, pro filiis clericorum, quos a famulatu ecclesiae abstrahunt, et honorem palatii legibus perdunt et rationem post mortem, nisi hic poenitentia liberentur, verissime reddunt. Verum si ignorantia deliquerunt, quaerant canonizatos magistros et scholarum remedio sensum captivatum vel redimant vel non datum accipiant. Si autem studio bene inventa et scita depravarunt, currant ad celerem et superabundantem misericordiam Dei, qui pro certo corrigit poenitentia quod commisit praesumptio et impudens apposuit negligentia. Et revera magna iudicibus opus est poenitentia, qui impudentes clerorum et sacerdotum lenones effecti ad hanc devenerunt ignominiam, ut sicut daemones de gaudio in supplicium, ita iudices de palatio ceciderint in lenocinium. An non cleros ad lupanaria invitant et quasi ad stupra cogunt, qui filiis eorum libertatem mutuant et hereditatem promittunt? Si utique cleri crederent filios suos hac lege servituros, seque ipsos, ut sunt deponendi secundum Nicaenum, regulam canonum matricem, passim viderent depositos, ad cor confusi Deo medicante redirent et forsan a paganismo reveriti quandoque cessarent. Ipsae quoque curraces meretrices futuram secum filiorum et suam colligentes ignominiam clerorum declinassent periculum et in laicorum demigrandum esse deliberassent patrocinium.

Omnes igitur filii et filiae omnium clericorum, qui sunt[a] de familia ecclesiae, de quacumque libera nati fuerint, vel uxore vel concubina, quia neutrum nec licet nec licuit nec licebit, servi suae erunt ecclesiae in saecula saeculorum. Conticescant ergo impii, saltem in publico, et stulti aliquando sapiant et ineptire vel imminente senio iam dediscant: hoc scientes, hoc inviolabiliter perpetuo tenentes, quia si filii laicorum servorum ecclesiae ex liberis uxoribus serviunt, multo magis filii omnium clerorum servorum ecclesiae ex libera concubina procreati servi suae erunt ecclesiae, neque inde exire debebunt, quia adulterium ab omni mundo damnatum nulli umquam profuit nec servum a iugo prementis liberavit, immo liberum servitio turpiter subiugavit. Ideoque nullo tempore honorem aut libertatem, sed omnem ignominiam et servitutem apud Christianos et paganos semper accepisse, et aetas prodit et stylus. Sint itaque huius conditionis filii et servi et, si posset dici, serviores, qui omnibus aliis servis in nascendo lege divina et humana probantur indigniores. Quorum patres, ut cleros impudicos, ab ecclesia abicit ecclesia eosque depositos servire sibi ut forenses in curiali facit impudentia: matres vero, utpote pro adulterio vendita libertate ancillantes, lex divina et humana prius in foro castigat et postea exilio macerat.

34. a) quos *ed.*

Sed neque ipsae liberae meretrices, ex quibus cleri diacones aut sacerdotes de familia ecclesiae furati sunt filios, cum bonis adquisitis exibunt, sed omnia quaecumque fuerint adquisita, mobilia sive immobilia, ad ecclesiam, unde omnia iniuste subtracta, subrepta sunt et subducta, cum filiis et filiabus iuste omnia revertentur; totumque ecclesia ut suum proprium recipiet, quidquid falsorum falso iudicum consilio per manus aut[b] per nomen alicuius liberi hominis fuerit conquisitum. De bonis enim servorum ecclesiae, non de facultate illius liberi, cuius nomen sonat in charta, huiusmodi est adquisitio facta. Et ideo iudices, qui has scriptiones faciunt, et illi, qui per suas nihil valentes manus recipiunt, aequo ecclesiae feriendi sunt iudicio. Ipsa etiam mater, quae dicebatur libera, nisi humanius ageremus, quia sacrilegium fecit, servitio esset ecclesiae mancipanda. Est enim sacrilega, quae rerum divinarum furtum facit. Res, inquam, divina est omnis clerus[c]. Rem ergo divinam omnis mulier furatur, quae cum clero meretricatur; nec libera esse deberet, quae exterminante furore libidinis suimet oblita omnem a se corporis et animae propulit libertatem.

Quam tamen cum sua quacumque libertate, synodi etiam Africanae severitatem temperantes, liberam ideo abire volumus, ut ii, quos illa lupa devoraverat, per Dei gratiam liberentur. Exulet longe tamen volumus, sed trans mare nolumus; ut a visu, auditu et congressu cleri aliena, poenitentia reddat ecclesiae quod incursione furentis perierat feminae. Trans mare vero ut exulet ideo nolumus, quia iugum importabile Deo prohibente non audemus imponere. Aeris enim alieni homo perfragilis infecta inclementia et maceratione insolita destituta, potius mortis destinata, quam poenitentiae putaretur deputata.

Auctore igitur Deo et principibus nostris Petro et Paulo, florente gloriosissimo filio nostro H. semper augusto, approbantibus fratribus nostris et omnibus consacerdotibus, hunc ita de mundo tollamus errorem et ita hanc intelligentiam omnibus saeculis, omni dubietate fugata, infundamus; ut nullis umquam temporibus haec pestis repullulet nec umquam in talibus sine causa secutura posteritas dubitet. Et ut firmum posthac quod sancimus permaneat et in fines orbis terrae conservandum perveniat, totius huius summa sententiae hac nostri forma decreti, fratribus et coepiscopis nostris subscribentibus, confirmabitur.

## Decretum domni papae B(enedicti).

I. Ut nullus in clero mulierem attingat. Nullus presbyter, nullus diaconus, nullus subdiaconus, nullus in clero uxorem aut concubinam admittat, cum nulli quoque laicorum scire liceat mulierem praeter uxorem. Quod si fecerit, secundum ecclesiasticam regulam deponatur. Sed neque secundum humanas leges ex longo factas et receptas ullus admirationis[d] locum in plebe habeat.

II. Ut episcopus nullam feminam habeat neque cum aliqua habitet. Episcopus sicut nullam habebit, ita cum nulla penitus habitabit. Quod si fecerit, et nostris regulis et mundanis legibus concordantibus honore quo se ipse fecit indignum abicietur.

III. Ut filii clericorum, servorum ecclesiae, servi sint ecclesiae cum omnibus adquisitis. Filii et filiae omnium clericorum omniumque graduum de familia ecclesiae, ex quacumque libera muliere, quocumque modo sibi coniuncta fuerit, geniti, cum omnibus bonis per cuiuscumque manus adquisitis servi proprii suae erunt ecclesiae nec umquam ab ecclesiae servitute exibunt.

IV. Ut filiis clericorum, servorum ecclesiae, nullus iudex libertatem promittat. Quicumque filios clericorum, servorum ecclesiae, de quacumque

34. b) autem *ed.* c) deus *ed.* d) ullius administrationis *coniecit in marg. ed.*

libera procreatos, liberos esse iudicaverit, anathema sit et habeat in iudicio quod fecit, quia ecclesiae tulit quod non dedit.

V. Ut servi ecclesiarum per manus liberi nihil adquirant. Nulli servorum ecclesiae, sive in clericatu sive in laicatu, de quibus nostrum est et fratrum nostrorum iudicare, liceat comparare aut ullo modo adquirere per manus aut nomen alicuius liberi hominis. Quod qui fecerit, inevasibiliter[e] caesus, tamdiu carceratus habebitur, quamdiu omnes[f] ecclesia recipiat scriptiones.

VI. Ut ille, qui chartam per suas manus accipit, finem[g] ecclesiae faciat. Ille autem male liber qui factus est diaboli servus, per cuius manus latrocinantes servus ecclesiae, quicquid illud fuerit, adquisivit, aut ecclesiae totam faciat securitatem aut maledictus inter fures ecclesiae et sacrilegos habeatur.

VII. Ut nullus iudex aut tabellio chartas scribant, quas servi ecclesiae per manus liberi adquirunt. Iudex vero aut tabellio, qui tam inlicitas chartas scripserint et res pretio servorum ecclesiae comparatas aut aliqua liberalitate conlatas nomini alicuius liberi titulari praesumpserint, anathemate ferientur. Sed neque honorabitur in palatio qui ecclesiam, palatii matrem, non erubuit impugnare.

Hoc autem ecclesiae Dei testamentum, contra malignantes Deo auctore auctoramentum, dilectissimi filii nostri H. augusti edicti lege firmari, corroborari et humanis inseri et inscribi legibus volumus, et per omnem imperii sui latitudinem ut suscipiatur, teneatur et publica auctoritate omni tempore iudicetur, omnes in commune oramus et obsecramus. Erit enim Deo volente in aeternum valiturum, si, quod ecclesiastica gravitas prohibet, publico fuerit vigore exterminatum. Nec factiosi huius decreti scientiam dissimulabunt, quae omnium libris inscripta, per ora omnium evolabit; nec impune putabunt audendum quod publica damnatum severitate cognoverint.

Ego B.[1] papa aeternae Urbis huic constituto synodali subscripsi.
Ego A.[2] sanctae Mediolanensis ecclesiae archiepiscopus subscripsi.
Ego R.[3] Ticinensis ecclesiae episcopus subscripsi.
Ego A.[4] Cumanus episcopus subscripsi.
Ego L.[5] Taurinensis ecclesiae episcopus subscripsi.
Ego P.[6] Terdonensis ecclesiae episcopus subscripsi.
Ego Leo Eusebianae[7] ecclesiae catholicus episcopus subscripsi.

Actum Papiae, Kal. Augusti, imperante domno H. gloriosissimo augusto, per manus fratris Leonis Vercellensis episcopi.

## Responsio augusti.

Nihil tibi, sanctissime papa B(enedicte), possum negare, cui per Deum omnia debeo, praesertim cum iusta petas, honesta cum iustis fratribus suggeras et me in consortium sanctae solicitudinis ideo advoces, ut sicut laboris, ita participes simus et gaudii. Gratias itaque sancto episcopatui tuo iure habeo uberes, qui et salubriter componit ecclesiam et a clericorum incontinentia, unde omne malum velut ab aquilone super terram emersit, correctionis vigilanter fecit principium. Omnia quidem, quae pro ecclesiae necessaria reparatione synodaliter instituit et reformavit paternitas tua, ut filius laudo, confirmo et approbo; et ut omnes sint paratiores, ea[h] me inviolabiliter servaturum adiuvante Deo promitto. Et in aeternum mansura et inter publica iura semper recipienda et humanis legibus solenniter inscribenda hac nostra auctoritate, vivente ecclesia

34. e) evasibiliter *ed.* f) omnis *ed.* g) *an legendum* fidem? h) eam *ed.*

1) *Benedictus VIII.* 2) *Aribertus.* 3) *Rainaldus.* 4) *Albericus.* 5) *Landulfus.* 6) *Petrus.* 7) *i. e. Vercellensis sancti Eusebii ecclesiae; idem Leo in placito eiusdem anni et alias subscripsit* Leo servus Eusebii, *v. Muratori SS. I, 2, p. 498.*

per Dei gratiam victura, cum senatoribus terrae, cum domesticis palatii et amicis rei publicae coram Deo et ecclesia ita corroboramus[i].

### Edictum augusti.

I. Ut nullus in clero mulierem contingat. Nullus in omni gradu ecclesiae uxorem vel concubinam habere praesumat nec in una domo cum muliere audeat habitare. Quod si fecerit, servata Iustiniani augusti aequitate, curiae civitatis tradatur, cuius est clericus[1]. Iure etenim manebit miser in curia, quem ecclesiae regula depositum eiecit ab ecclesia.

II. Ut nullus episcopus mulierem habeat aut cum ea habitet. Episcopus cum nulla umquam muliere habeat tectum, cum nulla habeat lectum. Quod si fecerit, servato antiquo et moderno ecclesiae iudicio, deponatur. Eritque tanto casus gravior, quanto gradus altior.

III. Ut filii clericorum, servorum ecclesiae, servi sint suae ecclesiae cum omnibus adquisitis. Filii autem omnium clericorum omniumque graduum servorum ecclesiae, de quacumque muliere, quocumque modo sibi coniuncta, fuerint nati, servi suae erunt ecclesiae cum omnibus bonis adquisitis. Et quia servi sunt et erunt, numquam de servitio ecclesiae exire debebunt. Et omnia, quae ipsi per manus et per scriptiones alicuius liberi adquisierint, ecclesiae sicut sua propria reddimus. Suo etenim iuri totum ecclesia ut proprium vendicabit quidquid ullo ingenio ecclesiae servus contraxit; nec ulli secundum phantasmaticos dabit adulterium libertatem, quod corpus in infamiam et in servitutem traiecit animam.

IV. Ut nullus filiis clericorum, servorum ecclesiae, libertatem audeat iudicare. Quicumque ergo posthac, eos esse liberos iudicaverit, et pro eis contra ecclesiam dederit sententiam et hoc capitulum auctoritate sanctae ecclesiae statutum non receperit[k] et in suis libris non scripserit et secundum hoc capitulum filios clericorum de familia ecclesiae proprios servos esse suae ecclesiae, usu semper valituro, non iudicaverit, facultatum publicatione nudatus, perpetuo damnetur exilio. Ubi sicut nulla umquam illi lex iudicandi, nulla ita erit spes remeandi. Neque enim mirum, sed iustissimum nimirum, si is amisso officio corpore exulabit, quem ecclesia, quia Deum amisit, anathemate fulminavit. Matres vero eorum libertatem adulterio vendentes prius in foro castigatae fiant exemplum et postea iudicio ecclesiae et nostro exulent. Quia, si fuerint in vicinia, vix aut numquam eorum cessabit malitia.

V. Ut servi ecclesiae per manus liberi hominis nihil adquirant. Servis ecclesiae, ut nostris, adquirere licet iuste et licuit; sed per manus alicuius liberi scriptiones ullas contrahere, nullo umquam tempore licebit. Quod si fecerit, ecclesiae iudicio ut suus coercebitur. Si enim ad nostrum spectaret iudicium, ut fugitivus[l] addiceretur.

VI. Ut iudex aut tabellio chartas non scribant[m], quas servi ecclesiae per manus liberi adquirunt[2]. Iudicibus vero et tabellionibus, quorum nostra interest, si posthac tales fecerint scriptiones, manum amputamus dexteram, quae scripsit contra ecclesiam. Ut qui noluit integer verum iudicare in palatio, in foro mancus corrigat alios a mendacio.

VII. Ut ille, per cuius manus servus ecclesiae chartas accepit, finem[n] et securitatem ecclesiae faciat. Ille autem Deo et hominibus execrandus, per

34. i) *sequitur in ed.* Index capitulorum, *lemmata septem capitum continens.* k) *ita ed. coniecit loco* statutum nostrae ceperit. l) fugitivus *ed.* m) *ita corr. ed. loco* inscribant. n) *an legendum* fidem?

1) *Cf. supra orationem pontificis p. 73 et not. 2.* 2) *Notandum, cap. 6 respondere capiti 7 synodalis decreti et viceversa.*

cuius manus invalidas et nomen vacuum fraudulenter ecclesiae servus scriptiones accepit, sub sacramento eisdem redditis scriptionibus, ut omnium litium iacula sopiantur, omnem ecclesiae, prout constiterit, coactus faciet finem[n]. Moxque eum insequetur stylus proscriptionis, quem mater et magistra nostra ecclesia vulneravit gladio maledictionis.

Subscriptio.

Ego H. gratia Dei imperator augustus hanc constitutionem legis perpetuae per consilium domni papae B., suggerente plurimo coetu episcoporum, Deo auctore statui, firmavi et semper valere decrevi et optavi meosque imperii primores firmare rogavi.

Ego O. marchio interfui et hanc legem, mundo pernecessariam et oculos ecclesiis sublatos reddentem, firmavi et laudavi.

Ego R. marchio interfui et laudavi.

Ego O. comes palatii interfui et laudavi[o].

---

# 35. 36. DECRETA POENALIA DE CONTENTIONIBUS FAMULORUM ECCLESIARUM.

## 1023. 1024.

*Duo decreta ad instar praeceptorum formata intime inter se cohaerent, quorum uno imperator contentiones inter familias Wormatiensem et Laureshamensem exortas, altero eas quae vertebantur inter Fuldensis et Hersfeldensis ecclesiarum servientes dissolvere et emendare studuit. Quibus decretis Heinricum II. pro parte novum ius creasse, sicuti successores eius constitutionibus quas dicunt 'Landfrieden', recte viri docti censuerunt*[1]. *Decreti prioris sententiae nonnullae (c. 5. 6) iam a Burchardo episcopo Wormatiensi in Lege familiae sancti Petri infra edenda (c. 30) usurpatae sunt.*

### 35. *DECRETUM ECCLESIIS WORMATIENSI ET LAURESHAMENSI DATUM. 1023. Dec. 2.*

*Duo certe exemplaria exstiterunt, unum Wormatiensi, alterum Laureshamensi ecclesiae porrectum. Laureshamensis exemplaris apographon servavit* 1) *codex Chronici Laureshamensis tabularii Monacensis saec. XII. fol. 20, ex quo editum est SS. XXI, 405; traditionem Laureshamensem etiam habuisse videtur Lünig 'Reichsarchiv' XVII, 1, 923, quamquam diploma inter res Wormatienses posuit. Pauca singularia sub siglo* L *adnotari sat duximus. Wormatiensis exemplaris apographa exstant in* 2) *Chartulario Wormatiensi saec. XII. tabularii Hannoverani, fol. 35, quod excussit Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, nr. 47 et* 3) *Libro privil. eccl. Wormatiensis tabularii Darmstadiensis saec. XV. in. Aliud apographon habuisse videtur Schannat, qui partem modo diplomatis eamque decur-*

34. o) Et plures alii quorum nomina iniuria temporis perierunt *add. ed.*

1) *V. imprimis Beseler 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' II, 379 et Bresslau, 'Jahrbücher Heinrichs II.' III, 293 sq.*

*tatam in 'Historia episcopatus Wormatiensis' II. p. 43 'ex archivo ecclesiae cathedralis' dedit. Lectiones aliquas notabiles damus sub siglo* S. — *Stumpf, Reg. 1816.*

*(P. deest.)*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus[a] divina favente clementia Romanorum[b] imperator augustus. Notum facio omnibus sanctae Dei aecclesiae fidelibus tam[c] presentibus quam et futuris, qualiter assidua proclamatio nostras aures inquietabat ob inveteratas et frequentes contentiones et ob inmarcidas inimicitias, quae semper erant inter Wormatiensem episcopum et Laureshamensem[d] abbatem et inter familias utrarumque aecclesiarum, quae iam in tantum convaluerunt[e], ut etiam innumerabilia inter se fierent homicidia, et in hoc maximum detrimentum utraque pateretur aecclesia. (2) Quapropter cum consilio meorum fidelium id ordinare disposui, quomodo tantae discordiae temerariam presumtionem inter utramque aecclesiam et earum familias nunc et in posterum aut omnino dissolverem aut inpunitam non relinquerem. (3) Inprimis precepi et ad hoc peragendum meos nuncios misi, ut omnis iniustitia, quae iam per multa tempora ex utraque parte incorrecta remanserat[f], ab advocatis illorum utrimque pleniter corrigeretur, et dehinc previdean[g], ne talia apud illos sic inveterescant; et si aliqua nova contentio quod absit[h] inter illos exorta[i] fuerit, volo[k] ut conveniant et quam citissime possint[l] corrigant. (4) Et ne talis ac tantae seditionis audatia sine digna ultione inter utrasque familias post remaneret, per[m] huius cartulae preceptum istud constitui decretum. (5) Si quis ex familia sancti Petri Wormatiensis aliquem ex familia sancti Nazarii, vel e contrario aliquis ex familia sancti Nazarii quemquam servorum sancti Petri insequitur, et ausu temerario et armata manu aliquem ad occidendum vel ad depredandum eius curtem sive eius domum infregerit et eum impugnaverit[n, 1], et si ille aut aufugerit[o] vel quoquo modo ab eius potestate sive impugnatione se liberaverit, aut si forte domi non fuerit, illi, qui huius audatiae et invasionis dux et princeps fuerit, tollantur capilli et corium[p] et insuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene[q] gretetur[r] et comburatur, reliqui eius sequaces cute et capillis priventur. (6) Si[2] autem ibi occiditur[s], omnes qui huius homicidii vel invasionis participes sunt, cute et capillis perditis supradicta combustione signentur, ac werigeldum occisi domino suo auctor homicidii persolvat et cum proximis eiusdem interfecti reconciliationem[t] faciat. (7) Et in quocumque loco aliquis ex utraque familia ab utrisque innocens occiditur, homicida supradictae sententiae subiaceat. (8) Hanc vindictam et istud[u] meum constitutum advocatus, in cuius advocatione hoc evenerit, cum scientia episcopi et abbatis in presentia nunciorum utrorumque fideliter adimpleat. (9) Si vero advocatus, aut mercede conductus aut gratia commotus, aliqua calliditate hec decreta avertere[v] voluerit, gratia nostra et advocatione carebit, nisi super sacras reliquias hoc iurare audebit, quod eum, qui homicidii seu invasionis illius reus est, nusquam acquirere possit; tamen[w] quam citissime poterit acquirat. (10) Et si homicida ex familia episcopi est et advocatus eum acquirere non potuerit[x] vel noluerit, fideles abbatis si possint illum acquirant et ad[y] predictam poenam presentibus nunciis utrorumque representent; similiter fiat ex parte episcopi. (11) Et

**35.** a) Ego Heinricus 1. 2 *L.*; Ego *deest S; superscriptum* H. *in* 1. b) *deest* 2. *S.* c) et *add.* 2. d) Lauressamensem 2. e) invaluerunt *S.* f) permanserat *S.* g) provideant *S.* h) quod absit *des.* 1. i) orta 2. *S.* k) volo ut *des. S.* l) possunt *S* m) p. h. c. *des. S.* n) oppugnaverit *L.* o) effug. 3. p) corium et capilli 2. q) *deest* 3. r) vel cratetur *superscripsit eadem manus* 1; gratetur 2. 3; cratetur *S*; carexetur *L.* s) occiderit *S.* t) *pro* rec. faciat *S*: componat; *reliqua textus des. S.* u) illud *L.* v) evertere *L.* w) cum 3. x) poterit 2. y) et 3.

1) *Crimen quod postea vulgo dicebatur* heimsuche. 2) *Cf. Burcardi Ius familiae Wormatiensis cap. 30.*

de servientibus episcopi[1] et abbatis illud[z] constituimus, ut si quis illorum tale aliquid fecerit, predictae penae subiaceat vel decem libris denariorum redimatur. (12) Unum autem est[a], quod volo, iubeo et firmiter precipio, ut rem semel bene ac recte definitam nullus iterare vel renovare audeat. (13) Si autem predictus episcopus aut abbas hoc decretum anullare cupiat, michi vel[b] meo successori duas libras auri persolvat, conatum tamen[c] suum nequaquam perficiat. Et ut hec constitutio stabilis inconvulsaque permaneat, sigilli nostri impressione hanc cartam insigniri[d] iussimus.

Signum[e] domni Heinrici Romanorum invictissimi imperatoris augusti. (M.)

Guntherius[f] cancellarius vice Aribonis archicapellani recognovi[g].

Data IIII. Nonas Decembris, indictione VI, anno dominicae incarnationis MXXIII, anno[h] domni Heinrici secundi regnantis[i] XXIII, imperii autem[k] X. Actum in Triburia[l] regia villa; amen.

## 36. *DECRETUM ECCLESIIS FULDENSI ET HERSFELDENSI DATUM.*
### *1024. Mart. 9.*

*Decreti etiam posterioris a. 1024 duo exemplaria exstiterunt, quorum unum, nempe 1) Fuldense iam superest. Servabatur olim in tabulario Fuldensi, nunc in tabulario Marburgensi, quod exemplavit b. m. Foltz, cuius apographon adhiberi licuit. Autographon hoc, duabus manibus alternantibus exaratum, quae scripturam praebent mediam inter eam qua utebantur notarii et eam qua librarii, nequaquam in cancellaria imperatoria factum est. At cum modus, quo sigilli fragmentum etiam nunc agglutinatum est, suspicionem nullam moveat, scriptum ab abbate Fuldensi cancellario perficiendum porrectum esse et tenorem decreti genuinum esse iudicemus. Apographon exstat in chartulario Eberhardi II, fol. 48, ex quo lacunas autographi supplevit editor Dronke 'Codex diplom. Fuldensis' nr. 737. 2) Exemplar Hersfeldense adhuc a. 1798 in tabulario aulico Casselano servabatur, quo anno apographon eius fidissimum ministratum est Wenckio, qui illud publici iuris fecit 'Hessische Landesgeschichte' III, 2, p. 47 nr. 49. Nostris temporibus exemplar Hersfeldense Marburgi non reperitur. — Stumpf, Reg. 1823. (P. deest.)*

(C.) In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus[a] divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Omnibus fidelibus tam presentibus quam et futuris notum fore cupimus, qualiter assidua proclamatio nostras aures inquietabat ob innumeras[b] et frequentes contentiones quae semper erant inter Uuldensem[c] et Herueldensem familiam, quae iam in tantum convaluerunt, ut etiam innumerabilia inter se fierent homicidia, et inde maximum detrimentum utraque pateretur aecclesia. (2) Quapropter ne talis ac tantae presumptionis audacia sine digna ultione[d] inter utrasque familias diutius remaneret, cum consensu et consilio utrorumque[e] abbatum, Richardi Uuldensis et Arnolfi Herueldensis aliorumque fidelium nostrorum per huius kartulae preceptum tale constituimus decretum: (3) Ut primum omnis iniustitia, quae iam per multa tempora ex utraque parte incorrecta remanserat, ab aduocatis et prepositis illorum utrimque[f] pleniter corrigatur. (4) Et deinceps, si quis ex familia utriusque aecclesiae aliquem servorum vel sancti Bonifacii vel sancti Uuigberti[g] in-

35. z) istud 3. a) est aut. 3. b) aut 2. c) *deest* 2. d) insignire 2; signari *L*. e) Signum — augusti *des*. 2. *S*. f) Guntherus 3. g) recognovit 2. h) anno vero 2; anno — X *des*. *S*. i) regnante 2; anno *add*. 1. k) *deest* 2. l) Triburi 2. *S*.

36. a) Heinrichus 2. b) inveteratas 2. c) fuldensem 2. d) ulcione 2. e) utriusque aecclesiae 2. f) utrinque 2. g) vuigberti 2.

1) *De istis servientibus cf. Ius familiae Wormatiensis cap. 29.*

sequitur et ausu temerario et armata manu ad occidendum vel ad depredandum eius curtem sive domum infregerit et eum inpugnaverit, et si ille aut aufugerit aut si forte domi non fuerit vel quoquo modo ab eius potestate sive inpugnatione se liberaverit, illi[h] qui huius audaciae et invasionis dux et princeps fuerit tollantur corium et capilli et insuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene cratetur et comburatur, reliqui eius sequaces cute et capillis priventur. (5) Si autem ibi occiditur, omnes qui huius homicidii seu invasionis participes sunt supradictae[i] poenae subiaceant. (6) Et si ex una familia sunt, ille qui occiditur et illi qui occidunt, omnes singulariter uueregeldum[k] occisi et omne debitum, sicut hactenus fecerunt, propriae aecclesiae persolvant. Si autem ille[l] qui occiditur ex una familia est et illi qui occidunt ex alia, auctor homicidii solus pro omnibus vueregeldum persolvat. (7) Et in quocumque loco aut ex una aut ex alia familia aliquis occiditur, nisi ille qui homicidium facit probabiles testes habeat aut per ferrum candens hoc probare valeat, quod ob aliam causam non fecisset, nisi quod de inpugnatione ipsius aliter vivus effugere non potuisset, supradictae poenae subiaceat. Si autem hoc probare potest, nihil patiatur nisi quod hactenus ipsa aecclesia pro lege habuit. (8) Istud constitutum advocatus, in cuius advocatione hoc evenerit, cum scientia utrorumque abbatum in presentia nunciorum illorum fideliter adimpleat. (9) Si vero advocatus aut mercede conductus aut misericordia motus aliqua calliditate hoc decretum avertere voluerit, gratia nostra et advocatione careat, nisi supra[m] sacras reliquias hoc adfirmare audeat, quod homicidam seu invasorem nusquam adquirere possit, et tamen quam citissime poterit adquirere[n]. Et si ipse, in cuius advocatione hoc evenerit, reum adquirere non poterit vel noluerit, fideles alterius abbatis si possint adquirant et ad predictam poenam presentibus nunciis utrorumque abbatum adpresentent. (10) De kamerariis vero et pincernis aliisque honoratis utrorumque abbatum servitoribus hoc constituimus, ut, si quid[o] tale aliquis[o] illorum fecerit, predictae poenae subiaceat secundum arbitrium abbatis vel X libris denariorum[p] redimatur[q]. (11) Et hoc volo firmiterque precipio, ut rem semel bene ac recte diffinitam nullus iterare audeat vel renovare. (12) Si autem prędicti abbates hoc decretum adnullare cupiunt, mihi vel meo successori II libras auri uterque[r] persolvat, conatum tamen suum[r] non perficiant. Et ut hęc constitutio stabilis et inconvulsa permaneat, sigilli nostri inpressione hanc kartam insigniri iussimus.

⁞ Signum domni Heinrici[s] Romanorum[t] invictissimi imperatoris (MF.) augusti. ⁞

⁞ Ǒdalricus[u] cancellarius vice Aribonis archicapellani recognovit. ⁞ (SI.)

Data est anno dominicae incarnationis MXXIIII, regnante Heinricho imperatore augusto annos XXII[v], imperii vero eius anno XI, indictione VII[w]. Data in VII. Idus Martii; actum feliciter[x] Babenberc.

36. h) *litera* i *posterior in rasura* 1. i) supradict[a]e 1. k) uueregeldū 1; vueregeldum 2. l) *deest* 2. m) super 2. n) adquirat 2. o) quis tale aliquid 2. p) denar[i]orum 1. q) redim[at]ur 1. r) que — suum *iam deleta* 1. s) Heinrichi 2. t) *hic locus monogrammatis in* 2. u) Ovdalricus 2. v) *sequitur rasura in* 1, *prius scriptum videtur* XXIIII. w) ind. VII. *des.* 2. x) *deest* 2.

# CONRADI II. CONSTITUTIONES.

## 37. MANDATUM DE LEGE ROMANA.

(1027 – 1039.)

*Repetimus editionem viri cl. Boretius (LL. IV, 638), qui adnotavit, mandatum hactenus in quatuor Lombardiae codicibus inventum esse. Qui sunt 1) Casinensis 328 saec. XI. ex., ubi in tenui membranae lacinia, nunc inter f. 65 et 66 adsuta, habetur;* 2) *Vindobonensis Ius civ. 39 saec. XII. in.;* 3) *Laurentianus Plut. LXXXVII, 1 saec. XIII. in. fol. 19;* 3) *Monacensis lat. 3510 (August. civ. 20) saec. XII. Anno 1038 emissum esse hoc mandatum arbitrati sunt Bresslau 'Jahrbücher Konrads II.' II, 286 not. 1 aliique. — Stumpf, Reg. 2133.* (P. 40.)

Imperator Chuonradus[a] a[ugustus][b] Romanis iudicibus[c].

Audita[d] controversia, que hactenus inter vos et Longobardos iudices[e] versabatur nulloque termino quiescebat, sancimus[f], ut quecunque amodo[g] negocia mota[h] fuerint, tam inter Romane urbis menia quam etiam de foris in Romanis pertinenciis, actore Longobardo vel reo Langobardo[i], a vobis duntaxat Romanis legibus terminentur[k] nulloque tempore[l] revivescant[m].

## 38. CONRADI II. ET IOHANNIS XIX. SYNODUS ROMANA.

1027. Apr. 6.

*Synodum a Cuonrado imperatore convocatum esse, ipse asserit in praecepto a. 1034. Mart. 8. Popponi patriarchae Aquileiensi indulto*[1]. *Ex Actis superest scriptum seu gesta sententiae latae de impetitione, quam Poppo patriarcha moverat de iure dioecesano*

37. a) Choradus 1. 4; Conradus 2; Idem *(i. e. Pipinus)* 3. b) A. 1. 3. 4; *deest* 2. c) salutem *add.* 2. d) Auditi 2. e) et Long. iud. *des.* 1; et longob. hactenus iud. 2; et long. et iudices 3. f) sanctimus 3; sanccimus 2. g) ammodo 3; admodum 1. 4. h) *deest* 2; mota fuerint tam *des.* 1. i) *sic* 2; vel reo Longobardo 3; Longobardo vel reo 4; vel reo Lang. *des.* 1. k) determinentur 2. 3. l) termino 3. m) reuiues . . . 1; reuiuiscant 3. 4.

1) *Stumpf 'Acta imperii' nr. 43 (Stumpf, Reg. 2053; textum emendavit Bresslau 'Neues Archiv III, 81 et 'Konrad II.' I, 148 not. 3):* qualiter nos communi fidelium nostrorum decreto, papę scilicet Iohannis

*parrochiae Gradensis, quod scriptum apostolicus et imperator a bibliothecario Romanae ecclesiae scribi iusserunt. Scriptum nobis asservavit transsumtum a notario Petro saec. XII. ex. factum*[1] *nunc in tabulario capituli Udinensis exstans, iam in parte superiore laceratum et multoties corrosum, quod benevole transscripsit vir d. Vincentius Ioppi, civitatis Udinensis bibliothecarius. Idem apographon excudi fecit de Rubeis 'Monumenta eccl. Aquileiensis' p. 512 (= Mansi XIX, 479), cuius lectiones raro attulimus. Uno tantum loco respeximus lectionem, ut videtur erroneam, Iohannis Iosephi Liruti, cuius apographon codicis exstat in bibliotheca municipali Udinensi. Variam lectionem exordii, quod e codice dedit Bresslau 'Konrad II.' I, 138 not. 2, adnotari par erat. Sententiam istam, quae iudicium a. 1024 ab Iohanne XIX. latum*[2] *in contrarium vertit, confirmaverunt pontifex et imperator chartis p. 82 not. 1 laudatis.*

*Aliam controversiam minus gravem, quae vertebatur inter Mediolanensem et Ravennatem archiepiscopos de iure conducendi regem ad coronationem, et ipsam hac synodo decisam esse, tradiderunt Arnulfus Mediolanensis l. II, c. 5 (SS. VIII, 12) et opusculum quod inscribitur* Commemoratio superbie Ravennatis archiepiscopi *(ibid. not. 70), quod et ipsum simile scriptum seu gesta synodi recte iudicandum est. At cum haec res parvi sit momenti, lectorem ad editionem Bethmanni reiicimus. — Stumpf, Reg. 1931.*

*(P. deest.)*

[In nomine domini Dei et] Salvatoris nostri Iesu Christi, imperante Chuonrado perpetuo augusto anno primo, octavo Idus Aprilis, indicione decima, presidente sancto ac beatissimo nonodecimo Iohanne [universali pape] sedis apostolice urbis Rome, una cum predicto imperatore in ecclesia domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi que vocatur Constantiniana, residentibus eciam viris venerabilibus pariterque[a] cum eis . . . . . . . . ibus[a] Heriberto Ravenate[b] archiepiscopo, Sigifredo Placentino episcopo, Petro Adrianense, Teuberto Foropopulense; Heriberto Mediolanense archiepiscopo, Arderico Verzellense[c] episcopo, Oberto Albense . . . . . . . . . Bergomense[3]; Harpone Maguntino[d] archiepiscopo, Brunone Augustense episcopo, Wecilino[e] Straburgense, Warmundo Constanciense; Popone archiepiscopo Treverense[f]; Tiemone Salsburgense[g] archiepiscopo . . . . . . Neapolitano[4] archiepiscopo[g]; Tebaldo[h] Belletrinense episcopo, Benedicto Portuense, Petro Silvecandide, Petro Penestrinense, Petro Ostiense, Teubaldo[i] Albanense, Domenico[k] Sutriense, Liutolfo Trebense, Reinerio[l] Nepesino[m] . . . . . . . . . . episcopo Narniense[5], Iohanne Tuscanense, Iohanne . . . . . . ense[n], Bosone Tiburtinense, Iohanne Castrense, Benedicto Anagnense, Iohanne Luzense, Iacobo Fesulense, Dodone Nocerense, Widone Lunense, Teudaldo Aretino, Lamberto Florentino, Widone Lucino[6], Iohanne Suanense, Go . . . . o[o] Vulterano, Mariciano Cesenate[p],

38. [a]) partemque cum eis [habent]ibus *leg. Bresslau.* [b]) Ravennate *Br.* [c]) Verzelense *Br.* [d]) Magontino *Br.* [e]) *seu* Wetilino *c.* [f]) Trevirense *Br.* [g]) Zalsburgense archiepiscopo [Partheno]politano archiepiscopo *Br.* [h]) Thebaldo *Br.* [i]) Tendaldo *Br.* [k]) Dominico *Br.* [l]) Raynerio *Br.* [m]) *sic conieci; 'vox incerta' Ioppi:* Neufesine *leg. Rubeis, Br.;* Monsfertrie *Liruti.* [n]) Iohanne C . . sene . . . *Br.* [o]) *prima litera G seu C esse potest cod.;* Gon *leg. Rubeis;* Gon[fred]o *Br.* [p]) Zesenato *Br.*

et Popponis patriarchę venerabilis, Arbonis Moguntini archiepiscopi, Popponis Treverensis archiepiscopi, Hereperti Mediolanensis archiepiscopi, Hereperti Ravennatis archiepiscopi ceterorumque episcoporum ac regni nostri fidelium synodum Romę habendam condiximus. *Pontifex econtra sic loquitur in bulla Popponi a. 1027. m. Sept. data (Ughelli 'Italia sacra' V, 40. Iaffé ed. II. nr. 4085):* interventu etiam et peticione dilecti filii nostri Conradi imperatoris augusti synodum congregavimus. 1) *Qui ad calcem chartae sic loquitur:* Ego Petrus notarius ut vidi in privilegio ita scripsi nec dictum vel syllabam adidi nec pretermisi. *Cf. 'Neues Archiv' III, 82.* 2) *Iaffé ed. II. nr. 4063. De re ipsa acute disseruit Bresslau l. c. p. 150 et 456.* 3) *Ambrosium vocat Bergomatensem de Rubeis p. 515.* 4) Parthenopolitano *(Magdeburg) potius cum viro d. Bresslau legendum videtur.* 5) *Dodonem a. 1028 episcopum Narniensem fuisse adnotavit Gams.* 6) Clusino *coniecit Bresslau*

Widone Pisturiense, Leone Senense; Venecie provincie: Iohanne Veronense, Alberico Cumano, Helmengero Cenetense, Teudaldo[q] Vicentino, Rothario Tarvisiano, Albuino Bellunense; abbatibus quoque Vodelone[r] Cluniacense, Berno Augense, Teoberto de Sancto Angelo, Benedicto Sextense, Chuonrado Sancti Savini, Widone de Sancta Trinitate, Alberto de Sancto Apostolo, Iohanne de Sancto Sepulcro, Widone de Leuna, Widone de Sancta Maria, Petro de Sancto Petro ad Vincula, Stephano de Sancto Andrea, Franco de Sancto Anastasio, Teuzone Montisviridis[s], Petro de Sancto Petro in Campo, Rozone de Turre, Dominico de Sancto Geruncio et Petro de Campo Leonis.

Popo venerabilis patriarcha sancte Aquileiensis ecclesie apostolicis et imperialibus pedibus advolutus eorum et sacratissimi concilii reverenciam humiliter deprecatus est, uti omnipotentis amore Domini necnon apostolica et imperiali pietate lamentacionibus suis benignum auditum preberent, multisque antecessorum suorum proclamacionibus pro Gradu, Aquileiensis ecclesie plebe, synodaliter factis certum finem imponerent. Cuius lamentacione benigne[t] suscepta, Urso, qui in eadem plebe falsum patriarche nomen susceperat, olim tempore beati Benedicti pape atque Henrici imperatoris ad Ravennatem atque Romanam necnon Veronensem synodum canonice appellatus, nunc quoque ad sacratissimum concilium apostolicis literis convocatus presenciam suam exhibere iussus[u] est. Sed cum bis et ter per Romanum archidiaconum vocatus abesset, Petrus Veneticorum diaconus affuit, apostolicas literas Ursoni advenisse negavit. Verum cum hoc iureiurando adfirmare negasset, seque pro huius rei negocio non venisse manifestaret, sinodali decreto Adalgerus Aquileiensis ecclesie archidiaconus vice Poponis patriarche et senioris sui per sancta euangelia comprobavit, Maionem Concordiensem episcopum apostolicam epistolam Ursoni detulisse eumque ex apostolica auctoritate[v] ad sinodum convocasse. Relecta sunt ergo ad hec in eadem synodo scripta Aquileiensis ecclesie, que inter plurimas Aquileiensium patriarcharum proclamaciones asserebant, beatum Eugenium papam tempore Luduwici et Lotharii imperatorum hanc inveterate proclamacionis controversiam inter Maxencium Aquilegensem patriarcham et Venerium Gradensem in Mantuana synodo ventilasse atque apostolica necnon synodali auctoritate Gradensem plebem Aquilegensi ecclesie restituisse, atque pontificali sede ibidem omnino prohibita, predictam Aquilegensem ecclesiam capud et metropolim tocius Venecie constituisse[1]. Quod quia predicti Ursonis et antecessorum eius temeritate violatum est, decrevit sancta synodus, Ursonem tociens presenciam denegantem de absencia nil lucrari, et Poponem patriarcham de Gradensi plebe cum suis pertinenciis ad ius Aquilegensis ecclesie revestiri, ita ut pontificali sede ibidem prohibita, perpetuis temporibus sancte Aquilegensi ecclesie diocesis iure subiaceat. Reverendissimus igitur papa et piissimus imperator, secundum quod predictum est, Poponem patriarcham de Gradensi plebe pastorali virga investientes, ex apostolico et imperiali decreto hoc privilegium, Aquilegensi ecclesie et Poponi patriarche sub anathematis vinculo inviolabiliter permansurum, Romane ecclesie bibliothecario scribere iusserunt.

38. q) Theudaldo *Br.* r) *seu* Bodelone *c.*; Ŏdilone *leg. Br.* s) Montisviridi *Br.* t) *seu* beniguiter *c.* u) iusus *c.* v) authoritate *c.*

1) *V. Acta synodi Mantuanae a. 827 habitae apud de Rubeis p. 414 sq.*

# 39. EDICTUM DE MANCIPIIS ECCLESIARUM.

(1027 – 1035.)

*Dedit primus Pertz e tabulario regio Hannoverano, ubi inter chartas episcopatus Verdensis authenticum sigillo imperiali insignitum adservatur. Apographum eius exstat in eiusdem tabularii Copiario Verdensi saec. XIV, sign. II. 125, ubi tamen Chuonradi loco* Heinricus *scribitur. Imaginem chartae dederunt Sickel und v. Sybel, 'Kaiserurkunden in Abbildungen' Lieferung II, Tafel 4, quam contulimus. — Stumpf, Reg. 2127.*

*(P. 38*.)*

Chuonradus Dei gratia Romanorum imperator augustus Berenhardo duci, Sigifrido comiti, Bernhardo marchioni salutem et gratiam.

Quamvis pro totius rei publicę longe lateque procuranda utilitate, iugem debeamus sollicitudinem gerere, tamen ut pro ecclesiarum Dei statu sollertius invigilemus, nos obligatiores esse non ignoramus. Unde quia sanctę Fardensis ecclesiae mancipia ceu bruta animalia pro quantulocumque pretio hactenus venundata fuisse audivimus, non solum illam nefariam consuetudinem admiramur, verum etiam ut rem Deo hominibusque detestabilem execramur, maxime cum secundum canonicam auctoritatem nullius ecclesiae praedia vel mancipia, pro alia aliqua vicissitudine, nisi praedia pro praediis, mancipia pro mancipiis, pro ęque bonis vel melioribus debeant mutuari. Idcirco autem huiuscemodi morem sanctorum patrum traditionibus repugnantem ulterius ibidem exerceri, nostra imperiali potestate interdicimus et vobis, quibus harum provinciarum regimen commisimus, sub Dei nostręque gratię obtentu imperamus, ut ubicumque, vel inter vestros vel alios eiusdem ecclesiae mancipia ita vendita inveniantur, illius loci episcopo vestro iuvamine reddantur, ea scilicet ratione, ut episcopus emptori tantum quantum pro eis dedit restituat et suę ecclesiae mancipia recipiat. Sin vero aliqua persona his parere noluerit, vestra iudiciaria potestate eam distringite, donec huic nostro iustissimo edicto vel coacta oboediat. Ad evidentissimum itaque signum omnibus nostrę imaginis proponi praecepimus sigillum.

# 40–42. SYNODUS FRANCOFURTANA.

1027. Sept.

## 40. *NOTITIA GODEHARDI EPISCOPI.*

*De hac synodo, in qua Godehardus Hildesheimensis episcopus iura parrochialia super monasterium Gandersheimense vindicavit, fusius egit Wolfhere in Vita Godehardi priore cap. 31—34 (SS. XI, 190 sq.), brevius in Vita posteriore cap. 23 (ibid. p. 208). Posteriori scribendae iam applicuit ipsum monumentum, quod edituri sumus, quo Godehardus episcopus refert de sententia in concilio Francofurtano obtenta. Hoc non esse epistolam encyclicam, sed potius scriptum in perpetuam rei memoriam factum, quod tamen vi iuridica*

*caruit (diplomatici dicunt 'unbeglaubigter Akt'), recte statuit vir d. Bresslau*[1]. *Inest in magno Copiario Hildesheimensi tabularii Hannoverani sign. VI. 11 chart. fol. saec. XV, p. 727 nr. 1438. Editum est 'Neues vaterländisches Archiv von Spiel und Spangenberg' (Lüneburg 1828) XIII, 273 e codice tunc bibliothecae nunc tabularii Hannoverani, Antiquitates Hildesheimenses Hoffmanni continente*[2]. *Iterum nuper recudit Will 'Regesten der Mainzer Erzbischöfe' I, p. 159.* *(P. deest.)*

Gothehardus Dei gratia Hildensemensis episcopus. Notum sit cunctis Christi fidelibus qualiter ego humillimus sacerdotum Christi servitor, Deo adiuvante, episcopatum meum super Gandersemense territorium contra Haribonem archiepiscopum septem episcoporum testimonio canonice retinui in generali Francanauordensi concilio, presidente imperatore Conrado cum episcopis XXII[a] et abbatibus octo cum numerosa[b] cleri plebisque frequencia, anno scilicet incarnacionis Christi MXXVII, indictione X, quo eciam anno idem imperator Rome augustalem coronam in pascha a beato Iohanne papa susceperat. Nam hii erant episcopi qui predicto metropolitano, fraterne dilectionis debito eos ad iusticie professionem[c] advocante, ius nostre ecclesie, sicuti ante viginti annos[3] in Gandersheim de diffinicione litis inter episcopos Willegisum et Bernwardum Non. Ianuar. coram rege et confratribus et audierant et viderant, certo testimonio confirmaverunt: Bruno Augustensis, Meinwerk[d] Paterbrunnensis, Eppo Bauenbergensis, Meynhardus Wirziburgensis, Sigbertus[e] Mindensis, Hildiwardus Citicensis, Bruno Mersburgensis.

## 41. *NOMINA EPISCOPORUM ET ABBATUM.*

*Primus dedit Pertz SS. XI, 190 not. c e codice Guelferbytano 35 (Helmst. 32, olim Hildesheimensi, non vero Remensi), cui fol. 195' manu saeculi XI. illata sunt.* *(P. deest.)*

Aribo Moguntinus, Wecil Strazburgensis, Brun Augustburgensis, Eppo Bauanbergensis, Meginuuerc Patherburnensis, Wigger Vaeredensis, Mezelin Wirziburgensis, Godehardus Hildeneshemensis, Branthoch Haluerstadensis, Hazecho Warmatiensis, Biligrim Coloniensis, Sigibert Mindensis, Siginrit Mimigardevordensis, Benno Traiectensis, Hunfrith Magedeburgensis, Hiltiuuart Citicensis, Brun Mersburgensis, Liuzo Brandaburgensis, Thiederich Misnensis, Rambrath Wirdunensis, Hiltolf Mantuanus, Reginaldus Aldenburgensis, Ruodolf [Slewicensis].

Richart F[uldensis], Arnold H[ersveldensis], Gerbrat M[oguntinus], Iko B[lithenstadensis], Radolf, Vuillimunt [Wirzi]burch, Hezil[4].

## 42. *NOMINA EXCOMMUNICATORUM.*

*Dedit Pertz l. c. ex eodem codice Guelferbytano.* *(P. deest.)*

Hi sunt anathematizati pro sacrilegio et homicidio quod fecerunt in aecclesia Heninge[5]: Macingeld, Isac, Godila, Godo, Redulf, cum fautoribus et cooperatoribus et etiam communicatoribus eorum in his villis: Kissanbruggi, Bursinun, Acheim, Ualeburgun[6].

**40.** a) XII *ed. male.* b) innumerata *ed.* c) professi quem *c.* d) Meniwerk *c. ed.* e) Sibergtus *c.*

1) *'Konrad II.' I, 226.* 2) *V. 'Archiv' XI, 460.* 3) *Anno 1007; cf. Vitam Godehardi priorem c. 24, SS. XI, 185.* 4) *Vita Godeh. prior c. 31, quae Radolfum et Hezilonem omisit, addit Wolfherum Sraczahensem; Vita posterior c. 23 praeter Fuldensem, Hersfeldensem, Mogontinum nominat etiam Reginboldum Loresheimensem* cum aliis eiusdem ordinis sex. 5) *Monasterium Heiningen.* 6) *Kissenbrück, Börsum, Achim, Vahlberg vici inter oppida Wolfenbüttel, Schöppenstedt, Hornburg siti.*

# 43. IUS FAMILIAE LINTBURGENSIS.

## 1035. (Ian. 17.)

*Neque Monaci in tabulario regni, neque Karlsruhi in tabulario magno-ducali neque Spirae in tabulario provinciali autographon seu apographon ullum iam superest. Subsidio nobis fuere: 1) 'Acta academiae Theodoro-Palatinae' Hist. VI, 274:* ex transsumpto anni 1330, quod in tabulario Administrationis eccles. servatur Heidelbergae, collato cum alio apographo: 2) *Würdtwein 'Monasticon Palatinum' I, 85, qui fontem suum non detexit, at bis provocat ad copiam vidimatam archivi administrationis: 3) 'Libellus revisionis Leiningen et Gemeinde Dürckheim contra Domstifft zu Speyer' (Anno 1755) Beylage Nr. 1, quam editionem repetiverunt Kremer 'Origines Nassoicae' II, 111 et Hanselmann 'Landeshoheit von Hohenlohe' II, 161: 4) Copiarius monasterii Naumburg tabularii Marburgensis, cuius lectiones affert Reimer 'Urkundenbuch der Herren von Hanau' I. nr. 58. De tempore cf. Bresslau 'Jahrbücher Konrads II.' II, 387 not. 1. — Stumpf, Reg. 2070.*

*(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Chuonradus[a] divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Chuonradus[b] una cum Gisela[c] imperatrice coniuge nostra pro remedio anime nostre ad hoc templum, quod ad gloriam et laudem Dei construximus, nostri iuris predium Durincheim[d, 1], Wachinheim[e, 2], Seiferstat[f, 3], Greudentheim[g, 4], et in pago Wetereibie[h] in comitatu Ottonis comitis[i] situm Eichine[k, 5], Sundelingen[6], Fuirbach[l, 7], Sulzbach[m, 8] in proprium tradidimus cum omnibus appendiciis suis, hoc est mancipiis, areis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve[n] decursibus, molendinis, piscacionibus, campis, silvis, venacionibus, exitibus et reditibus[o], viis et inviis, quesitis et inquirendis, nec non cum omni utilitate que scribi aut[p] nominari potest, ea videlicet ratione, quatenus abbas huius loci eadem potestate et utilitate qua[q] nos habuimus, deinceps libere habeat et quicquid inde provenerit[r] in usum ecclesie et fratrum disponat. Et ut hec[s] nostre tradicionis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat in seculum[t], hanc cartam inde conscriptam manu propria confirmantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Sed ne quis superventurorum abbatum plus quam debeat[u] ab ecclesie familia[v] extorqueat[w], neve[x] familia vetustate temporum[y] sui iuris oblita contra abbatem superbiendo ecclesie[z] debita exolvere negligat, visum est nobis signare, quid abbas si opus fuerit exquirat, quidve familia exolvere debeat. Singuli virorum singulos solidos, mulieres vero sex[a] denarios omni anno persolvant, aut unum diem septimane ad curtem abbatis tam viri quam mulieres serviant. Habet eciam potestatem abbas

43. a) Cunradus 1; Conradus 3. b) Cunr. 1; Chunr. 2; Conr. 3. c) Gyzela 1. d) Durinkeim 1; Dorenckheim 3. e) Wachenheim 1. 3. f) Schiverstat 1; Schiferstad 3. g) Godertheim 2; Goundertheim 4. h) Weterewe 2; Wederribie 3; Wedderavie 4. i) *deest* 1. 3. 4. k) Eichene 2; Eucherie 3. l) Fuerbach 1; Feuerbach 3. m) Sultzbach 2. n) aquarumque 1. 2. 4. o) redd. 1. p) et 3. q) quam 1. 3. 4. r) pervenerit 1; provenit 3. s) huius 2, nostre *deest*. t) fidem 2; solidum 4. u) debeant 3. v) famulis 3. w) exquirere velit 2. x) vel 2. y) temporis 2. z) eciam 1. 2. 4. a) *deest* 2.

1) *Durkheim sub monte monasterii Limburg situm.* 2) *Wachenheim.* 3) *Schifferstadt.* 4) *St. Grethen haud procul a Durkheim Latram versus.* 5) *Eichen ab Hanau ad septentriones.* 6) *Sindlingen ad Moenum infra Hochst.* 7) *Fauerbach iuxta Friedberg versus meridiem.* 8) *Inter Hochst et Soden.*

super filios illorum[b] nondum uxoratos, ut quem voluerit in coquina[c], quem voluerit in pistrina[d] ponat, quem voluerit mutatoria abluat, quem voluerit equaricia[e] custodiat, et ad quelibet ministeria quoscunque voluerit deputet. De uxoratis autem quoscunque et ubicunque iusserit abbas sint cellarii[f], frumentarii, theloncarii, forestarii. Si vero abbas quempiam prescriptorum in suo obsequio habere voluerit, faciens eum dapiferum aut pincernam sive militem suum, et[g] aliquod beneficium illi prestiterit, quamdiu[h] erga abbatem bene egerit, cum eo sit, cum non, ius quod ante habuit habeat. Post obitum viri preciosius animal, quod illic fuerit, ad curtem abbatis pertinebit; post obitum mulieris preciosior vestis. Si quis conservum suum interfecerit, septem libras et dimidiam addito eciam obulo pro eo exolvet. Mulier si extra villam nupserit, censum suum, scilicet[i] sex denarios dabit. Tale ius habent Durencheimarii[k], Eichenarii[l], Sundelingarii, Fuirbacharii[m]. Ipsum ius habent Seiferstatarii[n], nisi[o] quod post obitum suum nullum ius dabunt. Sulzbacharii[p] ipsum ius habent, exceptis illis qui dicuntur lazi[q]; qui si beneficium habuerint, quocunque iusserit abbas cotidie equitare debent. Qui autem beneficium non habuerint, vinum et annonam abbatis transducere[r] debent a littore Sundelingen[s] usque Wormaciam ad portam que dicitur porta pavonis. Greudentheimarii[t] ipsum[u] ius habent quod et Durincheimarii[k], nisi[o] quod propter cotidianam servitutem nec in vita sua nec post obitum suum dabunt aliquem censum. Omnium vero prenominatorum ius est, quod si connubia de aliena familia sortiti fuerint et si abbati placuerit, cum sacramento divorcium facere poterit. Quod si[v] simul permanserint, post obitum viri due partes substancie eius ad curtem abbatis pertineant, terciam uxor et filii eius obtineant[w].

Signum domni Chuonradi[x] invictissimi Romanorum imperatoris[y] augusti.

Burchardus[z] cancellarius vice Bardonis[a] archicapellani[b] recognovit[c].

Data[d] XVI. Kal. Februarii, anno dominice incarnacionis MXXXV, indictione III, anno autem domni[e] Chuonradi[x] secundi regnantis XI[f], imperantis vero nono[g]. Actum est Lintburch[h]; feliciter amen.

---

# 44. CONCILIUM TRIBURIENSE.

## (1036. Mai.)

*Post pascha a. 1036 imperatorem synodo quindecim episcoporum Triburiae praesedisse, annales nos docent: Hildesheimenses, Ottenburani, Saxones. Cui synodo recte vir cl. Bresslau 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXI, 401 canones aliquos vindicavit, qui in codicibus canones concilii Seligenstadensis a. 1023 presso pede sequuntur, et quibus in margine adscriptum est* Capitula ex concilio Triburiensi. *Sunt*[1] *codices duo Decreti Burchardi Wormatiensis* 1) *civitatis (olim monasterii) Sancti Audomari 194 saec. XI.*

43. b) eorum 3. c) coquinam 3. d) pistrino 1. 2. 4; pistrinam 3. e) equariciam 2; equicitia 3; aquariciam 4. f) cellerarii 2. 4. g) seu 3. h) diu 3. i) videlicet 4. k) Durinkeimarii 1; Dorenckhemerarii 3. l) Euchanarii 3. m) Fuerb. 1; Furb. 3. n) Schiverstatarii 1; Schyferstadarii 3. o) neque 3. p) Sultzb. 2. q) laz 2; lass. 3; lasz 4. r) traducere 2. s) Suindelingen 2. t) Goudertheimarii 2; Greudenthemerarii 3; Gondertheniarii 4. u) idem 3. v) Si 3. w) obtineat 3. x) Cunr. 1; Kounr. 2; Conr. 3. y) imperii 2. z) Burkardus 1; Burghardus 3. a) Pardonis 2; Burdonis 3. b) archicancellarii 1. 3. c) recognovi 2. d) est *add.* 1—3. e) *deest* 4. f) VI. 3. g) IX. 2. h) Linthurg 1; Lymperg 3.

1) *Cf. quae fusius egimus ad concilium Seligenstadense infra in Appendice Variorum.*

*fol. 128'; 2) Vatican. Christinae 979 saec. XI—XII. E codice 2 canones cum Seligenstadensibus coniunctos dedit Hartzheim 'Concilia Germaniae' III, 57 (= Mansi XIX, 399) et Bresslau 'Jahrbücher Konrads II.' II, 529. Codicem 1 iam olim excussit b. m. Bethmann 'Archiv' VIII, 112. Sententiam seu canonem primum, quem novissimus editor huc pertinere arbitratus est* (Altare qui emit et vendit anathema sit), *minime huc pertinere, sed canonibus Seligenstadensibus ab homine male feriato appositum esse, e codicibus 1 et 3 huius concilii docemur. De canone concilii Triburiensis ad ieiunium quatuor temporum spectante referunt Gesta episcoporum Cameracensium l. III, c. 51, SS. VII, 485. (P. deest.)*

### Capitula ex concilio Triburiensi.

1. Bannitum[a] ieiunium trium dierum in[b] III. ebdomada post pascha. Ieiunia quatuor temporum numquam prius celebrentur, quam officia a sancto Gregorio ad locum pertinentia ordinata inveniuntur.

2. Unusquisque parrochianum suum, si ad synodum suam venire et ad interrogata rationabiliter respondere recusat vel banno suo obedire repugnat, in generali concilio presidente archiepiscopo, ipse episcopus suus, sicut deberet in synodo sua, banno eum constringat et causam suam potenter et synodaliter discutiat.

3. Missa sancti Udalrici confessoris sollempniter celebretur.

4. Crisma, baptisterium vel sepulturam quicumque sacerdos vendiderit, anathema sit.

5. Altare episcopus vel archidiaconus si pro munere vendiderit, et clericus qui munera obtulerit, cum Symone heretico uterque anathema sit.

6. Quod omnes Sclavi decimas dent, sicut ceteri christiani et ad hoc banno constringantur. Si vero propter huiusmodi constrictum domnum suum deseruerit, nemo illum suscipiat; immo omnium bonorum suorum prior domnus potestatem habeat.

7. Clericus, qui oblationibus agrorum pro fidelibus defunctis datis[c] liberos homines facit investiri, ut sic alienentur[d] ab altari, anathema sit.

8. Raptores et fures si in rapto ipso comprehendantur vel publice rei esse convincantur, sub anathemate sint, et quicumque eos quacumque poena affecerint vel certe occiderint, nullius iudicio subiaceant.

---

# 45. EDICTUM DE BENEFICIIS REGNI ITALICI.

## 1037. Mai 28.

*Edictum celeberrimum in Librum Papiensem et a Cuiacio etiam in Libros Feudorum (l. V, tit. 1) receptum*[1] *edimus praecipua ope C apographi coaevi, quod authenticum imitatur, illigati codici Sicardiano, qui olim fuit viri cl. Robolotti, iam vero asservatur in bibliotheca regiminis Cremonensi (bibliotheca governativa) p. 229 (potius 231): contulit vir cl. Holder-Egger. Quam chartam e cancellaria imperatoria non emanasse, sed potius auto-*

**44.** a) Bannitum — pascha *rubrum in* 1. b) III. 1. c) *deest* 1. d) alienantur 1.

1) *Viro cl. Karolo Lehmann teste legitur in Librorum Feudorum codicibus Bernensi, Sangallensi, Monasteriensi, duobus Mettensibus.*

*graphi exemplar esse, iam vir cl. Bresslau comprobavit*[1]. *Diversa est* M *'pervetusta membrana in archivo capituli canonicorum Cremonensium', ex qua edictum edidit Muratori 'Antiquitates Italicae' I, 609 (II, 287 ed. Aretinae). Praeterea adhibuimus codices Libri Papiensis 4—9 secundum editionem Boretii (LL. IV, 583) et* K *codicem Casinensem 328 saec. XI. ex.*[2], *quem Pertzius excussit. Editio quam a. 1749 ex 'apographo Cremonense' paravit Zacharia 'Cremonensium episcoporum series' p. 101 e codice* C *seu eius exemplo derivata esse videtur. — Stumpf, Reg. 2092.* *(P. 39.)*

(C.) ⁞ In nomine sanctę[a] et individuę Trinitatis. Chuonradus[b] gratia Dei[c] Romanorum imperator augustus. (1) Omnibus sanctę Dei ecclesię fidelibus et nostris[d] tam presentibus ⁞ quam et futuris[e] notum esse volumus, quod nos ad reconciliandos animos seniorum et militum, ut adinvicem semper[f] inveniantur concordes et ut fideliter et perseveranter nobis et suis senioribus serviant devote, precipimus et firmiter statuimus: ut nullus miles episcoporum, abbatum, abbatissarum aut marchionum vel comitum vel omnium[g], qui benefitium de nostris publicis bonis aut de ecclesiarum prediis tenet[h] nunc aut tenuerit vel hactenus iniuste perdidit[i], tam de[k] nostris maioribus valvasoribus[l] quam[m] et[n] eorum militibus, sine certa et convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum constitucionem[o] antecessorum[p] nostrorum[q] et iudicium[r] parium suorum. (2) Si[s] contentio emerserit[t] inter seniores et milites[u], quamvis pares adiudicaverint, illum suo beneficio carere debere, et si ille dixerit, hoc iniuste vel odio factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior et ille quem culpat[v] cum paribus suis ante nostram presentiam[w] veniant, et ibi causa iuste finiatur[x]. Si autem pares[y] culpati in iudicio senioribus[z] defecerint[a], ille qui culpatur suum beneficium teneat, donec ipse cum suo seniore et paribus[b] ante nostram presentiam veniant. Senior autem[c] aut miles qui culpatur, qui ad nos venire decreverit, sex ebdomadas[d] ante quam iter incipiat, ei cum quo litigatur[e] innotescat[f]. Hoc autem de maioribus valvasoribus observetur[g]. (3) De minoribus vero in regno aut ante seniores aut ante nostrum missum eorum causa finiatur. (4) Precipimus[h] etiam, ut[i] cum aliquis miles sive de maioribus sive de minoribus de hoc seculo migraverit, filius eius beneficium habeat[k]. Si vero filium[l] non habuerit et abiaticum[m, 3] ex masculo filio reliquerit[n], pari modo beneficium habeat[o], servato usu maiorum valvasorum in dandis equis et armis suis senioribus. Si forte abiaticum[p] ex filio non reliquerit et fratrem legittimum ex parte patris habuerit, si[q] seniorem offensum habuit et sibi vult satisfacere et miles

**45.** a) domini *K.* 7—9. b) Conr. 4—9. c) Dei gr. *K.* 4—9; *loco* gratia Dei *M*: gloriosissimus. d) fidel. nostrisque *M*; nostrisque fidelibus *K.* 4—9. e) presentibus scilicet et futuris *M. K.* f) *deest M.* g) vel omnium *des.* 5. 9. h) nunc ten. *K.* 4—9; tenent — tenuerint 5. 6. i) perdiderit *K.* 8. 9; perdiderint 5. k) đ *eadem manu post suppl. C.* l) uasuasor. *C semper;* walvasor. *M.* m) quamque 5. 9. n) *deest* 4—9. o) consuetudinem *K.* 4—9. p) ante cessorum *C.* q) suorum 5. r) indicum *M.* s) Et si *K.* 4—9. t) fuerit *M.* u) seniorem et militem *K.* 6—9. v) qui culpatur 5; qui culpat 6. w) pres. nostram *M. K.* 4—9. x) terminetur 4—9. y) eius *add.* 4. 6—9. z) seniorum 4; *deest* 5. a) defuerint 4. 6. b) *haec ultima vox cod.* 5. c) vero *K.* 4. 6—9. d) hebd. *M. K.* 4. 6—9. e) litigat[2] *C;* litigat *K.* 4. 6—9; litigaverit *M.* f) in *macula obrutum certe legi nequit C.* g) teneatur 4. h) *in cod.* 6 *hoc loco novae legis initium.* i) *deest* 4. 6—9. k) filios e. b. tenere *K.* 4. 6—9. l) filios *K.* 4. 6—9. m) abiaticos *K.* 4. 8. 9; abia : : ticū, *una vel duabus litteris erasis C.* n) reliqrit *C.* o) habeant *K.* 4. 6—9. p) abia : ticum, *una littera erasa, prius* abiacticum *C.* q) et *K.* 4. 6—9.

1) *'Jahrbücher Konrads II.' II, 244 not. 2. Sigillum nunquam aderat; monogramma mirum in modum lineam recognitionis dividit et ductu imperatoris caret; linea recognitionis litteris minutis exarata est. Chrismon est Chi-Rho.* 2) *De quo v. LL. IV, p. C et 638.* 3) *Glossa codicis Casinensis;* id est nepotes.

eius effici, beneficium quod patris sui[r] fuit habeat[s]. (5) Insuper etiam omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium aut precariam aut libellum sine eorum consensu[t] facere presumat. Illa vero bona[u], quę tenent[v] proprietario iure aut per[w] precepta aut[x] per rectum libellum sive per precariam, nemo iniuste eos divestire[y] audeat. (6) Fodrum[z] de castællis[a], quod nostri antecessores[b] habuerunt, habere volumus. Illud vero, quod non habuerunt, nullo modo exigimus. (7) Si quis hanc[c] iussionem infregerit[d], auri libras[e] centum componat, medietatem kamerę[f] nostrę et medietatem illi cui dampnum illatum est[g].

⁞ Signum[h] domni Chuonradi serenissimi Romanorum imperatoris augusti. ⁞ (M.)[i]

Kadolohus[k] cancellarius vice Herimanni[l] archicancellarii recognovit[m].

Datum V. Kal. Iunii, indic. V, anno dominicę incarnacionis millesimo XXXVIII. Anno autem domni Chuonradi regis XIII, imperii[n] XI. Actum in obsidione Mediolani: feliciter amen.

# 46. EDICTUM DE PEIERANTIBUS DUBIUM.

(1027—1039.)

*Codicis bibliothecae universitatis Lipsiensis sign. Haenel 3503, qui Iuliani Epitomen Novellarum Iustinianearum litteris Langobardicis saec. X—XI. exaratam continet[1], folio 71' ultimo illatum est edictum hoc, quod et ipsum litteris Langobardicis haud distincta vocum singularum scriptura exaratum est, glossis nonnullis inter lineas positis[2]. Membrana paginae nunc in margine abscissa est, ideoque priorum quinque linearum priores litterae perierunt. Scripturam edicti vir cl. Lamprecht, qui adiutus ab Arndtio exemplum nobiscum benevolentissime communicavit, saeculo XII. medio vindicare ausus est[3]. E codice integro edictum edidit Haenelius a. 1851 in periodico 'Berichte der königlich Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften' III, 118, compendiis scripturae servatis. Nomen legislatoris legit* Chunoradi *et de rege Burgundiae (951—994) cogitavit. Equidem de Chuonrado II. imperatore cogitandum esse, iamiam existimavimus. Sed cum Lamprecht et Arndt insimul nomen* Chuno tertius *legerint et lectiones* Chunoradus *et* Chunoardus *prorsus excluserint, de Chuonrado II. dubitari fas est. At cuinam imperatori augusto hoc edictum Romanis iudicibus missum vindicaveris, sinon Chuonrado II, qui et iisdem iudicibus mandatum de lege Romana (supra nr. 37) dedit? Itaque si revera codex lectionem* Chuno

**45.** r) vel fratris *add. K.* s) servato usu — senioribus *add. et hic ed. Heroldiana, sicut supra.* t) assensu 4. 6—9. u) *deest* 4. 6—9. v) tenet *K.* w) p *eadem manu post insertum C.* x) sive 4. 6—9. y) disvestire M. K; disvestire eos 4. 6—9. z) vero *add.* 4. 6—9. a) de castellis *des. K.* 4. 6—9. b) anti cessores (*corr. ex* cessures) *C.* c) nostram *add.* 4. 6—9. d) preterierit *K.* 4. 6—9. e) lib *C.* f) camerae *M. K.* 4. 6—9. g) fuerit 4. 6—9, *qui male addunt:* At si quis aurum non habuerit, nostra sententia feriatur ut nobis placuerit. h) *abhinc reliqua des. K.* 4. 6—9. i) *monogramma in C in spatio sub linea signi delineatum parte sua inferiore lineam recognitionis dividit inter voces* hermanni *et* archicancellarii. k) *sic C. M. pro* Kadelohus. l) hermanni *C.* m) recognovi *M.* n) imperantis *M.*

1) *Scripturae specimen v. Arndt 'Schrifttafeln' 1. Heft ed. II. Tab. 78. Codicis descriptionem fusiorem v. in Haenelii editione Iuliani (Lipsiae 1873) p. X—XII. Oriundus est in Italia.* 2) *Quas, quamvis sint prorsus inutiles, in margine exprimendas curavimus. Quarum primam et sextam et partem secundae* (.i. aditis) *ex Haenelii editione repetivimus, cum iam legi nequeant.* 3) *Edicto in eadem pagina succedit notitia anni 1219, quam edidit Haenel l. c. p. XI.*

tertius *continebat, haec e corruptela genuinae lectionis* Chunoradus *seu* Chuonradus *orta esse contenderim. Attamen etiamsi nomen imperatoris hoc emendaveris, grave adhuc dubium tenor edicti movet. Nam quae est haec* antiquior lex *quae* capitis dampnum *peieranti infligat? Nequaquam lex Romana, quae periurium partium immune esse sinit et per genium principis peierantibus leniorem fustium mulctam minatur; cf. l. 13, 6. D. 12, 2. Neque vero ius Germanicum peierantibus poenam capitis infert, sed potius manus abscisione*[1] *seu pecunia*[2] *eos mulctandos esse statuit. Quae cum ita sint, edictum hoc neque prorsus reiicere neque vero pro genuino Chuonradi II. edicto rendere volumus. — Stumpf deest.* *(P. deest.)*

* s. eua[nge-liis] ** .i. aditis hominibus

Lex. Chuno tertius[a] || imperator[b] augustus[c] Romanis iudicibus.

De perierantibus[d] sive[e] de his qui tactis[f] sacrosanctis* quiddam aliquibus** promit ||

[tunt] dubitare vos sentimus, cum antiquior lex capitis dampnum eis inferat qui voluntarie ||

* .i. graviter — periurium[g] perpetrasse noscuntur. Verum[h] quia ob multitudinem horum difficulter* observari posse dicitis, ||

capitis[i] intuitu inretractabiliter presenti ędicto iubemus, ut si quando principali[s][k] muni-* ||

* .i. violentia

* s. hominibus — ficentia vel iudicialis sagacitas prefatę antiquioris legis [s]everitatem[l] in his* temperare aut ||

* meli[ora]re — molire[m]* voluerit, digna pęnitentia et obiurgatione secundum qualitatem personę et temporis seu or- ||

dinis sancta ęcclesia maceratos recipiat: quin etiam, nisi forte, quod interdum evenit, ad facinus ||

* .i. dimis — respiciat[n] premissum[o]*, ac si non peierassent[p], perficere in integro compellantur[q]. Infelicissimum nempe ||

genus videretur indulgentię, inreverenter transgredientibus parcere et iniuriam patientibus ||

* .i. adiuvando — non providendo* subvenire.

**46.** a) *sic L et A, exclusis lectionibus* Chunoardus *et* Chunoradus, *vox* tertius *fere detersa est;* Chunoradi *H.* b) imperator — iudicibus *in linea secunda scripta sunt post* promit. c) a<sup>s</sup> *c.* d) De pierantib; *minio scriptum fuisse in margine ante lineam secundam, adnotavit H: iam abscissa sunt.* e) sine *H;* . . eue *L. A.* f) *inter* tac *et* tis *parvum spatium cum rasura.* g) piurium *H;* . . . rium *L. A.* h) *sequitur parva rasura.* i) *sic H;* . . . atis *L. A; littera* a *incerta.* k) principali *c.* l) legiseveritatem *c.* m) *i. e.* mollire. n) *sic L. A;* respiciat[s] *H.* o) p̄missu[s] *c. legendum videtur* promissum. p) peierass&2̦ (peierassetrum) *c.* peierassent rem *legi vult H.* q) c̄pellant[s] *c.*

1) *Cf. locos quos collegit Walter 'Deutsche Reichs- und Rechtsgeschichte' II, 330 § 664 not. 15 et 415 § 748.* 2) *Saeculo XII. in Lombardia sex seu decem solidorum; v. Ficker 'Ital. Forschungen' IV, nr. 135, 193. Haec sicuti alia viro cl. Loersch debemus.*

# HEINRICI III. CONSTITUTIONES.

## 47. PROMULGATIO MISSI REGII.

(1040 — 1043.)

*Dedit b. m. Bethmann 'ex membrana tabularii capitularis Astensis (sign. Iura Capituli lib. I, n. 43) lata unam et dimidiam manum, longa duas et dimidiam; scriptura saeculi potius XI. exeuntis: litterae tamen maiusculae primae lineae plane coaevae sunt saeculo XI. medio; subscriptio et sigillum nunquam affuerunt, ita ut membranam apographon modo esse veri simile sit'. Chrismon est formae Chi-Rho. Ex eadem membrana ediderunt 'Monumenta historiae patriae' Chart. I, 553 (= Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 85 nr. 60). De re cf. Ficker l. c. II, 26, qui mandatum ad Heinricum III. regem et Petrum II. episcopum, non vero ad Heinricum II. et Petrum I. spectare recte indicavit. Tempus diffinitur eo quod Petrus II. secundum Gams 'Series episcoporum' 812 a. 1040. Nov. primum occurrit et a. 1043. Iul. 1 obiit. — Stumpf, Reg. 2512.* *(P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divi ⁞ na favente clementia rex. Omnibus nostris fidelibus notum fieri volumus, quod nos interventu ac petitione nostri dilecti fidelis scilicet Petri episcopi Astensis quendam suum militem nomine Cunibertum eligimus et statuimus nostrum missum in toto episcopatu Astensi et in comitatu Bredulensi[a] inter Tanarum et Sturam. Unde volumus et licentiam ei donamus, ut ante se tamquam ante nostram aut nostri palatini comitis presentiam placita teneat et per legem et iustitiam et per pugnam diffiniat, omnium hominum occasione remota. Quod ut verius credatur et ab omnibus observetur, sigillo nostro iussimus insigniri inferius.

47. a) Bredolensi *Mon.*

# 48. SYNODUS PAPIENSIS.

## 1046. Oct. 25.

*Ex actis nihil ad nos venisse videtur. Nam scriptum quod proponimus nec praecepti nec gestorum rigorem sibi vindicare potest, sed potius nil est nisi relatio ab ecclesia Veronensi in perpetuam rei memoriam facta ('unbeglaubigter Akt'). Provocat ad praeceptum regis, quo episcopo Veronensi iuxta decretum concilii prima sedes inter patriarchae Aquileiensis suffraganeos confirmatur, quod deperditum esse dolemus. Scriptum nostrum servavit apographon transsumti, quod factum est a. 1583 ex exemplari codici cuidam Decreti Burchardi Wormatiensis inscripto, qui Sirleti fuit; exstat nunc hoc apographon saec. XVI. in volumine apographorum*[1] *bibliothecae capitularis Veronensis 790 fol. 33'; contulit b. m. Waitz. Ex hoc apographo edidit Ughelli 'Italia sacra' ed. Coleti V, 760, quem secutus est Mansi XIX, 617.*

*Duo alia monumenta, quae ad synodum Papiensem pertinere opinatus est b. m. Giesebrecht 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' III, 1157, decretum synodale contra contractum libellarii et contra simoniam atque iuramentum fidelitatis (infra nr. 67. 68), nequaquam huc pertinere, eo docemur quod* tercius rex Heinricus *i. e. Heinricus IV. in decreto commemoratur. — Stumpf, Reg. 2314.* *(P. deest.)*

Anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo sexto, indictione decima quinta, octavo Kal. Novembris, regnante domino nostro invictissimo rege Henrico tertio, precepto eiusdem gloriosi [regis] congregata est Papiae generalis sinodus. Cumque multae res in eadem sinodo iuste atque rationabiliter in eiusdem gloriosi regis praesentia, archiepiscoporum illius et episcoporum pertractarentur, intra ceterarum causarum discussiones de episcopi Veronensis sessione, ubi deberet colocari, facta est inquisitio; ibique certissime investigatum est et repertum, quod eiusdem episcopi sessio iuxta Aquilegiensis patriarchae dexteram deberet ibi fore ponenda; sicque factum est. Residente namque domino Eberardo venerabili patriarcha in iam dicta Papiensi sinodo cum glorioso episcoporum collegio, domini Walterii Veronensis episcopi sedile ad iam dicti patriarchae dexteram decenter iussum est poni, et per victoriosi regis Henrici preceptum et sanctae sinodi laudatione atque corroboratione statutum est et sancitum, ut per sinodos et concilia urbs Verona apud Aquilegiam secundam sibi sedem vendicans possideat et abhinc perpetualiter secunda habeatur, appelletur pariter et vocitetur sedes. Interfuit itaque in eadem sinodo, ut iam diximus, Eberardus Aquilegiensis patriarcha. Interfuit etiam Wido archiepiscopus Mediolanensis, Adelbertus quoque archiepiscopus Premensis[a], Rambaldus archiepiscopus Arelatensis, Ugo archiepiscopus Crisopolitanus, Raginaldus episcopus Papiensis, Wido Placentinus episcopus. 40 Odolricus Brixiensis, Ambrosius Bergamensis, Gregorius Vercellensis, Riprandus Novariensis, Ambrosius Laudensis, Gumpertus Taurinensis, Wibertinus[b] Astensis, Petrus Terdonensis, Liuzo[c] Bobiensis, Erimbertus Albinganensis, Ubaldus Cremonensis, Rolandus Ferrariensis, Sifredus Regiensis, Wibertus Mutinensis, Cadilus Parmensis, Martianus Mantuanensis[d], Arinulfus Imolensis[e], Odolricus Tridentinus, Astulfus Vicentinus,

48. a) Pm̄si *cod.* b) Wibertinus *corr.* Wibetinus *cod.* c) Liuro *cod.* d) Mantuanensis *corr.* Mantuensis *cod.* e) Iesolensis *cod.*

1) *Cf. 'Mittheilungen des Instituts für österr. Geschichtsforschung' II, 90.*

Arnaldus Pataviensis[f]. Liuterus Cumanus. Interfuit etiam Balduinus Salciburgensis archiepiscopus. Gebaardus Radisponensis. Suiterus[g] Pabinbergensis. Poppo Prixenensis. Severus Pragensis[h]. Ebemannus Firmensis. Sibigo Spirensis. Arnaldus Warmatiensis. Gebaardus[i] Agistetensis. Macilinus Feltrensis. Ruoterius Travisiensis[k]. Adelgerus Istriensis. Interfuere quoque canonici memoratae Veronensis ecclesiae, quorum nomina haec sunt: Amelricus archidiaconus. Artuuinus prepositus. Isnardus et Adelberus diaconus, aliique quamplures.

---

# 49. HEINRICI III. ET CLEMENTIS II. CONCILIUM ROMANUM.

(1047. Ian.)

*Imperatorem primo synodi die a patribus usque ad vesperam exspectatum esse, non vero venisse, docemur bulla Clementis II. papae, qua archiepiscopo Ravennati privilegium confirmat ad dexteram pontificis in concilio sedendi (Ughelli 'Italia sacra' II, 361; Mansi XIX, 626; Jaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. nr. 4141). Decretis concilii, recte ut videtur, adnumeratur canon de ordinatione simoniaca, cuius mentionem facit Petrus Damiani in Libro Gratissimo cap. 37 (Libelli de lite I, 70):* Post longa sane disceptationum hinc inde volumina tandem suggestum *(sc. Leoni IX.)*, reverendae memoriae nuper eiusdem sedis episcopum decrevisse Clementem: ut quicumque a symoniaco consecratus esset, in ipso ordinationis suae tempore non ignorans symoniacum, cui se obtulerat promovendum, quadraginta nunc dierum penitentiam ageret et sic in accepti ordinis officio ministraret. *Praeterea alterius canonis fragmentum superstes esse videtur, quod a Mansio 'ex schedis mss. biblioth. capituli cathedralis ecclesiae Luc.' erutum (Supplementa p. 1277; ed. Veneta XIX, 627) infra proposituri sumus. Cum inscriptio canonis ipsum anno 1047 deleget, non praetereundum certe est, eadem verba inveniri in decretis concilii cuiusdam tempore Heinrici IV. regis celebrati, quae infra nr. 67 edituri sumus. Hanc synodum ergo canonem concilii Romani sub Clemente II. habiti repetivisse censeamus oportet. Lacunas ergo et menda codicis, quem adhibuit Mansi, e codice Parmensi emendari licet.*

*(P. deest.)*

Canon. Lex concilii Clementis quod detinuit Romae cum Henrico imperatore.

Iussum[a] est antiquitus et nos sub anathemate id ipsum interdicimus de haeresi[b] simoniaca. Quae [quoniam increvit inepta][c], sancta decrevit[d] synodus, nullum[e] aut ecclesiarum consecrationem aut clericatus ordinationem aut archipresbyteratum aut commendationes altarium aut traditiones ecclesiarum aut abbatias aut praeposituras vendere. Quisquis contradixerit[f] aut vendiderit anathema sit.

**48.** f) Pataviensis *corr.* Patavensis *cod.* g) Liuterus *cod.* h) Pagensis *cod.* i) Gebardus *corr.* Gebaardus. k) Traviensis *cod.*

**49.** a) Issum *cod. Luc.* b) haeresis *cod. Luc.* c) *haec e cod. Parmensi supplevimus; lacuna in Luc.* d) decretum *cod. Luc.* e) episcopum *add. cod. Parm.* f) conduxerit *rectius cod. Parm.*

# 50. EDICTUM DE IURAMENTIS CLERICORUM.

(1047) Apr. 3.

*Fundamentum editionis adhibuimus codicem tabularii ecclesiae S. Ambrosii Mediolanensis* (M) *saec. XII. ex., Decretum Gratiani cum appendicibus quibusdam continentem*[1], *ut docuit nos vir cl. Maassen Vindobonensis; cui edictum fol. 314' illatum est; contulit vir rev. Ceriani praefectus bibliothecae Ambrosianae. Praecedit edictum rubrum hoc:* Constituo nova divi henrici imperatoris agusti daт. III. nп. aprilis in civitate arīmino. *Cum quo tempore convenit id quod allegat bulla Honorii II. papae*[2], *quae edictum nostrum confirmat et verba eius plerumque usurpat, Decr. Greg. L. II. t. 7. c. 1 (Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II, nr. 7401). Praeterea adnotavimus lectiones codicum 4. 6—9 Libri Papiensis secundum editionem Boretii LL. IV, 584, et perpaucas lectiones* (V) *codicis Lombardae Vindobonensis Ius civ. 39*[3] *saec. XII. in. secundum Pertzium. De forma scripti, quod 'breve' nuncupant diplomatici, cf. quae disseruit vir cl. Steindorff 'Jahrbücher Heinrichs III.' II, 386. De re ipsa cf. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' I, 57. III, 112. — Stumpf, Reg. 2329. (P. 41.)*

Heinricus[a] divina pietate secundus Romanorum imperator augustus omnibus. Quoniam[b] legibus[4] cautum est, ut nemo clericorum[c] iurare praesumat, alibi[5] vero reperitur scriptum, ut omnes principales personae in primo litis exordio subeant iuramentum[d] calumpniae, nonnullis legisperitis res[e] venit in dubium: utrum clerici iusiurandum praestare debeant, aut alii[f] personae hoc offitium liceat delegare. Quia enim[g] illud constitutionis edictum, ubi clerici iurare prohibentur, a Marciano[h] augusto Constantino[i] praefecto praetorio[6] de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. Ut ergo ista dubietas ab omnibus[k] penitus auferatur, nos[l] illam divi Marciani[m] constitutionem ita interpretari decrevimus[n], ut ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum divus Iustinianus[7] iure decreverit[o], ut canones patrum vim legum habere oporteat, et in[p] nonnullis[q] patrum canonibus reperiatur[r], ut clerici iurare non[p] audeant, dignum est, ut totus clericalis ordo a praestando iuramento[s] immunis esse procul dubio censeatur. Quapropter nos, utriusque divinae videlicet et humanae legis intentione servata[t], decernimus et[u] imperiali auctoritate inretractabiliter diffinimus, ut non episcopus[v], non presbiter, non cuiuscumque[w] ordinis clericus, non abbas, non

**50.** a) Heinricus — omnibus *des. M.* b) In 4. 6—9; Quoniam in omnibus *V.* c) clericus *M.* d) iusiurandum 4. 6—9. e) *deest* 4. 6. 9. f) aliae 6—9. g) *deest M.* h) *restitui;* Marco *M. V;* Theodosio 4. 6—9. i) *restitui;* Constitantino *M;* Tauro 4. 6—9; est constitutum *V.* k) Ut haec erga dub. omnibus 4. 6—9. l) *deest* 4. 6—9. m) Marci *M. V;* Theodosii 4. 6—9. n) decernimus 4. 6—9. o) decreverat 4. 6—9. p) *deest* 4. 6—9. q) nullis 4. 6—9. r) reperitur 4. 6—9. s) iusiurando 4. 6—9. t) *deest* 4. 6—8. u) et — diffinimus *des. M.* v) episcopi non presbiteri 4. 6—9; *M inseruit* non abbas *post* episcopus. w) cuiusque *M.*

1) *Cf. 'Archiv' IX, 639: 'Decretalium collectio'.* 2) *ed. Friedberg Tom. II, p. 265:* secundum etiam decisionem filii nostri H. quondam imperatoris ut accepimus Arimino factam tertio Nonas Apriles sicut ibi continetur, cuius sunt verba *etc. Tempus, quod his praebet Lünig 'Reichsarchiv' IV, 82 et XV, 149* (Dat. Arimini III. Kal. April.), *certe pendet a mala scriptura exempli cuiusdam illius bullae pontificiae.* 3) *De quo cf. LL. IV, p. CVII.* 4) *L. 25. C. episcopis (I, 3).* 5) *Iuliani Nov. 122, 1.* 6) *Est lex 25. Cod. I, 3. Lectio, quam praebent codices Libri Papiensis, spectat ad legem 20. Cod. I, 3:* Impp. Theodosius et Valentinianus aa. ad Taurum p. p. 7) *Iuliani Nov. 119, 1.*

aliquis monachus vel sanctimonialis in quacumque controversia sive criminali sive civili iusiurandum compellatur qualibet ratione subire, set suis idoneis advocatis hoc officium liceat[x] delegare.

Dat. III. Non. Aprilis in civitate Arimino[y].

# 51. HEINRICI III. ET LEONIS IX. CONCILIUM MAGUNTINUM.

### 1049. Oct. 19.

*Ex actis superest sola synodica Leonis IX. pontificis, qua concilii decretum de sede Bisuntina a Bertaldo pseudoepiscopo petita promulgavit, quaeque subscriptionibus Heinrici III. imperatoris et multorum episcoporum insignita est. Legitur in codice Musaei Britannici Cotton. Claudius C. VI. membr. in folio, post Decretum Burchardi Wormatiensis, fol. 164. 165 sub rubro:* Privilegium domni Leonis noni pape ad Hugonem Uesonticensem archiepiscopum de contentione quae fuit in Magontina synodo inter ipsum Hugonem et Bertaldum qui sibi usurpabat archiepiscopale nomen. *Apographon hoc factum esse videtur ex authentico, quippe quod in margine penes testium nomina praebet circuli et monogrammatis pontificii imagines*[1]. *Librarius tamen duobus locis inter testium nomina glossas intrusit et testium nomina aliquantisper depravavit ordinemque eorum confudit. Edidit e codice Cottoniano iam olim Theiner 'Ueber Ivos vermeintliches Decret' (Mainz 1832) p. 89 et iterum 'Disquisitiones criticae' (Romae 1836) p. 203; ab hac editione pendet Richard 'Histoire des diocèses de Besançon et de St. Claude (Besançon 1847) I, 622, quam editionem repetivit 'Gallia christiana' XV, preuves p. 9. — Stumpf, Reg. 2376. Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. nr. 4188.* (*P. deest.*)

Leo episcopus servus servorum Dei omnibus sanctae ecclesiae filiis tam praesentibus quam futuris. Gratias agentes Deo et domino nostro Iesu Christo, qui mediocritatem nostram nullis meritis fultam ad apostolicae tamen sedis culmen evexit et synodalibus decretis de corpore sancte christianitatis, cuius ipse caput est, aliqua inconvenientia et etiam nocentia amputare concessit, per hanc nostrae praeceptionis paginam innotescimus eorum aliqua quae gessimus in synodo Magontina, in qua nobis consedit prudentissimi filii nostri Heinrici II. Romanorum imperatoris augusta maiestas multorumque fratrum et coepiscoporum nostrorum nec non abbatum reverenda sanctitas, honestorum clericorum atque laicorum religiosorum praesente non parva multitudine. Dampnata enim symoniacha haeresi eaque radicibus extirpata, cum de divinis officiis et sacris ordinibus diversa emergerentur[a] negocia, ecce quidam Bertaldus nomine coram se protulit seque archiepiscopum Vesonticae esse clamavit eaque de re quaerimoniam se velle facere, quia multis iam annis esset consecratus nec receptus, immo alius sedem suam invasorię possideret. Quo dicto, rogans sibi causidicum fratrem nostrum Coloniensem archiepiscopum Herimannum, laudante synodo nobisque annu-

50. x) debeant 4. 6. y) Dat. — Arimino *suppleei ex inscriptione M et bulla Honorii II.*

51. a) emergeretur *cod.*

1) *Similes iis, quas dedit Ewald 'Neues Archiv' IV, 184.*

entibus, assecutus est. Qui sumens causam eius dicendam, a rege Burgondionum Rodulfo exorsus est, cui idem Bertaldus famulabatur indebitamque subiectionem impendebat, cum forte contigit Hectorem archiepiscopum Vesonticensem a corporis vinculis absolvi eiusque cathedram remanere vacuam. Beneficio[b] vero regis idem Bertaldus, dictante causidico suo, professus est investituram se eiusdem archiepiscopatus accepisse eoque rege praecipiente a suffraganeis episcopis consecratum fuisse et in sede episcopali sedisse et etiam ordinationes fecisse, sed contradicente sibi episcopatum quodam comite Willelmo, postea expulsum a Walterio antecessore Hugonis eiusdem sedis archiepiscopi, qui tunc nostrae synodo intererat, contra quem de sua sede clamabat. Dicebat etiam, quod post expulsionem[c] suam a Romano pontifice palleum cum privilegio acceperit ad suscepti honoris confirmationem. Cui quaerimoniae ipsum Hugonem archiepiscopum iussimus respondere, qui etiam nostra indulgentia Bremensem[d] archiepiscopum Albertum in suum suscepit causidicum. Quo dictante, taliter obiecta cepit repellere: quod eidem Bertaldo sedem quam requirebat nec ipse abstulerit nec antecessor suus, quia nunquam in sedem ascendisset, nunquam ibi quicquam episcopaliter egisset, pro eo quod nec clerus nec populus eum elegerit nec ab eis receptus est, sed omni contradictione repulsus; quia magnam pecuniam, ut episcopus fieret, regi dedisset, et quia contra ius loci fecisset, qui semper electionem sui episcopi ipse habuisset; se vero in eadem ecclesia, cum officio cantoris fungeretur, mortuo antecessore suo, memoravit a clero et populo electum et etiam invite abstractum et, cum iam in episcopatu octavum decimum annum duceret, nunquam se amplius quicquam calumniae ab eodem Bertaldo passum in aliqua synodo, cum iam multis interfuisset, sed nec etiam aliquid[e] super hac re verbum alicubi contra se fuisse prolatum, cum quiete pastorale officium sumpsisset et quiete tunc usque administrasset. Requisitus est autem a synodo ipse Bertaldus, si quod[f] proposuisset evidentibus testimoniis probare potuisset, quod scilicet in sede sederit ibique ordinationes fecerit, super hoc etiam quod electus esset a filiis ecclesiae, quod canones praecipiunt fieri debere. Quid plura? Consilium petiit, concessimus. Reversus, quae proposuit cum probare non posset, interrogavimus a sancta synodo quid super hoc decerni debuisset. Itaque pari consensu et communi consulto, prolatis sacrorum canonum sententiis, decrevit sancta synodus eundem Bertaldum a filiis ecclesiae non electum, non receptum, non pro pastore habitum, sed semper repudiatum, semper repulsum, invitis dari non potuisse nec debuisse ideoque perpetua taciturnitate ab huiusmodi quaerimonia debere cessare: Hugonem vero archiepiscopum a clero et populo expetitum, electum, sedem tanto tempore tranquille possidentem, nulla umquam calumnia ab eodem Bertaldo inquietandum perpetua pace debere eundem episcopatum possidere, quia ille pastor esset qui per hostium intraret, qui vero aliunde, fur et latro. Quam sententiam iuste et canonice prolatam nostra et apostolica auctoritas roboravit, laudante dulcissimo filio nostro prenominato augusto cunctoque qui aderat clero et populo. Placuit etiam universae synodo, nostro apostolico tutamine eundem Hugonem archiepiscopum muniri debere, imposito nostrae auctoritatis anathemate, ne unquam deinceps liceret Bertaldo aliquam calumniam inferre tam ipsi archiepiscopo quam etiam eius Vesonticensi aecclesiae; quod et fecimus proprio ore, synodo respondente: 'fiat, fiat'. Quapropter dignum duximus, tam ad huius rei memoriam futuro tempore habendam quam ad exemplum posteris dandum, omnia sicut premissa sunt ex ordine scribenda esse. Quibus ita terminatis, una cum episcopali officio etiam archiepiscopalia insignia eidem Hugoni archiepiscopo per hanc paginam concedimus et confirmamus, crucem videlicet ac palleum et quicquid antecessores eius ab antecessoribus nostris constat promeruisse, ut qui pollet meritorum laudabili dignitate, tam in virtute scientiae quam in morum honestate polleat etiam

**51.** b) Bonefacio *cod.* c) expusione *cod.* d) Bremense *cod.* e) aliquis *cod.* f) quid *cod.*

ornamentorum pulcritudine in omni archiepiscopalis culminis plenitudine semperque meminerit in exteriori decore interiorem decorem procurare, ut forma facti dominici gregis exemplum boni operis de se praebeat suis, virtutem pontificatus simul cum nomine habens, pontem se faciens et per se populum Dei ad eum transmittens. Hanc vero paginam, ut omne quod legitur certius habeatur, propriae manus subscriptione et ipsi corroboravimus et augusta manu coepiscoporumque[g] nostrorum qui ibi affuerant propriis subscriptionibus confirmari iussimus ad laudem Dei et domini nostri Iesu Christi.

Heinricus Dei gratia secundus Romanorum imperator augustus.
Iohannes Portuensis episcopus.
Hii duo Romani[h].
Bardo Magontinus archiepiscopus.
Burcardus Alvestedensis episcopus.
Albertus Pragensis[i] episcopus.
Ruod[olfus] Padebrunensis episcopus.
Sibico Spirensis episcopus.
Gebeardus Eistetensis episcopus.
Arnulfus Warmaciensis episcopus.
Adelbero Wirziburgensis[k] episcopus.
Hescelo Strazburgensis[l] episcopus.
Theodericus Constanciensis[m] episcopus.
Heinricus Augustensis episcopus.
Ascelinus Bauenbergensis episcopus[1].
Stephanus Antiquae Urbis episcopus[2].
Ascelinus Eldinensensis[3] episcopus.
Balduinus Salseburgensis archiepiscopus.
Gebeardus Ratisponensis episcopus.
Nito Frisigiensis episcopus.
Duo episcopi Leuticiorum.
Herimannus de Castello Felicitatis[4] episcopus.
Herimannus Coloniensis archiepiscopus.
Benno Traiectensis episcopus.
Bruno Mindensis episcopus.
Albericus Osenbrugensis episcopus.
Rodbertus Mimigardevordensis[n] episcopus.
Tetuinus Leodicensis episcopus.
Hugo Crisopolitanus archiepiscopus, cuius causa fuit[o].
Theodericus Basileensis episcopus.
Hebreardus Treverensis archiepiscopus.
Adalbero Metensis episcopus.
Theodericus Verdunensis episcopus.
Hunfredus Magedeburgensis archiepiscopus.
Hunaldus Meresburgensis episcopus.
Tancoardus Brandeneburgensis episcopus.

**51.** g) coepiscopiscoporumque *cod.* h) *verba* Hii duo Romani *certe glossema librarii sunt.* i) Spragensis *cod.* k) Wiziburgensis *cod.* l) strabnrgensis *cod* m) Constamnensis *cod.* n) muni gardevordensis *cod* o) *verba* cuius causa fuit *infra lineam posita certe glossatoris sunt.*

1) *Bambergensi nomen erat Hartwico.* 2) *Abelinus Aldenburgensis esse videtur.* 3) *i. e. Hildensemensis.* 4) *Città di Castello.*

Eppo Nuenburgensis episcopus.
Bruno Misnensis[p] episcopus.
Albertus Bremensis archiepiscopus.
Walo Iburgensis Danorum episcopus[1].
Tetuinus Concordiensis episcopus de Aquileia.

Data XIV. Kalendas Novembris per manus Petri diaconi bibliothecarii et cancellarii sanctae apostolicae sedis, anno domini Leonis noni papae primo, indictione tertia.

---

# 52. 53. CONSTITUTIONES TURICENSES.

## 1052. Iun. 17.

### 52. *CONSTITUTIO LANGOBARDICA DE VENEFICIIS. 1052. Iun. 17.*

*Damus secundum editionem novissimam Libri Papiensis (LL. IV, 584) e codicibus 4. 6—9 huius Libri, adnotatis variis lectionibus cum* (D) *codicis cuiusdam Sancti Marci Veneti olim Dolleonii saec. XIII. ex. fol. 27', qui Libros Feudorum et Anselmini de Orto commentarium continet, iam olim a b. m. Iohanne Merkel excussi, tum* (V) *codicis Lombardae Vindobonensis Ius civ. 39 saec. XII. in. Praeterea praesto erant adnotationes paucae quas fecerat ipse Iohannes Merkel e codice ecclesiae cathedralis Mutinensis II. 15*[2] *saec. XI, ubi constitutio legitur fol. 103; qui codex solus lineam temporis servavit. Revera imperatorem die Iun. 17. anni 1052 Turegi degisse et episcopis Italicis privilegia donasse, diplomata testantur; v. Stumpf nr. 2427. 2428. — Stumpf, Reg. 2453.*

*(P. 42.)*

Heinricus[a] divina pietate secundus[b] Romanorum imperator augustus omnibus Longobardis[c]. Decet imperialem sollertiam ita rei publicae curam agere, ut sic sollicitetur[d] erga praesentia[e], quatenus ea quoque diligenter provideat quae posteris sint utilia ac profutura. Id autem tunc satis competenter agitur, cum bonis virtutum praemium, impiis autem digna ultio sibi[f] ad vindictam, aliis ad exemplum recompensetur. Set quoniam omnia quae mundus habet humanum genus excellit, de eius salute tanto praecipue curandum est, quanto manifestius constat, quod[g] omnipotens quoque Deus pro eius redemptione unigenitum suum ab aeterna sede divinitatis suae in terras misit. Quapropter quoniam plerosque[h], pro dolor[i], veneficio ac diverso genere furtivae mortis perire audivimus, super hoc dum Turegi universali conventu Longobardorum sederemus, huiusmodi legem episcoporum, marchionum, comitum, aliorumque multorum nostrorum[k] fidelium consensu et auctoritate probari sanctimus. Quicumque veneficio seu quolibet modo furtivae mortis aliquem peremerit aut inde consentiens fuerit, mortis sententiam incurrat omniumque suarum rerum[l] mobilium seu immo-

**51.** p) *emendavi;* smarnensis *cod.*

**52.** a) H. *cod. Mutinensis;* Heinricus — augustus *des. D.* b) sedis *cod. Mutin.* c) *deest* 6. d) sollicitet *D;* et sic sollicitari *V.* e) presentiam 6. *V.* f) tribuitur si *D.* g) quoniam *D.* h) in plerisque *D.* i) dolorum *D.* k) nostrorumque *D.* l) omnium autem *D.*

1) *Hunc esse Walonem Ripensem, cui hic Viborg civitas nomen dederit, recte indicat Steindorff 'Heinrich III.' II, 94 not. 4.* 2) *Cf. 'Archiv' XII, 700 et 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' II, 466.*

bilium facultatem amittat. Ita tamen ut pretium[m] decem librarum[n] pro legitimo widrigildo[o] propinquis perempti[p] primum inde detur, reliqui rursus medietas eisdem[q] propinquis veniat[r], altera autem medietas[s] ad fiscum accedat. Si quis vero praedicti criminis aut de facto aut de consensu accusatus, negare voluerit, aut per duellum, si liber est, si vero servus, per iudicium[1] se defendat[t] aut similem sententiam incidat. Ad hoc autem volumus nostraque imperiali auctoritate sancimus, ut quicumque hominibus praedicti reatus noxiis refugium aut subsidium aliquod praebuerit, omnis eius possessio in publicum veniat, ipse vero nostram omniumque nostrorum indignationem incurrat[u].

Data[v] Turegi XV. Kal. Iulii, ind. V.

## 53. *CONSTITUTIO DE CONIUGIIS ILLICITIS.*

*Eadem editionis subsidia aderant, quae ad constitutionem de veneficiis edendam adhibuimus, excepto codice Mutinensi*[2]. *Constitutionem nostram et ipsam in curia Turicensi anni 1052, non vero anni 1054 emanasse, dictatus similitudo comprobare videtur, ut iam vir cl. Steindorff 'Jahrbücher Heinrichs III.' II, 387 animadvertit. — Stumpf, Reg. 2452.*
*(P. 42.)*

Heinricus divina pietate secundus[a] Romanorum imperator[b] augustus omnibus subiectis imperio[c]. Quoniam nobis divinae pietatis providentia imperialis officii curam commissam credimus[d], nos[e] quoque erga ea quae ad christianas religiones et ad cultum iustitiae pertinent[f] iugiter sollicitari[g] debemus. Quapropter cum Turegi universali conventu nostrorum fidelium Italicorum sederemus, orta quaestione[h] de illicitis coniugiis, consilio nostrorum principum, archiepiscoporum, episcoporum[i], marchionum, comitum ac iudicio iudicum seu[k] consensu omnium iudicantium huiusmodi sententiam diffinivimus[l]. Omnia scilicet, quae sancti canones vel sacrae leges nostrorum praecessorum inde statuerunt[m], summa auctoritate confirmavimus et inde[n] etiam nostro imperiali iure addimus, ut quicumque seu[o] in legitima aetate sive infra legitimam aetatem uxorem duxerit vel desponsaverit[p], si morte praeventus fuerit, nulli propinquorum suorum[o] liceat viduam vel desponsatam illius uxorem ducere. Quod si quis hoc fecerit, tam mulier quam vir ex hac lege exheredati sint[q] omniumque[r] bonorum eorum medietas ad fiscum[s] deveniat, altera vero medietas propinquis parentibus legitimis hereditario iure deveniat[t]. Et quicumque ex huiusmodi coniugio[i] natus fuerit, ipse quoque, sicut et parentes sui, ex[o] hac lege exheredatus sit.

**52.** m) pretio *D.* n) auri *add.* 9. o) guidualdo *D.* p) parentibus 6. 9. q) eiusdem *D.* r) deveniat 4. s) pars 4. t) defendet *D.* u) nisi se defenderit ut diximus *add.* 4. 6—9. *D*; *pro addititiis significantur in* 7—9; *des. cod. Mutin. V.* v) *Data — V. in solo cod. Mutin.*

**53.** a) *loco* Heinricus — secundus *D*: Idem. b) imp. Rom. *D.* c) *sic D*; sub. imp. *des. V.* 4. 6—9. d) condiximus *D.* e) nos — religiones *des.* 7. 8. f) pert. iust. *D.* g) sollicitare 4; sollicitute *D.* h) ortam quaestionem *D.* i) *deest D. V.* k) seu — iudicantium *des. D.* l) diffinimus 6—9. *D.* m) statuunt *D.* n) eum *D.* o) *deest D.* p) *finitur cod.* 4. q) sunt *D.* r) et omnium *D.* s) ad fisc. med. *D.* t) iure hered. perveniat *D.*

1) *i. e. iudicium Dei, nimirum ferventis aquae, ut animadvertit Waitz 'Deutsche Verfassungsgeschichte' VIII, 84 not. 1.* 2) *Liber Pap. LL. IV, 585; cod. Dolleonii fol. 28.*

# 54. CONSTITUTIO DE CONTEMPTORIBUS IMPERATORIS.

(1047—1056.)

*Fragmentum seu mavis excerptum constitutionis eo tantum iure Heinrico III. adscribi licet, quod in codicibus cum constitutionibus eiusdem imperatoris de veneficiis et de coniugiis illicitis intime coniunctum habetur. Verisimile etiam est, et ipsam constitutionem nostram in curia Turicensi a. 1052. m. Iunio emanasse, praesertim cum dictatus formae eius, quam genuinam esse censemus, prope accedat ad dictatum constitutionis de veneficiis*[1]. *Triplex enim est forma, qua fragmentum nobis servatum est. Prima legitur in codicibus Libri Papiensis 6—8 (LL. IV, 585), in codice* (D) *S. Marci Veneti olim Dolleonii saec. XII. ex. fol. 28, in codice Lombardae Casinensi altero 468 saec. XIII.*[2] *et in editionibus Lombardae Lindenbrogiana et Goldastiana. Ex hac forma per depravationem librarii et per correctorem quendam orta est secunda, quam praebet editio Boeriana Lombardae*[3]. *Forma secunda induxit alium quendam ad tertiam conficiendam*[4], *quae legitur in Heroldi Originum ac Germanicarum antiquitatum libris p. 343. Quae cum ita sint, nos formam primam eamque genuinam ope Libri Papiensis et codicis Dolleonii proponimus, formis aliis ex editione Boretii (LL. IV, 639) repetitis et in adnotationem reiectis. — Stumpf, Reg. 2524.* *(P. 42.)*

Heinricus[a] divina pietate secundus Romanorum imperator augustus omnibus[b]. Decet[b] imperalem solertiam contemptorem suae praesentiae capitali dampnare sententia.*

*) *Textus editionis Boerianae:* Henricus divina miseratione et pietate secundus Romanorum imperator augustus ac semper magnificus triumphator omnibus. Decus et imperialem solertiam sue presentie contemptorem capitali sententia damnare convenit.

*Textus editionis Heroldianae:* De spreta maiestate. Tit. VI: Henrichus divina pietate II. Romanorum imperator augustus. Omnem decoris ac solertiae imperialis ac praesentiae contemptorem capitali damnare sententia convenit.

---

# 55—57. CONSTITUTIONES FEUDALES DUBIAE.

(1047—1056.)

*Cum iam primae constitutiones hic edendae sint, quas solummodo opus quod apellatur 'Libri Feudorum' nobis servavit, praemittendum nobis est, omnium harum constitutionum textum nos debere benivolentiae et studio viri cl.* Karoli Lehmann *Rostochiensis, qui in*

54. a) *loco* Heinricus — secundus *D*: Idem. b) [O]mnibus decet *D*.

1) *Cf. Steindorff 'Jahrbücher Heinrichs III.' II, 386.* 2) *V. LL. IV, p. CII et 639.* 3) *De qua cf. LL. IV, p. CX. Luce clarius est, verba* Decus et *orta esse ex voce* Decet *formae primae, et vocem* convenit *a correctore sensus supplendi causa additam esse.* 4) *Iste enim vocem* omnibus *ad arengam pertinere opinatus, in vocem* omnem *eam variavit.*

*editione illius operis nova paranda indefessa diligentia laborat. Constitutiones autem sunt hae: tria dubia Heinrici III. (Feud. II, 57. V, 2. V, 3; Pertz 200. 13. 14); Friderici I. constitutio dubia, a Pertzio Cuonrado II. vindicata (Feud. II, 40; Pertz 38**); Friderici I. constitutio de pace tenenda (Feud. II, 27; Pertz 101); eiusdem constitutionis de iure feudorum capita duo ultima (Feud. II, 53. 54; Pertz 113 not. c); eiusdem constitutio Aurimana (Feud. post II, 54; Pertz 162); tria spuria Lotharii III. (Feud. II, 52, 3. II, 52, 2; I, 19—23; Pertz 80. 82. pars II, 184). Subsidia quae vir cl. Lehmann ad textum istarum constitutionum parandum adhibuit haec sunt:*

*Codices primi ordinis: 1. Paris. lat. 4615 saec. XII; 2. Tubing. Ms. 11 saec. XII; 3. Bamberg. P. I. 18 saec. XIII; 4. Paris. lat. 4676 saec. XIII.*

*Codices secundi ordinis: 5. Bamberg. P. II. 4 (C. 38) saec. XIII; 6. Paulin. Monast. saec. XIV; 7. Halensis saec. XIV; 8. St. Gallensis Nr. 744 saec. XIV; 9. Metensis Nr. 64 saec. XIV; 10. Turonensis 565 saec. XIII; 11. Monacensis 3509 saec. XIV; 12. Monacensis 23559 saec. XIV; 13. Paris. lat. 4567 saec. XIV; 14. Vratislaviensis Rehd. Nr. 216 saec. XIV; 15. Wirzburgensis f. 3 saec. XIV.*

*Codices vulgatae lectionis Feudorum: 16. Monacensis 3502 saec. XIV; 17. Monacensis 14035 saec. XIV; 18. Monacensis 8006 saec. XIV; 19. Bamberg. D. II. 10 saec. XIV; 20. Lugdunensis HD saec. XIII; 21. Metensis 65 saec. XIV; 22. Metensis 66 saec. XIV; 23. St. Gallensis 749 saec. XIV; 24. Francofurtanus saec. XIV; 25. Karlsruhensis saec. XIV; 26. Regiomantanus Wallenr. 101 saec. XIV; 27. Hamburgensis saec. XIV; 28. Harniensis Nr. 395 saec. XIV; 29. Parisiensis Nr. 4428 saec. XIV; 30. Venet. Dolfonius saec. XIII; 31. Paris. Nr. 4427 saec. XIV; 32. Paris. Nr. 4437 saec. XIV; 33. Paris. Nr. 4439 saec. XIV; 34. Paris. Nr. 4440 saec. XIV; 35. Paris. Nr. 15419 saec. XIV; 36. Paris. Nr. 16905 saec. XIV; 37. Turonensis 640 saec. XIV; 38. Berolin. 18 saec. XIV; 39. Berolin. 19 saec. XIV; 40. Bremensis 132 saec. XIV; 41. Bremensis 148 saec. XIV; 42. Casselanus 4. V. saec. XIV; 43. Lipsiensis 874 saec. XIV; 44. Vindobon. 2110 saec. XIV; 45. Vindobon. 2262 saec. XIV; 46. Vindobon. 2058 saec. XIV; 47. Vindobon. 2254 saec. XIV; 48. Gottingensis saec. XIV; 49. Metensis 114 saec. XV; 50. Lugdunensis 75 saec. XV.*

*Editiones: Ed. I = Editio consuetudinum Feudorum Argentorati (Eggesteyn) 1472; Ard. = Summa Iacobi de Ardizone; Alv. = Iacobus Alvarottus, Lectura in usus feudorum; Barat. = B. Baraterius, Libellus feudorum reformatus; Minc. = Minucccius de Prato veteri, de feudis libri sex; Cui. = Cuiacii editio consuetudinum Feudorum.*

*Heinrici imperatoris cuiusdam tria constitutionum feudalium fragmenta in Libris feudorum servata hoc loco posuimus, quamvis valde dubium sit, utrum Heinricus III. eas condiderit an alius eiusdem nominis imperator. Omnia sane seu multoties variata seu omnino ficta esse iudicemus.*

## 55. *CONSTITUTIO DE CAUSIS FEUDI AMITTENDI.* *Aug. 6.*

*Exstat in Libris Feud. l. II, tit. 57. Hanc vir cl. Eichhorn Heinrico III, Pertzius Heinrico VI. et anno 1196 vindicavit, b. m. Waitz 'Deutsche Verfassungsgeschichte' VI, 2 not. 4 eam affinitatem quandam cum secunda habere contendit. Deest in codicibus 1—4. 7. 10. 46. 47. — Stumpf, Reg. 5022.* *(P. 200.)*

Imperator[a] Henricus aug. universo populo etc. Si vasallus inhonestis factis atque indecentibus[b] machinationibus dominum suum[c] offenderit insidiisque eum clande-

55. a) *In plerisque codd. rubrum:* Quot testes sint necessarii ad probandam feudi [novam 11. 22] investituram. Imperator — populo etc. *desunt* 27. 50; Imperator *(des. rell.)* 22. b) inhonestis 11; evidentibus *Mincuccius.* c) *deest* 14 *et aliis.*

stinis vel manifestis appetiverit vel inimicis eius suas amicitias copulaverit atque in aliis sic versatus[d] est, ut potius inimicus quam fidelis esse credatur, vel[e] si eum cucurbitaverit[e] seu in campestri bello suum dominum dereliquerit[f], feudo privabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque testibus summae[g] atque integrae opinionis probatum fuerit manifeste.

Dat. VIII.[h] Idus Augusti feliciter[i].

## 56. *CONSTITUTIO ALTERA DE CAUSIS FEUDI AMITTENDI.* *Aug. 27.*

*Tradidit primus Jacobus de Ardizone in Summa iuris feudalis cap. 150, repetivit Jacobus Alvarotus in libro super Feudis, recepit Cuiacius in libro V. feudorum c. 2, unde transiit in editiones Corporis iuris civilis inter appendices Librorum Feudorum. Tempus quod praebet codex Ardizonis, 1127. Aug. 27, hanc constitutionem Lothario III. vindicare, contendere non audeam. Subsidiis usus est vir cl. Lehmann* 1) *cod. Parisino lat. 4677 Summam Ardizonis continente;* 2) *editione Ardizonis Coloniensi (1563 in 8⁰) fol. 224;* 3) *editione Alvaroti;* 4) *editione Cuiacii. — Stumpf, Reg. 2525.* *(P. 43.)*

Imperator Henricus Dei gratia divina favente secundus Romanorum augustus[a]. De militum beneficiis quoniam dubias variasque causas in[b] regno nostro esse cognovimus ideoque[c] ad rei publicae statum quaedam statuimus. Si quis ergo dominum suum interfecerit vel vulneraverit ipsum, se[d] suamve domum[e] obsederit vel eum[f] cucurbitaverit vel contra ea quae in fidelitate nominantur fecerit[g] vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget: si autem pares habere non potuerit cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat [non vero curiali solus se[h] defendat]. Si quis autem suorum parium, idoneus tamen, exinde se veritatem scire dixerit et per pugnam eum fatigare voluerit, ut per pugnam se defendat dicimus[i]. Si quis autem per annum steterit qui[k] domino non servierit, parium laudatione beneficium[l] amittat, [curiali tamen usu id redimere poterit[m] pro medietate, quantum valuerit]. Sed si hoc defendere voluerit[n], duos vel unum saltem parem ostendat et cum his se serviisse iuret: et si pares paremve habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum servire[o] iuret; [usu tamen curiali solus iurare conceditur[p]: qualiter autem iuret, an solus an[q] cum aliis, nihil interest, dum tamen servitia nominet]. Si autem concorditer cum domino suo se habuerit, dominum[r] saepe videndo, tunc dicimus, ut probet, per testes se[s] servitium fecisse et per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum et vasallum discordia fuerit vel si domicilia in longinquum habuerit[t] vasallus, domino se repraesentando servitium promittat, ut[u] si necesse fuerit, hoc probare possit[v] iureiurando, saltem ad finem controversiae vasallo a paribus dato. Si quidem intra annum servierit quod levissimum fuerit, et dominus aliud servitium imposuerit quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit, usque ad fruges feudi[w] parium extimatione damnum resar-

55. d) conversatus 14. e) vel — cucurbitaverit *desunt* 14. f) *ita* 19. 35; deliquerit *seu* delinquerit 39. 43. 45. 48; reliquerit *vulg.* g) firmae 27. h) VI 21; VII 30. 50; IX 40. i) feliciter *deest* 14. 43; Dat. — feliciter *desunt* 12. 16; Deo gratias *add. multi codd.*

56. a) *ita* 1; Imperator augustus Henricus secundus 2—4. b) et 3. c) ideo 4. d) *deest* 1; dominum 2. 3. e) dominam *male* 2. 3. f) eam 2. 3. g) *deest* 3. h) *deest* 2. 3. i) edicimus 4. k) Si quis autem fuit qui 2; Si quis autem fecerit quod 3. l) non *add.* 3. m) potest 2. 3. n) noluerit 4. o) serviisse 4. p) concederit 1. q) vel 4. r) domino 3. s) *ita* 1; *deest rell.* t) habuerint 2. 4. u) et 4. v) *deest* 2. 3; probet 4. w) feudatarius 2; scilicet 3.

ciat. De aliis vero culpis, unde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se ut supra vel emendet[x].

Datum VI. Kal. Septembr. anno MCXXVII[y].

## 57. *CONSTITUTIO DE VASSALLO DETRUSO.*

*Cum in codice Parisino 4677 Ardizonis non extet, adhibenda sunt* 1) *editio Ardizonis Coloniensis c. 150 fol. 226'*; 2) *Alvarotus*; 3) *Cuiacius l. V, c. 3. Vir cl. Lehmann monuit, hanc constitutionem affinitatem quandam habere cum constitutione Feud. II, c. 38, ut iamiam Cuiacius animadverterit; illius enim verba* sed eum offendere non debet *respondere verbis* contemptus senioris sui. — *Stumpf, Reg. 2526.* *(P. 44.)*

Imperator Henricus. Si contigerit, feudum incuria aut fidelis neglectu consortibus applicari, nullum[a] ex eo levamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemptus illusus fiat ob quem feudum iure dimiserat. Sane qui aliter fecerint quam quod mens saluberrimae nostrae constitutionis exposcit, beneficio se carituros esse cognoscant, ita ut eis amplius sperare non liceat: seniori danda licentia tam[b] ab ipsis eorumque posteris quam[c] ceteris detentatoribus praedictum beneficium vendicandi.

56. x) emendat 3. y) *ita* 1; Dat. — MCXXVII *desunt* 2. 3.
57. a) nullus 1. 2. b) *deest* 2. c) qua 2.

# HEINRICI IV. CONSTITUTIONES.

## 58–61. CONCILIUM WORMATIENSE.

(1076. Ian. 24.)

### 58. *EPISCOPORUM EPISTOLA GREGORIO VII. MISSA.*

*Praesto erant* 1) *cod. Hannoveranus XI. 671 (olim Flacii Illyrici) saec. XVI. fol. 196, qui solus nomina episcoporum continet;* 2) *idem fol. 49, unde transiit epistola in Catalogum testium veritatis p. 355;* 3) *collectio Udalrici Bambergensis secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 103 nr. 48, et quidem* 3a) *codex Vindobonensis 398 fol. 72 et* 3b) *codex Zwetlensis 283 p. 130;* 4) *codex Guelferbyt. 1126 (Helmst. 1024) saec. XII. fol. 58' in editione Iafféi;* 5) *codex Monacensis lat. 18541a (Tegerns. 541a) saec. XI. fol. 223, cuius textus aliquoties discrepat a ceteris*[1]. *Sub siglo* G *adnotavimus paucas lectiones editionis Goldastii 'Constitutiones imperiales' I, 237, quae et ipsa nomina episcoporum praebet, cum textus, qui ibidem IV, 1, 47 legitur, e Catalogo testium veritatis desumtus sit. Ultimam sententiam epistolae recepit Ekkehardus Uraugiensis in Chronico ad a. 1076, SS. VI, p. 201. Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' I, 373 editionem Pertzii secutus est.* *(P. 44.)*

Sigifridus[a] Magontinus archiepiscopus, Udo Treverensis, Willehelmus Traiectensis, Herimannus[b] Metensis, Heinricus Leodiensis, Ricbertus Verdonensis, Bibo[c] Tullensis, Hozemannus Spirensis, Burckhardus Halberstatensis, Wernherus Strasburgensis, Burchardus Basiliensis, Otto Constantiensis, Adalbero Wirciburgensis, Rǒtbertus Babenbergensis, Otto Ratisponensis, Ellinardus Frisingensis, Udalricus Eistatensis, Fridericus Monasteriensis, Eilbertus Mindensis, Hezil Hiltinishemensis, Benno Osineburgensis, Eppo Neapolitanus[2], Imadus Paterbrunnensis, Tiedo Brandaneburgensis, Burchardus Losannensis, Bruno Veronensis Hildebrando fratri.

Cum primum ecclesiae gubernaculum[d] invasisses, etsi bene nobis cognitum esset, quam illicitam et nefariam rem contra ius et fas familiari tibi arrogantia presumpsisses, dissimulanda tamen dispensatoria quadam taciturnitate tam vitiosa introitus tui exordia putavimus, sperantes videlicet tam criminosa principia consequentis[e] regiminis tui pro-

58. a) Sigifridus — Hildebrando fratri *des.* 2–5. b) H. 1. c) bido 1. d) gubernacula 1. *G*; gubernaculum non bene invasisses, ne his que secularis vitae sunt cognitum *etc.* 5. e) consequentes 3.

1) *Quae in hoc codice fol. 222' legitur epistola Gregorii VII. ad Magdeburgensem archiepiscopum est nr. 4 epistolarum collectarum a Iafféo II, 524.* 2) *i. e. Naumburgensis.*

bitate et industria emendanda[f] et aliquatenus oblitteranda[f]. Verum nunc, ut lamentabilis universalis ecclesiae status clamat et deplorat, malis initiis tuis per[g] peiores actionum[h] decretorumque tuorum progressus infelici respondes tenore et pertinacia[i]. Cum enim Dominus et redemptor noster pacis et caritatis bonum quasi singularem fidelibus suis caracterem impresserit[1], cuius rei[k] testimonia plura extant[l] quam ut epistolari brevitate comprehendi valeant, tu e contrario dum profanis studes novitatibus, dum magis amplo quam bono nomine delectaris, dum inaudita elatione distenderis[m], velut quidam signifer scismatis omnia membra ecclesiae, quae secundum apostolum quietam et tranquillam vitam[k] ante haec tua[n] tempora agebant[2], superba crudelitate crudelique superbia lacerasti flammamque[o] discordiae, quam[p] in Romana ecclesia diris factionibus excitasti[q], per omnes ecclesias Italiae, Germaniae, Galliae[r] et[s] Hispaniae furiali[t] dementia sparsisti. Sublata enim, quantum in te[u] fuit, omni potestate ab episcopis, quae eis divinitus per gratiam sancti Spiritus[v], qui maxime in ordinationibus operatur, collata esse dinoscitur, omnique rerum ecclesiasticarum administratione plebeio furori per[w] te attributa, dum iam nemo[x] alicui[y] episcopus aut presbyter est, nisi qui hoc[z] indignissima[a] assentatione a[b] fastu tuo[c] emendicavit[d], omnem apostolicae institutionis vigorem illamque pulcherrimam membrorum Christi[e] distributionem, quam doctor gentium tociens commendat et inculcat[3], miserabili confusione miscuisti; sicque per haec tua gloriosa decreta, quod sine lachrimis dici non potest, Christi fere nomen[f] periit. Quis autem illud[g] pro indignitate[h] rei non[i] stupeat, quod novam quandam indebitamque potentiam tibi usurpando arrogas, ut debita universae fraternitati[k] iura destruas? Asseris enim, cuiuscunque[l] nostrum parrochiani aliquod ad te[m] delictum vel sola fama perveniat, ultra iam non habere quemquam nostrum aliquam potestatem vel ligandi eum[l] vel solvendi, praeter te solum aut eum quem tu specialiter[n] ad hoc delegeris. Quae sententia quam[o] omnem insaniam excedat, quis in sacris literis eruditus non videat? Quia ergo per hos aliosque praesumptionum tuarum spiritus[p] ecclesiam Dei tam graviter periclitantem, immo[q] fere pessundatam diutius tollerare omni malo deterius iudicavimus, placuit, ut communi consilio omnium nostrum[r] tibi, quod hactenus tacuimus, innotescat, quam[s] ob rem nec modo possis[t] nec unquam potueris[u] sedi apostolicae praeesse. Tu ipse tempore[v] bonae memoriae Heinrici imperatoris te ipsum corporali sacramento obstrinxisti[w], quod nunquam vivente ipso imperatore aut filio eius domino nostro glorioso[x] rege, qui modo summae rerum[y] praeest, papatum aut ipse susciperes aut alium quantum in te esset suscipere patereris absque assensu et laudamento vel[z] patris dum viveret et[a] filii dum et[y] ipse viveret. Adque[b] hoc sacramentum[c] sunt hodie testes plerique episcopi, qui hoc tunc et oculis suis[d] videre et auribus audiere. Illud[e] etiam recordare, quomodo tu ipse[f], cum aliquos

**58.** f) emendata et al. oblitterata 4. g) *deest* 3. 4. h) actuum 5. i) ten. et pert. respondes (respondent 3) 3. 4. k) *deest* 3a. l) existunt 5. m) ostenderis 3. n) tua haec 5. o) flammasque 3; flammas quia 4; flammaque 5. p) quas 4; *deest hic* 3. q) quas *add.* 3. r) *deest* 3. s) *deest* 5. t) ubique *add.* 5. u) in te *des.* 4. v) Sp. sancti 3. 4. w) a 5. x) nemo iam 3. 4. y) alicubi 5. z) haec 1. 2; hac 4. a) indigna 5. b) *deest* 5. c) suo 4. d) emendicaverit 5. e) m. Chr. *des.* 5. f) nom. fere 5. g) *deest* 3a. h) indignatione 1. 5. i) *deest* 4. k) nostrae *add.* 5. l) si cuiusque 5. m) ad te *ponunt* 3. 4 *post* fama. n) spiritualiter 4. o) quod 4; quomodo 5. p) conatus 5. q) *loco* immo — quam ob rem 5: esse tam graviter scimus in uno omnium nostrum tibi intimamus quod hactenus tacuimus quia ob rem talem predictam. r) omn. nost. consilio 3. 4. s) qui 1. t) possit 4. u) poteris 5. v) *loco* tempore — imperatoris 3. 4. *G*: bonae memoriae H. imperatori (imperatorem 4). w) constrinxisti 1; obstruxisti 4. x) dom. n. glor. 3. 4. y) *deest* 5. z) *deest* 3. 4. a) et — viveret *des.* 3. 4. b) Atque 3. 5; Ad 4. c) huius sacramenti 3. d) *deest* 3a. e) *sententias transposuit* 5: Utraque — videris. Illud — esses. f) *deest* 4.

1) *Cf. Ioh. 13, 35.* 2) *Cf. 1 Tim. 2, 2.* 3) *Cf. 1. Corinth. 12, 12.*

ex cardinalibus[g] ambitio papatus titillaret, ad tollendam aemulationem hac[h] occasione et conditione[i], ut idem hoc ipsi[k] facerent, sacramento te obligasti, quod nunquam papatum habiturus esses. Utraque haec sacramenta quam[l] sancte[m] observaveris[n], tu[o] videris. Praeterea cum tempore Nicolai papae synodus celebraretur, in qua CXXV episcopi consederant, sub anathemate id[p] statutum et decretum est, ut nullus unquam[f] papa fieret, nisi per electionem cardinalium et approbationem populi et per consensum auctoritatemque[q] regis. Atque huius consilii[r] seu[s] decreti tu ipse auctor[t], persuasor[u] subscriptorque fuisti. Ad hoc[v] quasi fetore quodam[w] gravissimi scandali totam ecclesiam replesti de convictu[x] et[y] cohabitatione alienae mulieris familiariori[z] quam necesse est[a]. In qua re verecundia nostra magis[b] quam causa laborat, quamvis haec generalis querela ubique personuerit, omnia iudicia[c], omnia decreta per feminas in apostolica sede[d] actitari, denique[e] per hunc[f] feminarum novum senatum totum[g] orbem ecclesiae administrari. Nam de iniuriis et contumeliis episcoporum, quos[h] filios meretricum et cetera id genus indignissime appellas, nulla querimonia sufficit. Quia ergo[i] introitus tuus tantis periuriis[k] est initiatus[l] et ecclesia Dei[m] tam gravi tempestate per abusionem tuarum novitatum[n] periclitatur et[m] vitam conversationemque tuam tam multiplici infamia dehonestasti, obedientiam, quam nullam tibi[o] promisimus, nec de caetero ullam[p] servaturos esse[q] renuntiamus, et quia nemo nostrum, ut tu[r] publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque[s] nulli nostrum amodo eris apostolicus.

## 59. *CARTULA EPISCOPORUM.*

*Bruno, qui in libro de Bello Saxonico c. 65 hanc cartulam inseruit, sic loquitur:* fecit *(Heinricus IV. rex)* unumquemque eorum *(sc. episcoporum)* nomine suo praenotato manu propria abnegationem Hildebrando chartis singulis inscribere hoc modo. *Sequitur textus, quem repetimus ex editione altera Wattenbachii p. 41.* *(P. 46.)*

Ego N.[a] civitatis N. episcopus Hildebrando subiectionem et obedientiam ex hac hora et deinceps interdico et eum posthac apostolicum nec habebo nec vocabo.

## 60. *HEINRICI IV. EPISTOLA GREGORIO VII. MISSA.*

*Servata est apud Brunonem c. 66, ubi inest in epistola sequente Heinrici ad Romanos data, et quidem* 1) *in Brunonis codice Lipsiensis universitatis 1323 saec. XV. ex., quem in editione altera Wattenbachii p. 42 adhibuimus;* 2) *apud Annalistam Saxonem SS. VI, 707, qui utramque epistolam e Brunone excepit; praeterea in* 3) *cod. Monacensi lat. 14096 (S. Emmerami 96) saec. XII. fol. 119, ubi inscriptio et ultima pars desideratur, rubro adiecto* Epistola regis Heinrici ad Hildebrandum; 4) *cod. Monacensi lat. 18541a (Tegerns. 541a) saec. XI. fol. 222'—223; textus aliquantum discrepat a Brunone et folium 223 pro parte laceratum est. — Stumpf, Reg. 2787.* *(P. 46.)*

58. g) aliq. ex card. cum 3. 4. h) ex hac 5. i) et cond. *des.* 5. k) ipsi hoc idem 3—5. l) quomodo 5. m) quam caute *add.* 4. n) servaveris 3. o) ipse *add.* 3. p) hoc 4; *deest* 3. q) et auct. 3. 4. r) concilii 4. 5. s) vel 5. t) et *add.* 4. u) *deest* 5. v) Atque hoc 4: Ad haec 5: Qui etiam 3. w) fetores 1. x) conventu 1. y) turpi *add.* 5. z) tibi *add.* 5. a) sit 3—5. b) magis re ver. nostra 5. c) indicia 4. d) sede ap. 3—5. e) et 5. f) *loco* hunc — senatum 3: feminas; 4: eas. g) *loco* totum or. eccl. 4: totius orbis et ecclesiae iura. h) fornicarios et *add.* G. i) et *add.* 5. G. k) malis 5. l) vitiatus 5. m) *deest* 5. n) nov. tu. 3—5. o) tibi nullam 3. 4. p) nec . . . epī ullam 5. q) tibi *add.* 5. r) *deest* 3. 4. s) *pro* tu quoque 4: tunc.

59. a) enim 1.

Heinricus[a] Dei gratia rex Hildebrando[b].

Cum hactenus ex te[c] ea quae patris sunt expectarem tibique in omnibus magna fidelium nostrorum indignatione obedirem, percepi[d] a te[e] vicissitudinem, qualem oportebat ab eo qui vitae regnique[f] nostri pernitiosissimus hostis esset. Nam cum in primis omnem hereditariam dignitatem, que michi ab illa[g] sede debebatur, superbo ausu rapuisses, longius inde progrediens regnum Italiae pessimis artibus[h] alienare temptasti. Nec hoc contentus, in reverentissimos episcopos[i], qui nobis velut dulcissima[k] membra uniti sunt, manum mittere non timuisti, eosque superbissimis iniuriis acerbissimisque contumeliis contra divina et humana iura, ut ipsi aiunt, exagitasti[l]. Quae omnia cum ego[m] quadam pacientia dissimularem[n], tu hoc non pacientiam sed ignaviam aestimans[o], in ipsum caput[p] insurgere ausus es, mandans[q] que nosti, scilicet ut tuis verbis utar, quod aut[r] tu morereris aut michi animam[1] regnumque tolleres[s]. Hanc inauditam contumaciam ego non verbis sed re confutandam diiudicans[t], generalem conventum[u] omnium regni primatum ipsis supplicantibus habui. Ubi cum ea quae hactenus metu et reverentia[v] tacebantur, in medium deducta fuissent, veris assertionibus illorum, quas ex ipsorum litteris audies, palam factum est, te nullatenus in apostolica sede posse persistere. Quorum sententiae, quia[w] iusta et probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque assentiens omne tibi[x] papatus ius, quod habere visus es, abrenuntio[y] atque ut[x] a sede Urbis[z], cuius michi patriciatus[a] Deo tribuente et iurato[b] Romanorum assensu debetur, ut descendas edico.

## 61. *HEINRICI IV. EPISTOLA ROMANIS MISSA.*

*Epistola, cui litterae regis ad Gregorium VII datae erant insertae, et ipsa legitur in* 1) *codice Brunonis Lipsiensi cap. 66 et* 2) *apud Annalistam Saxonem. Fragmenta tantum servavit* 3) *cod. Monacensis lat. 14096 (S. Emm. 96) saec. XII. fol. 117. — Stumpf, Reg. 2787.* *(P. 46.)*

Heinricus[a] Dei gratia rex universae sanctae Romanae ecclesiae clero et populo gratiam, salutem et omne bonum.

Haec fides firma et inconcussa[b] creditur, quae semper et eadem et praesenti servatur et absenti[c] nec diuturna eius cui debetur absentia nec longi temporis taedio immutatur. Quam[d] talem vos nobis servare scimus et gratias agimus, et ut eadem perseveret petimus, videlicet ut, sicut facitis, amicis nostris amici, inimicis nostris inimici iugiter existatis. Inter quos scilicet Hildebrandum monachum notantes, vos in eius inimicitiam excitamus, quia hunc et ecclesiae invasorem et oppressorem et Romanae rei publicae vel regni nostri insidiatorem deprehendimus[e], ut in subsequenti epistola sibi a nobis directa pernoscere in promptu est. 'Heinricus — descendas edico'[2].

**60.** a) H. 1. b) Hiltibrando 4; Heinricus — Hildebrando *des.* 3. c) abs te *ponuntur in* 4 *post* sunt. d) recepi 3. e) *deest* 1. f) et regni 4. g) alia *corr. in* apostolica 3; a Romana sede 4. h) a me *add.* 4. i) ep. rev. 4. k) dulcia 4. l) exacerbasti 2. m) cum ego omnia 4 n) dissimularem — ignaviam *des.* 4. o) aestimans eem 4; existimans 2. 3. p) nostrum *add.* 4. q) mihi *add.* 4. r) ut 3. s) *finitur* 3. t) indicans 4. u) conv. gen. 4. v) nostri *add.* 4. w) quod 4. x) *deest* 4. y) tibi *superscr.* 4. z) Romae *add.* 4. a) patr. michi 4. b) tribuente exi . . . . o 4.

**61.** a) H. 1. b) concussa 1. c) et abs. et pres. serv. 3. d) Quam — in promptu est *des.* 3. e) comprehendimus 1.

1) animam tollere *hoc loco significare videtur 'animam per excommunicationem perdere, aeternae damnationi tradere'. Gregorius VII. enim regi minatus est, se eum excommunicaturum et a regno amoturum esse. Cf. enuntiatum simile in Encyclica regis infra nr. 63.* 2) *Sequitur in 1. 2 epistola nr. 60.*

Haec[f] series nostrae epistolae ad Hildebrandum monachum. Quam idcirco et vobis scripsimus, ut et vobis nostra voluntas et nobis, immo Deo et nobis, vestra satisfaciat caritas. Exurgite igitur[g] in eum fidelissimi, et sit primus in fide[h] primus in eius dampnatione. Non autem ut sanguinem eius fundatis[i] dicimus, quippe cum maior sibi sit[k] post depositionem[l] poena vita quam mors, sed ut eum, si nolit, descendere cogatis et alium communi omnium episcoporum et vestro consilio a nobis electum in apostolicam sedem recipiatis, qui quod iste in ecclesia vulneravit curare et velit et possit.

---

# 62. HEINRICI IV. EPISTOLA GREGORIO VII. MISSA.

(1076. Mart. 27.)

*Epistolam hanc, quam viri docti Pertzium secuti et ipsam e concilio Wormatiensi a rege missam esse opinati sunt*[1], *excommunicatione et depositione regis a Gregorio VII. Febr. 14–22 a. 1076 promulgata demum scriptam esse, mihi haud dubium. Quae res cum regi Traiecti pascha (Mart. 27) celebranti innotuerit*[2], *epistola hoc tempore composita esse videtur. Legitur in* 1) *Collectione Udalrici, cuius editionem Iafféanam 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 101 nr. 47 adhibuimus, et quidem in* 1a) *cod. Vindobonensi 398 fol. 72',* 1b) *cod. Zwetlensi 283 p. 131,* 1c) *cod. Vindobonensi 611 fol. 33' et 63',* 1d) *cod. Monacensi lat. 4594 fol. 45;* 2) *cod. Brunonis Lipsiensi cap. 67 in editione Wattenbachii p. 43;* 3) *Annalista Saxone SS. VI, 707;* 4) *cod. Monacensi lat. 14096 (S. Emmer. 96) fol. 117. — Stumpf, Reg. 2786.* *(P. 47.)*

Heinricus[a] non usurpative, sed pia Dei ordinatione rex Hildebrando[b] iam non apostolico, sed falso monacho.

Hanc talem pro confusione[c] tua salutationem promeruisti, qui nullum in ecclesia ordinem praeteristi[d] quem confusionis non honoris, maledictionis non benedictionis participem non feceris. Ut enim de multis pauca et egregia loquamur, rectores sanctae ecclesiae, videlicet archiepiscopos, episcopos[e], presbiteros, non modo non
Ps. 104, 15. tangere, sicut christos Domini[f], timuisti, quin sicut servos, nescientes quid faciat
Ioh. 15, 15. dominus eorum, sub pedibus tuis calcasti. In quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparasti. Quos omnes nichil scire, te autem solum omnia nosse iudicasti, qua utique scientia non ad aedificationem, sed ad destructionem uti studuisti; ut iure hoc[g] beatum Gregorium, cuius nomen tibi usurpasti[h], de te prophetasse credamus sic dicentem[i]: 'Ex affluentia subiectorum plerumque animus praelati extollitur et aestimat se plus omnibus nosse, cum se videt plus omnibus posse'[3]. Et nos quidem haec omnia[k] sustinuimus, dum apostolicae sedis honorem

**61.** f) Haec — caritas *des.* 3. g) *deest* 3. h) pr. in fide sit 3. i) effudatis 3. k) sibi sit 3. l) dampnacionem 3.

**62.** a) H. 1. 2. b) H. 1a. b. c) confessione 3. d) pretermisisti 4. e) vel *add.* 4. f) non *add.* 1a. g) *deest* 2. h) vendicasti 2–4. i) cred. proph. dic. sic 4. k) omnia haec 4.

1) *V. e. g. Giesebrecht III, 356. 357.* 2) *V. ibid. 371. 1135.* 3) *Cf. S. Gregorii Regulae pastoralis l. II. c. 6, Opera ed. Benedict. II, 21. IA.*

servare[l] studuimus. Sed tu humilitatem nostram timorem fore intellexisti ideoque et[m] in ipsam[n] regiam potestatem nobis a Deo concessam exurgere non timuisti, quam te[o] nobis auferre[p] ausus es minari: quasi nos a te regnum acceperimus[q], quasi in tua et non in[o] Dei manu sit vel[r] regnum vel imperium. Qui dominus noster Iesus Christus nos ad regnum, te autem[s] non vocavit ad sacerdotium. Tu enim his[t] gradibus ascendisti: scilicet astutia, quod monachica abhominatur professio[u], pecuniam[v], pecunia favorem, favore ferrum, ferro sedem pacis adisti, et de sede pacis pacem turbasti, dum subditos in praelatos armasti, dum episcopos nostros a Deo vocatos tu non vocatus spernendos docuisti, dum laicis ministerium eorum super sacerdotes usurpasti, ut ipsi deponant vel condempnent[w] quos[x] ipsi[y] a[z] manu Dei[a] per impositionem manuum episcopalium[b] docendi[c] acceperant. Me quoque, qui[d] licet indignus inter christos[e] ad regnum sum unctus, tetigisti, quem[e] sanctorum patrum traditio soli Deo iudicandum docuit nec pro aliquo crimine, nisi a fide quod absit exorbitaverim[f], deponendum asseruit; cum etiam Iulianum apostatam prudentia sanctorum patrum[g] non sibi sed soli Deo iudicandum deponendumque[h] commiserit. Ipse[i] quoque[k] verus papa beatus Petrus clamat: 'Deum timete, regem honorificate'. Tu autem, qui[l] Deum non I. Petri 2,17.
times, in[m] me constitutum eius inhonoras. Unde beatus Paulus, ubi angelo de caelo, alia si praedicaverit[n], non pepercit, te quoque in terris alia praedicantem[o] non excepit. Ait enim: 'Si quis vel ego vel[p] angelus e caelo praeter id quod euangelizavimus[q] Gal. 1, 8.
vobis euangelizaverit, anathema sit'. Tu ergo[r] hoc anathemate et omnium episcoporum nostrorum iudicio[s] et nostro dampnatus descende, vendicatam[t] sedem apostolicam relinque; alius in solium[u] beati Petri ascendat, qui nulla violentiam[v] religione palliet[w], sed beati Petri sanam doceat doctrinam[x]. Ego[y] Heinricus[z] Dei gratia rex[a] cum omnibus episcopis nostris tibi dicimus: Descende, descende, per[b] secula dampnande!

# 63. ENCYCLICA AD EPISCOPOS DE CONVENTU WORMATIAE HABENDO.

(1076. Apr.)

*Hanc epistolam, quae in omnibus codicibus cuidam A. inscribitur, cui in codice 3 rubrum prorsus falsum* (Epistola regis Heinrici ad Annonem Coloniensem archiepiscopum) *inditum est, encyclicam regis ad omnes episcopos esse, mihi persuasum habeo. Qua re considerata, haud magni interest, cuinam episcopo nominis A.*[1] *exemplar, ex quo*

**62.** l) conservare 4. m) *deest* 4. n) *deest* 1a. o) ex 4. p) auferri 2. q) susceperimus 1. r) *deest* 2—4 s) *deest* 1. t) *deest* 1c.d. u) prof. abh. 2. 3. v) *deest* 1. w) contempnant 1. 3. x) qui 2. 4. y) ipsos 2. 4. z) de 4. a) Domini 2. 3. b) episcoporum 2. 4. c) docendos 2. 4. d) *deest* 2. 4. e) christianos sum ad regnum vocatus te teste quem 4. f) exorbitaverimus 2. 3. g) episcoporum 2. 3. h) Deo deponendum 4. i) vero *add.* 4. k) *deest* 2. l) quia 2—4. m) *deest* 2—4. n) si praed. alia 2. 3. o) docentem 2—4. p) etiam *add.* 2. 3. q) euangelizatum est 1. r) igitur 4. s) indicio et nostro *des.* 4. t) tibi *add* 4. u) sedem 3. v) violencia 2. w) *loco* nulla — palliet 1: nullam violentiam belli. x) doctr. doceat 2—4. y) enim *add.* 2. z) H. 1. 4; N. 2. a) rex dei gr. 4. b) per s. dampn. *des.* 2—4.

1) *Ratio habenda est, secundum Iafféum, episcoporum: Altwini Brixinensis, Altmanni Patariensis, Adelberti Wirzeburgensis, Adelberti Wormatiensis.*

*codices derivati sunt, destinatum sit. Siglum* A. *solvendum videtur potius in verba* archiepiscopis et episcopis, *cum verba* non omnibus sed paucis eandem *pluralitatem exigant. Praesto erant* 1) *collectio Udalrici Bambergensis in editione Iafféana 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 106 nr. 49, et quidem codices*[1] 1 a) *fol. 61,* 1 b) *p. 105,* 1 c) *fol. 30',* 1 d) *fol. 45;* 2) *codex Hannoveranus XI. 671 saec. XVI. fol. 47, unde fluxit editio in Catalogo testium veritatis p. 350;* 3) *codex Monacensis lat. 14096 (S. Emmerami 96) saec. XII. fol. 116;* 4) *codex Guelferbyt. 1126 (Helmst. 1024) saec. XII. fol. 36 in editione Iafféana. Paucas lectiones sub siglo* G *excepimus e Goldastii Constitutionibus imperialibus I, 235, qui epistolam etiam dedit IV, 1, 45 e codice 4 ut videtur*[2] *et ad concilium Wormatiense mensis Ianuarii traxit. — Stumpf, Reg. 2791.* *(P. 48.)*

Heinricus[a] Dei gratia rex A.[b] gratiam, salutem et[c] dilectionem, non[d] omnibus sed paucis eandem.

In maximis negotiis maximis maximorum opus[e] est consiliis, qui et facultatem habeant exterius et voluntate non careant interius, ut rei, cui bene cupiunt, bene consulere et velint et possint, quia in cuiuslibet rei profectum[f] nec facultas sine voluntate nec voluntas sine facultate proderit. Quod utrumque tu fidelissime[g], ut arbitramur, equaliter possides, vel ut[h] verius dicamus, licet maximo tibi maxima non desit facultas[i], maior tamen adhuc maxima facultate — si bene te[k] novimus, si fidem tuam diligenter notavimus — in nostram et regni utilitatem[l] exuberat voluntas. De praeteritis enim fideliter[m] exhibitis in futuris crescit spes[n] fidelibus exhibendis. Tuae autem dilectioni committimus, ne spe[o] nostra minor sit fides tua, quia de nullius regni principum[p] fidelitate quam[q] tua speramus maiora[r], sicut[s] hactenus non modo in praeteritarum rerum exhibitione, verum etiam in sperandarum promissione tua gavisi sumus. Assit igitur[t] hoc in tempore oportuno tua cum facultate voluntas, quam[u] non modo nostra verum etiam[v] omnium coepiscoporum fratrumque[w] tuorum, immo[x] totius obpressae ecclesiae exoptat necessitas[y]. Non enim[z] hanc obpressionem ignoras. Tantum vide[a] ne obpressae ecclesiae solatium[b] subtrahas, sed regno et sacerdotio condoleas. Quo utroque sicut hucusque[c] ecclesia est exaltata, ita nunc[d] humiliatur, heu[e] utroque viduata. Nam unus dum utrumque sibi vendicavit, utrumque[f] dissipavit, nec in uno profuit qui in neutro prodesse voluit nec potuit. Et ne diutius notati nomine te suspendamus, accipe[g] quem[h] dicimus, Hildebrandum scilicet, monachum habitu[a] quidem, dictum apostolicum, non pastoris cura sed invasoris violentia apostolicae sedi praesidentem et de sede pacis catholicae unicae[i] pacis vinculum dissipantem, ut tibimet ipsi[k] in promptu est scire. Ut enim de pluribus pauca referamus: regnum et[l] sacerdotium Deo nesciente sibi usurpavit. In quo piam[m] Dei ordinationem contempsit, que[n]

**63.** a) H. 1. 2. b) *sic* 1—4; *deest G.* c) *deest* 2—4. d) non — eandem *des.* 1. e) est cons. opus 2. f) profectu 1 a. b. 2. 3. 4. g) N. fidelissime *G*; fidelisse 3. h) *deest* 2. 4. i) voluntas 1 a. k) te bene 3. l) tibi *add.* 3. m) fideliter *superscr.* 3. n) de *add.* 1. o) *loco* spe — fides 3: spes nostra maior sit fide; *G:* spei nostrae desit fides (*al.* spes nostra maior sit fide). p) vel episcoporum *add.* 3. *G.* q) de *add.* 3. r) maiora sper. 2—4. s) sicut — gavisi sumus *des.* 1 c. d. t) ergo 4. u) quia 1. v) hoc *add.* 1 c. d. w) fratrum 1. 4. x) in unum 1; in uno 4. y) voluntas 4. z) etiam 2—4. a) *deest* 4. b) te 3. c) huc 4. d) ita nunc *des.* 4. e) heu hum. 2. 3. f) utrimque 3. g) accipere 4. h) quae 1. i) unite 3; pacis unicae 2. k) *deest* 3. l) ac 2. m) quopiam *Iaffé.* n) quē 4.

1) *V. supra sub nr. 62.* 2) *In margine I, 235 leguntur:* Hoc diploma generale est ad omnes episcopos imperio fideles. Exstant etiam specialia ad singulos hiisdem ipsissimis verbis. Ut unum, cuius initium: Henricus Dei gratia rex Hildolpho Coloniensi archiepiscopo gratiam, salutem et dilectionem. In max. etc. *At an Goldastus tale exemplar viderit, inspecto Rationali tomi IV, p. 46. 47, valde mihi dubium est.*

non in uno sed in duobus duo, id est regnum et[l] sacerdotium, principaliter consistere voluit, sicut ipse dominus[o] Salvator in passione sua de duorum gladiorum sufficientia typice[p] intelligi innuit. Cui cum diceretur: 'domine, ecce[q] duo gladii hic', respondit: Luc 22, 38 'satis est', significans hac sufficienti dualitate spiritualem et carnalem[r] gladium in ecclēsia esse gerendum, quibus omne nocivum foret amputandum, videlicet sacerdotali ad obedientiam regis post Deum[s], regali vero gladio ad expugnandos[t] inimicos Christi[u] exterius et[v] ad obedientiam sacerdocii[w] interius omnes homines docens fore constringendos; ut[x] ita de alio in alium caritate[y] tenderetur[z], dum nec sacerdotii regnum nec sacerdotium regni honore privaretur. Hanc Dei ordinationem qualiter Hildebrandica insania confuderit, tu ipse nosti, si[a] scire[b] voluisti. Nam[c] nullum eius iudicio licet esse sacerdotem, nisi qui hoc a fastu suo emendicaverit. Me quoque quem Deus in regnum — non autem ad sacerdotium illum — vocavit, quia me de Deo et[d] non de illo[e] regnare velle vidit, quia ipse me regem non constituit, regno me[f] privare studuit, minitans regnum et animam[g] se mihi[h] tollere, quorum neutrum[i] concessit. Hec et his similia cum sepius in nostram, ut ipse nosti, contumeliam struxerit, non tamen adhuc sufficere credit, quin[k] de die in diem nova et inexquisita[l] confusionis genera nobis ingerat[m]; ut in nostris nuntiis noviter[n] argumentum dedit. Nam carta exponere non sufficit qualiter[o] eosdem nuncios nostros[p] tractaverit[1], quam indignis modis eos[q] affecerit[r], quam crudeliter eos incarceraverit et incarceratos[s] nuditate, frigore, fame et siti et plagis contriverit[t], sicque demum martyrum exemplo[u] per medium civitatis circumductos omnibus spectaculum praebere iusserit, ita ut[v] eundem cum Decio tyranno insanire et sanctos assare credas et dicas. Unde ne pigeat[w], karissime, ne pigeat[x], omnium[y] nostrum scilicet et[z] meae et coepiscoporum tuorum[a] peticioni satisfacere, ut in pentecosten[b] Wormatiam venias; et ibi plura, quorum pauca docet cartula[2], cum Mai. 15 ceteris principibus audias[c] et quid agendum sit doceas; rogatus per dilectionem coepiscoporum[d], monitus[e] per ecclesiae utilitatem, obligatus per vitae nostrae et regni totius honorem[f].

# 64. 65. CONVENTUS OPPENHEIMENSIS.

(1076. Oct.)

## 64. *PROMISSIO REGIS.*

*Servaverunt 1) cod. Vindobonensis 398 (Ius can. 15) collectionem Udalrici Bambergensis continens f. 66'; 2) cod. Zwetlensis 283 eiusdem collectionis p. 117; hos duos*

**63.** o) *deest* 1. 2. 4. p) typica 2—4. q) Ecce domine 2. r) materialem 1. s) pro Deo 2—4. t) expurgandos 1 c.d; expellendos 2. 3. u) Christi *deest* 1. 4; Chr. in. 3. v) *deest* 1. 4. w) *deest* 1. 2. 4. x) constringendum et 4; omnem hominem — constringendum et 2. 3. y) *deest* 4. z) intenderetur 1 a. b. a) si — voluisti *des.* 1. b) novisti vel *add.* 2. c) *loco* Nam — pentecosten 1: si scire novisti vel voluit. d) *deest* 2. e) ipso 1. f) *deest* 2. g) regn. animamque 2. h) mihi se 2. i) illi Deus *add.* 1. k) qui 3. l) exquisita 2. m) ingerit 2. 3. n) *deest* 1. o) *loco* qualiter — modis eos 2: quam indignis modis nos. p) *deest* 1. q) *deest* 2. 3. r) effecerit 3. s) carceratos 2. 3. t) constrixerit 2. u) *pro* mart. exemplo 3: exemplum. v) in *add.* 2. 3. w) te *add.* 1 c.d. x) ne pigeat *des.* 3. y) communi 3. z) *deest* 1 c.d. a) *deest* 2. b) heptacosten *emendavit G.* c) aud. princ. 2. 3. d) et *add.* 1. e) moratus 4. f) Valete *add.* 4.

1) *In synodo Romae spatio dierum 14—22. Febr. a. 1076 habita.* LA. 2) *Quae cartula, epistolae addita, non iam superest.* LA.

*Iaffé in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, p. 110 nr. 52 excussit, quem secuti sumus; 3) cod. bibl. Hannoveranae epistolaris XI. 671 saec. XVI. fol. 54, quem adhibuit Pertz. — Ea, quae in hoc scripto a rege interpolata esse inter viros doctos constat*[1], *uncis inclusimus. — Stumpf, Reg. 2794. (P. 49.)*

Promissio Heinrici regis, quam fecit Hildebrando[a] papae, qui et Gregorius.

Consilio fidelium nostrorum ammonitus, sedi apostolicae et tibi Gregorio papae debitam in omnibus obedientiam servare promitto[b], et quaecunque eiusdem sedis vel tui honoris imminutio per nos orta videtur, devota satisfactione emendare curabo. Quia vero graviora quaedam de nobis iactantur, [quae in eandem sedem et tuam reverentiam statuerim] ea congruo tempore vel innocentiae suffragio vel[c] opitulante Deo expurgabo, vel tum demum pro his competentem penitentiam libenter amplectar. [Condecet autem et sanctitatem tuam, ea quae de te vulgata scandalum ecclesiae pariunt, non dissimulare, sed remoto a publica conscientia et hoc scrupulo, universalem tam ecclesiae quam regni tranquillitatem per tuam sapientiam stabiliri.]

## 65. *EDICTUM REGIS GENERALE.*

*Praebuerunt* 1) *cod. Udalrici Vindobonensis 398 fol. 61'*; 2) *cod. Udalrici Zwetlensis 283 p. 106*; 3) *cod. Udalrici Vindobonensis 611 (Ius can. 130) fol. 31*; 4) *cod. Hannoveranus XI. 671 fol. 53'*; 5) *cod. Guelferbytanus 1126 (Helmst. 1024) saec. XII. fol. 37. Lectiones codicum 1—3 5 Iaffé in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, p. 111 nr. 53, codicis 4 Pertz ministravit. — Stumpf, Reg. 2795. (P. 49.)*

Heinricus[a] Dei gratia rex archiepiscopis[b], episcopis, ducibus[c], marchionibus, comitibus et cuiuscunque dignitatis ordini bonae suae voluntatis gloriosam dignationem.

Quia mansuetudini nostrae contra sedem apostolicam eiusque venerandum praesulem domnum Gregorium papam ab aliquibus subreptum esse fidelium nostrorum suggestione recognovimus, placuit nobis: priorem sententiam salubri[d] consilio mutare et more[e] antecessorum progenitorumque nostrorum eidem sacrosanctae sedi et, qui ei praeesse dinoscitur[f], domno Gregorio papae per omnia debitam servare obedientiam et, si quid in eum gravius praesumptum est, competenti[g] satisfactione componere[h]. Volumus autem, ut et vos serenitatis nostrae[i] exemplo ammoniti, solempnem beato Petro eiusque vicario satisfactionem[k] exhibere non dubitetis[l], et quicunque eius banno se astrictos intelligunt, ab ipso videlicet domno papa Gregorio solempniter absolvi[k] elaborent[m].

64. a) Hilbrando 1. b) prom. serv. obedientiam 3. c) et *coniecit Iaffé; delendum videtur.*
65. a) H. 1—4. b) et *add.* 5. c) *deest* 1—4. d) salubriori 5. e) morum 5. f) et qui ei praesidet 5. g) compenti 1. h) imponere 5. i) vestre 5. k) *deest* 5. l) recusetis 1. 5. m) elaboret 5.

1) *V. Giesebrecht, 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' III, 1137; Goll 'Mittheilungen des Instituts' II, 394.*

# 66. PROMISSIO CANUSINA.

## 1077. Ian. 28.

*Textum ministraverunt* 1) *editio Collectionis canonum cardinalis Deusdedit l. IV, c. 161, quam e codice Vaticano 3833 instruxit Martinucci p. 502, ubi inscribitur* Iuramentum Heinrici. Ex IIII. libro pape Gregorii VII. cap. VI; 2) *codex Vaticanus Ottobonianus 3057, Albini scolaris collectionem continens, fol. 136', ubi legitur lemma* Ex III. libro registri VII. Gregorii pape cap. VI; *hi duo codices soli testes praebent:* 3) *codex tabularii Vaticani librum, quem nunc Registrum Gregorii VII. dicimus, complectens, ubi legitur post cap. 12 libri IV cum lemmate* Iusiurandum Henrici regis Teutonicorum; *editionem Iafféi (IV, 12a p. 258) adhibuimus;* 4) *editio Vitae Gregorii VII. a Petro Pisano scriptae, quam paravit e codice Vaticano 3762 Duchesne 'Le liber pontificalis' II. p. 285*[1]; 5) *editio Hugonis Flaviniacensis Chronici SS. VIII, p. 445. Legitur etiam in Pauli Bernridensis Vita Gregorii VII. in fine cap. 84 (ed. Gretser p. 207), ubi ultima pars sicuti in 5 desideratur. De editionibus hoc solum adnotandum ducimus; si Hartzhemius in Conciliis Germaniae III, 184 dicit, se editionem instruxisse ope codicis Vaticani 3835, elucet, hunc numerum falsum et rectum esse 3833 (supra nr. 1), cum codex 3835 saec. VIII—IX. prorsus aliena contineat*[2]. — *Stumpf, Reg. 2796.* *(P. 50.)*

Ego rex Heinricus[a] de murmuratione et dissensione, quam nunc habent contra me archiepiscopi et[b] episcopi, abbates[c], duces et[d] comites ceterique[e] principes regni Teutonicorum et alii qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur[f], infra[g] terminum, quem dominus[h] papa Gregorius constituerit, aut iustitiam secundum iudicium eius aut concordiam secundum consilium eius faciam, nisi certum impedimentum mihi vel sibi obstiterit: quo transacto, ad peragendum idem paratus ero. Item si idem[i] domnus papa Gregorius ultra montes seu ad alias partes terrarum ire voluerit, securus erit ex mei[k] parte et eorum[l], quos constringere potero, ab omni laesione vitae et membrorum eius seu captione — tam ipse quam qui[m] in eius conductu vel[n] comitatu fuerint seu qui ab illo mittentur[o] vel ad eum de quibuscunque terrarum partibus venerint — in eundo et redeundo vel alicubi morando[p]. Neque aliud aliquod impedimentum habebit ex meo consensu, quod contra honorem suum sit; et si quis ei[q] fecerit, cum bona fide secundum meum posse[r] illum[s] adiuvabo. Sic[t] me Deus adiuvet et haec sancta euangelia.

Actum[u] Canusie[v] V. Kalendas Februarii[w], indictione XV, anno[x] domini nostri Iesu Christi MLXXVII[y], praesentibus episcopis Umberto Praenestino, Giraldo Ostiensi[z], cardinalibus Romanis Petro tituli Sancti Chrisogoni[a] et Conone tituli Sanctae Anastasie et Romanis diaconibus Gregorio et Bernardo et subdiacono Umberto[b]. Item ex parte regis interfuerunt Bremensis archiepiscopus et episcopi[c] Vercellensis et Osnabrugensis et abbas Cluniacensis et multi nobiles viri.

**66.** a) Henricus 2. 3; H. rex 3—5. b) *deest* 5. c) *deest* 3—5. d) *deest* 3. 4. e) et ceteri 5. f) dissensione causam secuntur 2. g) intra 4. h) *deest* 5. i) *deest* 4 k) mea 4. 5. l) *deest* 1. m) qui — seu *des.* 5. n) et 3. o) mittuntur 2. 3. 5. p) immorando 2; in eundo et ibi morando seu inde (et ibi 5) redeundo 3—5. q) eis 1. r) posse meum 3. 4. s) illud 1: *deest* 4; adiuv. illum 5. t) Si 1; Sic — euangelia *des.* 3—5. u) Actum — nobiles viri *des.* 5. v) Canusii 4. w) Kal. Feb. 1. 2. x) anno — nobiles viri *des.* 3. 4. y) millesimo LXXVII. 2. z) Gerardo Hostieñ cum 2. a) Grisochoni 2. b) Humberto 2. c) eps 2.

1) *Watterich 'Pontificum Rom. vitae' I, 297 textum istum ope editionis Hartzhemii depravavit.* 2) *V. Reifferscheid 'Wiener Sitzungsberichte' LXIII, 705; cf. etiam 'Archiv' XII, 237.*

# 67. SYNODUS LOMBARDICA.

## (1077. in.)

*Fragmentum hoc sicut et scriptum Pacis Italicae, quod sub nr. 68 sequitur, primus edidit Canciani 'Leges barbarorum' V, p. 45. 46 e membrana tabularii ecclesiae cathedralis Parmensis ab Irenaeo Affo reperta: denuo recudi fecit Pertzius. Felici casu contigit, ut codex, qui per longa tempora alienatus erat, bibliothecae publicae Parmensi illatus esset, cum b. m. Iaffé Parmae degeret. Est codex membr. saec. XI. in folio Decretum Burchardi Wormatiensis continens, cui fol. 2' scripta nostra illata sunt. Quae a Iafféo exscripta emendationes complures haud parvi momenti praebent. Scripta nostra quin inter se cohaereant et uno eodemque tempore emanaverint, non debet dubitari. Errasse tamen videtur Pertzius, qui ea a. 1081 et conventui cuidam Ticinensi vindicavit*[1]. *Longius a vero discessit b. m. Giesebrecht, qui 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' III, 1157 haec monumenta ad concilium Papiense a. 1046 pertinere opinatus est. Cui opinioni repugnat nomen Heinrici regis tertii i. e. quarti. Accipienda potius videtur sententia viri d. Goecke 'Die Anfänge der Landfriedensaufrichtungen in Deutschland' (Göttingen 1874), qui p. 48 sq. monumenta nostra ad a. 1077 posuit, allegato hoc Bertholdi Augiensis loco (SS. V, 294):* Rex vero Heinricus pascha in Aquileiensi episcopatu commoratus, postquam sibi Langobardos omnibus modis sibi allectos et in solitam subiectionis fidelitatem adiuratos suae voluntati consentaneos, auxiliarios et prorsus individuos satis artificiose conduxerat — ipse — Bagoariam — intraverat. *Quae cum ita sint et caput 2 fragmenti nostri prorsus conveniat cum fragmento, quod supra nr. 49 concilio Romano a. 1047 vindicavimus, episcopos Lombardos a. 1077 ad decreta istius concilii recurrisse contendamus. — Stumpf, Reg. 2831.* *(P. 53.)*

In concilio Heinrici imperatoris III.

1. Quoniam sanctam Dei aecclesiam a paganorum persecutionibus Deo iuvante cessasse cognoscimus, nimis dolendum est, eandem horum qui christiano censentur nomine attenuari oppugnationibus. Res itaque aecclesiarum antecessorum nostrorum opera opulentissime congestas eorundemque sollertia integerrime conservatas iam nunc iniquorum nostrorum hominum opera, fraude et astucia attenuatas, fere[a] omnino conspicimus dissipatas. Ad devastationes itaque aecclesiarum utuntur libellariis extra legem scriptis, precariis, commutationibus in detrimento rerum aecclesiasticarum factis. Quorum ut cesset insolens impetus, decrevit sancta sinodus, cui interfuit tercius rex Heinricus, de rebus aecclesiarum libellaria penitus nulla fieri: precarias equidem et comutationes rerum aecclesiasticarum nullas omnino nisi cum utilitate aecclesiarum fieri, iussum est antiquitus, et nos id ipsum sub anathemate interdicimus.

2. De heresi simoniaca, quae quoniam increvit inepta, sancta decrevit sinodus, nullum episcopum aut aecclesiarum consecrationem aut clericatus vel ordinationem aut archipresbiteratum[b] aut commendationes altarium aut traditiones aecclesiarum aut abbatias aut preposituras vendere. Quisquis conduxerit aut vendiderit anathema sit: fiat.

67. a) fore *cod.* b) archi *deletum est cod.*

1) *Fultus cap. 22 Vitae Bennonis Osnabrugensis; cf. quae econtra recte animadvertit Wilmans SS. XII. 72 not. 71.*

# 68. PAX ITALICA.

(1077. in.)

*Damus e codice Parmensis bibliothecae saec. XI. fol. 2': de tempore et aliis rebus supra ad nr. 67 egimus.* (P. 53.)

De precepto et firma fidelitate Heinrici regis contra depredatores et scachatores regni Italiae.

1. Ab hac hora in antea adiuvabo Heinricum regem, qui nunc regnat in Italia, et nuncios eius et comites, quos ipse ad hoc elegerit, ad iusticiam et legem faciendam, de prediis secundum rectum iudicium iudicum et de caeteris rebus, quas facere lex prohibet; de beneficiis autem secundum rectum iudicium comparium.

2. Furtum, schacum vel rapinam aut praedam me sciente vel mea sponte non faciam ultra sex solidos[a] in anno. Incendium[b] vel saltum ad castella et ad domos non faciam. Si forte evenerit ut faciam, infra unum mensem id ipsum si potero reddam, si vero id ipsum reddere non potuero, secundum hoc quod valuerit restituam, si accipere voluerit is cui dampnum illatum fuerit. Si per meam culpam inemendatum remanserit infra unum mensem, iuxta quod lex praecipit emendabo, si legaliter invitatus fuero.

3. Hos vero homines, qui hoc iuramentum facere noluerint aut factum violaverint, Heinricum regem aut suum certum nuntium aut episcopum aut comitem, qui me ad hoc invitaverit, per rectam fidem adiuvabo devastare secundum preceptum regis aut sui certi nuntii.

4. De me ipso quidem unicuique secundum rectum iudicium iudicum iusticiam faciam de ipsis rebus quae ad legem pertinent; de beneficiis vero secundum rectum iudicium comparium, si per legem ammonitus fuero.

5. Haec omnia per decem annos observabo, excepto si in expeditione aut in hostem iero per preceptum regis, vel super inimicum ipsius aut super illum qui hoc iurare noluerit aut factum violaverit, salva fidelitate et praecepto Heinrici regis.

# 69. 70. CONVENTUS ET SYNODUS BRIXINENSIS.

(1080. Iun. 25.)

## 69. *HUZMANNI EPISCOPI SPIRENSIS EPISTOLA AD LOMBARDOS.*

*Epistolam, in qua tamen conventus Brixinensis nulla fit mentio, damus secundum editionem Iaffé in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V. p. 126 nr. 60 e codicibus collectionis Udalrici Bambergensis quatuor:* 1) *Vindobonensi 398 (Ius can. 45) f. 72;* 2) *Zwettlensi 283 p. 129;* 3) *Vindobonensi 611 (Ius can. 130) f. 63;* 4) *Monacensi 4594 (Bene-*

68. a) sol *cod.* b) *haec sententia* Incendium — faciam *ad calcem capitis 2 ponenda videtur.*

*dictobur. 94) f. 46; porro 5) e codice Guelferbytano 1126 (Helmst. 1024) saec. XII. f. 57'. Edidit Hartzheim 'Concilia Germaniae' III, 203 e codice quodam Tegernseensi, qui plane convenit cum 1—4.* *(P. 51.)*

In domino dominorum diligendis archiepiscopis, episcopis, ducibus[a], marchionibus, comitibus nec non etiam totius Longobardiae tam minoribus quam maioribus[b] H. Spirensis episcopus servitutem et orationem[c].

Super regni perturbatione regiaeque potestatis derogatione nec non etiam super vacillante statu ecclesiae non minus ego dolens quam ceteri principes regni, decrevimus Moguntiae inire simul[a] consilium, si fieri possit, ut et regni perturbatio sedetur[d] regiaque[e] potestas redintegretur et sanctae matri[f] ecclesiae, ne omnino naufragium patiatur, succuramus[g]. Quonam autem modo hoc fieri possit[h], excogitare nequivimus, nisi caput pestiferae serpentis penitus absideretur, cuius venenoso afflatu hec exorta hactenus intumuerunt. Manente vero causa efficiente, quomodo poterit effectus[i] extirpari? Quo inito consilio[k], tam primates quam minores firmiter fideliterque decrevimus, ut Hildebrandus[l] ille sedis apostolicae subdolus invasor, divinarum humanarumque legum[k] execrabilis perturbator, Deo opitulante omnimodis abdicetur; aliusque dignior illo[m] in sedem apostolicam eligatur, qui dispersa colligat, confracta consolidet, non discordiam, non bella, sed pacem in sancta ecclesia[n] ut[o] bonus pastor desideret. Nec ab hoc negocio perficiendo strennuitatem vestram absterreat, quod prius in simili[n] consilio nos portum tenentes, periculosae procellarum iactationi vos commisimus. Sed pocius viriliter agite, et confortetur cor vestrum, qui speratis in Domino, pro certo scientes, levius extorqueri clavam de manu Herculis, quam in praesenti negotio divellamur vita comite a vobis. Valete[p].

## 70. *DECRETUM SYNODI.*

*Damus e duobus codicibus,* 1) *fol. 73 et* 2) *p. 132 collectionis Udalricianae secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. Germ.' V, p. 133 nr. 64;* 3) *cod. epistolari Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 50, qui solus subscriptiones episcoporum servavit. Praeterea adhibuimus Ekkehardum SS. VI, 203. 204, qui decreti ultimam partem in Chronico suo posuit. — Stumpf, Reg. 2821.* *(P. 51.)*

Anno dominicae incarnationis millesimo octogesimo, mediante serenissimo rege Heinrico[a] quarto, anno regni eius XXVI.[b, 1] VII. Kalend. Iulii feria quinta, indictione III, cum apud Brixinam Noricam triginta episcoporum conventus nec non et optimatum exercitus non solum Italiae sed et Germaniae iussu regio congregaretur, facta est vox una velut ab ore omnium[c] terribiliter conquerentium super truculenta vesania cuiusdam Hildebrandi[d] pseudomonachi, Gregorii papae septimi cognominati: cur tam diu ipsam rex semper invictus sevire pateretur intactam: cum vas electionis Paulus testetur[2], principem non sine causa gladium ferre, et Petrus apostolorum[e] primus non solum regem praecellere verum duces ab eo mittendos clamet esse, ad vindictam videlicet malorum, ad laudem vero bonorum[3]. Ad quorum igitur[f] satisfactionem visum

**69.** a) *deest* 1—4. b) tam maior. quam min. 1. c) honorem 5. d) sedaretur — redintegraretur 5. e) regia 1—4. f) sanctae matri *des.* 1—4. g) pateretur succurreremus 5. h) posset 5. i) effectu 1. 2. k) *deest* 5. l) Hiltebrandus 2. m) dignior illo *des.* 1—4. n) *deest* 4. o) ut — pastor *des.* 1—4. p) *deest* 1—4.

**70.** a) H. 1. 2; Henrico 3. b) XXIII 1. 2. c) omni 3. d) Hiltebrandi 2. e) pastor 1. 2. f) *deest* 1. 2.

1) *Ordinationis a. 26, regni 24. IA.* 2) *Cf. Rom. 13,4.* 3) *Cf. 1. Petr. 2, 13. 14.*

est ipsi gloriosissimo regi principibusque eius iustum: ut iudicium episcoporum divinae animadversionis sententia gladium materialem in ipsum[g] Hildebrandum praecederet, ut quem praesules ecclesiarum prius a superba praelatione deponerent, eundem postmodum regalis potentia licentius persequendum decerneret. Quis ergo fidelium, qui illum novit, dampnationis iaculum contra ipsum metueret intorquere? qui ab ineunte etate mundo[h] se studuit per inanem gloriam nullis suffragantibus meritis super[i] hominem commendare[1] et somnia et divinationes proprias et[f] aliorum divinae dispositioni praeponere, habitu monachus videri et professione non esse, ecclesiasticae disciplinae, nulli subditus magistro, se extorrem iudicare, obscenis theatralibus ludicris ultra laicos[k] insistere, mensas nummulariorum in porticu transigentium[l] turpis lucri gratia publice observare. His itaque questibus pecunia cumulata, abbatiam beati Pauli invasit, supplantato abbate. Inde arripiens archidiaconatum, quendam nomine Mancium, ut sibi officium venderet, decipiendo seduxit: et Nicolao papa nolente, tumultu populari stipatus in economum se promoveri coegit. Quatuor namque Romanorum pontificum super inproba morte — per manus cuiusdam sibi intimi Iohannis scilicet Brachiuti[m], propinato veneno — homicida extitisse convincitur, ut, ceteris[n] tacentibus, ipse minister mortis, urgente mortis articulo, diris clamoribus, licet sero penituerit, testabatur. Hic denique sepe dictus pestifer ipsa nocte, qua funus Alexandri papae in basilica Salvatoris exequiarum officio fovebatur[o], portas Romanae urbis et pontes, turres ac triumphales arcus armatorum cuneis munivit, Lateranense palatium militia comparata hostiliter occupavit, clerum, ne auderet contradicere, cum nullus eum vellet eligere, gladiis satellitum evaginatis mortem minando perterruit, et prius diu obsessam assiliit cathedram, quam corpus defuncti obtineret tumbam. Dum vero quidam ex ipsis decretum Nicolai papae a centum viginti quinque episcopis sub anathemate promulgatum, eodem Hildebrando laudante, ad memoriam sibi vellent reducere: 'quod si quis sine assensu Romani principis papari praesumeret, non papa sed apostata ab omnibus haberetur', negavit se regem uspiam scire, et se posse asseruit senteneiam praedecessorum vacuam iudicare. Quid plura? Non solum quidem Roma sed ipse Romanus orbis testatur, illum[p] non a Deo fuisse[q] electum, sed a se ipso vi, fraude, pecunia impudentissime obiectum. Cuius fructus patefaciunt radicem, cuius opera manifestant intentionem: qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui christiani imperii perturbavit regimen, qui regi catholico ac pacifico corporis et animae intentat mortem, qui periurum et proditorem defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, divortia inter coniuges et, quicquid quieti[r] inter pie viventes stare videbatur, concussit. Quapropter, ut praelibatum est[s], nos[t] auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti decem et novem episcoporum die sancto preteriti pentecostes Mogontiae congregatorum[u], eundem procacissimum Hildebrandum[v] sacrilegia ac incendia praedicantem, periuria et homicidia defendentem, catholicam atque apostolicam fidem de corpore et sanguine Domini[w] in questionem ponentem, heretici Beringarii antiquum discipulum, divinationum et somniorum cultorem manifestum, nicromanticum phytonico spiritu laborantem et idcirco a vera fide exorbitantem, iudicamus canonice deponendum et expellendum et, nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condempnandum.

**70.** g) in ipsum *des.* 3. h) modo 1. 2. i) supra 3. k) lucos 3. l) *correxit Jaffé pro* transeuntium 1—3. m) Braehtuti 1; Barthuini 3. n) caetero tacente 3. o) foveretur 3. p) *abhinc Ekkehardus p. 203.* q) esse 3; *deest Ek.* r) quiete 1. 2. s) est — die *des.* 3. t) nos — congregatorum *des.* 1. 2. u) contra *add.* 3. *Ek.* v) Hiltebrandum 2. w) *deest* 1.

1) *2. Corinth. 10, 18.*

Ego[x] Hugo Candidus sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis de titulo Sancti Clementis regionis tertiae Urbis huic decreto a nobis promulgato assensum praebui et subscripsi vice omnium cardinalium Romanorum. Ego Diepoldus Mediolanensis archiepiscopus subscripsi. Ego Cuono Brixiensis episcopus subscripsi. Ego Otto Terdonensis electus subscripsi. Ego Wilhelmus[y] Papiensis episcopus subscripsi. Ego Regenaldus Bellunensis episcopus subscripsi. Ego Segebono[1] Veronensis episcopus subscripsi. Ego Dionisius Placentinus episcopus subscripsi. Udo Astensis[z] episcopus subscripsi. Ego Hugo Firmanus electus episcopus subscripsi. Milo Patavianus subscripsit. Ego Conradus Traiectensis episcopus subscripsi. Henricus patriarcha subscripsit. Didaldus Vicentinus episcopus subscripsit. Regengerus Vercellensis episcopus subscripsit. Rubertus Babenbergensis episcopus subscripsit. Norberdus Curiensis episcopus subscripsit. Eurardus[a] episcopus Parmensis subscripsit. Rolandus Dei gratia episcopus Tarvisianus libentissime subscripsit. Arnoldus Cremonensis episcopus subscripsit. Arnoldus Pergamensis episcopus subscripsit. Ego Diedo Brandenburgensis episcopus subscripsi. Liemarus[b] sanctae Hamaburgensis ecclesiae archiepiscopus. Ego Wernherus Dei gratia Bobiensis episcopus subscripsi. Ego Althwinnus Brihsinensis episcopus subscripsi. Ego Meginwardus Frisingensis episcopus subscripsi. Ego Burchardus[c] Lausanensis episcopus subscripsi. Ego Conradus Ianuensis[d] episcopus subscripsi.

Henricus Dei gratia rex subscripsi.

# 71. CONVENTUS MOGUNTINUS.

## (1084.) Nov. 24.

*Litteras convocatorias ad Rupertum episcopum Bambergensem datas sistimus secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. Germ.' V, p. 142 nr. 70 e codicibus collectionis Udalricianae[2] 1) fol. 86, 2) p. 181, 3) fol. 40', 4) fol. 33'. Ceterum hanc epistolam ante Oct. 16, quo die imperator Metis morabatur[3], scriptam esse elucet. — Stumpf, Reg. 2865.*

*(P. 54.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum imperator augustus R. Babenbergensis ecclesiae episcopo gratiam et omne bonum.

Notum est tibi, quanto periculo tota fluctuat ecclesia, quantus error in omni surgit Saxonia, quantaque desolatione nobilis illa Metensis penitus destruitur ecclesia; et non solum ibi sed et in diversis partibus ecclesia nostri dividitur imperii. Igitur consilio nostrorum fidelium statuimus fieri Moguntiae colloquium in dominico die Nov. 24. ante proximum sancti Andreae festum. Huic colloquio omnes regni principes nostri fideles intersunt, et praeterea omnes quorum nobis utilis declaratur aut fides aut consilii providentia. Ad quod venire te quam intime rogamus, quia nullatenus tam ardua negotia regni et divisio ecclesiae coadunari poterit sine tua maxima sapientia

70. x) *reliqua des.* 1. 2. *Ek.* y) Wilhelmus 3. z) Ostiensis 3; *correxit Pertz.* a) *correxit Iaffé ex* Eucharius 3. b) *correxit P. ex* Leodiarus 3. c) Bruhardus 3. d) Conrodus Lanuensis 3.
71. a) H. 2—4.

1) *Bruno tunc fuit episcopus Veronensis.* 2) *V. supra nr. 69.* 3) *Cf. Stumpf, Reg. 2864.*

et egregio consilio et fide, que hactenus nobis frequenter in necessitatibus et in[b] huiusmodi controversiis regni, prout nos voluimus et res exegerat, praesto fuit. Ad quod colloquium omnes Saxones nostri fideles venient, rogantes summopere[c], nos in Saxoniam venire et hos novos errores componere. Metenses autem e contrario Metim clamant nos transire, quatinus illic tandem pax et securitas reddatur ecclesiae. Nos quoque, invitante archiepiscopo, Coloniae nativitatem Domini celebraturi sumus et idcirco[d] statuimus, hoc colloquium ante fieri, ut huiusmodi dissensiones regni prius componeremus, quam nos in remotiora transiremus loca. Sed idcirco praedictam expeditionem distulimus quatinus communi omnium nostrorum consilio quae nobis agenda sint considerentur. Ergo rogamus te per eam, qua compater nobis effectus es, dilectionem, ne te[e] corporis egritudo vel quaelibet alia res impediat, quin ad praefatum colloquium tempore statuto venias et ibi iuxta magnam sapientiam et solitam fidem tuam de nostra et regni utilitate quae necessaria sunt nobiscum disponas. Dec. 25.

# 72. PACTUM CUM VENETIS.

(1094. 1095.)

*Exstat in 1) Libro blanco fol. 31, nr. 17, praeditum hac inscriptione:* Privilegium Henrici imperatoris factum Vitali Faletro duci Venetiarum: 2) *cod. Trivisano fol. 167. Praemissis exordii formulis de integro conscriptis, nostrum monumentum ad verbum Ottonis II. pactum (supra nr. 18) usque ad caput 17 reddit. Reliqua vero capita eodem modo, atque in prioribus scriptis, decurrere, librarius paucis illis verbis ante eschatocollum insertis monere videtur (cfr. infra p. 124 not. h). Memorare etiam iuvat, in c. 10. verbis* et non amplius *additis Italicorum libertatem commercii maritimi in Venetorum commodum coerceri. Monendum denique est, cum notae temporis inter se pugnent, non satis certo asseri posse, utrum a. 1094 an a. 1095 pactum editum sit. — Stumpf, Reg. 2924.*

*(P. deest.)*

(C.)[a] In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus Dei gratia Romanorum imperator[b] augustus. Quoniam stabilem christianorum principum caritatem operari plurima bona ad multorum utilitatem novimus et viros sapientes ac discretos rectores regnorum suorum notos habere semper et amicos curavimus, Vitalem Faletrum de Donis christianum[c] ducem Veneticorum atque clarissimum, quem luce sapientie ac tocius honestatis ubertate prepolere manifestum est, habere notum et amicum ad decus imperii nostri stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei perpetuam confirmationem ipse dux vir sapiens et honestus noster fidelis[d] compater exaudibiliter in Christo fieri postulavit, et eius sapiens et honesta postulatio, quod eius filiam sacro fonte levavimus, amicabiliter impetravit. Hac igitur ratione christianitatis uniti nostram utrimque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis negociis magnisque publicis ac privatis eius sinceram dilectionem et preclaram sapientiam imperio nostro et[e] nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei evidentia et sapientum iuditio virorum sapiens ac[f] discretus Venetici regni rector existit et egregia fides eius et pure dilectionis exhibitio, quam semper erga nos et imperium nostrum habuit et

71. b) *deest* 1. c) sumopere 1. d) iccirco 2. e) *deest* 4.
72. a) *om.* 2. b) et *add.* 1. c) christiauorum 1. d) fieri 1. 2. e) ut 1. 2. f) et 2.

habiturus est perhenniter, eum nobis commendabilem in omnibus exhibuit, dignus eius[g] et honestus interventus pro omnibus incolis Venetici regni puram fidem[h] et sinceram dilectionem ob hoc usque nobis servaturis aput nostram imperatoriam maiestatem locum[i] karissimi compatris et viri sapientis venerabiliter obtinuit. Igitur ob sinceram eius et venerabillem dilectionem karissime compaternitatis vinculis astrictam, ut ad fructiferum decus imperii nostri firma semper et inviolabilis permaneat, quicquid ipse dux et Venetici ducatus populus et ecclesie retro per triginta annos in imperii nostri potestate, secundum quod in precepto patris nostri et nostrorum antecessorum, regum vel imperatorum, continetur et in pacto Ottonis imperatoris legitur, iuste et legaliter tenuit et habuit, per hanc preceptalem paginam renovavimus atque confirmavimus. Huius autem rei internuntii viri venerabilles extiterunt, Grauso videlicet dilectus ducis canzelarius, Vitalis Michael et Petrus Zopolus, per quos, ut supra dictum est, sequentia laudavimus, ita quidem, ut pars parti nil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum est, in omnibus actionibus rebusque facere presumat et si, quod absit, aliqua malitia vel lesio nequiter inter partes commissa fuerit, per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione a rebelli et transgresore parte ad pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum semper maneat curicula, remota omni contradictione vel impugnatione tam nostra quam nostrorum successorum omnium[k].

Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel equis sanctionibus oppugnare nitatur, et ut specialiter notentur vicini populi maxime tam ex nostro imperio quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decrevimus, hii sunt ex nostro silicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Ferrarienses, Ravenates, Comaclenses, Ariminenses, Pisaurienses[l], Censentenses[m], Fanenses, Senegalienses[n], Anconenses, Humanenses, Firmenses, Epinenses, Veronenses, Montesilicenses, Gavellenses, Vincentenses[o], Paduenses, Tarvisianenses, Cenetenses, Foroiulienses, Histrienses, et cuncti de nostro Ytalico regno*, sive qui modo sunt vel qui in posterum futuri sunt; ex predicto vero[p] ducatu Venetie sunt: Rivoaltenses, Metamaucenses, Cluienses, Caputargelenses[q], Brundulienses[r], Lauretenses[s], Pistrinenses[1], Murianenses, Torcelenses, Amianenses, Burianenses, Equilenses, Caprulenses, Civitatinenses[t], Finenses, Gradenses et concta generalitas populi Venetie, sive qui modo sunt[u] vel qui futuri sunt.

(1) Confirmamus itaque Veneticorum fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari[v] debere, sed libere et absque omni impulsu que retro ab annis possiderunt triginta, deinceps possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha[w] nec non episcopi, abbates et omnes ecclesie sancte Dei et reliquus[x] populus Venecie sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive in campis, domibus, pratis, silvis, vineis, salictis, paludibus, sationibus, piscationibus et ceteris aliis possessionibus, quiete possideant absque cuiusquam[y] insultantis machinatione aut lesione vel sinistra quippiam[z] tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis inde facere presumat. Nec etiam venationem aut pabulationem sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navem ipsorum Veneticorum in aliqua nostri imperii parte periclitantem predari seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre[a] presumat; quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam facere presumserit, et res dominio possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

(2) Quodsi[b] excursus inter partes factus fuerit, persona ipsa, que in capite fuerit ad

72. g) enim 1. h) fidelem 1. i) locus 2. k) omnium successorum 2. l) Pisaurenses 2. m) Cesenenses 2. n) Senogallienses 2. o) Vinocentenses 2. p) autem 2. q) Caputargilenses 1. r) Brondulenses 2. s) Laurecenses 1. t) Civitanenses 1. u) sunt modo 1. v) iniuriari 1; *lacuna in* 2. w) patriarcha suus 1. x) reliquis 1. y) cuiuspiam 2. z) quapiam 2. a) infere 1. b) idem si 1.

1) *Pistrinenses vel Palestrinenses, civitatis hodie Palestrinae incolae; cfr. Pactum Friderici I. a. 1177.*

eandem malitiam faciendam, infra LX dies tradatur, et omnia, que fuerint ablata[c], in duplum restituantur; quodsi ipsum duplum compositum non fuerit vel persona ipsa tradita infra LX dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam malitiam perpetraverit[d], componantur auri solidi quingenti.

(3) Si furtum inter partes factum fuerit, in quadruplum restituatur.

(4) Si servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint[e], reddantur; et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum ydoneum dominis[f] illorum satisfactum fiat[g]. Si vero iudex vel aliquis ipsos[h] fugitivos susceperit et eos reddere negaverit et exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXII. Quodsi dubium fuerit et denegaverit iudex vel auctor loci ipsius, in quo ipsi fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum duodecim electi, quod ibi nec suscepti fuerint nec illos habeant nec in conscientia illorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium peractam per[i] iussionem iudicis sui liceat ei[k] pignerare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam iustitiam[l] per integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi[m] aut cause requiruntur; et si pigneratio pervenerit[n], non presumat alia pars pro pignere aliam[o] pignerare, sed expectet usque ad audiendam[p] causam, ita sane ut cause in sex mensium spatio fiant et sint finite cause, reddens prius, quia ex inditio condempnatus fuit, et pignus suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignere pignerare presumpserit, in duplum, qui[q] tulerit, restituat.

(6) Si vero equi vel eque aut armenta aut aliqua quadrupedia furata fuerint, in duplum restituantur; si ipsa aberaverint, modis omnibus reddantur. Quodsi[r] post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc perveniat[s] pignoratio de loco, ubi hoc requiritur, usque dum pars parti satisfatiat; et post satisfactionem reddantur ipsa pignera.

(7) Et hoc statutum est, ut, si figitivus seu res reddita fuerit vel si per sacramenta satisfactio adimpleta fuerit, modis omnibus pars parti securitatem fatiat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignerare presumpserit, causam perdat, et quod tullerit[t] restituat.

(9) Negocia autem inter partes fiant, et liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit[u] sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negociatoribus conservetur.

(10) De ripatico autem:* secundum antiquam consuetudinem pars parti servet omne quadragesimum; et licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram sive per flumina tocius regni nostri; similiter et nostri per mare usque ad vos et non amplius.

(11) De hoc convenit, ut, si qua lesio inter partes evenerit, legatarii non detineantur; si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis solidi CCC; et si, quod[v] absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi mille, et ipsa persona tradatur in manibus eorum.

(12) Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel vel bis cum epistola iudicis sui[w]; si ei iustitia minime facta fuerit infra dies XIIII, si ipse homo, unde iustitia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies septem licentiam habeat pignerare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra casam suam, quantum ipsum debitum erit; et ipsum pignus[x] usque ad prenominatas noctes. Quodsi antesteterit ipsum pignus, componantur solidi XII causa manente, ut pro eo iterum pigneratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi inditium

**72.** c) ablata fuerint 1. d) perpetravit 2. e) detulerunt 2. f) dominus 1. g) fuerit 2. h) qui eos 2. i) *om.* 1. k) *om.* 1. 2. l) iussionem 1. m) fugitur 1. n) perveniret 1. o) eam 1. p) audiendum 2; audiendum causas *PO. II.* q) quae 2; quod *PO. II.* r) idem si 1. s) *om.* 1. 2; *suppl. ex pacto Ottonis II.*, pignoratio fiat *in pacto Heinrici V.* t) tullit 1. 2. u) *om.* 1. v) quodsi 2. w) et *add. PO II.* x) *supplendum est* salvum sit; *cfr. pactum Ottonis II supra p. 42 n.* n.

ambabus partibus annuntiatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte de loco, ubi causa requiritur[w], quod ipsi[y] per evangelium determinaverint, pars parti satisfatiat.

(13) Addimus autem, ut, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur; quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi mille[z].

(14) Simili pena decernimus dampnandum[y] eum, qui in communibus merchatis tumultum populi excitans[a] homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus absque homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione auri[b] soldos CCC.

(15) Si aliqua pigneratio in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur solidi CCC et pro servo L; et si plaga facta fuerit, ut[c]* non moriatur, pro libero homine solidi L et pro servo XXX.

(16) Statutum est, ut in rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignerationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causas habuerit; et ante compelatio fiat semel vel[c] bis; nam qui aliter[d] presumpserit, duplum componat, et si nesciens pigneraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque salvum[e] restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses[f], Olivolenses, Murianenses[g], Metamaucenses, Albionenses, Torcelenses, Amianenses fecerunt retro ab annis XXX: habeant licentiam secundum antiquam consuetudinem faciendi, sive per flumina sive per mare.

⟨Igitur supradictorum serie inviolabiliter observata[h. 1]⟩. Si quis dux vel marchio, comes aut vicecomes aut alia quelibet persona cuiuscumque condicionis hoc preceptum violare presumpserit, mille libras auri optimi compositurus banno nostro subiacebit, medietatem nostre camere et medietatem predicto duci et universis Veneticis. Ut autem consideratis omnibus verius credatur et* ab omnibus observetur, impressione nostri sigilli iussimus huius precepti paginam insigniri.

Signum domini Heinrici[i] Romanorum imperatoris invictissimi (M).

Anno dominice incarnacionis millesimo nonagessimo IIII, indictione III, regnante Henrico[i] Romanorum imperatore augusto quadragesimo II, imperante autem XII: actum[k] est Tarvisii: feliciter.

# 73. CURIA MOGUNTINA.

## (1100) Dec. 25.

*Litteras invitatorias ad Udalscalcum abbatem Tegrinsensem datas servavit codex lat. Monacensis 19411 (Teg. 1411) saec. XIII. in. fol. 120 (p. 241), ex quo eas vulgavit primus Pez 'Thesaurus anecdotorum' VI, 2, 47 nr. 67. Codicem ipse contuli. — Stumpf, Reg. 2948.* *(P. 60.)*

H(einricus) Dei gratia imperator augustus Tegrinsensi abbati gratiam et omne bonum.

Comperto nuper apud nos domni apostolici C(lementis) obitu[2], principes qui

72. y) *om.* 1. 2; *suppl. ex PO. II. et PII. V.* z) *ita* 1. 2; treecenti *PO. II et PII. V.* a) execrans 2. b) soldos auri 2. c) et 2. d) *supplendum est* facere; *cf. pactum Ottonis II. supra p. 42 n.* i. e) solutum 1. 2. f) Rivaltenses 2. g) Amorianenses *PO. II.* h) *quibus verbis librarius notare videtur, studio commoditatisque causa capita 18—26 pactorum vetustiorum, ad quae remittit lectorem, se omisisse.* i) Enrici, Enrico 2. k) datum 2.

1) Igitur — observata *sunt verba librarii, v. not.* h. 2) *Qui contigit a. 1100 mense Septembri.*

nobiscum erant consuluerunt, ut universis principibus curiam generalem in natali Dec. 25. Domini apud Moguntiam indiceremus, quatenus eorum communi consilio Romana sedes ordinetur et reformande unitatis ecclesiastice, que longo iam tempore miserabiliter scissa est, ratio capiatur. Qua de re monendo, rogando et precipiendo debitam a te nobis fidem diligentissime convenimus, ut, sicut Deum et pacem, christianam dilectionem quoque et gratiam nostram curas, ad predictam curiam venire nulla dissimules occasione, nulla[a] pretermittas occupatione[b]. Pro certo noveris, quod hunc laborem nulli principum remittimus, nullius in hoc negligentiam equo animo sufferemus.

# 74. PAX MOGUNTINA.

## 1103. (Ian. 6.)

*Annales Augustani ad. a. 1103 (SS. III, 135) tradunt haec:* Heinricus imperator Mogontiae commoratus in epiphania, regnum per quadriennium cum iuramento pacificari constituit, Saxones rebelles sibi reconciliavit cunctisque gratia sua carentibus commissa dimisit: *itemque Sigebertus ad a. 1103 narrat (SS. VI, 368):* Heinricus imperator sedatis Saxonum motibus pacem in quadriennium constituit. *Huius pacis notitiam servavit codex lat. Monacensis 3739 (August. eccl. 39), ubi marginibus foliorum 5'—7 manu saec. XII. in. inscripta sunt, quae iterum collata infra edituri sumus. Ea scriptum pacis authenticum esse nequaquam contenderis. Est potius narratio historica ab homine bene edocto, qui curiae Moguntinae interfuisse videtur, facta, quae scriptum pacis nimirum adhibuit et aliquas eius normas forma plus minus genuina inseruit. Verba* iuramentum tale est *indicant, normas quae sequuntur, et fortasse et alias (e. g. de pace ecclesiarum, clericorum etc. tractantes) insimul a principibus sacramento firmatas esse, sicuti et forma Pacis Dei incertae, quam infra in Appendice propposituri sumus, inscripta est* Iuramentum pacis Dei. — *Stumpf, Reg. 2959.* *(P. 60.)*

Anno ab incarnatione Domini millesimo CIII. Heinricus imperator Mogontiae pacem sua manu firmavit et instituit, et archiepiscopi et episcopi propriis manibus firmaverunt. Filius regis iuravit et primates totius regni, duces, marchiones, comites et alii quam multi. Dux Welfo et dux Pertolfus et dux Fridericus iuraverunt eandem pacem usque ad pentecosten et inde per IIII annos; iuraverunt, dico, pacem aecclesiis, clericis, monachis, laicis: mercatoribus, mulieribus ne vi rapiantur, Iudeis. Iuramentum tale est:

Nullus alicuius domum hostiliter invadat nec incendio devastet, nullus aliquem capiat propter pecuniam, nec vulneret, nec percutiat, nec interficiat. Et si quis hoc fecerit, oculos vel manum amittat. Si quis eum defenderit, eandem poenam patiatur. Si in castrum fugerit, per III dies obsessum a coniuratoribus disperdatur. Si quis effugerit hoc iudicium, beneficium si habet, dominus suus sibi auferat, patrimonium cognati sui illi auferant. Si quis furtum fecerit valens V solidos[1] vel plus, oculos vel manum amittat. Si furtum commiserit valens minus V solidos, capillos amittat et

73. a) nullam *cod.* b) occupationem *cod.*

1) *Cf. Ius familiae Wormatiensis c. 32.* Sex solidi *in Pace Italica a. 1077 supra nr. 68, c. 2.*

virgis cedatur et furtum reddat; et si ter tale furtum fecerit vel rapinam tercia vice, oculos vel manum amittat. Si in via occurrerit tibi inimicus tuus, si possis illi nocere, noceas; si fugerit in domum vel in curtem alicuius, illesus maneat.

Hoc iuramento utuntur amici regis pro scuto, inimicis vero nequaquam prodest.

---

# 75. SENTENTIA DE IURE ADVOCATORUM.

## 1104. (Ian.)

*Dubitari licet, an haec sententia, cuius textus genuinus iam non exstat, ad omnium ecclesiarum advocatos pertineat. Ad Augustensis ecclesiae advocatos potius solummodo spectasse primitus videtur, ut notitia historica, quam infra in adnotatione proponimus, indicat*[1]. *At alias etiam ecclesias hac sententia usas esse, ex eo elucet, quod non solum in libris Augustensibus sed etiam in libris Frisingensibus et Altahensibus superstes est. Legitur* 1) *in codice lat. Monacensi 2, olim Augustensis ecclesiae, fol. 89' manu saec. XII,*

1) Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter Chvnradus et Waltherus Aug[ustensis] ecclesie canonici et boni testimonii fratres pro obtinenda sui iuris libertate ad regis curiam Ratispone communi consilio fratrum urgente[a] necessitate a capitulo missi sunt aliisque fratribus supervenientibus et eiusdem legacionis verba confirmantibus, ut episcopi et advocatorum prefate ecclesie diu seviens in predia fratrum iniuria regia potestate principumque auctoritate sedaretur, ipsisque advocatis iusticia, quam Manegoldus in Augusta et comes Aschabinus in Strubingen et Erich in Gysenhusen habuit, determinaretur. Communi ergo principum tam ecclesiasticorum quam secularium consilio et iudicio statutum est, ut ad placitum Aug[ustensis] advocati sive aliorum advocatorum pertinentes semel in anno, quando preceptum fuerit, omnes homines conveniant certis in locis, scilicet in Aitingen, in Strubingen, in Gysenhusen, ibique plus in servicium suum non exigant nisi duos modios tritici et duos porcos, tres cados vini et medonis, decem cados cervisie et V modios avene. Ut autem ea [que] ad usus fratrum pertinent minus distrahantur, subscripta omnia in usus advocatorum sunt deputata: tercia pars bannorum, satisfactio temeritatum, ita tamen ut si qua dispendia res fratrum patiantur, primum eis [sua] restituantur. Werigelta fratrum sint, et mancipium pro mancipio. Preterea si aliqua necessitate vocati fuerint, nihil a fratribus vel eorum colonis quasi sub iusticia exigant, sed cum caritate hoc quod eis impensum fuerit accipiant.

Huius rei testes sunt: Bruno Treuerensis archiepiscopus, Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Berhtolfus[b] Salzeburgensis electus, Emehardus Wirzburgensis electus, Burchardus Monasteriensis episcopus, Otto Babenbergensis episcopus, Iohannes Spirensis episcopus, Vto Hildinensis episcopus, Witelo Mindinensis episcopus, Eberhardus Eistetensis electus, Hainricus Frisingensis episcopus, Adelbero Tridentinus episcopus, Vdalricus Augiensis abbas, Babo abbas de S. Emmeramo; preterea Erlungus cancellarius cum magna multitudine clericorum. Isti sunt canonici ex parte tocius congregationis ad curiam regis missi: Sitzo, Emenhart, Witolt, Rudolf, Chunr[at], Sigebot, Tuto, Guntherus, Liupolt, Lanzo, Pucco, Pillunch, Herman, Hainr[icus], Walther, Otto, Wernher. Laici quoque qui interfuerunt et audierunt: dux Welf et frater eius Hainr[icus], Peringer de Sulzbach, Sigehart et Fridr[ich] frater eius de Thengelingen, Otto de Diezen, Adelpreht de Elchingen, Wichpreht et filius eius de Saxonia, Wernher de Vresperch, Hainr[icus] de Sconenburc, Herman de Raitenberg, Gerloch de Orth, Arnolt de Goldenbach, Volcmar dapifer imperatoris, Gundekar et Erkenpolt cammerarii imperatoris et quam plures alii fide digni.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CIIII, indict. XII, in civitate Ratisp[onensi] presente et decernente Hainrico imperatore tercio, rege vero IIII[to]. *Edimus iterum e codice diplomatico episcopatus Augustani manuscripto Placidi Braun (tom. I, nr. 33), qui asservatur in ordinariatu episcopali; Braun dedit 'ex cod. ms. cap. August'. Braunii manuscripto usa sunt Monumenta Boica XXXIII, 1, 13.*

a) vigente *cod.* b) *corr. ex* Berhtoldus *cod.*

*ubi praecedunt haec:* Ex concilio Affricano. Visum est universis, ab imperatoribus postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur aecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione deligerentur; 2) *in cod. tabularii regni Bavarici Hochstift Freising III A 1 No 3c (olim Lib. trad. Fris. IV. cod. 238) fol. 116 manu saec. XII. ex.; verba:* Ex concilio — provisione delegerentur *leguntur in margine: ex hoc codice edidit Meichelbeck 'Historia Frisingensis' I, 2, p. 530 nr. 1272 (= Hartzheim 'Concilia Germaniae' III, 247): 3) priores sententiae lineae leguntur in codice eiusdem tabularii a. 1260 ab Hermanno abbate Altahensi conscripto*[1] *et vulgatae sunt in Monumentis Boicis XI, 26.*

*Aut sententiae textus genuinus aut notitia historica in adnotatione excusa adhibita est in concinnando privilegio Friderici I. dato Nurenberc a. 1156. Iun. 21 (Mon. Boica XXIX, 1, p. 327; Stumpf, Reg. 3747)*[2]. — *Stumpf, Reg. 2968.* *(P. 62.)*

Ex[a] concilio Ratisponensi cui interfuit Heinricus III. imperator cum multis optimatibus.

Statutum[b] est: ut ad placitum cuiuslibet advocati[c] pertinentes semel in anno, quando praeceptum fuerit, omnes certis in locis conveniant; ibique[d] in servitium suum plus non exigant nisi duos modios tritici et duos porcos, tres cados vini et[e] medonis, decem[f] cados cervisiae et V modios avenae[g]. Ut autem ea quae ad[h] usus fratrum pertinent minus distrahantur, haec subscripta in usus advocatorum sunt deputata: videlicet tertia pars bannorum et satisfactio temeritatum, ita tamen ut si qua dispendia res fratrum patiuntur, primo eis sua restituantur. Werigelda fratrum sunt, et mancipium pro mancipio. Preterea si praelati aecclesiae aliqua necessitate cogente damnum sibi vel rebus suis[i] illatum salvo ordine suo recuperare non valuerint, ipsos advocatos in competentem locum advocent; ubi causas querimoniae diligenter discutiant, nichilque ibi[k] ab eis vel ab eorum colonis quasi sub iusticia exigant, sed cum caritate hoc quod eis impensum fuerit accipiant.

Haec autem[l] acta sunt in civitate Ratisbona[m] anno dominicae[l] incarnationis MCIIII, indict. XII, praesidente papa Paschali II, praesente[n] autem Heinrico imperatore III, multis hoc tam aecclesiae quam regni principibus conlaudantibus et confirmantibus, quorum nomina[o] scripta sunt in maiori privilegio.

**75.** a) Ex — optimatibus *in marg.* 1; *des.* 3; Ex — cum plurimis obtimatibus ista laudantibus et confirmantibus *in contextu* 2. b) 3 *sic:* Heinricus imperator IIII. de legitimis et annalibus advocatorum placitis hoc statuit quod ad *etc.* c) magnarum ecclesiarum *add.* 3. d) advocati *add.* 3. e) vel 3. f) *in rasura* 1; X. 2. g) in pabulum triginta equorum *add.* 3, *ubi reliqua desunt.* h) *deest* 2. i) sibi 1. k) *deest* 2. l) *deest* 2. m) in civ. Rat. *des.* 2. n) regn autem Heinr̄ imperat. III. 2. o) nomina in libro traditionum continentur 2.

1) *Quem Iaffé SS. XVII, 351 signavit C.* 2) *Hoc privilegium, non vero sententiam nostram, ediderunt etiam Hormayr 'Ueber die Monumenta Boica' 50 et Meyer 'Das Stadtbuch von Augsburg' 309 (ex Mon. Boicis). Lori 'Geschichte des Lechrains' 2 nonnisi versionem Germanicam sententiae vulgavit. Nagel autem 'Origines domus Boicae' 276 diversam prorsus sententiam a. 1104. Ian. 14 latam praebet. Ex his corrigendi sunt Stumpf et Giesebrecht III, 1184.*

# 76. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

(1105. c. Aug.)

*Sistimus secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. German.' V, p. 232 nr. 121 e codicibus collectionis Udalricianae 1) fol. 90', 2) p. 192, 3) fol. 42, 4) fol. 34'. Confer de eadem re epistolam ab imperatore circa idem tempus ad Ottonem episcopum datam apud Iafféum l. c. p. 233 nr. 122. — Stumpf, Reg. deest.* *(P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator augustus O(ttoni) Babenbergensi episcopo, suo dilecto et certo fideli, gratiam et omne bonum.

Nunc imminente necessitate debet apparere, qui sint fideles nobis: et ipsa evidentia rei manifestandum est, quantum nos diligant et honorem nostrum. Scias igitur, quod nos usque Wirzeburc[a] venimus cum multis militibus; et adhuc ibidem plures expectamus; cupientes cum Dei virtute[b] inimicos nostros invadere et castrum nostrum Nurinberc[c], quod obsident, liberare. Quapropter tibi, sicut optimo fideli, rogando mandamus: ut ad nos venire festines cum omnibus quos habere poteris, sicut tibi confidimus. Insuper etiam diligenter te rogamus: ut in praesenti nostram consideres necessitatem, et A., qui nobis est necessarius, concedas beneficium, quod a te postulat; animadvertens, quod modo nos praesens periculum compellit multis supplicare et, eorum voluntatem faciendo, ipsos in nostra fidelitate confirmare. Et hac ratione constrictos, de his et de[d] aliis multis oportet nos te rogare aliter quam vellemus. Sed nos, Deo volente si prosperitas advenerit, te et ecclesiam tuam, sicut dignum est[e], respiciemus. De hac re fac, secundum quod tibi dicet N. ex nostri parte.

# 77–79. CONTRA FILIUM AD ROMANAM ECCLESIAM APPELLATIO.

(1106. Iul. Aug.)

*Appellationem talem imperator memorat in tribus epistolis, quas proposituri sumus.*

## 77. *EPISTOLA AD FILIUM DATA. (Iul.)*

*Praebemus secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. German.' V, p. 250 nr. 134 e codicibus tribus collectionis Udalricianae 1) Vindobonensi 398 fol. 91; 2) Zwetlensi 283 p. 193; 3) Monacensi 4594 fol. 47; porro 4) e codice Monacensi lat. 14096 (S. Emmer. 96) saec. XII. fol. 122. Primus e codice 4 eam edidit Aventinus in editione Vitae Heinrici IV, unde transiit in multos libros e. g. Urstisius 'Scriptores' I, 398, Goldast 'Constitutiones imperiales' I, 249. — Stumpf, Reg. deest.* *(P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum[a] imperator augustus H(einrico) filio suo.

Si ea[b] nos debita et[c] paterna affectione tractasses, qua[d] deberes, libentissime tecum paterne[e] loqueremur et paterna tibi mandaremus. Verum quia longe alius quam

76. a) Wirzeburch 1. b) adiutorio 3. 4. c) Nurenberc 3. 4. d) *deest* 4. e) *deest* 2.
77. a) *deest* 3. b) *deest* 1–3. c) et paterna *des.* 4. d) quam 3. e) *deest* 4.

paternae affectionis et humanitatis circa nos animus tibi[f] fuit et[g] est, nequimus aliter tecum loqui vel aliud mandare, quam quod ipsa manifestissimae[h] rei veritas habet.

Tu enim ipse scis, sicut ipso[i] publico experimento facti tui[k] conscius es: qualiter, data fide et securitate personae et honoris nostri, omni affectione devotionis promisisti, nos ducere Moguntiam coram principibus et inde nos securissime[l] reducere quocunque vellemus. Hac fiducia cum tecum caritative et indubitanter ascenderemus, contra datam fidem apud Bingam nos cepisti. Ubi nec paternae lacrimae nec patris meror et[m] tristicia, qua[n] ad pedes tuos aliorumque provolvebamur[o], te movit ad misericordiam, quin nos caperes et captum mortalibus inimicis ad[p] illudendum et custodiendum traderes; ubi, omni[q] genere contumeliae et terroris afflicti, compulsi sumus ferme venire usque[r] ad ipsum articulum mortis. Ante captivitatem etiam abstulisti nobis episcopatus et quicquid de honore regni potuisti et praedia nostra et ipsam familiam. In captione[s] vero quicquid residuum erat, etiam[t] lanceam et crucem et omnia regalia insignia vi et timore mortis — ut ipse[u] bene scis et omni[v] ferme notum[w] est christianitati[x] — a nobis[y] extorsisti, vix relicta ipsa vita.

Cum hoc tibi de nobis non sufficeret, postea semper, et[p] ubicunque fuimus, omnibus modis quibus potuisti, nos[z] persequi non cessasti, ut vel perderes vel de regno expelleres. Verum non satis mirari possumus, qua ratione vel occasione hoc tam obstinate facis[a], cum de domno[b] papa et de Romana ecclesia tibi nulla residua sit occasio.

Nunc[c] enim nuntio domni papae et Romanae ecclesiae, te praesente, obedire parati fuimus[d] et sumus, omnem debitam obedientiam et reverentiam ei praesentialiter et semper exhibere et consilio principum[e] et spiritualis patris nostri H(ugonis)[b] Cluniacensis[f] abbatis aliorumque religiosorum virorum et[b] de statu ecclesiae et honore regni libentissime agere.

Rogamus te ergo pro honore regni et tuo et paterna devotione et per auctoritatem Romani pontificis et Romanae ecclesiae: ut de iniuria nobis illata et de his, quae nobis vi et iniuste abstulisti, iusticiam facias. Nec non etiam rogamus: ut — cum nichil[g] rationis tibi sit, quare nos persequaris quodam[h] modo — nos et fideles nostros cesses infestare, immo permittas nos pacifice et quiete vivere, ut integre et cum tranquillitate possimus omnia supra dicta peragere. Recognosce etiam et tecum cogita: quia Deus iudex iustus[1] est, cui commisimus causam nostram et vindictam, cuius etiam[i] iudicia sunt[k] abyssus multa[2]. Quoniam[l] quantumcunque super afflictione[m] et infortunio nostro[n] glorieris[o] et super humilitatem nostram[n] te extollas, forsitan de sede sancta sua inter me et te sua gratuita misericordia aliud iam definivit[p], intercedente iustitia, quam tu ipse cogites et[q] disponas.

Quodsi nulla alia[r] vel reverentia seu intercessio nobis valet, uti apud te[s] iustitiam consequi possimus vel ut tuae[t] persecutionis impetus cesset, ad[u] hoc idem Romanum pontificem, sanctam et universalem Romanam sedem et[n] ecclesiam appellamus.

**77.** f) tuus animus 1—3. g) et est *des.* 4. h) manifestissima 1—3. i) ipso — experimento *des.* 1—3. k) tibi 4. l) securitate 3. m) nec 4. n) que 1—3. o) provolvebatur 1—3. p) *deest* 4. q) multimodo 4. r) *deest* 1—3. s) captivitatem 4. t) et 4. u) *deest* 1—3. v) omne 1—3. w) notum est *des.* 1—3. x) christianitatis 1—3. y) iam votum *add.* 1—3; *cf. supra not.* w. z) nos potuisti 1—3. a) facias 4. b) *deest* 1—3. c) Non 4. d) fuimus et *des.* 1—3. e) principium 3. f) Cloniacensis 4. g) nil 4. h) quodam modo *des.* 1—3. i) *loco* vindictam cuius etiam 1—3: eius vindicta et. k) velut *add.* 1—3. l) Quia 1. 2. m) afflictionem et infortunia 4. n) *deest* 4. o) gloriaris 4. p) diffinivit 3; difinivit 1. q) vel 4. r) causa *add.* 1—3. s) valet apud te ut 4. t) ut tuae *des.* 1—3. u) ad hoc idem *des.* 1—3.

1) *Ps. 7, 12.* 2) *Ps. 35, 7.*

## 78. *EPISTOLA SAXONIBUS MISSA. (Iul.)*

*Et ipsam damus secundum editionem Iaffēi in 'Bibliotheca rer. German.' V, p. 505 nr. 12 ex* 1) *codice lat. Monacensi 14096 (S. Emmer. 96) saec. XII. fol. 123;* 2) *editione Chronici Ekkehardi SS. VI, 236. E codice Monacensi dedit Aventinus l. c., quem secuti sunt Urstisius I, 399, Goldast I, 249, ceteri. — Stumpf, Reg. deest. (P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator augustus archiepiscopis[a] et ceteris Saxonie principibus ac eciam reliquo populo gratiam et dilectionem, dignantibus eam recipere.

Conquerimur Deo omnipotenti et domine mee[b] sancte Marie et beato Petro principi apostolorum patrono nostro et vobis principibus omnibus, quia iniuste et inhumane et crudeliter, in illa confisi fide, de[c] qua dubitare non debuimus[d], tractati sumus; et tam honore regni quam prediis et omnibus, que habebamus, contra divinum et humanum ius, ad infamiam[e] et improperium[f] regni ita expoliati sumus, ut nichil penitus preter solam vitam nobis relictum sit[g]. Ubi cum ferme omnes essetis, magna pars vestri visa est dolere et tristari. Sed pro dolor[h] nichil nobis vestra[i] contulit tristitia, quin de[e] nobis sibi satisfaceret voluntas inimicorum nostrorum odiosa.

Et quia cum consilio et rogatu filii nostri, fide et securitate vite et honoris ab eo primum accepta, fiducialiter et desideranter Magontiam in presentiam legati Romani et principum tenderemus[k], ut eorum dispositione ageremus tam de statu ecclesie et honore regni quam de salute anime nostre, ipse non est veritus in hac voluntate et obediencia nos contra datam fidem capere et usque ad articulum mortis ferme ducere. Non ausi sumus ita nos illi credere, ut iniuriis[l] et contumeliis nos pro voluntate sua sicut prius valeat tractare.

Quapropter multum vos rogamus et obnixe precamur: ut pro timore Dei et honore regni et honestate vestra dignemini studere, quomodo de iniuria in manibus vestris nobis illata per vos possimus recuperare iusticiam.

Nos autem[m] pro consilio vestro et aliorum, qui nos odio non habent, religiosorum[n] virorum parati sumus, tam filio nostro, si in aliquo eum offendimus, quam alicui in regno libenter emendare. Preterea, sicut domino pape[o] in presentia legati sui et vestra obedire parati fuimus, ita et nunc parati sumus, ei omnem debitam reverentiam et obedienciam sincero corde et devocione presentialiter exhibere et — tam consilio vestro quam spiritualis patris nostri H(ugonis) Cloniacensis[p] abbatis aliorumque religiosorum virorum — de statu ecclesie et honore regni, quantum in nobis est, disponere.

Cum igitur ad hec omnia parati simus, rogamus vos et obnixe precamur, quatinus pro Deo et honore regni et vestro instanter moneatis filium nostrum, cum nulla ei secundum prefatam sentenciam adversum nos residua sit ocasio, amodo desistat nos et fideles nostros persequi; et pacifice et quiete vivere permittat, ut supra dicta integre et cum tranquillitate perficiantur. Quodsi noluerit, rogamus vos per auctoritatem Romane ecclesie, cui nos committimus et honorem[q] regni, ne super nos et[r] fideles nostros veniatis. Quia manifestum est, non cum divine legis zelo vel Romane ecclesie dilectione, sed concupiscentia regni[s], patre iniuste eo privato, hoc incepisse. Apud quem si[t] interpellacio vestra nullaque alia intervencio ad presens prodesse poterit, appellamus Romanum pontificem et sanctam universalem Romanam sedem et ecclesiam.

78. a) *loco* archiepiscopis — populo 2: episcopis ducibus marchionibus comitibus caeterisque regni principibus. b) *deest* 2. c) *deest* 1. d) debueramus 2. e) infamia 1. f) imperium 1. g) est 1. h) dolorum 1. i) vitam 1. k) tenderimus 1. l) iniurie 1. m) quoque 2. n) religiosorumque 2. o) papa 1. p) Cloacensis 1. q) honore 1. r) super *add.* 2. s) regno 1. t) *deest* 1.

## 79. *ENCYCLICA OMNIBUS PRINCIPIBUS MISSA.* *(Aug.)*

*Sistimus secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. Germ.' V, p. 506 nr. 13 e codicibus* 1) *cathedralis ecclesiae Treverensis 102 (93 F. olim Abdinghofensi) saec. XII. in. fol. 64'; praesto fuit etiam apographon a viro d. Arndt paratum;* 2) *cod. lat. Monacensi 14096 (S. Emmer. 96) fol. 123'. E codice 2 edidit Aventinus l. c. = Urstisius I, 399. Goldast I, 251 et IV, 1, 53, ceteri; e codicibus 1 et 2 Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' III, p. 1252 nr. 13. — Stumpf, Reg. deest.* *(P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator augustus archiepiscopis, episcopis[a], ducibus, comitibus caeterisque regni principibus gratiam et dilectionem, dignantibus eam recipere.

Rogavimus filium nostrum et vos, et[a] multum precati sumus: ut, dimisso exercitu, ordinaretur, quomodo possemus pacifice[a] convenire, ut de iniuria nostra et pace componenda ad honorem regni posset digne et decenter diffiniri[b].

Placuit vobis remandare, unde nobis longe gravior[c] priori oritur querimonia: quod, dimissa obsidione Colonie, vultis super nos et super[d] fideles nostros sub specie colloquii cum exercitu venire, datis induciis octo dierum. Quae numquam datae sunt homini alicuius conditionis, ut bene scitis, usque ad hanc diem pro legitima diffinitione alicuius minoris negotii, nedum pro tanta re, secundum divinam legem vel humanam vel etiam secundum usum hominum. Oporteret[e] enim nos habere, si vobis placeret, saltem tales indutias, infra quas possemus convocare et precibus invitare, ad hanc eandem causam ut sint nobiscum[f], Mogontinum[g], Treverensem[g], Bremensem archiepiscopos, Frisingensem[g], Augustensem, Curensem, Basiliensem episcopos, ducem Magnum cum duce Theoderico, et ducem Boemicum et comitem Flandrensem cum comite Burgundie Willelmo, et alios qui ad prefatum negotium, ut bene scitis, valde sunt necessarii.

Quapropter, sicut prius rogavimus, ita[h] et nunc iterum precamur[i] et obnixe rogamus: quatinus pro Deo et anima vestra et pro appellacione domini Romani pontificis Paschalis et Romanae aecclesiae et pro honore regni dignemini apud filium nostrum efficere, ut, dimisso exercitu, cesset nos persequi; et ordinetur, quomodo secure et absque omni ambiguitate possimus vos cum caeteris supradictis[k] ad agendum de iniuria nostra et pace in regno conponenda quiete et pacifice convenire.

Quodsi nullatenus voluerit cessare, proclamationem inde fecimus et semper facimus Deo et beatae[l] Mariae et beato Petro patrono[m] nostro et omnibus sanctis omnibusque christianis, et vobis maxime: omni devotione precantes: ut dignemini cessare eum sequi[n] ad persecucionem tantae iniuriae. Et ad hoc, ut ipse cesset nos persequi et vos eum imitari, appellavimus et iam[o] tercio appellamus dominum Romanum pontificem Paschalem et sanctam et universalem sedem[p] Romanam et aecclesiam. Quodsi hoc totum[q] nobis prodesse non poterit[r], committimus nos Deo[o] omnipotenti Patri et Filio sanctoque Spiritui paraclito et beatae Mariae perpetuae[o] virgini et beato Petro et Paulo et[o] sancto Lamberto omnibusque sanctis, ut divina miseratio omniumque sanctorum intercessio humilitatem nostram respicere nosque contra tantum tamque iniuriosum impetum defendere dignetur[s].

**79.** a) *deest* 2. b) diffinire 2. c) graviorum 2. d) *deest* 1. e) Oportet 2. f) vobiscum 1. g) et *add.* 2. h) *loco* ita — rogamus 2: et obnixe precamur. i) precamus 1. k) de iniuria *add.* 1. l) sancte 2. m) *loco* patrono nostro 1: et Paulo. n) persequi 2. o) *deest* 2. p) *loco* sedem — aecclesiam 2: ecclesiam sedem et Romanam ecclesiam. q) tantum 2. r) potest 1. s) amen *add.* 2.

# HEINRICI V. CONSTITUTIONES.

## 80. ENCYCLICA DE HOSTE CONTRA PATREM FACIENDA.

(1106. Apr. Mai.)

*Fragmentum quod servavit Vita Heinrici IV. damus ex eius editione altera a viro cl. Wattenbach parata. Mandatum regis, quod emanavit Moguntiae circa mensem Aprilem seu Maium, ab auctore Vitae in enuntiatis variatum esse, b. m. Giesebrecht 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' III, 1189 opinatus est.*

*Scriptum, quod Pertzius p. 63 ex Ekkehardo (SS. VI, 237) desumptum huic mandato sub inscriptione* Legatio *adiunxit, haudquaquam epistola a rege et principibus ad imperatorem data est, ut voluerunt Pertzius et Giesebrecht l. c., sed potius sermo archiepiscopi Magdeburgensis, ut luce clarius e verbis Ekkehardi patet. Quare id respuimus. — Stumpf, Reg. 3008.* *(P. 63.)*

. . Si per invasionem regnum occupassem, tamen resistentes potestati nostrae retunderem, in quantum possem. Nunc autem cum in sumpta regni dignitate vestris paruerim praeceptis, ausus est quisquam impune in publicam contumeliam regnum et nos armis vexare? Cum enim Leodium ituri, ubi nobis curia pascalis habenda fuerat, ad fluvium Masa venissemus, episcopus Leodicensis et dux Heinricus, de quorum fide et obsequii devotione multum praesumebamus, nobis latenter insidias posuerant et nostros inscios et ad pugnam imparatos cedebant, capiebant, fugabant. Quae et quanta clades ibi acciderit, tam pudet referre, quam inultum dimittere. Igitur constrictus et eventus asperitate et temporis articulo, Coloniam diverti. Quae cum me recipere satis superbe
Mart. 25. refutaret, apud villam Bunnam sanctum diem paschae utcumque peregi. Cui umquam regiae personae tanta contumelia facta est? Nec solum me petit haec contumelia: vos despecti estis; isti praesumptores decreta vestra auctoritatem habere nolunt, sua tantum statuta firma esse volunt; denique in quos totum regni pondus se reclinet, haberi cupiunt. Regem quem constituistis, destituere parant, ut nihil eorum quae vos decernitis, ratum sit. Igitur haec iniuria mea regni potius est, quam mea. Nam unius capitis licet summi deiectio reparabile regni dampnum est; principum autem conculcatio ruina regni est. An haec inpune feremus, et ex ignobili pacientia nostra magis tumebit eorum superbia? Absit, ut qui dicimur inhonorati, dicamur et inulti. Pauca dixisse sat est; desides animi prolixae cohortationis stimulo opus habent. Causa

magis ad incitamentum sit[a] quam verba. Quia igitur contra tam superbos hostes rei publicae viribus utendum est, expeditionem vobis et rogando praecipimus et praecipiendo rogamus, cuius collectioni et tempus Kalendas Iulias et locum Wirziburgensem Iul. 1. urbem praefinimus.

# 81. MANDATUM DE EXPEDITIONE FLANDRICA FACIENDA.

## (1107. ante Nov.)

*Proferimus secundum editionem Iaffé in 'Bibliotheca rer. Germ.' V, p. 257 nr. 140 e codicibus collectionis Udalricianae quatuor 1) Vindobonensi 398 f. 108'; 2) Zwetlensi 283 p. 235; 3) Vindobonensi 611 f. 13'; 4) Monacensi 4594 f. 35; porro e 5) cod. Guelferbytano 1126 (Helmst. 1024) f. 56'. — Stumpf, Reg. 3019.* (P. 64.)

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex[b] O(ttoni)[c] Babenbergensi episcopo, suo fideli karissimo, gratiam et omne bonum.

Cum Dei providentia et magnae pietatis eius consilio de nostro regno ubique pacificato[d] congauderemus, advenerunt nobis nuntii ex parte G.[1] ducis et B.[2] comitis aliorumque fidelium nostrorum marchiae Flandrensis, intimantes[e] eos diutius non posse sustinere molestias R.[3] comitis, qui regnum nostrum invasit et ad ignominiam omnium, qui in eo sunt, sibi nostrum Cameracensem episcopatum usurpavit. Unde, quemadmodum res hortabatur[f], nostros principes convocatos consuluimus[g], et ab eis sapienter re notata[h], constituimus eorum consilio, nos facturos expeditionem in Flandriam supra tam praesumptuosum hostem, qui noster miles debet esse, ne diutius de imminutione[i] et dedecore regni nostri impune[k] superbiat. Hoc siquidem tam manifestum[l] et tam commune regni nostri dedecus tibi fieri, si tuum honorem diligis, pensare debes cordetenus. Ut igitur fideliter hoc facias et prudenter[m], rogamus te sub spe remunerationis tibi gratissimae, et per fidelitatem quam nobis et regno debes ammonemus[n], ut omni occasione destructa, sicut honor est regni atque tuus, ad expedicionem venias, sciens, quod in proximo festo sanctorum omnium Tungris[o] iuxta Leodium conveniemus, Nov. 1. parati super Flandriam equitare. Nec mireris, mutatum esse adventum nostrum Radisponam[p], sicut intellexeras, quando nobiscum eras, quia huius rei necessitas intervenit, et utiliter ad decus regni firmiter est laudata ab omnibus nostris expeditio[q] nostra super hostes[r] in Flandriam.

**80.** a) sint *cod.*

**81.** a) H. 2—4. b) imperator augustus 1—4. c) *deest* 1—4. d) pacatissimo 1. 2. e) nuntiantes 5. f) ortabatur 5. g) consulimus 5. h) renovata 5. i) indiminutione 1. k) impune — regni nostri *des.* 5. l) ui festum 4. m) Ut igitur seias fideliter et prudenter 5. n) monemus 1—4. o) Thungris 1. p) Ratisponam 5. q) expedit 5. r) nostros *add.* 4.

1) *Godefridi Lotharingiae inferioris.* 2) *Balduini III. Hanoniensis.* 3) *Roberti II. Flandriae.*

# 82. EPISTOLA AD ROMANOS.

(1111. Ian.)

*Repetimus editionem Iafféi in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 268 nr. 148 e codicibus quatuor collectionis Udalricianae* 1) *Vindobonensi 398 f. 109;* 2) *Zwetlensi 283 p. 236;* 3) *Vindobonensi 611 fol. 44;* 4) *Monacensi 4594 f. 35. — Stumpf, Reg. 3046.*

*(P. 65.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex[b] consulibus et senatui, populo Romano, maioribus et minoribus, gratiam suam cum bona voluntate.

Divina disponente gratia postquam regnum patrum nostrorum intravimus, Urbem caput et sedem nostri imperii pio affectu visere optavimus et eam more magnorum praedecessorum exaltare, honorare et[c] ditare, ut dominus fideles, ut pater filios, ut civis concives, decrevimus. Huius autem propositum[d] desiderii non voluntas, verum diversa dinque[e] disturbata retardavere regni negocia. Quibus tandem Dei nobis favente clementia sedatis, compositis, subiectis[f], expediti in Italiam venimus illamque prae ceteris terris discordem et divisam pro tempore ad iusticiam et concordiam[g] coegimus. Ad vos ergo properantes et iam diu desideratum inceptum ad effectum perducere conantes; ut legati nostri iussu vestro laudaverunt nosque invitati sumus, ecclesiae et ab ecclesia, vobis et a vobis pro facienda et recipienda iustitia pacifice venimus. Volumus quatinus idoneos nuncios vestrae utilitatis providos et nostri honoris devotos nobis obviam mittatis, quorum consilio et nostrorum unito, ad vos, vobis commodi et nobis, apertius veniamus.

# 83—101. TRACTATUS CUM PASCHALI II. ET CORONATIO ROMANA.

1111. Febr. 4 — Apr. 13.

*De iis quae gesta et tractata sunt inter Heinricum V. et Paschalem II. inde a die Febr. 4 usque ad diem Apr. 13, diem coronationis Romanae, anni 1111. exstat relatio papalis (*P, *infra nr. 99) et duae relationes regales (*R I *et* R II, *infra nr. 100 et 101). quibus monumenta quae edituri sumus nr. 83—97 debemus. Praeterea nonnulla eorum etiam in aliis scriptoribus et codicibus servata sunt. Nr. 83—86 pertinent ad Conventionem praeviam, quae per internuntios partium Febr. 4 in ecclesia S. Mariae in Turri icta est; nr. 87 et 88 sunt iuramenta quae Febr. 9 Sutrii ex parte regis praestita sunt; nr. 89 et 90 pertinent ad diem Febr. 12; nr. 91—95 sunt scripta conventionis die Apr. 11 ad pontem Mammeum factae; nr. 96 est pravilegium istud de investituris, nr. 97 et 98 ad diem Apr. 12 pertinent.*

P. *Relatio papalis, quae gesta totius de quo agitur temporis complectitur, recepta erat*

82. a) II. 2—4. b) i*(mperator)* a*(ugustus)* 4. c) *deest* 3. 4. d) praepositum 2. e) atque 4. f) sedatis 4. g) tempore et iusticia ad concordiam 4.

*in Registrum Paschalis II, unde integra fere ut videtur transiit in* 1) *codicem Vaticanum 1984 saec. XII. in. Annalium ut vocantur Romanorum fol. 194 A — 195. Inscribitur ibi* INCIPIT Registrum pascali pape II. *et continet monumenta nostra nr. 83—88. 92. 94. 95. Edita est haec relatio e codice primum cum aliis tamen scriptis mixta a Pertzio LL. tomo II, p. 66 — 73, dein pura in SS. V, 472—476, tum nuper a Duchesnio 'Le Liber pontificalis' II, 338—343. Etiam Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' II, 50 sq. codicem se inspexisse contendit, at potissime editionem Legum secutus esse videtur.* — 2) *Relationem pontificiam collectioni suae, cuius apographon servavit codex Ottobonianus 3057, Albinus scolaris etiam intulit saeculo XII. ex. Folio 159' sq. namque leguntur acta in ecclesia S. Mariae in Turri et initium iuramenti primi Sutrii praestiti (usque ad verba* id est Petrus Leonis), *quae presso pede sequitur pars eorum quae Apr. 11 ad pontem Mammeum gesta sunt* (Cum comes Albertus de Blanderada — Ille invicem iuravit). *Qua re elucet in codice Ottoboniano folia nonnulla excidisse. Porro folio 137 Albinus inter alia iuramenta affert iuramenta regis et principum iuxta pontem Mammeum praestita (nr. 94. 95). Insunt igitur in codice Ottoboniano iam sola monumenta nr. 83—86. 87 partim, 92. 94. 95. Albinum nequaquam pendere a codice Vaticano 1984 nuper recte animadvertit vir d. Stevenson 'Archivio storico Romano' VIII, 375, et hoc primo conspectu patet. E Registro ergo Paschalis II. et ipsum hausisse contenderim. Quod si ita se habet, aut Albinum aut auctorem Annalium Romanorum aut utrumque ipsorum textum Registri non paucis locis variasse iudicabis*[1]. *Codicem contulerunt Waitz et Holder-Egger.* — 3) *Cum textu Albini intime cohaeret textus actorum in ecclesia S. Mariae, quem solum servavit codex bibliothecae S. Marci Veneti Cl. XIV cod. CII saec. XII. in. p. 350; quem contulit b. m. Schum 'Neues Archiv' I, 130. Haec scripta et ipsa e Registro sumpta esse statueris. At sunt argumenta quae ad opinionem me ducunt, haec esse potius ipsa Gesta conventionis S. Mariae in Turri, quibus Registrum ipsum pro fonte nimirum usum sit. Si recte iudicavi, etiam Albinum in scriptis istis describendis non Registrum sed potius eius fontem adhibuisse concedes.* — 4) *Cencius camerarius saec. XII. ex. Relationem integram ex ipso Registro, non vero e codice Vaticano 1984*[2], *suo Libro Censuum intulit. Iam Pertzius lectiones complures nescio quo usus codice adnotavit; deinde Watterich II, 50 not. 4 quatuor codices Cencii, non vero potissimum Vaticanum 8486, se adhibuisse dicit paucasque lectiones attulit; tum Theinerus in 'Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis' I, p. 10 nr. 11 priorem Relationis partem, quae gesta S. Mariae et Sutrina attinet, e codice tabularii Vaticani Avinionensi (arm. III. ord. 2 nr. 2529) saec. XV. in. fol. 130 excudi fecit. Equidem adnotata varia lectione Theineri, totum Cencii textum attrahi superfluum esse duximus.* — 5) *Petrus Ostiensis in Chronico Casinensi l. III, c. 35—40 (SS. VII, 778—782) Relatione e Registro nimirum sibi cognita usus textum multoties variavit et suo modo ampliavit, monumenta imprimis sermone indirecto dedit.* — *Boso cardinalis in Vita Paschalis II. teste Duchesnio II, 369 Relationem totam e codice Vaticano deprompsit*[3].

R 1. *Relatio caesarea prior est epistola encyclica, in qua ipse rex refert de gestis dierum Febr. 4—12 (infra nr. 100), et continet monumenta nr. 89. 85. 86. 84. 90. Servata est,*

1) *Cf. imprimis exordium Relationis, lemmata etc.* 2) *V. Stevenson l. c.* 3) *Baronius in Ann. eccles. XII, p. 71—80 (ad a. 1110 et 1111) multa quidem ex Relatione hausta attulit, sed praeterea Petrum Ostiensem exscripsit et monumenta nonnulla recepit ex editione principe epistolarum Ivonis Carnotensis (quam p. 80 D perperam Massoni appellat, v. infra), imprimis Pravilegium (p. 80 A) et ea quae p. 79 lin. ult. se* ex Paschalis papae vitae Actis *sumpsisse dixit. Lectiones haec probant. Relationis lacinias, quas dedit, Baronius ex Albino seu eius apographo quodam excepisse mihi videtur. Reprobanda est igitur opinio viri cl. Schafer, qui ('Hist. Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet' p. 146. 151) et Baronium et Petrum Ostiensem diversam Relationis recensionem adhibuisse sibi persuasum habet. Petrus Ostiensis loco citato (SS. VII, 782, l. 10 sq.) non Pravilegium sed promissionem papae (infra nr. 91) in usus suos vertit.*

*ad clerum et populum Parmensem data in libri Udalriciani codicibus* 1) *Vindobonensi 398 fol. 110 et* 2) *Zwetlensi 283 p. 238, quibus secundum Iafféi 'Bibliothecam rer. Germanicarum' V, p. 269 nr. 149 usi sumus; porro omnibus Christi et ecclesiae fidelibus missa in* 3) *Gestis Alberonis archiepiscopi Trevirensis, SS. VIII, 244 et* 4) *Annalibus S. Disibodi, SS. XVII, 20. — Ex hac relatione hausit Sigebertus Gemblacensis in Chronico, SS. VI, 372 sq., sed scriptum modo nr. 89 integrum recepit.*

R II. *Relatio caesarea posterior, quae tangit gesta dierum Apr. 11—13 (infra nr. 101), continet monumenta nr. 91—93. 97. 96. Legitur in libri Udalriciani codicibus* 1) *Vindobonensi 398 fol. 111' et* 2) *Zwetlensi 283 p. 241, quos excussit Iaffé l. c. p. 274 nr. 150;* 3) *in codice Parisino 10402 (Suppl. lat. 271) saec. XII, quem contulit b. m. Waitz.*

*Praeter has Relationes ad parandam editionem haec subsidia adhibuimus:*

C. *Collectio monumentorum nr. 94. 95. 91—93. 96. 97, quae spectant ad ea quae diebus Apr. 11—13 acta sunt. Paullo post instaurata et longe lateque divulgata sit oportet, quippe quae obvia est in compluribus codicibus, in quibus singula monumenta iisdem fere rubris insignita sunt. Et quidem* 1) *cod. civitatis Sancti Audomari (olim ecclesiae S. Audomari) 194 fol. ultimo manu saec. XII. ex.; collectio inscripta est* Hoc modo reconciliatio inter regem et dominum papam facta est et hoc est iuramentum regis: *exscripsit vir d. Sackur, qui animadvertit, finem puncto finali carere. —* 2) *Codex vetustus quem excussit Iuretus in editione principe epistolarum Ivonis Carnotensis (Parisiis a. 1585. 4°) fol. 252 sq.*[1]*; lemma fere idem est* (Hoc — inter Paschalem papam et Henricum imperatorem facta est. Iuramentum imperatoris); *in calce hic textus abundat sententia chronologica:* Anno verbi incarnati MCXI. hoc confirmatum est in basilica sancti Petri XVI. Cal. Martii *(potius Maii)* regnante in coelis domino nostro Iesu Christo cum Patre eterno et Spiritu sancto. Amen. — 3) *Codex Musaei Britannici Cotton. Faustina B. VI saec. XII. fol. 95. 95', in quo, ordine paullisper inverso, privilegium nr. 96 cetera monumenta praecesserat, nam nunc ultima tantum eius pars invenitur, et nr. 97 desideratur; nr. 94 autem praecedit rubrum* (Hoc autem modo — regis) *consimile codici 1; codicem iam Pertzius et nuper vir d. Liebermann contulit. —* 4) *Florentius Wigorniensis Historiae suae nostram Collectionem inseruit (SS. V, 565 sq.) idemque rubrum ac codex 1 praemisit; numero 97 caret. —* 5) *Sigebertum Gemblacensem in fine Chronici (SS. VI, 374) eandem collectionem adhibuisse probatur eo quod eandem monumenti nr. 97 formam, ab* R II *diversam, praebet ac codices 1. 2, et ordo monumentorum (94. 95. 92. 93. 96. 97) idem est*[2]. *Ceterum Sigebertus monumenta nr. 94 et 92 abbreviavit, nr. 95 et 93 tantum commemorat. Sigebertum plane descripsit librarius codicis Bruxellensis 20006—20017 saec. XII—XIII, olim S. Mariae de Villari, foliis ultimis, ut iam Bethmannus SS. VI, 371 not. c animadvertit. — Collectionem nostram continere videtur etiam codex universitatis Gandavensis 16 saec. XII. in.*[3] *et fortasse etiam codex civitatis Virdunensis 82 saec. XII. foliis duobus ultimis*[4].

M. *Willelmus Malmesburiensis in Gestis regum Anglorum l. V, c. 421—424 (SS. X, 479) continet monumenta nr. 92—97. Haec monumenta et narrationem suam se ex Davidi Scotti libello hausisse, Willelmus ipse c. 426 patefecit his verbis:* Omnem hanc ambitionem privilegiorum et consecrationis verbo de scriptis praefati David transtuli. *In privilegio nr. 96 abundat Willelmus sententia gravissima, quae etiam in codicibus* R II. 3 *Parisino et Vindobonensi* (W) *occurrit.*

V. *In codice Vaticano 1984 praeter Relationem pontificiam scorsum etiam reperiuntur fol. 193 B monumenta nr. 90. 91. 96. Monumentis nr. 90 et 96 adiectae sunt notitiae*

1) *Hanc editionem Baronium in usus suos vertisse supra diximus p. 135 not. 3.* 2) *Et exordium Sigeberti simile est lemmati codicum 1. 2:* In reconciliatione autem, quae facta est inter papam et imperatorem — hoc fuit iuramentum regis. 3) *V. 'Archiv' VII, 542.* 4) *V. 'Archiv' VIII, 447.*

*historicae. Quae an sint reliquiae Relationis alterius pontificiae, in dubio relinquamus oportet.*

*Privilegium nr. 96 solum servaverunt:*

W. *codex Vindobonensis 2213 (Ius can. 105) saec. XIII. fol. 14', quem iam Pertzius exscripsit sed in editione paranda minime excussit, iterumque contulit b. m. Giesebrecht; excellit sententia illa quam praeter eum solummodo Malmesburiensis et codex Parisinus praebent.* B. *codex Bambergensis sancti Hieronymi commentarios in Oseam continens saec. XII, quem iam olim exscripsit b. m. Böhmer, Pertzius tamen haud sufficienter in usus editionis vertit.*

*Codex Vindobonensis 373 (Hist. prof. 83) continet in margine folii cuiusdam formam monumenti nr. 97 ab aliis diversam, et nr. 98, abrenuntiationem Silvestri IV. antipapae, quas vulgavit vir cl. Wattenbach 'Archiv' X, 164.* *(P. 66—73.)*

## 83—86. *CONVENTIO PRAEVIA IN ECCLESIA S. MARIAE IN TURRI FACTA. Febr. 4.*

*Actum, quod in calce nr. 86 legitur, certe est actum Gestorum huius conventionis.*

### 83. *PROMISSIO REGIS.*

*Legitur in* P 1—4. — *Stumpf, Reg. 3047.*

Rex scripto refutabit[a] omnem investituram omnium ecclesiarum in manu domni pape, in conspectu cleri[b] et populi, in die coronationis sue. Et postquam domnus papa fecerit de regalibus sicut in alia carta[1] scriptum est, sacramento firmabit, quod numquam se[c] de investituris ulterius intromittet[d]. Et dimittet ecclesias liberas cum oblationibus et possessionibus quae ad regnum manifeste non pertinebant[e]. Et absolvet populos a iuramentis que contra episcopos facta sunt. Patrimonia et possessiones beati Petri[f] restituet et concedet, sicut a Karolo, Lodoico[g], Heinrico et aliis inperatoribus factum est, et tenere adiuvabit secundum suum posse. Non erit in facto aut consilio, ut dominus papa perdat papatum Romanum vel vitam[h] vel membra[i], vel capiatur mala captione, aut per se aut per summissam personam, nec ipse nec fideles ipsius qui pro ipso[k] securitatem ei fecerint[l], id est Petrus Leonis cum filiis suis, quorum bona dampnum studiose non patiantur, vel alii quos regi significaverit; et si quis ei vel eis fecerit, rex eos fideliter adiuvabit. Pro huius securitatis observatione mediatores dabit rex domno papae principes quos petiit[m], id est Fridericum[n] filium sororis suae, marchionem Engilbertum, marchionem Thiebaldum, comitem Hermannum, Fridericum palatinum comitem de Saxonia, Beringarium[o] de Bavaria, Godefridum comitem[p], Fridericum Saxonem, Albertum cancellarium, Cononem fratrem Beringarii[q], Sigebot[r] de Bavaria, Henricum ducem Carinthie, Bertoldum filium ducis Bertoldi. Qui iurabunt domno pape securitatem de vita, de membris, de papatu, de captione. Et si rex hec omnia suprascripta[s] non observaverit, ipsi cum honoribus suis ad domnum papam et ad Romanam ecclesiam se tenebunt. Obsides pro securitate domni

83. a) refutauit *P* 1. b) clerici *P* 1. c) *deest P* 4. d) intromitteret *P* 1. e) pertinent *P* 4. f) b. Petri et possessiones *P* 2. g) Ludovico *P* 4; et *add. P* 2. h) vita *P* 1. i) membrum *P* 4. k) eo *P* 4. l) fec. ei *P* 1. m) petierit *P* 1. 3. n) Fredericum *P* 2. o) Berlingarium *P* 1; Berengarium *P* 2. p) comitem God. *P* 2—4. q) Berengarii *P* 4. r) Sigeboth *P* 3; Sigelboth *P* 4. s) supradicta *P* 4.

1) *Nr. 85.*

Feb. 9. pape dabit rex proxima quinta feria, et secure mittet[t] ad insulam in potestate[u] domni papae Fridericum[u] ducem nepotem suum, Spirensem episcopum Brunonem[v], Chonradum nepotem comitis Herimmanni, et filium, Heinricum fratrem comitis Friderici. Obsides si receperit, reddet in die coronationis sue transito ponte. Et si forte coronatus non fuerit aut non transierit, similiter reddet aput castellum[w] sancti Angeli. Legatos autem, quos domnus papa ad eum miserit, in eundo et redeundo securos faciet tam a se quam a suis. Et si eis nescienter[x] iniuria inlata fuerit, ad emendandum fideliter adiuvabit.

## 84. *IURAMENTUM PROCERUM REGNI.*

*Servatum est in duplici forma, quarum una legitur in* P 1—4, *altera in* R I 1—4. *Illa ab hac imprimis eo recedit, quod iuramenti a rege praestandi mentionem non facit.*

P.

Ego[a] Albertus cancellarius, ego comes Erimmannus[b], ego[c] comes Fridericus, ego comes Godefridus, ego Folcmarus[d] iuro vobis: quia[e] domnus rex proxima quinta Feb. 9. feria ita iurabit[f] et principes iurare faciet et obsides dabit, sicut in conventionis carta[1] scriptum est; et sic observabit[g] domno pape sine fraude et malo ingenio, Feb. 12. si domnus papa proximo die dominico sic adinpleverit regi, sicut in alia conventionis cartula[2] scriptum est. Sic[h] me Deus adiuvet.

R I.

Ego[i] comes Hermannus, ego comes Gotefridus[k], ego[l] Fridericus, ego Volcmarus, ego Adelbertus cancellarius[m] iuro vobis: quia domnus rex proxima quarta vel quinta feria ita principes iurare faciet et obsides dabit, sicut in carta conventionis scriptum est; et[n] sic observabunt principes[o] domno papae[p], si domnus papa proximo die dominico sic adimpleverit regi per omnia, sicut in carta conventionis scriptum est.

## 85. *PROMISSIO PAPAE PER PETRUM LEONIS DICTA.*

*Et ipsa legitur in duplici forma, in* P 1—4 *et in* R I 1—4. R *potissimum ea suppressit quae ad regem attinent et quae uncis inclusa sunt. Alias discrepantias in adnotationibus typis latioribus insigniendas curavimus.*

[a][Si rex adinpleverit domno papae, sicut in alia conventionis cartula[b] scriptum est,] domnus papa precipiet aepiscopis presentibus in die coronationis eius[c], ut dimittant regalia regi[d], et regno[e] quae ad regnum pertinebant tempore Karoli, Lodoici[f], Heinrici et aliorum praedecessorum eius. Et scripto firmabit sub anathemate[g] auctoritate[h] [sua] et iustitia, ne quis[i] eorum [vel] praesentium vel[k] absentium vel successores eorum intromittant se[l] vel invadant eadem regalia, id est civitates, ducatus, marchias[m].

**83.** t) mittent *P* 4. u) potestatem *P* 2. v) Br. ep. Spir. *P* 2. w) castrum *P* 4. x) nescientibus *P* 4.

**84.** a) *praecedit rubrum in P* 2: Iuramentum baronum Heur. imperatoris; *in P* 3. 4: Iuramentum. b) Hermannus *P* 2. 4; Herimannus *P* 3. c) ego — Godefridus *des. P* 4. d) folomarus *P* 1. e) quod *P* 4. f) ita iurabit prox. q. feria *P* 1. g) obs. sic *P* 2. h) Sic — adiuvet *des. P* 2—4. i) *praecedit lemma in R*: Hec sunt sacramenta ex nostra parte (ex parte regis 4). k) Gothfridus *R* 1. l) ego Frid. *des. R* 4. m) *deest R* 1. 2. 4. n) *reliqua des. R* 3. o) *deest R* 4. p) eo tenore *add. R* 4.

**85.** a) *praecedit lemma in P* 2: Conventio ex parte domni pape Paschalis. b) car̄ *P* 2. c) sue *P* 2; regis *R*. d) regi et *des. R* 4. e) reginae *R* 1. 2. f) Ottonis *add. R*. g) sub anathemate confirmabit *P* 2. h) auctoritate — iustitia *des. R* 3. 4. i) quisquam *R* 3. k) et *R*. l) ullo modo *add. R* 1. 2. 4. m) marchionatus *P* 4.

1) *Nr. 83.* 2) *Nr. 85.*

comitatus, monetas, teloneum[n], mercatum, advocatias regni[o], iura centurionum et[p] curtes[q] quae [manifeste] regni erant, cum[r] pertinentiis suis, militiam[s] et castra [regni]. Nec ipse regem et[t] regnum super his[u] ulterius inquietabit[v], et privilegio[w] sub anathemate confirmabit, ne[x] posteri [sui] inquietare praesumant. Regem benigne et honorifice[y] suscipiet et, more praedecessorum ipsius catholicorum[z] scienter[a] non subtracto, coronabit. Et ad tenendum regnum[b] officii sui auxilio adiuvabit.

Si dominus papa hec regi non adinpleverit, ego Petrus Leonis[c] cum tota potentia mea tenebo me ad domnum regem. Obsides autem, nisi effugerint, reddemus altero die post coronationem regis. Si per papam remanserit, ut non coronetur, similiter reddemus. Die dominico cum[d] rex ad processionem receptus fuerit[e], obsides dabo [aut per me aut per nuntium meum] Gratianum[f] filium meum et filium Oguitzonis[g] filii mei[h] vel filium sororis meae, si eum habere[i] potuero[k], [nisi per regem remanserit, pro securitate regis, ut secure transeat[l] castellum et pontem.]

## 86. *IURAMENTUM PETRI LEONIS.*

*Legitur in* P 1—4 *et ingenio decurtatum in* R 1—4. *Actum, quod solummodo in* P *subiungitur, est actum Gestorum totius conventionis praeviae.*

Ego[a] Petrus Leonis iuro vobis, quia domnus papa proximo die dominico adinplebit regi, [nisi in rege remanserit,] quod in[b] conventionis carta[c] scriptum est, [si[d] rex observaverit[e] domno papae sicut in alia conventionis carta scriptum est.]

Actum II. Nonas Februarias in atrio beati Petri in ecclesia beatae[f] Mariae quae dicitur in Turri[g].

## 87. 88. *IURAMENTA SUTRII PRAESTITA. Febr. 9.*

*Actum, quod in nr. 88 legitur, actum Gestorum Sutrinorum procul dubio (*

### 87. *IURAMENTUM REGIS.*

*Legitur in* P 1. 2. 4. P 2 *in medio scripti abrumpitur.* — *Stumpf, Reg.* 3047.

Ego[a] Heinricus[b] rex ab hac[c] hora inantea non ero[d] in facto aut consilio, ut domnus papa Paschalis II. perdat papatum Romanum vel vitam[e] vel membra[f], vel capiatur mala captione, aut per me aut per summissam personam, nec ipse nec fideles ipsius qui pro ipso securitatem mihi fecerunt[g] vel fecerint, id est Petrus Leonis[h] cum

**85.** n) telonea *P* 4. o) omnia *R.* p) id est *R* 3. 4; villicorum *add. R.* q) et villas *add. R.* r) omnibus *add. R.* s) militia *P* 1. t) et regnum *des. P* 3. u) is *P* 1; sub hiis *P* 4; super his *des. P* 2. v) inq. ulterius *R.* w) privilegium *R* 1. 2; scripto *P* 3. x) nec *R* 1. 2. y) onorifice *P* 1. z) *deest P* 4. a) et *add. P* 1 *(sec. Pertz; deest Duchesne)* 2. 3; scienter non subtracto *des. R* 1. 2. b) *deest R* 3; cum his omnibus *add. R.* c) iuro quod *add. R.* d) dominus *add. P* 1 *(sec. Pertz)* 3. e) *loco* receptus fuerit *R*: venerit. f) Granum *P* 4. g) Hugutionis *P* 2; Ugizonis *P* 3; Uguicionis *P* 4; Wizonis *R.* h) *deest R* 4. i) abere *P* 1. k) potero *R* 1. 2. 4. l) transead *P* 1.

**86.** a) *praecedit lemma in P* 2: Iuramentum Petri Leonis; *in P* 3. 4: Iuramentum; *in R*: Hec sunt sacramenta; ex parte domini pape *add. R* 4. b) alia *add. P* 1. c) carta conventionis *R. P* 4. d) sicut *P* 4. e) observabit *P* 1 *sec. Pertz.* f) sancte *P* 2. 4. g) Turry *P* 1.

**87.** a) *praecedit lemma in P* 2: Iuramentum Henrici imperatoris; *in P* 4: Iuramentum. b) Henricus *P* 2. 4. c) deest *P* 4. d) fuero *P* 4. e) vita *P* 1. f) membrum *P* 4. g) fec. mihi *P* 4. h) *hic abrumpitur P* 2.

filiis suis et Walfredus, quorum bona damnum studiose non patiantur[i], vel alii quos dominus papa mihi significaverit. Et si quis domno pape vel eis fecerit, ego eos fideliter adiuvabo. Legatos, quos ad me domnus pape miserit, in eundo et redeundo securos faciam tam a me quam a meis. Et si eis nescienter[k] iniuria inlata fuerit, ad emendandum fideliter adiuvabo. Sic observabo domino papae sine fraude et malo ingenio, si dominus papa proximo die dominico sic adinpleverit mihi, sicut in conventionis carta scriptum est. Sic[l] me Deus.

## 88. *IURAMENTUM PROCERUM REGNI.*

*Adest in* P 1. 4.

Ego[a] Frethericus[b] dux, ego Ingelbertus[c] marchio, ego comes Herimmannus[d], ego Theobaldus[e] marchio, ego Fredericus palatinus comes[f] de Saxonia, ego[g] Beringarius[h] comes de Bavaria, ego Godefridus comes, ego Fridericus[i] Saxo, ego Cuono[k] frater Beringarii[h], ego Sygeboto[l] de Bavaria, ego Heinricus[m] dux de Carinthia, ego Bertoldus filius ducis Bertoldi, ego Albertus cancellarius non ero in facto aut consilio, ut dominus papa Paschalis II. perdat papatum Romanum vel vitam[n] vel membra[o], vel capiatur mala captione. Et si rex iuramentum hoc et ea quae in carta conventionis scripta sunt non observaverit, ego cum honore meo ad dominum papam et ad Romanam ecclesiam me tenebo. Sic observabo domino papae sine fraude et malo ingenio, si dominus papa sic[p] adinpleverit domino nostro regi proximo die dominico sicut in conventionis carta scriptum est.

Actum Sutrii[q] in burgo, quinto Idus Februarii.

## 89. *HEINRICI V. DECRETUM DE BONIS ECCLESIARUM. Feb. 12.*

*Decretum a rege, ut ipse asserit, ante portas basilicae beati Petri lectum et subscriptum reperitur in* R I 1—4. *Formam ut videtur minus authenticam, sane ab ipso abbreviatam inseruit Sigebertus* (S) *Chronico suo, SS. VI, 373. — Stumpf, Reg. 3050.*

Ego Heinricus[a] Dei[b] gratia Romanorum imperator augustus affirmo[c] Deo et sancto Petro[d], omnibus episcopis[d], abbatibus et omnibus ecclesiis omnia quae antecessores mei reges vel imperatores eis[e] concesserunt vel[f] tradiderunt. Et[g] quae illi pro spe eternae retributionis obtulerunt Deo, ego peccator[h] pro timore terrribilis iudicii ullo modo subtrahere recuso.

## 90. *PASCHALIS II. PRIVILEGIUM PRIMAE CONVENTIONIS.*

*Promulgandum erat in die coronationis regis (Febr. 12), quod ad perfectum non pervenit. Legitur in* V *codice Vaticano 1984 scorsum fol. 193 B, qui notitiam historicam subiungit, et in* R I' 1—4. — *Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. nr. 6289.*

**87.** i) patientur *P* 4. k) me scienter *P* 1. l) Sic me Deus *des.* *P* 4.

**88.** a) *lemma in P* 4: Alind iuramentum. b) Fridericus *P* 4. c) Ingilbertus *P* 4. d) Hermannus de Saxonia *P* 4, *qui illum ponit post Theobaldum marchionem.* e) Teob. *P* 4. f) comes pal. *P* 4. g) *deest* *P* 4. h) Bereng. *P* 4. i) Fred. *P* 4. k) Cono *P* 4. l) Sigeboth *P* 4. m) Henr. *P* 4. n) vita *P* 1. o) membrum *P* 4. p) *deest* *P* 4 q) Sutriy *P* 1.

**89.** a) II. *R*; Henricus *S.* b) Dei gr. Rom. *des.* *S.* c) confirmo *R* 3. d) et *add.* *S.* e) *deest* *S.* f) quoquomodo *add.* *S.* g) Et - obtulerunt *des.* *S.* h) *pro* peccator — recuso *S*: nullo modo subtrahere volo.

Paschalis[a] episcopus servus servorum Dei dilecto filio Heinrico[b] eiusque successoribus in perpetuum[c]. Et divine legis institutione[d] sanccitum est et sacratis[e] canonibus interdictum[f], ne sacerdotes curis secularibus occupentur, neve ad comitatum, nisi[g] pro dampnatis eruendis aut pro aliis qui iniuriam patiuntur, accedant. Unde et apostolus Paulus[h]: 'Secularia, inquit, iudicia si habueritis[i], contemptibiles qui sunt in 1. Cor. 6, 4. ecclesia[k], illos constituite[l] ad iudicandum'. In regni autem vestri partibus episcopi vel abbates adeo curis[m] secularibus occupantur, ut comitatum assidue frequentare et militiam exercere cogantur. Que nimirum aut vix aut nullomodo[n] sine rapinis, sacrilegiis, incendiis aut homicidiis[o] exhibentur[p]. Ministri enim altaris ministri curie facti sunt, quia civitates, ducatus, marchias, monetas, curtes[q] et cetera ad regni servitium pertinentia a regibus[r] acceperunt. Unde etiam[s] mos inolevit ecclesiae intollerabilis[t], ut episcopi electi[u] nullomodo consecrationem acciperent, nisi prius per manum regiam investirentur. Qua ex causa et symoniace heresis pravitas et ambitio nonnunquam tanta prevaluit, ut nulla electione premissa episcopales cathedre invaderentur. Aliquando etiam[s] vivis episcopis investiti sunt. His et aliis plurimis malis, que per investituras[v] plerumque contigerant[w], predecessores nostri Gregorius VII, Urbanus II, felicis memorie pontifices excitati, collectis frequenter episcopalibus conciliis, investituras illas manus laice dampnaverunt, et qui[x] per eas[y] obtinuissent ecclesias deponendos, donatores[z] quoque communione[a] privandos esse[b] censuerunt; iuxta[c] illut apostolicorum canonum capitulum[1] quod ita se habet[d]: 'Si quis episcopus seculi potestatibus usus ecclesiam per ipsos[e] obtineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant'[f]. Quorum vestigia subsequentes, et nos eorum sententiam episcopali concilio confirmavimus[g]. Tibi itaque, fili karissime rex Heinrice[h] et nunc per officium nostrum Dei gratia Romanorum imperator, et regno regalia illa[i] dimittenda precipimus, que ad regnum manifeste pertinebant tempore Karoli, Ludewici[k], Heinrici[l] et ceterorum predecessorum tuorum. Interdicimus etiam[m] et sub districtione anathematis prohibemus[n], ne quis[o] episcoporum seu abbatum[p], presentium vel futurorum, eadem regalia invadant, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias regni[q], iura centurionum et curtes que manifeste[q] regni erant, cum pertinentiis suis, militiam[r] et castra regni[q], nec[s] se deinceps nisi per gratiam[t] regis de ipsis regalibus intromittant. Set nec posteris nostris liceat, qui post nos in apostolica sede successerint, te[u] aut regnum super hoc inquiaetare negotio. Porro ecclesias cum oblationibus et hereditariis possessionibus, que ad regnum manifeste non[v] pertinebant, liberas manere[w] decernimus, sicut in die coronationis tuae omnipotenti Domino[x] in conspectu totius ecclesiae promisisti. Oportet enim episcopos curis secularibus expeditos curam suorum agere populorum nec ecclesiis suis abesse diutius. Ipsi enim

**90.** a) Pascasius *R* 1: P. *R* 2. V, *ubi lemma* Privilegium P. II. pape Prime conventionis inter se et R. II. b) H. *R*. c) in perpetuum *des. R*. d) institutionem V. e) sacris *R*. f) est *add. R*. g) aut *add. R*. h) P V. i) Sec. iudicia inquid si abieritis V. k) *pro* in ecclesia *R* 1. 2: inter vos. l) contemptibiles illos qui s. i. eccl. constitute V. m) divitiis *R* 1. 2. n) nunquam *R* 1. 2. o) aut hom. *des.* V. p) exib. V. q) *deest* V. r) a regibus *des.* V. s) et *R* 1. 2. t) intollerabiliter V; eccl. intoll. inolevit *R*. u) electi episcopi *R*. v) investituram *R*. w) contingerant V. x) si qui clericorum *R*. y) eam *R*. z) datores *R*. a) communionem V. b) *deest* V. c) percensuerunt; iusta V. d) abet V. e) per ipsos ecclesiam *R*. f) *in R* 1. 2 *sequuntur ea quae infra leguntur* Porro — animabus eorum redditturi. g) confirmamus *R*. h) H. rex *R*. i) *deest* V. k) Lodoicy V. l) Ottonis *R* 4; *deest* V. *R*. 3. m) enim *R* 1. 2; *deest* V. n) sub anath. districtionem proibemus V. o) qui *R* 1. 2. p) vel *add. R* 1. 2. q) *deest R* 3. 4. r) militia V. s) et ne *R* 4. t) nisi gratia V. u) aut te *R*. v) deest V. *R* 4. w) manifeste *R* 1. 2. x) omnip. Domino *des.* V.

1) *Can. apost. 31 (Gratiani Decr. P. II C. XVI qu. 7 c. 14)* LAFFE.

iuxta[y] apostolum Paulum[z. 1] pervigilant[a], tamquam rationem pro animabus eorum reddituri[b].*

*) *Codex Vaticanus haec addit:* Postea rex cum omnibus suis consiliariis diabolico spiritu plenus[c], his omnibus pactionibus et sacramentis ad nichilum deductis, post processionem pridie Idus Februar., anno duodecimo[d] pontificatus eius in ecclesia beati Petri, sicut indutus erat ut missam celebraret et eum coronaret, cum episcopis cardinalibus, diaconibus, archipresbyteris, presbyteris et omni clero, iudices ac notarii, nobilibus etiam civitatis et suburbanis, cepit eum ac in custodia abuit per duos menses.

## 91—95. *CONVENTIO APUD PONTEM MAMMEUM FACTA.* *Apr. 11.*

*Actum, quod legitur in fine nr. 95, actum Gestorum totius huius conventionis habendum est.*

### 91. *PROMISSIO PAPAE.*

*Legitur in* V *codice Vaticano 1984 scorsum fol. 193 B, in* R II 1—3, *in* C 1—4.

Domnus[a] papa Paschalis[b] concedet[c] domno[d] regi[e] Heinrico[f] et regno eius et[g] privilegio suo[d] sub anathemate[h] confirmabit et corroborabit, episcopo vel abbate libere electo[i] sine simonia assensu regis[e], quod domnus[d] rex[e] illum[k] anulo[l] et virga investiat. Episcopus autem vel abbas libere[m] investitus libere accipiat consecrationem ab eo[n], ad quem pertinuerit. Si quis vero a clero et populo eligatur, nisi a rege[e] investiatur[o], a nemine consecretur[p]. Et[q] archiepiscopi et episcopi libertatem habeant consecrandi a[r] rege investitos. Super his[s] domnus papa Paschalis[t] non inquietabit regem Heinricum[u] nec[v] eius regnum et imperium.

### 92. *IURAMENTUM IN ANIMA PAPAE.*

*Non ab ipso papa sed in eius anima a cardinalibus in nr. 93 dinumeratis hoc sacramentum iuratum esse, et* P *et lemma in* R II *comprobant. Cui non obstat formula sacramentalis* (Sic me Deus), *quam in fine subiungit* P. *Adhibuimus* P 1. 2; R II 1—3; C 1—5; M.

Domnus[a] papa Paschalis[b] non inquietabit domnum regem[c] Heinricum[d] neque[e] eius regnum[f] de investitura episcopatuum et[g] abbatiarum neque de iniuria sibi inlata[h] et suis in[i] persona[k] et bonis, neque aliquod[l] malum[m] reddet sibi vel[n] alicui per-

**90.** y) iuxsta *V.* z) Paulum ap. *R.* a) provigilant *R* 1. 2. b) acorum redditury *V*; redditurí pro animabus eorum *R.* c) plenius *V.* d) undecimo *corr. V.*

**91.** a) *praecedit lemma in V:* Conventio secunda vi extorta; *in C* 1: Conventio secunda inter papam et regem; *in C* 2: Concessio papae de investituris episcopatuum. b) Pasch. papa *V.* c) concedit *C* 2; concedat *C* 3. d) *deest V.* e) imperatori *C* 2, *similia semper.* f) H. *R. C* 1. 2; Heurico *C* 3. 4. g) *deest C* 2. h) et *add. C* 2. i) helęctos *V.* k) eum *C*; anulo et virga illum *R* 1. 2. l) baculo et anulo *R* 3. m) a rege *C* 1. 3. 4; ab imperatore *C* 2. n) episcopo *C*; *cf. nr. 96 pravilegium.* o) et *add. C* 2. p) consecratur *C* 3. q) *deest R* 3. r) episcopos *(deest 3)* a rege inv. *R*; investitos a rege *V.* s) etiam *add. C. R.* 3. t) *deest R;* Pasch. papa *V.* u) Henricum *C* 2—4; H. *C.* 1. *R.* v) neque *R* 1. 2.

**92.** a) *praecedit lemma in C* 1: Hoc sacramentum est ex parte pape; *in C* 2: Sacramentum ex parte papae; *lemma in R II v. infra in nr. 101.* b) P. *R.* c) imperatorem *C* 2, *similia semper:* presentem *add. P* 2. d) Henricum *P* 2. *C* 2—4; H. *R. C* 1; *deest C* 5. e) nec *C* 1—5. *R* 1. 2. f) regnum vel imperium *C* 3; imperium vel regnum *C* 2; *sequuntur in P* 1 *quae paullo infra leguntur* de iniuria sibi — et bonis. g) aut *P*; vel *C* 4. 5. h) allata *M.* i) in — bonis *des. R* 3. k) personis *C* 2. 5. l) neque aliquod *des. P.* m) meritum *add. P.* n) aut *P* 1; neque *P* 2.

1) *Hebr.* 13, 17.

sone pro hac causa, et penitus in personam[o] regis Heinrici[p] nunquam anathema ponet[q]. Nec remanebit in domno papa, quin coronet eum sicut[r] in Ordine continetur. Et regnum et imperium[s] offitii sui auxilio[t] eum[u] tenere[v] adiuvabit pro posse suo[w]. Et haec[x] omnia[y] adinplebit domnus[z] papa[a] sine fraude et malo ingenio[b].

## 93. *NOMINA CARDINALIUM IURANTIUM.*

*Leguntur in* R II 1—3; C 1—4; M. C 5 *praebet tantum hanc sententiam:* Hoc iuramentum pape confirmaverunt iurando episcopi et cardinales numero XV. *Fundamentum editionis esse voluimus* C 1.

Haec[a] sunt nomina illorum[b] episcoporum et cardinalium[c] qui[d] praecepto domni pape[e] Paschalis privilegium et amiciciam sacramento confirmaverunt[f] domno imperatori Heinrico[g]: Petrus Portuensis episcopus. Centius[h] Sabiniensis[i] episcopus. Rotbertus cardinalis Sancti Eusebii. Bonifatius cardinalis Sancti Marci[k]. Anastasius cardinalis Sancti Clementis. Gregorius cardinalis Sanctorum apostolorum Petri et Pauli[l]. Item[m] Gregorius cardinalis Sancti Grisogoni. Iohannes cardinalis Sanctae Potentianae. Risus[n] cardinalis Sancti[o] Laurentii. Rainerus cardinalis Sanctorum Marcellini et Petri. Vitalis cardinalis Sanctae Balbinae. Diuizo[p] cardinalis Sancti Martini[q]. Tietbaldus[r] cardinalis[s] Iohannis et Pauli. Iohannes diaconus[t] Sanctae Mariae[u] in scola Greca. Leo[v] diaconus[t] Sancti Vitalis[w]. Aldo[x] diaconus[t] Sanctorum[y] Sergii et Bachi.

## 94. *IURAMENTUM IN ANIMA REGIS.*

*Adhibuimus* P 1. 2; C 1—5; M. *In* C 5 *scriptum valde decurtatum legitur. — Stumpf, Reg. 3054.*

Ego Heinricus rex[a] quarta vel quinta feria proxima dimittam[b] domnum[c] papam[d] et episcopos et cardinales et omnes captivos, qui[e] cum eo vel pro eo capti sunt, et obsides[e], et[f] securos[g] perduci[h] faciam intra portas Transtiberine civitatis, nec ulterius capiam aut capi permittam[i]. Eis[k] qui in fidelitate domni pape Paschalis permanent et populo Romane civitatis[l] et Transtiberine et[m] Insule[n] pacem et securitatem servabo, tam per me quam per[o] meos, et[p] in personis[q] et[r] in rebus, qui pacem mihi[s] serva-

**92.** o) persona *P* 1. p) *deest P. R* 3. q) mittet *C* 5. r) sicut — continetur *des. C* 5. s) et patriciatum *add. Petrus Ost.* t) aux. officii sui *C* 5. u) eum tenere *des. C* 2. v) bona fide *add. P.* w) pro posse suo *des. P.* x) hoc *C* 5. y) *deest C. M.* z) *deest C* 5. a) domno regi presenti Heinrico *add. P.* b) Sic me Deus *add. non bene P* 1; Sic me etc. *add. P* 2.

**93.** a) Ista *R.* b) *deest R.* c) card. et episcoporum *R* 3. d) ex *add. R.* e) apostolici *R.* f) sacramento quod superius scriptum est confirmaverunt amicitiam et privilegium *R.* g) amicitiam domno Henrico imperatori sacramento confirmaverunt *M.* h) Centinus *C* 2. i) Sabinensis *C* 3. *R* 3. k) Martini *C* 2; sancti Marci *des. R* 3. l) Petri et Pauli *des. R.* m) *deest C* 3. n) Rysus *R* 1. 2; Rhisus *C* 4. o) sancti — Vitalis cardinalis *des. R* 1. p) Dinzo *C* 2; Dauzo *C* 4; Deuzo *M.* q) Marci *M.* r) Dietpaldus *R*; Thetbaldus *M*; Theobaldus *C* 2. 4; Teobaldus *C* 3. s) sanctorum *add. C* 3; *R* 3. t) decanus *M.* u) s. Mariae *des. M.* v) Leo — Bachi *des. C* 4. w) cardinalis *add. C* 1; martyris *C* 2. x) Addo *R* 3; Albo *C* 1. 3. *M*; Abbo *C* 2. 4. y) *deest M.*

**94.** a) *deest C* 2. b) liberos dimittam quarta vel quinta feria proxima *C. M.* c) et domnum *M.* d) Paschalem *add. C* 2. e) et obsides qui pro eo vel (et *C* 2) cum eo capti sunt *C* 1—4. *M*; *C* 5 *haec et sequentia ita decurtavit:* captivos et obsides et papae et fidelibus eius et Romanis pacem et securitatem servabo, tam per me quam per meos, et in personis et in rebus, eique obediam salvo honore regni vel imperii. f) *deest C* 1. 4. g) liberos *C* 1. 2; secure *M.* h) produci *C* 2. 4. i) faciam *C* 2. k) Et his *P* 1; eos *C. M.* l) *pro* Romane civitatis *C. M*: Romano. m) et Insule *des. M*; et *deest C* 2. n) civitatis *add. C*; civitati *add. M.* o) *deest C* 3. 4. p) *deest M.* q) persona *P.* r) et in rebus *des. M.* s) mihi pacem *C* 4.

verint. Domnum[t] papam Paschalem[u] fideliter adiuvabo, ut papatum[u] quiete et secure teneat; patrimonia et possessiones[v] Romane ecclesiae que abstuli restituam, et[w] cetera que[x] iure[y] habere[y] debet more antecessorum meorum[z] recuperare et tenere adiuvabo bona fide[a]; et domno pape Paschali obediam[b] salvo[c] honore regni et inperii[d], sicut catholici imperatores[e] catholicis pontificibus Romanis. Haec[f] omnia observabo bona fide, sine fraude et malo ingenio[g].

## 95. *NOMINA IURATORUM REGIS ET FORMULA IURAMENTI.*

*Nomina ut videtur magis authentice traduntur in* C 1—4; M. P 1. 2 *ea in narrationem intexuere, ubi ea requiras. Eapropter fundamento usi sumus* C 1. *In* C 5 *haec tantum legitur sententia:* Hoc iuramentum iuraverunt etiam episcopi et principes circiter XIIII. *Formulam iuramenti praebent solummodo* P 1. 2. *Actum quod legitur in* P 1. 2 *ad Gesta totius conventionis pertinere, iam supra diximus.*

Et[a] isti sunt iuratores ex parte ipsius regis[b]: 1. Fredericus[c] Coloniensis archiepiscopus. 2. Gebehardus Tridentinus episcopus. 3. Burchardus Monasteriensis episcopus. 4. Bruno Spirensis episcopus. 5. Albertus cancellarius. 6. Comes Herimannus. 7. Fredericus comes palatinus. 8. Berengarius comes. 9. Fredericus comes. 10. Bonefacius marchio. 11. Albertus comes de Blandriaco. 12. Fredericus comes. 13. Godefridus comes. 14. Warnerius marchio.

Sic domnus[d] rex presens Heinricus observabit domno pape Paschali presenti sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus.

Actum III. Idus[e] April. tertia feria post octavas[f] pasche indict. IIII.[g] in agro iuxta pontem Mammeum.

## 96. *PRIVILEGIUM PASCHALIS II. DE INVESTITURIS.*

*Legitur haec bulla, cui a papalibus nomen Pravilegii inditum esse notissimum est, in* V *codice Vaticano 1984 seorsum fol. 193 B, qui notitiam addit historicam quam in adnotatione proposuimus; in* R II 1—3; *in* C 1. 2. 4. 5; *in* M; *in* W *codice Vindobonensi 2213 fol. 14'; in* B *codice Bambergensi*[1]. *Sententiam quam uncis inclusimus soli* R II 3, M, W *praebent. Bulla secundum relationem* P *die Apr. 12 dictata, exarata et a papa et cardinalibus subscripta est, ideoque et huius diei signum chronologicum tulisse putanda est. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. nr. 6290.*

[a]Paschalis[b] episcopus servus servorum Dei karissimo in[c] Christo filio[d] Heinrico[e] glorioso[f] Teutonicorum[g] regi[h] et per Dei omnipotentis[i] gratiam Romanorum

94. t) Domnum — teneat *des.* C 2. u) suum *add.* M. v) sanctae *add.* C 2. w) *deest* C 1. 3. 4. x) *sic* P 2; terram quam P 1; cuncta que C. M. y) *deest* C. M. z) suorum M. a) sine fraude et malo ingenio *add.* M. b) obedientiam C 4. c) tamen *add.* C 2. d) mei *add.* P 1. e) cath. imp. *des.* C 3. f) Haec — ingenio *des.* M. g) Sic me Deus *add.* P 1; Sic me Deus adiuvet *add.* P 2.

95. a) *deest* C 2. b) parte imperatoris Henrici C 2. c) *ordo nominum in* C 2: *1. 2. 4. 3. 5. 6. 8. 7. 9* (item Fredericus). *10. 11. 13. 14; in* C 3: *1—7. 10. 8. 12—14;* in C 4: *1—6. 8—14; in* M: *1. 2. 4. 8. 5—7. 10—14.* d) *om. Pertz.* e) Ydus P 1. f) octava P 1. g) nona P 1, *ubi reliqua desunt.*

96. a) *praecedit lemma in* R 1. 2: Item aliud (alium 2) privilegium Paschalis papae quod dedit Heinrico IIII. imperatori, mutato priore; *in* C 1: Istud est privilegium domni papae quod fecit imperatori de

1) *Praesto etiam collatio erat codicis universitatis Cantabrigiensis Ti III. 33 saec. XII. fol. 196' a viro d. Liebermann parata. At cum lectiones nullius pretii sint textusque medius abrumpatur* (Si quis autem a clero ‖ ), *eam non curavimus.*

imperatori[k] augusto[l] salutem[m] et apostolicam benedictionem. Regnum vestrum sanctae Romanae[n] ecclesiae singulariter[o] coherere, dispositio divina constituit. Predecessores[p] siquidem[q] vestri probitatis et[r] prudentiae[s] amplioris[t] gratia Romanae urbis coronam et imperium consecuti sunt. Ad cuius videlicet coronae et imperii dignitatem tuam quoque personam, fili karissime Heinrice[u], per nostri sacerdotii ministerium maiestas divina provexit. Illam igitur dignitatis prerogativam, quam predecessores nostri vestris predecessoribus[v] catholicis imperatoribus concesserunt et[w] privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque dilectioni tuae concedimus et presentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui episcopis vel[x] abbatibus libere[y], preter violentiam et simoniam[z], electis investituram virgae et anuli[a] conferas. Post investitionem[b] vero canonice[c] consecrationem accipiant[d] ab episcopo ad[e] quem pertinuerint[f]. Si quis autem a clero et[g] populo preter assensum tuum[h] electus fuerit, nisi a te[i] investiatur, a nemine consecretur [exceptis[k] nimirum[l] illis qui vel in[l] archiepiscoporum vel in Romani pontificis solent dispositione consistere]. Sane archiepiscopi vel episcopi[m] libertatem habeant a te[n] investitos[o] episcopos vel[p] abbates canonice consecrandi. Predecessores enim vestri ecclesias[q] regni sui tantis regalium[r] suorum beneficiis ampliarunt[s], ut regnum ipsum[t] episcoporum maxime vel[u] abbatum presidiis[v] oporteat communiri, et[w] populares[x] dissensiones, que in electionibus[y] sepe[z] contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Quam ob rem prudentie et potestati[a] tue cura debet sollicitius imminere, ut[b] Romanae ecclesiae[c] magnitudo[d] et ceterarum[e] salus tuis[f] prestante domino beneficiis et serviciis[g] conservetur. Si qua igitur[h] ecclesiastica[i] secularisve[k] persona hanc nostre concessionis paginam[l] sciens[m], contra eam temerario ausu[n] venire[o] temptaverit[p], anathematis vinculo, nisi[q] resipuerit, innodetur honorisque[r] ac[s] dignitatis[t] periculum patiatur. Observantes autem[u] misericordia[v] divina custodiat et personam potestatemque[w] tuam ad honorem suum[x] et gloriam[y] feliciter[z] imperare concedat[a].*

*) *in V sequuntur haec:* Cui nimirum scriptum hunc ibidem quamvis invitus pontifex subscripsit et episcopi et cardinales, qui cum eo capti fuerant, simul cum diaconibus ac subdiaconibus subscripsere et per sacramenta firmaverunt; episcopi scilicet duo fuerunt, Savinensis videlicet et Portuensi.

investituris episcopatuum; *in C 2:* Privilegium Paschalis papae quod fecit imperatori Henrico de investituris episcopatuum et abbatiarum; *in W:* Ex decretis Paschasii pape ad Henricum imperatorem. b) P. V. *R* 2. *W. B*; Pascasius *R* 1. c) in Christo *des. C* 1. 2. d) suo *add. C* 1. e) *sic W*; Henrico *C* 2. 1. 5; H. *R. V. C* 1. *B*; *deest hic M.* f) *deest C. M. B.* g) *deest M.* h) regi — Romanorum *des. W.* i) operis *C* 1. k) et *add. C* 2. l) Henrico *add. hic M.* m) salutis *M.* n) *deest C* 1. 2. o) *deest M.* p) Et pred. *C* 2. q) *deest V. C. B.* r) probitatem cum *C* 4. s) providentie *C* 1. 2. t) ampliori *R* 3. u) Henrice *M. C* 2. 4. 5; H. *reliqui.* v) nostri pred. tuis *V.* w) et — confirmaverunt *des. C* 2. x) et *C* 2. y) et *add. W.* z) symoniam et violentiam *V*; sim. vel viol. *M.* a) anuli et virgae *R.* b) investitutionem *C* 1. 2. *B*; investionem *M. W.* c) canonicam *V*; canonice *W.* d) accipiat *C. B.* e) at *V.* f) pertinuerit *C. M. W. B.* g) vel *M*; a *add. C* 1. 2. h) tuum assensum *C. B.* i) *pro* a te *C* 1: ante. k) *uncis inclusa tantum in R* 3. *M. W.* l) *deest W.* m) episcopi et (vel *C* 4. *B*) archiepiscopi *V. C. B*; arch. et episcopi *R* 3. *W.* n) a te *des V.* o) investitutos *C* 1. 2; inuestos *B.* p) et *C* 1. 2. q) ecclesiam *W.* r) regaliis *B.* s) ampliaverunt *R* 3. *C* 5. t) ipsorum *R* 3. *B.* u) et *C* 1. 2. v) *deest R* 3; prediis *C* 4; maxime ep. vel abb. presidiis *M*; ep. vel abb maxime presidiis *C* 5; maxime ep. presidiis vel abbatum *V.* w) *deest V.* x) post *C* 1. y) electis omnibus *M.* z) *deest C* 2. a) potestatis *V*; potestativae *pro* potestati tue *C* 4. b) et *add. C* 1. 2. c) ecclesiae Romanae *R* 1. 2. d) celsitudo *C* 4. e) ceterorum *V. C* 1. f) tuis *deest V. C* 1. 2. 4; *sequitur post* beneficiis *C* 5. *B.* g) *pro* et serviciis *V*: potioribus; *des. W.* h) vero *C* 1. 2 i) vel *add. C* 2. 1. *M.* k) secularis vel *C* 1; secularis potentia aut *C* 2. l) pagina *V.* m) sciens *deest C* 2; sciens — eam *des. C* 4. n) *deest W*; ausu tem. *B.* o) pervertere *C* 4. p) presumpserit *B.* q) nisi resipuerit *des. C* 2. r) honoris quoque *C* 4. s) et *W.* t) suae *add. C. M. B.* u) ergo *C* 1; igitur *C* 2; hec *add. R. M. W.* v) div. mis. *B.* w) ac maiestatem *C* 2. x) *deest R* 3. y) honorem et gloriam suam *V. C* 2. z) *deest R* 3. a) faciat *R* 3; Amen *add. V.*

## 97. *CONFIRMATIO PACIS PER PASCHALEM II. Apr. 12.*

*Postridie post conventionem apud pontem Mammeum (Apr. 12), ut testatur relatio* R II, *die coronationis (Apr. 13), ut vult collectio* C, *cum inter missarum solemnia Paschalis II. regi hostiam in signum pacis traderet, declarationem promulgavit, quae an antea in scriptum redacta fuerit dubitari licet. Nam in diversis formis nobis asservata est.* a) *Primam et ut videtur magis genuinam praebent* R II 1—3 *et, sententia una suppressa,* M. — b) *Secunda multo brevior legitur in* C 1. 2. 5; *quae in* C 1. 2 *his verbis introducitur:* Hec sunt verba quae dixit dominus apostolicus domino imperatori (Henrico *add.* 2) in communicatione corporis et sanguinis (Christi *add.* 2) die coronationis suae. C 5 *autem haec verba facit:* Confirmatio pacis inter apostolicum et imperatorem dum in celebratione missae traderet ei corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi. *Formulae subiungit* C 5: Datum est Id. Aprilis indictione quarta; C 2 *autem:* Anno verbi incarnati MCXI. Hoc confirmatum est in basilica sancti Petri XVI. Cal. Martii[1] *(potius* Maii?*)*, regnante in coelis domino nostro Iesu Christo cum Patre eterno et Spiritu sancto. Amen. *Si formula in scriptum redacta esset, signum chronologicum, quod praebet* C 5, *addi debuit. At quid sibi velit signum chronologicum falsum, quod in* C 2 *legitur (Apr. 16?), nescio.* — c) *Tertiam formulam brevissimam vulgavit vir cl. Wattenbach 'Archiv' X, 464 e codice Vindobonensi 373, quae his verbis introducitur:* Hoc ad regem dixit quando communicavit. — *Quartam minime authenticam inseruit Petrus Ostiensis Chronico Casinensi l. III, c. 40 (SS. VII, 782):* Sicut pars ista vivifici corporis divisa est, ita divisus sit a regno Christi et Dei quicumque pactum istud disrumpere temptaverit.

### *Formula a.*

Hoc dominicum corpus, quod sacrosancta tenet ecclesia, natum ex Maria virgine, elevatum in cruce pro redemptione generis humani[a], damus tibi, fili karissime, in remissionem peccatorum tuorum et in conservationem[b] confirmandae pacis et verae amicitiae inter me et te, et regnum et sacerdotium; ut[c] dominus noster Iesus Christus, cuius hoc corpus et sanguis est, sit inter me et te, et regnum et sacerdotium conservator et confirmator verae concordiae et pacis.

### *Formula b.*

Domine imperator Henrice[d], hoc corpus Domini, natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta[e] catholica tenet aecclesia, damus tibi in confirmationem[f] verae pacis et concordiae inter me et te. Amen[g].

### *Formula c.*

Audi o rex, hoc corpus dominicum, natum de virgine, passum in cruce, sicut tenet sancta catholica aecclesia, sit tibi ad confirmationem verae inter nos pacis et amiciciae.

## 98. *FORMA ABRENUNTIATIONIS SILVESTRI IV. ANTIPAPAE.*

*Deposuit antipapam Heinricus V, ut narrant Annales Romani SS. V, 478,* postquam finem fecit cum dicto Paschali pontifice in prata Neronis, quia ipse Maginulfus tunc erat in castra. *Formulam edidit vir cl. Wattenbach 'Archiv' X, 464 e codice Vindobonensi 373.*

97. a) humani generis *R* 3. *M.* b) conservatione *R* 3. c) ut — sacerdotium *des. R* 3; ut — et pacis *des. M.* d) H. *C* 1; *deest C* 5. e) et *add. C* 5. f) conservatione *C* 2. 5. g) *deest C* 1. 5.

1) *Congruit codex Gandavensis, v. 'Archiv' VII, 542. Notandum est, textum codicis* C 1 *finita formula abrumpi.*

Hec est abrenuntiatio qua papatum refutavit qui iniuste rapuit. Ego Monoegealdus abrenuntio omni errori, maxime quem in apostolicam sedem presumpsi, et promitto fidem et oboedientiam Deo digno et catholico papae Paschali.

## 99. *RELATIO REGISTRI PASCHALIS II.*

*Fundamentum editionis elegimus textum* P 1 *a Duchesnio recognitum, adnotavimus varias lectiones codicum* P 2. 3, *quantum relationis receperunt, et* P 4, *quousque Theineri editio extenditur, additis paucis illis Cencii scripturis, quas attulerunt Pertz et Watterich.*

[a]Anno[b] ab incarnatione Domini MCXI. mense Februario die nona, indictione IIII, tempore domni Paschali secundi papae, anno eius XII. Henricus Teutonicorum rex cum magno exercitu in Tusciam venit et, missis Romam in porticum Sancti Petri nuntiis cum Petro Leonis et aliis domni Paschali[c] papae nuntiis, et[d] consilio habito domnus apostolicus misit ad eum suos legatos Sutrium, ut finem inponerent discordie et liti que a tempore beate memorie septimi pape Gregorii inter regem et pontifices Romanos de investituris exorta fuerant. Finis autem qualis fuerit in consequentibus enarrabitur. Feb. 9.

Hoc pactum inter[e] eos deliberatum est:

'Rex scripto refutabit — fideliter adiuvabit'. *nr.* 83.

'Ego Albertus cancellarius — Deus adiuvet'. *nr.* 84.

Cartula[f] alia sic se habet:

'Si rex adinpleverit — et pontem'. *nr.* 85.

'Ego Petrus Leonis — in Turri'. *nr.* 86.

Post haec[g] domnus papa nuntios suos Sutrium misit, coram quibus rex in hec[g] verba iuravit:

'Ego Heinricus rex — me Deus'. *nr.* 87.

Post haec[g] et sic[h] principes iuraverunt:

'Ego Fretherícus dux — Idus Februarii'. *nr.* 88.

Post haec idem rex Romam accessit tertio Idus, id est XI. die Februarias, in sabbato videlicet ante quinquagesima. Altero die oviam ei domnus papa misit in Montem Gaudii, qui et Mons Malus dicitur, signiferos cum bandis, scriniarii, iudices et stratores. Maxima etiam populi multitudo ei cum ramis occurrit. Duo iusta priorum imperatorum consuetudinem iuramenta, unum ante ponticellum, alterum ante portam porticus Romanorum populo fecit. Ante portam a Iudeis, in porta a Grecis cantando exsceptus est. Illic omnis Romanae urbis clerus convenerat ex precepto pontificis. Et eum ex equo descendentem usque ad Sancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt. Feb. 11. Feb. 12.

Cum vero ad superiora graduum ascendisset, illic domnus papa cum episcopis pluribus, cum cardinalibus presbiteris et diaconibus, cum subdiaconibus et ceteris scole cantorum ministris affuit. Ad cuius vestigia cum rex corruisset, post pedum oscula ad oris oscula elevatus est. Ter se invicem complexi, ter se invicem osculati sunt. Mox dexteram pontificis tenens cum magno populorum gaudio et clamore ad portam pervenit argenteam. Ibi ex libro professionem imperatoriam fecit, et a pontifice imperator designatus est; et iterum a pontifice obsculatus est. Mox super eum orationem primam, sicut in Ordine continetur, Lavicanus episcopus dedit.

99. a) *praecedit lemma in* 2: Actio inter dominum papam Paschalem et Henricum imperatorem IIII. b) *loco* Anno — Henricus 2. 3: Anno dominice incarnationis MCXI, pontificatus autem domini Paschalis secundi pape XI, indictione III, Henricus (Heinricus 3) quartus; 4: Hoc tempore Henricus. c) Paschalis 2—4. d) et — enarrabitur *des.* 2—4. e) inter eos *des.* 2. f) Cartula — habet *des.* 2. g) hoc 4. h) *pro* et sic 4: sic etiam.

Post ingressum basilicae cum in Rotam porfireticam pervenisset, positis utrimque sedibus consederunt. Pontifex refutationem investiturae et cetera, quae in conventionis carta scripta fuerant, requisivit, paratus et ipse que in alia conventionis carta scripta fuerant adimplere.

Ille cum episcopis suis et principibus secessit in partem iusta secretarium; ibi diutius quod eis placuit tractaverunt. In quo tractatu interfuerunt Longobardi episcopi tres, Bernardus Parmensis, Bonus senior Regitanus, Aldo Placentinus. Cum autem longior se hora protraeret, missis nuntiis pontifex conventionis supradicte tenorem repetiit adinpleri. Tunc episcopi trasalpini ad pontificis vestigia corruerunt et ad oris oscula surrexerunt. Set post paululum familiares regi[i] dolos suos paulatim aperire coeperunt, dicentes: scriptum illut, quod condictum[k] fuerat, non posse firmari auctoritate et iustitia. Quibus cum euangelica et apostolica obiceretur auctoritas, quia et 'reddenda sunt cesari quae sunt cesaris' et 'nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus', cum armorum usus, secundum beatum Ambrosium, ab episcopali officio alienus sit. Cum hec et alia illis apostolica et canonica capitula obicerentur, illi tamen in dolositate sua et pertinacia permanebant.

Cum iam dies declinaret in vespera, consultum a fratribus, ut rex eodem die coronaretur, ceterorum tractatus in sequentem ebdomadam differretur. Illi etiam hoc adversati[l] sunt. Inter haec tam pontifex quamque et prefectus et omnes, qui cum eo erant, a militibus armatis custodiebantur. Vix tandem ad altare beati Petri pro audiendis missae officiis conscenderunt, vix ad sacramenta divina conficienda panem, vinum et aquam invenire potuerunt. Post missam ex cathedra descendere compulsus pontifex deorsum ante confessionem beati Petri cum fratribus sedit. Ibi usque ad noctis tenebras ab armatis militibus custoditus. Inde ad ospitium extra aecclesiae atrium cum fratribus deductus est.

Capta est cum eo et diaconorum[m] ac notariorum et laycorum numerosior multitudo. Qui autem evaserunt, alii expoliati, alii gravius verberati sunt. Factus est igitur in Urbe tota repentinus tumultus, dolor et gemitus.

Feb. 13. Postera die Romani adversus Teutonicos acrius pugnaverunt, adeo ut eos ex porticu pene propulerunt; ex qua pugna plures ex utraque parte mortui fuerunt, set plures ex parte Teutonicorum. Unde tantus eos terror invasit, ut per totum sequens
Feb. 16. biduum die hac nocte in armis essent. Porro, cum se Romani die tertio cominus pugnaturos pronuntiassent, illi nocte ipsa tanto metu ex porticu profugerunt, ut non solum sarcinas set multos etiam socios in ospitiis reliquissent.

Dęhinc usque ad pedem Soractis montis progediens, iusta beati Andreae monasterium Tiberis alveum transierunt et per Sabinos ad Lucanum pontem iter agentęs, ulteriores Romane urbis partes aggressi sunt. Traebantur inter haec et clericorum et laycorum nonnulli funibus alligati. Pontifex autem cum duobus episcopis, Savinensi videlicet et Portuensi, et cardinalibus quatuor aput castellum Trebicum, ceteri vero cardinales aput Corcodilum in custodia tenebantur. Itaquę cum et agros Romanorum rex cotidie depopularetur et eorum animos dolo ac pecunia pertemptaret, tantam Deus populo constantiam tribuit, ut nichil cum eis pacisci sine papae et cardinalium liberatione potuerunt. Diversis inter haec consiliis distraebatur. Set perpetrati sceleris conscius, nichil sibi ulterius tutum fore aput papam arbitrabatur. In hoc tandem plena deliberatione convenit, ut omnes quos ceperat liberos faceret[n], dummodo securitatem sibi aput papam futuri temporis provideret. Hoc profecto per principes suos, hoc per clericos, hoc per laycos, hoc per cives Romanos sollicitius satagebat. Ceterum domnus

99. i) regii *Watterich e cod. Cencii Riccard.* k) condiatum 1. l) aduesati 1. m) *pro* diaconorum ac notariorum *Cencius sec. Pertz:* clericorum; *sic etiam Petrus Ost.* n) fecerat 1.

papa facilius vitam exponere quam investituris episcopatuum et abbatiarum consentire malebat, quamvis ille per investituras illas non ecclesias, non officia quelibet, set sola regalia se dare assereret. Proponebatur pontifici captivorum calamitates, quod ammissis liberis et uxoribus domo[o] et patria exules durioribus compedibus arcebantur. Proponebatur ecclesiae Romane desolatio, que pene omnes cardinales ammiserat. Proponebatur gravissimum scismatis periculum, quod pene universae Latinorum ecclesiae immineret[p]. Victus tandem miseriis filiorum, laborans gravibus suspiriis atque gemitibus et in lacrimas totus effusus: 'Cogor, ait, pro ecclesiae liberatione hac pace hoc pati, hoc permittere quod pro vita mea nullatenus consentirem'.

Ad hanc enim securitatem confirmandam episcopi et cardinales qui capti fuerant expetebantur. Nec omnino aliter aut captivorum dimissio aut ecclesiae pax, quantum in ipsis erat, poterat provenire. Cum[q] itaque[r] comes Albertus de Blanderada et ceteri regis latęralęs iuramentis condicionem prescribi non sinerent, Paschalis[s] pontifex ait: 'Quandoquidem conditionem scribi non patimini, verbis apponam'. Tunc totus ad regem versus[t] dixit: 'Iuramenta haec ideo facimus, ut vos illa, que pacti estis, faciatis et observetis'. Quod rex cum suis omnibus laetissimę ac libentissime annuit. Ex verbo igitur pape Paschalis[s] sic ab eis[u] iuratum est in agro iusta[v] pontem Mammeum, qui Romanos a Teutonicis dirimebat[w]:

'Domnus papa Paschalis — et malo ingenio'. *nr. 92.*

Illę invicem iuravit[x] in haec verba:

'Ego[y] Heinricus rex — et malo ingenio'. *nr. 94.*

Post haec Coloniensis archiepiscopus Fridericus, Tridentinus Gębeardus[z], Monasteriensis Bruccardus[a], Bruno Spirensis, Albertus cancellarius, comes Herimmannus[b], Fridericus palatinus comes, Albertus comes de Blanderada[c], Fridericus Saxo, Beringarius comes, Fridericus comes Frisingensis[d], Bonifatius marchio[e], Guarnerius comes et[f] Godefridus de Suevia[g], posita super euangelium huius sacramenty cartula, iuraverunt sic ex precepto regis, sicut in hac cartula scriptum est:

'Sic domnus rex — iuxta pontem Mammeum'. *nr. 95 pars ultima.*

Restabat illa exactionis et extorsionis portio, ut de investiture permissione privilegium regi personaliter scriberetur. Nec ipse igitur nec ipsius laterales passi sunt, ut intra Urbem scriptura ipsa differretur, ubi sigillum pontificis dimissum fuerat. Altero itaque die in eodem campo, qui Septem Fratrum dicitur, dum castra moverentur, Apr. 12.
illut dictari oportuit, et transito iusta pontęm Salarium Tiberis fluvio, dum aput octavum castra sita essent, accitus ab Urbe scriniarius scriptum illud inter nocturnas tenebras exaravit. Cui nimirum scripto illo ibidem quamvis invitus pontifex subscripsit[1].

Porro cum ibidem cartam ipsam rex accepisset, postmodum tamen cum in beati Petri ecclesiam pervenisset post corone acceptionem, eam ad manum pontificis retulit. Apr. 13.
Nec solum contra eius voluntatem, set etiam contra omnem consuetudinem de manu eius accepit[h].

Coronatus est autem idem rex portis omnibus Romane urbis, ne quis civium ad eum accederet, obseratis. Post coronae acceptionem finitis misse solempnibus, ipse

**99.** o) domos 1. p) imminerent 1. q) *abhinc rursus* 2. r) *deest* 2. s) *deest* 1. t) versus ad regem 2. u) sic a card. 2. v) iuxta 2. w) dirimebant 1. x) *hic abrumpitur iterum* 2. y) Ego — iuxta pontem Mammeum *fol.* 137 *in* 2. z) gęberardus 1. a) Brucardus 2. b) Herimannus 2. c) Blandarada 2. d) Frisigensis 2. e) et *add.* 1. f) *deest* 1. g) *sic* 2 *et Cencius sec. Pertz; in* 1 Suavia *legendum esse videtur.* h) *legendum* recepit.

1) *Watterich I, p. XLVII not. 2 contendit, hic sequi sententiam* et episcopi et cardinales — videlicet et Portuensi, *quam v. supra p. 115, l. 27—29. At hanc sententiam ab eo petitum esse ex* V *fol. 193 B, mihi haud dubium est.*

statim ad castra in campum egreditur. Pontifex autem tunc tandem cum episcopis et cardinalibus liber in Urbe egrediens tanta frequentia populi occurrentis et Deum laudantis excipitur, ut vix circa vesperas ad ospitia potuerit pervenire. Actum Idibus
Apr. 13. Aprilis, quinta feria post octava pasche.

Hec sicut passi sumus et oculis nostris vidimus et auribus nostris audivimus mera veritatę perscripsimus.

## 100. *ENCYCLICA HEINRICI V.*

*Subsidia fuerunt* R 1 1—4. *Fundamento usi sumus* R 3, *quocum* R 4 *admodum convenit. Encyclicam hanc fine carere elucet. — Stumpf, Reg. 3051.*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum imperator augustus omnibus[b] Christi et[c] ecclesiae fidelibus.

Notum esse volumus dilectioni et discretioni vestrae ea quae inter nos et dominum illum Paschalem[d] erant, quomodo incepta, tractata et peracta[e] sint, scilicet de conventione inter me et ipsum, de traditione Romanorum in me et meos[f], ut audita intelligat, intellecta examinet, examinata diiudicet. Igitur[g] cum[h] in eo essem totus, ut me ad ecclesiae utilitatem et ipsius votum, si iustum esset, componerem, cepit dilatationem et exaltationem regni super omnes antecessores meos promittere; studebat[i] subdole tamen, quomodo regnum et ecclesiam[k] a statu suo discinderet, tractare. Quod sic facere aggressus est. Regno nostro iam[l] a[m] Karolo trecentis et eo amplius annis et sub sexaginta tribus apostolicis investituras episcopatuum et abbatiarum[n], eorumdem auctoritate et privilegiorum firmitate[o] tenenti, absque omni audientia volebat auferre. Et cum per nuntios nostros ab eo quaereretur[p], omnibus[q] his ablatis[r], quid de nobis fieret, in quo regnum nostrum constaret, quoniam omnia fere antecessores nostri ecclesiis concesserunt et tradiderunt, subiunxit: 'Fratres, ecclesiae decimis et oblationibus suis contentae sint: rex vero omnia praedia et regalia, quae a Karolo et Lodoyco, Ottone et Heinrico aliisque[s] suis praedecessoribus aecclesiis collata sunt, sibi et suis successoribus recipiat et detineat'. Ad haec cum nostri reponderent, nos quidem nolle ecclesiis violentiam inferre nec ista subtrahendo tot sacrilegia incurrere, fidu-
Febr. 12. cialiter[t] promisit et sui sacramento pro ipso[u] promiserunt: dominica 'Esto mihi in Deum'[v] se omnia haec cum iusticia et auctoritate ecclesiis auferre nobisque et regno cum iusticia et auctoritate sub[w] anathemate confirmare et corroborare; nostris itidem[x] firmantibus, si hoc[y], uti praemissum est, complesset — quod[z] tamen nullo modo posse fieri sciebant — me quoque investituras ecclesiarum, uti quaerebat, refutaturum, sicut in carta conventionis[1] plenius videre poteritis.

De[a] traditione vero in nos et in[b] nostros sic se res habet. Vix portas civitatis ingressi sumus, cum ex[c] nostris infra menia secure vagantibus quidam vulnerati, alii[d] interfecti sunt, omnes vero spoliati aut capti sunt. Ego tamen quasi pro levi causa

100. a) H. 2; Henricus 4. b) *pro* omnibus — fidelibus 1. 2: Parmensis ecclesiae capitaneis, clero et populo gratiam suam et omne bonum. c) *deest* 4. d) dominum P. papam 1. 2. e) incepta acta 1. 2; incepta tractata 4. f) in nos et nostros Romanorum 1. 2. g) *deest* 1. 2. h) dum 4. i) *deest* 3. k) ecclesias 1. 2. l) *deest* 1. 2. m) *deest* 4. n) et abbatiarum *des.* 1. 2. 4. o) confirmatione 3. p) quaereremus 4. q) omnibus his ablatis *des.* 4. r) sublatis 1. 2. s) aliisque suis praed. *des.* 3. 4. t) fid. promisit *des.* 3. u) eo 4; pro ipso *des.* 1. 2. v) in Deum *des.* 1. 2. w) *pro* sub — corroborare 4: reddere. x) tunc idem 1. 2. y) hec 1. 2. z) et quod 3. a) De — cum processione perveni *in* 4 *imam epistolae partem tenent.* b) *deest* 1. 2. c) *deest* 3. 4. d) alteri 4.

1) *Nr. 85.*

non motus, bona et tranquilla mente usque ad ecclesiae[e] beati Petri ianuas cum processione perveni.

Ubi[f], ut ostenderem[g], nullam ecclesiarum[h] Dei disturbationem ex nostro velle procedere, in cunctorum astantium oculis et auribus hoc decretum promulgavi:

'Ego Heinricus Dei — subtrahere recuso'. *nr. 89.*

Hoc decreto a[i] me lecto et subscripto, petii ab eo, ut sicut in carta conventionis eius scriptum est, mihi adimpleret. Haec est carta conventionis eius ad me:

'Domnus papa precipiet — cum habere potuero'. *nr. 85.*

Haec sunt sacramenta[k]:

'Ego Petrus Leonis — scriptum est'. *nr. 86.*

Haec sunt sacramenta ex nostra parte[l]:

'Ego comes Hermannus — scriptum est'. *nr. 84.*

Cum ergo supradictae postulationi insisterem, scilicet ut cum iustitia et auctoritate promissam mihi conventionem firmaret, universis in faciem eius[m] resistentibus et decreto suo planam heresim inclamantibus, scilicet episcopis, abbatibus, tam suis quam nostris, et omnibus ecclesiae filiis, hoc, si salva pace ecclesiae dici potest, privilegium proferre voluit.

'Paschalis episcopus servus — reddituri pro animabus eorum'. *nr. 90.*

## 101. *RELATIO CAESAREA ALTERA.*

*Praesto erant* R II 1–3. *Haec relatio cum epistolae encyclicae formam non habeat, a quo confecta sit, penitus ignoramus. At cum narratio Willelmi Malmesburiensis, e libello Davidi Scotti hausta, semel quidem l. V, c. 423* (Hac conventione expleta — in haec verba) *cum Relatione concordet, aut Relationem hoc libello usam esse aut Davidum ipsum eius auctorem fuisse, fortasse concedes.*

[a]In[b] nomine sanctae et individuae Trinitatis. Haec est conventio inter domnum[c] papam Paschalem et Heinricum imperatorem[d], inter[e] regnum et sacerdotium de confirmatione et conservatione[f] pacis et amicitiae:

'Domnus papa Paschalis concedet — regnum et imperium'. *nr. 91.*

Istud est sacramentum per quod confirmata est inter papam P.[g] et imperatorem H. superius perscripta[h] conventio:

'Domnus papa Paschalis non inquietabit — et malo ingenio'. *nr. 92.*

'Ista sunt nomina episcoporum — Sergii et Bachi'. *nr. 93.*

Hac conventione expleta[i] et praedictorum episcoporum et cardinalium sacramento confirmata et osculo utrimque dato, domnus papa P. insequenti die, scilicet II. Idus Aprilis, sollempniter[k] missam dominicam 'Quasi modo geniti' celebravit. In qua post communionem suam et ministrorum altaris domno H. imperatori corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi[l] dedit in hec verba: Apr. 12.

'Hoc dominicum corpus — concordiae et pacis'. *nr. 97a.*

Et in hec verba, papa[m] exigente, in ipsa communione invicem se osculati sunt.

**100.** e) *deest* 3. f) Ubi — Hec est carta conventionis eius ad me *in* 1. 2 *non suo loco leguntur, sed post ea, quae infra sunt, verba haec:* privilegium proferre voluit. g) ostenderemus 1. 2; Ego vero ut ostenderem 4. h) *deest* 3. i) a me lecto *des.* 3. k) ex parte domini papae *add.* 4. l) ex parte regis 4. m) ei in faciem 1. 2.

**101.** a) *praecedit rubrum in* 3: Conventio inter papam Paschalem et Heinricum imperatorem. b) In — Trinitatis *des.* 1. 2. c) *deest* 3. d) imper. Heinr. 1. 2. e) inter — sacerdotium *des.* 1. 2. f) de conservatione confirmandae 1. 2. g) *deest* 3. h) scripta 3. i) completa 1. k) *deest* 1. l) Iesu Christi *des.* 3. m) P. *add.* 3.

Apr. 13. His feliciter et gaudio diu expectato expletis, Romam exultantes pervenerunt. Et in argentea porta rex a domno apostolico[n] et a toto clero cum oratione, quae in Ordine continetur, receptus et ad mediam Rotam[o] deductus et, ibi expleta oratione secunda, usque ad confessionem apostolorum Petri et Pauli cum letaniis perductus et unctus est. Post hec a domno papa ad altare eorundem apostolorum cum immenso tripudio deducitur et ibidem corona sibi[p] ab apostolico imposita in imperatorem consecratur.

Deinde missa incipitur de resurrectione Domini et sollempniter celebratur. In qua ante communionem sub testimonio astantis ecclesiae tam clericorum quam laicorum domnus apostolicus privilegium domno H. imperatori propria manu dedit[q]; in quo sibi et regno suo quod[r] scriptum est concessit et ibidem anathemate confirmavit:

'Paschalis episcopus servus — imperare concedat'. *nr. 96.*

# 102. PACTUM CUM VENETIS.

## 1111. Mai. 22.

*Protulimus hoc pactum ex* 1) *Libris pactorum lib. I, fol. 2;* 2) *Libris pactorum lib. II, fol. 75'; et* 3) *Libro blanco fol. 34', nr. 19, in quo inscribitur:* Privilegium Henrici imperatoris quarti, renovationis et confirmationis de aliquibus factum domino Ordelaffo Faletro duci. *Ex Libris pactorum pactum transscriptum est in cod. Trivisano fol. 179. Huius pactionis exordium et capita 1—17 ex Heinrici IV. pacto (supra nr. 72) sumpta sunt. Quod cum post c. 17, ut diximus, deficiat, sequentia capita 18—21 et a c. 24 omnia usque ad ultimum a pacto Ottonis II. (supra nr. 18), capita autem 22 et 23 ab Ottonis III. praecepto (supra nr. 20) pendent. — Stumpf, Reg. 3062.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Quoniam stabilem christianorum principum karitatem operari plurima bona ad multorum utilitatem evidenter novimus et viros[a] sapientes ac discretos rectores regnorum suorum notos habere semper et amicos curavimus, Ordelaf Faletrum de Donis christianum et clarum ducem Veneticorum, quem luce sapientie et totius honestatis ubertate predicabiliter pollere manifestum est, habere notum et amicum ad decus imperii nostri stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei perpetuam confirmationem hoc, quod ipse dux vir sapiens et honestus* fieri exaudibiliter postulavit, a nobis consilio nostrorum principum digna postulatione* impetravit. Hac igitur ratione tante dilectionis uniti nostram utrimque karitatem rationabiliter observavimus et in multis magnisque negotiis publicis ac privatis eius sinceram dilectionem ac preclaram sapientiam imperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei evidentia et sapientum iudicio* sapiens ac[b] discretus ipse dux Venetici regni rector extitit et egregia fides* et pure dilectionis exhibitio, quam semper erga nos habuit et nostrum imperium*, cum nobis in omnibus commendabilem exhibuit, dignus eius et honestus interventus* apud nostram imperatoriam maiestatem locum karissimi amici et viri sapientissimi venerabiliter[c] optinuit. Igitur ob sinceram et venerabilem eius dilectionem vere kari-

**101.** n) papa 3. o) Romam *male* 1. 2. p) *deest* 3. q) dedit domno H. imperatori (propria manu *des.*) 3. r) sic *add.* 3.

**102.** a) virorum 2. 3. b) et 3. c) venerabillis 3.

tatis vinculis astrictam[d] *quicquid ipse dux et Venetici[e] ducatus, ecclesie et populus retro per triginta annos in imperii nostri potestate, secundum quod in precepto nostri patris et nostrorum antecessorum, regum et imperatorum, continetur et in pacto Othonis[f] imperatoris legitur, iuste et legaliter habuit et tenuit, per hanc nostram imperialem paginam renovamus atque confirmamus. Huius autem rei internuntii[g] inter nos et predictum ducem nostrum[h] karissimum amicum viri nobiles extiterunt Vitalis Faletrus eius consobrinus et Stephanus Moreceaus[i] dilectus eiusdem ducis capellanus et cancellarius atque Urso Iustinianus vir illustris: — non ut[k] istorum gratia vel cuiuslibet alterius hoc faceremus, sed solummodo dulci karitate ducis karissimi nostri, cui indissolubiliter uniti sumus, prout dictum est, hoc egimus, ita quidem ut pars parti nil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum[l] est, in omnibus actionibus rebusque facere presumat et si, quod absit, aliqua malicia vel lesio* inter partes commissa fuerit, per huius federis decreta tergatur hac facta satisfactione a rebelli et transgressore[m] parte ad pactum observandum hec series federis inviolabiliter semper maneat per cuncta annorum curricula[n], remota* contradictione vel impugnatione tam nostra quam nostrorum successorum omnium.

Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel aliis equis sanctionibus oppugnare nitatur, et ut maxime ac specialiter notentur vicini populi tam ex nostro imperio quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decrevimus, hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses[o], Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Genuenses, Placentini, Florentini Ferrarienses[p], Ravennates, Comaclenses, Ariminenses[q], Pesaurienses, Censentenses[r], Fanenses, Senogalienses, Anconenses, Humanenses, Firmenses, Epinenses, Veronenses, Montetiecnses[s], Gavelenses, Vincentenses, Paduenses, Tarvisianenses, Cenetenses, Foroiulienses, Histrienses, et cuncti de nostro Italico regno, sive qui modo sunt sive qui in posterum futuri sunt; ex predicto vero ducatu Venetie sunt: Rivoaltenses, Metamaucenses, Clugienses, Pistrinenses, Caputargellenses, Brintilenses[t], Lauretenses[u], Babienses, Murianenses[v], Maioribenses[w], Torcellenses, Amianenses, Burianenses, Constanciacenses[x, 1], Equilenses, Caprolenses, Civitatinenses, Finenses, Gradenses et cuncta generalitas populi[y] Venetie, sive qui modo sunt vel qui futuri sunt.

(1) Confirmamus itaque Veneticorum fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, sed libere et absque ullo inpulsu que retro ab annis possederunt[z] triginta, deinceps possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non et[z] episcopi, abbates et[a] ecclesie sancte Dei et reliquus populus Venetie sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive in campis, sive in domibus[b], pratis, silvis, vineis, paludibus, salitis, sationibus, piscationibus et ceteris[c] *possessionibus, quiete possideant absque cuiusquam insultantis machinatione aut lesione sive sinistra quapiam[d] tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis inde[e] facere presumat. Nec etiam venationem aut pabulationem sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navim ipsorum Veneticorum in aliqua nostri imperii parte periclitantem predari seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre[f] presumat; quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam facere presumpserit, et res eius dominio possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

**102.** d) astrictum 3. e) et *add.* 3. f) Ottonis 3. g) interventu 2. 3. h) nostrum ducem 3. i) Morecinus 3. k) *om.* 3; *add. manu recentiori in margine cod.* 2. l) relictum 2. 3. m) transgressoria 1—3. n) circula 2. 3. o) Papia 2. 3. p) Ferarienses 1. q) Arithminenses 1—3. r) Censentensentenses 3. s) *ita* 1—3. *et P Lotharii III*; Montesilicenses *PH. IV.* t) Brundulienses *PH. IV*; et *add.* 2. 3. u) Laurentenses 3. v) Maurianenses 2. 3. w) Maiorbenses 2. 3. x) Constanciceuses 2. 3. y) tocius *add.* 3. z) *om.* 3. a) omnes *add. PH. IV.* b) sive in *add.* 3. c) aliis *add. PH. IV.* d) quippiam 3. e) *om.* 1—3: *suppl. ex PH. IV. et PL. III.* f) facere 3.

1) *Babienses, Maioribenses, Constanciacenses, quid sint, dicere non possum.*

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, persona ipsa, que in capite fuerit ad eandem maliciam faciendam, infra sexaginta dies tradatur, et omnia, que fuerint ablata, in duplum[g] restituantur; quodsi ipsum duplum compositum non fuerit vel si ipsa persona tradita non fuerit infra dies sexaginta, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam maliciam perpetraverit[h], componantur aurei solidi quingenti.

(3) Si furtum inter partes factum fuerit, in quadruplum restituatur.

(4) Si servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur; et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum idoneum dominis illorum satisfactum[i] fiat. Si vero iudex vel alius[k] ipsos fugitivos susceperit et eos reddere negaverit et exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos septuaginta duos. Quodsi dubium fuerit et denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo ipsi fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum duodecim electi, quod ibi nec suscepti fuerint nec illos habeant nec in conscientia eorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint[l]. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium peractam per[m] iussionem iudicis sui liceat ei[n] pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam iustitiam per[o] integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur; et si pignoratio pervenerit, non presumat alia pars pro pignore aliam pignorare, sed expectet usque ad audiendam[p] causam, ita sane ut cause in sex mensium spatio fiant et sint finite cause, reddens prius, quia ex iuditio condempnatus fuit, et pignus suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore pignorare presumpserit, in duplum, quod[q] tulerit, restituat.

(6) Si vero equi vel eque aut armenta aut aliqua quadrupedia fuerint furata, in duplum restituantur; si ipsa aberraverint, modis omnibus reddantur. Quodsi post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hoc requiritur, usque dum pars parti satisfatiat; et post satisfactionem reddantur ipsa pignora.

(7) Et hoc statutum est, ut, si fugitivus seu res reddita fuerit[r] vel si per sacramenta satisfactio adimpleta fuerit, modis omnibus pars parti securitatem faciat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat, et quod tulerit restituat.

(9) Negotia autem inter partes fiant, et liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negotiatoribus conservetur.

(10) De ripatico autem: secundum antiquam consuetudinem pars parti observet omne quadragesimum; et licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram sive per flumina totius regni nostri; similiter et nostri per mare et flumina usque ad eos[s] et non amplius.

(11) De hoc convenit, ut, si qua lesio inter partes evenerit, legatarii non detineantur; si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis solidi trecenti; et si, quod absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi mille, et ipsa persona tradatur in[t] manibus eorum.

(12) Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel vel bis cum epistola iudicis sui; si ei iusticia minime facta fuerit infra dies quatuordecim, si ipse homo, unde iustitia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies septem licentiam habeat pignorandi iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra casam[u] suam, quantum ipsum debitum erit[v]; et ipsum pignus[w] usque ad prenominatas noctes. Quodsi antesteterit ipsum pignus, componantur solidi duodecim causa manente, ut pro eo iterum pignoratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen,

**102.** g) in dupl. *om.* 2. 3. h) perpetravit 1. 2. i) satisfactum dominis illorum 3. k) aliquis *PH. IV. et PL. III.* l) habuerit 1. m) per peractam 1—3. n) eam 3. o) in 3. p) audiendum 1—3. q) qui *PH. IV. et PL. III.* r) fuerint 1—3. s) vos *PH. IV.* t) *om.* 1. 2. u) causam 1. 2. v) fuerit 3. w) *supplendum est* salvum sit; *cfr. pactum Ottonis II, supra p. 42 not.* u.

ubi iudicium ambabus partibus annunciatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte de loco, ubi causa requiritur, quod ipsi determinaverint per evangelium, pars parti satisfaciat.

(13) Addimus autem, ut, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur; quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi trecenti[x].

(14) Simili pena decernimus dampnandum eum, qui in communibus mercatis[y] tumultum populi excitans homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione solidos auri[z] trecentos.

(15) Si aliqua pignoratio in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur auri solidi trecenti et pro servo quinquaginta; et si plaga facta fuerit, ut non moriatur, pro libero homine solidi quinquaginta[a], pro servo triginta.

(16) Statutum est, ut in rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causas habuerit; et ante compellatio fiat semel vel bis; nam qui aliter[b] presumpserit, duplum componat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque salvum restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses, Olivolenses[c], *Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis triginta: habeant licentiam[d] faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per flumina sive per mare.

(18) Equilegenses vero capulari debent in ripa sancti Zenonis usque in fossam[e] Metamauri[f] et Gentionis secundum consuetudinem omnem arborem et vegere cum carro aut ad collum, quantum sibi placuerit; et habeant licentiam peculia in ipsis finibus pascere vel pabulari.

(19) De finibus Civitatis nove statuimus, ut terminatio, que a tempore Liuprandi regis[g] facta est inter Paulicionem ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de Plave maiore usque in Plavem siccam; peculium quoque[h] et greges cum securitate pascere[i].

(20) Capriani vero in silva Foroiuliana, ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii capulum faciant.

(22) Confirmamus etiam Lauretum, ut[k] quantum aqua salsa continet, eorum subiaceat potestati.

(23) Et nullus princeps vel pauper aliquem Veneticorum distringere aut legem facere de aliqua habita substantia aut ad placitum ducere, nisi in presentia[l] illorum ducis, aut fotrum tollere de illorum terris, que in nostro regno sunt, aut bannum mittere tam[m] *dominis habitantibus in Venetia, quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iustitiam aliquam accipere presumat, nisi in presentia dominorum suorum.

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum et monasteriorum omnimodo iustitiam fatiant.

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum vel[n] uno homine sacramentum[o], *et si[p] usque ad duodecim libras denariorum Veneticorum duodecim electi iuratores addantur; nam si ultra duodecim libras questio facta fuerit, iuratores ultra duodecim non accedant.

(26) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes posita fuerint, ut, si qua de eis contentio orta fuerit[q], illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit, soli sine electis.

(27) De cautionibus vero simili modo agatur.

(28) Promisit cunctus ducatus Veneticorum nobis et successoribus nostris pro huius pactionis

**102.** x) mille *PH. IV.* y) *om.* 1—3., *suppl. ex pactis Heinrici IV. et Lotharii III.* z) auri sol. 3. a) et *add.* 3. *et PH. IV.* b) *supplendum est* facere; *cfr. pactum Ottonis II., supra p. 42 n. i.* c) Murianenses *add. PH. IV.* d) lic. habeant 3. e) sancti *add.* 1—3. f) Mectamauri 3. g) que *add.* 3. h) queque 2. 3; peculiarum quoque greges *PO. II.* i) facere 3. k) et 3. l) presentiam 1. 2. m) de *add. D. Ottonis III., supra nr. 20.* n) *ita corr. secundum P. Lotharii III:* ab 1—3., *cfr. etiam P. Ottonis II.* o) *hic et in posterioribus pactis ommissum est* fiat *vel* faciat; *cfr. P. Ottonis II* p) sic *PO. II.* q) ut si .. fuerit *om.* 1—3.; *suppl. ex P. Ottonis II. et P. Lotharii III.*

federe annualiter omni mense Martio persolvere libras suorum denariorum quinquaginta et libras totidem piperis et unum pallium [1].

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut[r] aliqua magna parvaque persona huius nostre imperialis pagine violator extiterit, quod minime futurum credimus*, sciat se compositurum auri optimi libras[s] mille, medietatem camere nostre et medietatem duci Veneticorum. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione hanc paginam manu propria corroborantes[t]* iussimus insigniri.

Signum domni Henrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi[u]. (M.)

Burcardus cancellarius et Monasteriensis episcopus vice Alberti archicancellarii Maguntine sedis electi recognovit.

Data XI. Kal. Iunii, indictione IIII, anno dominice incarnationis millesimo CXI, regnante Henrico quinto rege Romanorum anno quinto, imperante primo, ordinationis eius XI; actum est Verone; in Christo feliciter amen.

---

# 103. MANDATUM DE CURIA SPIRAE HABENDA.

(1115. ante Dec. 8.)

*Repetimus editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. German.' V, 305 nr. 173 profluam e quatuor codicibus collectionis Udalricianae 1) Vindobonensi 398 f. 109; 2) Zwetlensi 283 p. 236; 3) Vindobonensi 611 f. 43'; 4) Monacensi 4594 f. 35. Pertzius litteras anno 1110 adscripserat, festumque sanctae Mariae, cuius fit mentio, assumptionis festum (Aug. 15) esse voluit. Econtra Iafféus Stenzelium ('Gesch. Deutschlands unter den Fränkischen Kaisern' II, 325) secutus epistolam ad a. 1116 spectare festumque purificationis sanctae Mariae (Febr. 2) esse contendit. Giesebrechtius autem ('Gesch. der deutschen Kaiserzeit' III, 1196 not. 1) cum Stumpfio annum 1110 retinuit. Sed argumentum e silentio, quod ad opinionem Iafféi refutandam affert, nil cognitum esse de legatione imperatoris ante secundam expeditionem Italicam Romam missa, nihil valere mihi videtur. Econtra verba epistolae* ut Romanae sedi et reipublicae consulamus *minime quadrare videntur ad expeditionem primam, quae coronae imperialis obtinendae causa suscepta est. Ineuntem annum 1116 et festum purificationis tamen haud retineam, quia Heinricus iam Febr. 15 Augustae in procinctu itineris Italici moratus*[2] *et Otto episcopus Bambergensis iam a. 1115. Dec. 25 Coloniae pontifici reconciliatus est. Festum sanctae Mariae conceptionis potius festum (Dec. 8) a. 1115 esse, mihi persuasum habeo. Diplomata imperatorem hoc anno diebus Dec. 13. 14. 20 Spirae moratum esse ostendunt*[3]. — *Stumpf, Reg. 3038.*

*(P. 65.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum imperator augustus O. Babenbergensium dilecto episcopo gratiam habunde et omne bonum.

**102.** r) *om.* 1—3., *suppl. ex P. Lotharii III.* s) libras auri opt. 1. 2; optimi *om.* 3. t) corroborante 1—3. u) iustissimi 1—3.
**103.** a) H. 2—4.

1) *Hoc caput in prioribus pactis post c. 21 locum tenuit.* 2) *Stumpf 3125.* 3) *Stumpf 3121 (de quo diplomate optime disseruit Scheffer-Boichorst 'Mittheilungen des Instituts für österr. Geschichtsforschung' IX, 203), 3121a, 3122.*

Roma nostri nuntii rediere et Dei gratia ex parte maxima nobis leta et prospera[b] retulere. Mandant etiam nobis nostri fideles, quod tempus habemus acceptabile, ut Romanae sedi et rei publicae consulamus. Quapropter necessario nostros principes convocamus, ut inde, sicuti iustum est, eorum consilium et auxilium habeamus. Ad quod plurimum indigemus tuae fidei praesentia et tui consilii prudentia, quoniam et te cordetenus diligimus et tibi de omni honore nostro prout nobismet ipsis indubitanter confidimus. Confidenter igitur et intime tuam rogamus dilectionem, ut die Veneris post proximum festum sanctae Mariae venias ad nos Spiram; et ibi super his tui et *Dec. 9.* aliorum nostrorum principum consilio ad Dei honorem et regni et christianae pacis statum tractabimus. Et hilariter[c] facias hoc, sciens, quod te cito dimittemus, et modo[d] libenter tibi parceremus, nisi tam[e] alti negocii nos urgeret instantia. Preterea mandamus tibi, ut mittas pro comite N. quem tibi commisimus, et ibi[f] eum nobis repraesentes.

# 104. 105. FORMULAE PACIS CUM CALIXTO II.

## (1119. Oct. 17—19.)

*Pacis conditiones ab Heinrico V. et Calixti II. legatis inter Virdunum et Mettis intra dies Oct. 17—19 in scripta redactae, die 24. eiusdem mensis Mosomagi in conventu imperatoris et pontificis complendae erant. At die praedicto utraque pars a conditionibus istis resiluit. Ita narrat Hesso scholasticus Argentinensis in relatione de concilio Remensi, cui etiam scripta nostra inseruit. Quae repetimus secundum editionem* Wattenbachii *SS. XII, 424, quae nititur codicibus* 1) *Vindobonensi 1049 (Salisb. 189) saec. XII;* 2) *Vindobonensi 629 (Ius can. 133) saec. XII, qui collectionem epistolarum Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis continet; duobus codicibus collectionis Udalricianae:* 3) *Vindobonensi 398 fol. 122;* 4) *Zwetlensi 283 p. 268. Ediderunt Tengnagel 'Monumenta contra scismaticos' p. 331 e codice 2, Jaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 356 nr. 199 e codicibus 2—4, cuius editionem contulimus. Exstat etiam in codice epistolari Hannoverano XI, 671 saec. XVII. fol. 91. Haec scripta usui fuisse ad dictanda scripta pacis* Wormatiensis *a. 1122, vir cl. Bresslau animadvertit*[1]. — *Stumpf, Reg. 3160.* *(P. 74.)*

### 104. *SCRIPTUM IMPERATORIS.*

Ego H. Dei gratia Romanorum imperator augustus pro amore Dei et beati Petri et domni papae Calixti[a] dimitto omnem investituram omnium aecclesiarum, et do veram pacem omnibus qui, ex quo discordia ista coepit, pro aecclesia in werra fuerunt vel sunt. Possessiones autem aecclesiarum et[b] omnium, qui pro aecclesia laboraverunt, quas habeo, reddo; quas autem non habeo, ut rehabeant fideliter adiuvabo. Quod si quaestio inde emerserit, quae aecclesiastica sunt, canonico, quae autem saecularia sunt, saeculari terminentur iudicio.

**103.** b) et prospera *des.* 4. c) hyl. 1. 2. d) hoc 3. 4. e) eam 4 f) *deest* 3. 4.
**104.** a) Calisti 2. b) vel 3. 4.

1) *'Mittheilungen des Instituts für österr. Geschichtsforschung' VI, 118.*

## 105. *SCRIPTUM PONTIFICIS.*

Ego Calixtus secundus Dei gratia Romanae aecclesiae episcopus catholicus do veram pacem H. Romanorum imperatori augusto et omnibus qui pro[c] eo contra aecclesiam fuerunt vel sunt. Possessiones eorum quas pro werra ista perdiderunt, quas habeo, reddo; quas non habeo, ut rehabeant fideliter adiuvabo. Quod si quaestio inde emerserit, quae aecclesiastica sunt, canonico, quae autem[d] saecularia sunt[e], saeculari terminentur iudicio.

---

# 106. PRINCIPUM DE RESTITUENDA PACE CONSILIUM WIRCEBURGENSE.

(1121. Sept. Oct.)

*Proferimus secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. German.' V, 517 nr. 24 e codice Annalistae Saxonis Parisino 11851 (S. Germ. 440) f. 223'. Ex eodem codice dederunt Waitz SS. VI, 757 et Martene 'Collectio amplissima' I, 673. Wirzeburgi mense Septembri exeunte vel mense Octobri ineunte datum esse hoc consilium, auctor est Ekkehardus SS. VI, 257. — Stumpf, Reg. 3170.* (P. 74.)

Hoc est consilium in quod convenerunt principes de controversia inter domnum inperatorem et regnum: (1) Domnus inperator apostolice sedi obediat. Et de calumpnia, quam adversus eum habet eclesia, ex consilio et auxilio principum inter ipsum et domnum papam componatur, et sit firma et stabilis pax, ita quod domnus inperator que sua et que regni sunt habeat, eclesie et unusquisque sua quiete et pacifice possideant. (2) Episcopi quoque in eclesia canonice electi et consecrati pacifice sedeant usque ad collaudatam in presentia domni pape audientiam. Spirensis episcopus eclesiam suam libere habeat. Wormatiensis similiter, preter ipsam civitatem, usque ad presentiam domni pape. (3) Captivi et obsides ex utraque parte solvantur. (4) De hereditate palatini comitis Sigefridi, sicuti Metis inter ipsum et domnum inperatorem definitum fuit, ita permaneat. (5) Hoc etiam, quod eclesia adversus inperatorem et regnum de investituris causatur, principes sine dolo et sine simulatione elaborare intendunt[a], ut in hoc regnum honorem suum retineat. Interim donec id fiat, episcopi et omnes catholici sine ulla iniuria et periculo communionem suam custodiant. (6) Et si in posterum domnus inperator consilio sive suggestione alicuius ullam in quemquam vindictam pro hac inimicicia exsuscitaverit, consensu et licentia ipsius hoc inter se principes confirment, ut ipsi insimul permaneant et cum omni caritate et reverentia, ne aliquid horum facere velit, eum commoneant. Si autem domnus inperator hoc consilium preterierit, principes sicut ad invicem fidem dederunt, ita eam observent.

**105.** c) cum 3. 4. d) *deest* 1. 2. e) *deest* 3.
**106.** a) itendt *cod.*

# 107. 108. PAX WORMATIENSIS CUM CALIXTO II.

(1122. Sept. 23.)

## 107. *PRIVILEGIUM IMPERATORIS.*

*Autographon, quod exstat in tabulario Vaticano (Armarium I capsa VI. nr. 11), ante hos sexaginta annos exemplavit b. m. Böhmer; imaginem photographicam dederunt nuper viri cl. Sickel et Bresslau 'Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' tom. VI. Quibus subsidiis adiuti editionem nostram praeparavimus. E commentatione Sickelii l. c. p. 109 sq. discimus, autographon iam nunc sigillo carere, filis sericis superstitibus, sigillum iam a. 1339 deperditum revera bullam auream fuisse*[1]. *A viro cl. Bresslau l. c. p. 135 docemur, lineam quam dicunt recognitionis ab ipso Friderico archiepiscopo Coloniensi exaratam et formulam pacis a. 1119 in concipiendo scripto nostro adhibitam esse (l. c. p. 118). Ex autographo iam Baronius in Annalibus ecclesiasticis XII, p. 151 varias lectiones dedit in margine editionis; tum ex ipso Theiner in Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis I, p. 11 editionem instruxit mendis haud liberam*[2]. *Reliquae editiones omnes, et ipsa Pertziana, recedunt ad apographa in codicibus servata plus minus depravata*[3]. *Boso tamen cardinalis in Vita Calixti II. ipsum autographon adhibuit, cuius editionem v. apud Duchesnium 'Le Liber pontificalis' II, 378. Privilegium transsumtum est a. 1245 in Rotulorum qui dicuntur Cluniacenses rotulum XV. iam deperditum, cuius apographon a Lamberto de Barive saec. XVIII. ex. exaratum nunc in bibliotheca Parisina asservatur sub nr. 8990*[4].

*Quodsi auctor Chronici Ottenburani saec. XII. Heinricum imperatorem persona ut dicunt prima loquentem inducens, sententiam unam privilegii eamque variatam operi suo inseruit*[5], *cave credas, eum encyclicam quandam imperatoris prae oculis habuisse. — Stumpf, Reg. 3181.* (*P. 76.*)

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus pro amore Dei et sanctę Romanę[a] ęcclesię et domini papę Calixti et pro remedio animę meę dimitto Deo et sanctis Dei apostolis Petro et Paulo sanctęque catholicę ęcclesię omnem investituram per anulum et baculum, et concedo in omnibus ęcclesiis, quę in regno vel imperio meo sunt, canonicam fieri electionem et liberam consecrationem. (2) Possessiones et regalia beati Petri, quę a principio huius discordię usque ad hodiernam diem sive tempore patris mei sive etiam meo ablata sunt, quę

**107.** a) *litera* R *correcta ex* di *or.*

1) *Quod Boso cardinalis in Vita Calixti II. his verbis confirmavit:* Hoc autem privilegium aureo sigillo ipsius imperatoris munitum in arcivio Romane ecclesie tenetur reconditum. *V. apud Duchesnium, 'Le Liber pontificalis' II, 378. Duchesne p. 324 not. 12 animadvertit, textum privilegii pictum fuisse olim in muro cubiculi cuiusdam capellae S. Nicolai Lateranensis attinentis.* 2) *Theiner etiam signaturam perperam adnotavit: Arm. I. caps. 7 nr. 11.* 3) *Complures codices posteriorem partem omiserunt, inde a verbis* et de quibus mihi fecerit querimoniam, *ut ii quos in editione scripti Calixtini signavimus siglis* B *et* C*; alii linea recognitionis carent, ut* A 2. 3. 5—7*;* C *praeterea textum omissionibus decurtavit.* 4) *V. Huillard-Bréholles in 'Notices et extraits des manuscrits' XXI, 2, 282.* 5) *SS. XXIII, 611:* Heinricus imperator: Omnis episcopus vel abbas electus regni nostri de partibus Teutonicis infra sex menses nobis presentetur, regalia per ceptrum accipiat sicque confirmatus per nos et sublimatus dignitate principaliter exhinc pociatur.

habeo, eidem sanctę Romanę ęcclesię restituo, quę autem non habeo, ut restituantur fideliter iuvabo. (3) Possessiones etiam aliarum omnium ęcclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laicorum, quę in werra ista amissę sunt, consilio principum vel iusticia, quę habeo, reddam, quę non habeo, ut reddantur fideliter iuvabo. (4) Et do veram pacem domino papę Calixto sanctęque Romanę ęcclesię et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt. (5) Et in quibus sancta Romana ęcclesia auxilium postulaverit, fideliter iuvabo et, de quibus mihi fecerit querimoniam, debitam sibi faciam iusticiam. Hęc omnia acta sunt consensu et consilio principum quorum nomina subscripta sunt: Adelbertvs archiepiscopus Mogontinus, F. Coloniensis archiepiscopus, H. Ratisbonensis episcopus, O. Bauenbergensis episcopus, B. Spirensis episcopus, H. Augustensis, G. Traiectensis, Ǒ. Constanciensis, E. abbas Wldensis, Heinricus dux, Fridericus dux, S. dux, Pertolfus dux, marchio Teipoldvs, marchio Engelbertus, Godefridus Palatinus, Otto Palatinus comes, Beringarius comes. †[b] Ego Fridericvs Coloniensis archiepiscopus et archicancellarius recognovi.

## 108. *PRIVILEGIUM PONTIFICIS.*

*Autographon cum perierit, subsidio sunt codices, quorum sunt classes tres: classis* A, *qua fundamento usi sumus, et quidem* 1) *codex Vaticanus 4939 saec. XII. in. Chronicon S. Sophiae Beneventanum continens, fol. 215 litteris Beneventanis; contulit a. 1884 b. m. Waitz*[1]; 2) *Vindobonensis 2178 (Ius can. 91) saec. XII. fol. 171*[2]; 3) *Vaticanus 1984 saec. XII. in. fol. 9, quo Pertz fundamento usus est, et qui bis interpolationem* absque omni exactione *praebet;* 4) *codex tabularii capituli S. Ambrosii Mediolanensis in folio saec. XII. ex. Decretum Gratiani continens, fol. 314', qui bis interpolationem* sine exactione *exhibet; quem contulit vir cl. Simonsfeld;* 5) *codex Musaei Britannici Cotton. Claudius A. I. saec. XII. fol. 35';* 6) *textus, quem Wilhelmus Malmesburiensis Gestis regum Anglorum l. V, c. 436 inseruit, editus SS. X, 483;* 7) *codex Musaei Britannici Cotton. Domitianus A. VIII. saec. XIII. fol. 11'. — Classis* B, *cuius codices sententiam* exceptis omnibus quae ad Romanam ecclesiam pertinent *transposuerunt et sententiam* et quae ex his iure tibi debet faciat *secundo loco omiserunt, et quidem* 1) *textus Chronici universalis Ekkehardi editus SS. VI, 260;* 2) *codex Bambergensis P. I. 9. saec. XII. ex. fol. 127, quem ipse iterum contuli;* 3) *Monacensis latinus 19411 (Tegerns. 1411) saec. XIII. in. fol. 75 (p. 151), quem ipse contuli;* 4) *textus Anselmi Gemblacensis editus SS. VI, 378;* 5) *codex universitatis Leodiensis 79, olim S. Trudonis saec. XII. in.*[3], *quem exscripserat Pertz:* 6) *codex ministerii Scafhusensis 39, olim monasterii Omnium Sanctorum, saec. XII. in. folio ultimo, cuius lectiones vulgavit vir cl. Wattenbach 'Neues Archiv' VI, 448:* 7) *Vindobonensis 430 (Salisb. 401) saec. XII. in. fol. 1, qui semel interpolationem* sine exactione *praebet. — Classis* C *est textus quem Udalricus Babenbergensis collectioni suae inseruit, qui sententias complures omisit* (metropolitani — iudicio: per sceptrum *bis;* exceptis — noscuntur; mihi querimoniam feceris et auxilium) *et sententias duas ultimas transposuit*[4].

**107.** b) *abhinc alia manus et aliud atramentum.*

1) *Cf. 'Archiv' XII, 245; 'Neues Archiv' III, 117; SS. III, 173.* 2) *Novas collationes codicum Vindobonensium a viro cl. Mühlbacher et Londiniensium a viro cl. Liebermann factas vir cl. Bernheim benevole nobis praestitit.* 3) *Cf. 'Archiv' VIII, 478.* 4) *Hoc etiam fecerunt cod.* A 4 *et codex bibl. capituli Mutinensis II. 15, ubi legitur privilegium fol. 2 manu coaeva exaratum, cuius lectio parum discrepat ab editione Pertziana, ideoque classi* A *adnumeranda est; v. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' II, 466; 'Archiv' XII, 700; 'Neues Archiv' I, 574. Alii codices, quos cognovimus, quorum tamen lectiones acquirere aut nequivimus aut noluimus, sunt hi: capituli Olomucensis 205 saec. XII. fol. 1, qui cum codice* A 2 *consentit ('Archiv' X, 682); Dunelmensis B. IV. 18 saec. XII. ('Neues Archiv' IV, 22 not. 8); Dresdensis F. 168 saec. XIII. p. 126 (SS. XIV, 4); Einsidlensis 262 saec. XIV. ('Archiv' VII, 180).*

*Codices, quibus usi sumus secundum Iaffé 'Bibliothecam rerum Germanicarum' V, 388 nr. 214, sunt Vindobonensis 398 fol. 124, Zwetlensis 283 p. 274, Vindobonensis 611 fol. 60.*

*Quamvis de textu genuino restituendo nuper haud pauca disputata sint*[1], *hoc loco verba de hac re facere non libet. Equidem censeo, textum classis* A *textui genuino proxime accedere, verba* absque omni exactione *codicis* A 3 (sine exactione A 4 *et semel* B 7) *revera interpolata esse. At ordinem duarum sententiarum ultimarum in textu genuino eundem fuisse atque in privilegio Heinrici et in codicibus* C. A 4. *Mutinensi non concedam; librarios istorum codicum hunc ordinem ad instar privilegii imperialis potius immutasse crediderim. Verba tamen, quibus vir d. Wolfram p. 3 textum supplere conatus est, in adnotatione a nobis posita, quamvis certe rei apta et privilegio imperiali congruentia sint, nihilominus in autographo omissa esse contenderim, quia in tot omnium classium codicibus non leguntur. Linea chronologica et recognitione autographon caruisse, veri simile mihi videtur; confirmatio cartae solummodo per bullam pontificalem appensam facta est.*

*Baronius in Annalibus ecclesiasticis XII, 152 privilegium Calixtinum e Chronici Urspergensis editione repetivit; a Baronio pendent conciliorum collectores usque ad Mansi XXI, 276. Superrime privilegium edidit Robert 'Bullaire du pape Calixte II.' II, 63 nr. 313 e codice* A 1. — *Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. nr. 6986.* *(P. 75.)*

Ego[a] Calixtus episcopus[b] servus servorum Dei tibi[c] dilecto filio[d] Heinrico[e] Dei[f] gratia Romanorum imperatori augusto[g] concedo, electiones[h] episcoporum et[i] abbatum Teutonici regni, qui ad regnum[k] pertinent, in praesentia tua[l] fieri, absque[m] simonia et[n] aliqua[o] violentia; ut[p] si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani[q] et[r] conprovincialium[s] consilio vel iudicio[t], saniori parti assensum et auxilium praebeas[u]. Electus autem[v] regalia[w] per[x] sceptrum a te recipiat[y] et quae ex his iure[z] tibi debet[a] faciat. (2) Ex[b] aliis vero partibus imperii consecratus[c] infra sex menses regalia[d] per[e] sceptrum a te[f] recipiat et[g] quae ex his iure[z] tibi debet faciat; exceptis[h] omnibus[i] quae ad Romanam ecclesiam[k] pertinere noscuntur. (3) De[l] quibus vero[m] mihi[n] querimoniam feceris[o] et[p] auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum auxilium tibi[q] praestabo. (4) Do tibi veram pacem et omnibus qui in parte tua[r] sunt vel fuerunt tempore huius discordiae[s].

**108.** a) *praecedunt in B 2:* Data anno millesimo CXXII. VIIII. Kal. Octobris Wormat. concilio. b) *deest B 2. C.* c) *deest B 1. 2. 7. C.* d) *deest A 7;* suo *add. B 1.* e) *sic B 1;* Henrico *A 5. 6. B 4;* H. *rell.;* Rom imp. *add. A 2.* f) Dei gratia *des. B 5.* g) imperator augusto *A 1;* imperator auguste *A 2;* imperator augustus *A 3.* h) consecrationes *A 2.* i) *deest B 4.* k) tuum *add. A 7.* l) tua praesentia *C.* m) set absque *B 6.* n) si *add. A 1.* o) absque ulla *A 6.* p) aut *A 4;* et *A 2.* q) metropolitani — iudicio *des. C.* r) vel *A 6.* s) provincialium *A 5—7.* t) cons. et ind. *A 2. B 7;* iudicio vel consensu *A 1.* u) habeas *B 7;* ass. praebeas et auxilium *A 1. 2.* v) vero a te *C.* w) absque omni exactione *add. A 3;* sine exactione *add. A 4.* x) per sceptrum *des. A 5—7;* per — te *des. C.* y) accipiat *A 7. B. 4;* a te recipiat per sceptrum *B 4—7;* ut recipiat per sceptrum *B 3; hoc loco inserit B 7:* sine exactione; *inserunt B:* exceptis omnibus quae ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur. z) iure ex his *A 2.* a) debentur *B 7.* b) In *A 4.* c) consecrati *B 7; deest A 1.* d) *deest B 7;* absque omni exactione *add. A 3;* sine exactione *add. A 1.* e) per sceptrum *des. C.* f) a te per sceptrum *A 6. B 5. 7.* g) et quae ex his iure tibi debet faciat *des. B.* h) exceptis omnibus quae ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur *des. omnino C; superius ponuntur in B, v. not. y.* i) *deest A 4.* k) eccl. Rom. *A 5. 7.* l) Et in *C; sententias transposuerunt A 1, cod. Mutinensis, C:* Do — discordiae. De — praestabo. m) ubi *B 5; deest A 2. C.* n) querimoniam mihi *A 2. 3. B 6;* si *add. A 2;* mihi querimoniam feceris et auxilium *des. C.* o) debitam tibi faciam iustitiam et in quibus auxilium postulaveris *etc. legendum putat Wolfram p. 3.* p) et auxilium postulaveris *des. B 1. 2. 5.* q) meum *B 1. 2.* r) tua parte *A 6. B 4.* s) Vale *add. A 6;* Amen *add. A 7;* Data anno MCXXII. VIIII. Kal. Octobris *add. B 1.*

1) *V. imprimis Bernheim 'Zur Geschichte des Wormser Concordats' p. 33 sq. et Wolfram 'Friedrich I. und das Wormser Concordat'.*

# 109. 110. LEGATIO ROMANA.

(1122. Nov. Dec.)

## 109. *EPISTOLA IMPERATORIS (Nov. 11).*

*Ex Ekkehardi Chronico (SS. VI, 260) discimus, imperatorem in curia Bambergensi Nov. 11 celebrata* legatos proprios cum Romanis[1] *destinasse* et utrosque nuntia simul et munera ferentes honorifica domino apostolico Calixto consanguineo iam sibimet unitissimo *direxisse. Qui legati pontifici porrexerunt epistolam quam hucusque ineditam edituri sumus. Inest in codice Cameracensi 463, olim S. Sepulcri, saec. XII. in. fol. 1, ex quo eam iam olim exscripsit vir b. m. Bethmann.* *(P. deest.)*

Reverentissimo patri et sanctae Romanae aecclesiae pontifici C(alixto) H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator augustus debitam in Christo reverentiam ac fidelem dilectionem.

Benedictus per omnia Deus largitor et conservator omnium bonorum, cuius favente misericordia per legatos vestros[a] ubertatem vestrae benedictionis accepimus et de incolumitate vestra nobis gratissima et admodum desiderata cum laeticia et exultatione plenitudinem muneris divini cognovimus. Porro cognoscentes labores et erumpnas et miserabilem aecclesiarum denudationem, propter infrenatam hominum temeritatem et inhonestam cupiditatem, vehementer doluimus, quoniam quidem nostri officii esse recognoscimus, vindicta malefactorum et laude bonorum aecclesias defensare, adiuvare ac ditare. Proinde monebat nos compati vobis iam gustata dulcedo vestrae paternitatis et naturae debitum consanguinitatis. Sedit igitur in deliberationem nostri consilii, omnibus nostris negotiis sepositis, ad videndam et salutandam faciem vestrae sanctitatis festinare et omnes vires Romani imperii vestris et aecclesiae negotiis cum omni devotione et humilitate, sicut debemus, prestare et mutuo consilium et auxilium sanctae matris nostrae aecclesiae et vestrae paternitatis, in quibuscumque indigemus, fiducialiter expetere. Mittimus itaque dilectioni vestrae legatos nostros, qui vobis vice nostra, ad honorem Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et ad vestrum beneplacitum, nostra auctoritate quaecumque possint expediant et nostro adventui ex vestro[b] consilio et deliberatione preparationem faciant. In quo per Dei misericordiam consentiente et idem volente apostolica auctoritate et imperiali dignitate, quicquid residuum est facile expedietur et omnis querela iudicio et voluntate aecclesiae sopietur. Quoniam enim Deus ex una et eadem linea carnis et sanguinis principem sacerdocii et imperii populo suo preordinavit, sollicitius nos ambos animadvertere monuit, quatinus et Deo et populo salutares simus. Cetera fidei legatorum, qui tam vobis quam nobis domestici sunt et familiares, commisimus. Salutamus omnes qui vobiscum sunt.

## 110. *RESPONSUM PONTIFICIS. Dec. 13.*

*Servavit et ipsum* 1) *codex Cameracensis 463 saec. XII. in. fol. 1, quem Bethmann excussit. Editum est, non vero ex hoc codice, primum a. 1606 a* 2) *Binio in Conciliorum*

**109.** a) nostros *cod.* b) nostro *cod.*

1) *Hoc minus recte; ex legatis apostolicis solus Gregorius diaconus cardinalis tunc Romam profectus est, ut docet Calixti epistola, Lambertus vero episcopus Ostiensis et Saxo presbyter cardinalis apud imperatorem remanserunt, v. Giesebrecht 'Kaiserzeit' III, 1225.*

*collectione III, 1318; textus sententia ultima caret, at signo chronologico abundat. Quam editionem repetiverunt Labbeus et Cossartius X, 894 et Mansi XXI, 280 et fortasse etiam Cocquelines 'Bullarum Romanorum pontificum amplissima collectio' (Romae 1739) II, 180, qui tamen aliquas lectiones singulares praebet, quas sub C adnotavimus. E codice 1 edidit Robert II, 76 nr. 322. — Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. nr. 6995. (P. deest.)*

Calixtus episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio Heinrico[a] glorioso Romanorum imperatori augusto salutem et apostolicam benedictionem.

Omnipotenti domino Deo nostro auctori[b] omnium bonorum laudes et gratias agimus, qui per inmensae[c] bonitatis suae clementiam cor tuum aspiratione spiritus sancti[d] illustravit et te, iamdudum nimium reluctantem, nunc tandem ad aecclesiae gremium revocavit. Siquidem prout dilecti filii nostri G.[e] diaconi[f] cardinalis[1] et fidelium nuntiorum[g] tuorum relatione ac litterarum lectione percepimus, sano usus consilio, nostris et[h] aecclesiae catholice salutaribus monitis humiliter obedisti. Et nunc[i] ergo in beati Petri filium paterne affectionis brachiis te suscipimus et personam tuam et inperium deinceps tanto[k] amplius et tanto[l] benignius diligere ac divina preeunte gratia honorare optamus, quanto devotius[m] pre tuis modernis predecessoribus Romane aecclesiae obediens extitisti[n] et quanto specialius carnis nobis es[o] consanguinitate coniunctus. Age igitur[p] nunc, fili karissime, ut[q] et[r] tu nobis et nos fruamur te[s] in Domino. Perpendat imperialis excellentia tua, quantum diutina[t] aecclesiae imperiique discordia Europe fidelibus intulerit[u] detrimentum, et quantum nostra pax et[v] nostra unitas afferre poterit boni fructus, cooperante Domino[w], incrementum.

Sane de statu nostro noverit tua dilectio, quia licet nos graviter[x] quandoque infirmi fuerimus, nunc tamen per Dei gratiam sani et[y] incolumes sumus, et tuam tam animae quam corporis sanitatem per omnia[z] desideramus et volumus[a]. De his autem quae viva voce referenda predictis fidelibus tuis nunciis commisisti, per eosdem quid[b] nobis et nostris videatur fratribus respondemus. Legatos itaque nostros[2], qui apud vos sunt, benivolentie tue[c] attentius commendantes rogamus, ut quia concilium a nobis indictum[d] accelerat, cito eos ad nos Domino largiente remittas; tuos vero legatos ita instructos dirigas, ut iuxta promissum tuum beati Petri[e] regalia in integrum Romanae aecclesiae[f] restituant.

Ad haec pro nepote nostro Stephano[g] Mettensi episcopo et fratribus eius gratias tibi[h] referimus, quoniam in eis primicias bonitatis tuae cognovimus. Illa enim bonae voluntatis pax esse conspicitur, ex qua bonae voluntatis opera demonstrantur. Fratres nostri[i] episcopi et[k] cardinales et totus Romanus clerus una nobiscum te et principes et barones[l] tuos salutant, Dei[m] misericordiam deprecantes, ut vos ad honorem suum et aecclesiae suae[n] in longum custodiat. Omnipotens[o] Dominus sua vos dextera benedicat, cor vestrum in lege et in preceptis suis aperiat atque inter aecclesiam et inperium dignetur perpetuam pacem conservare.

Data[p] Laterani[q] Idibus Decembris.

**110.** a) Heinrico kar. in Chr. filio 1. b) *deest C.* c) immensam 2. d) asp. sui spiritus 2. e) et 2. f) *deest* 1. g) *omisit M.* h) eo. nostrae 1. i) nos 2. k) tanto deinceps 2. l) *deest* 2. m) devotio 2. n) aecel. obedisti 2. o) es nobis 2. p) ergo 2, nunc *deest.* q) *deest* 1. r) *deest* 2. s) te fruamur 2. t) diuturna 2. u) intulerunt 1. v) et n. unitas *des.* 2. w) Dom. cooperante 2. x) nos graviter *des.* 1. y) sani et *des.* 2. z) per omnia *des.* 1. a) et volumus *des.* 2. b) quod 1. c) vestrae 2. d) indictum a nobis 2. e) b. Petri *des.* 2. f) eccl. Rom. 2. g) *deest* 2. h) tuae benignitati 2. i) enim 2. k) *deest* 2. l) et barones *des.* 1. m) divinae maiestatis 2. n) spem C. o) Omnipotens — conservare *des.* 2. p) Data — Decembris *des.* 1. q) *sic C;* Lateranensi 2; *om. L. M.*

1) *Gregorii.* 2) *Lambertum et Saxonem.*

# 111. MANDATUM DE PACE SERVANDA.

(1125. Apr. in.)

*Browerus Annalibus Trevirensibus II, 21. inseruit imperatoris, qui curia Leodii peracta Aquisgranum petebat, mandatum ad Godefredum archiepiscopum Treverensem datum. Quod quamvis a Browero suo more in verbis et enuntiatis variatum et politum sit, repetendum esse duximus. — Stumpf, Reg. 3210. (P. 77.)*

Mart. 29. Non omittendum fuit, ut de pace, quam in paschali curia nostra instauravimus firmavimusque, te quidquam celaremus. Quare ut eam tota diocesi provinciaque tua, uti quidem coepisti, melius excolere in posterum queas, te graviter etiam et serio moneo atque adhortor. Nemo igitur, sive in ministeriis sive in servitiis agat, in episcopatu tuo audeat praedas agere, grassari incendiis, aut in villas praediaque violenter irrumpere, aut eorum omnino quidquam designare, quae iam pridem nostra et apostolici Calisti sanctione fuere vetita. Rumore etiam nuntiisque ad me prolatum est, Wilhelmum palatinum Sigefridi filium, armatorum globo septum, istuc in vestratem agrum parare iam irruptionem. Eius, volo, conatibus, pro illa quam hucusque mihi probasti fide, contractis fidissimorum hominum tuorum auxiliis, quam primum obviam eas et illius vim a tuorum cervicibus depellas.

# LOTHARII III. CONSTITUTIONES.

## 112. ENCYCLICA PRINCIPUM DE ELIGENDO REGE.

(1125. Iun. – Aug.)

*Repetimus editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. Germ.' V, 396 nr. 225, quae adhibuit tres codices collectionis Udalricianae 1) Vindobonensem 398 f. 135; 2) Zwettlensem 283 p. 298; 3) Vindobonensem 611 f. 62. Prius ediderunt Goldast 'Constitutiones imperiales' I, 259, suppletis nominibus, et Eccard 'Corpus historicum' II, 334 nr. 320.*

*(P. 79.)*

A(dalbertus) Moguntinus, F(ridericus) Coloniensis, Ǒ(dalricus) Constantiensis, B(ureardus) Wormatiensis, A(rnolfus) Spirensis per Dei misericordiam archiepiscopi et episcopi: Ǒ(dalricus) Fuldensis abbas, H(einricus) quoque dux, F(ridericus) dux, G(odefridus) palatinus comes, B(eringerus) comes de Sulzbach, et ceteri utriusque professionis principes, qui exequiis imperatoris intererant, venerabili fratri O(ttoni) Babenbergensi[a] episcopo hinc fraternas in Christo orationes, inde fidelissimum devotae servitutis obsequium.

Postquam domnus imperator viam universae carnis ingressus est, et nos exequias eius cum iusta devotione et reverentia complevimus, ipse ordo rei et temporis qualitas exigere videbatur, ut de statu et pace regni aliquid conferremus, si non abesset praesenciae vestrae consilium et aliorum principum, tanto negocio utile et pernecessarium. Quam expectare quia grave erat et difficile, sedit omnium nostrum sententiae, si vestrae tantum[b] non displicuerit concordiae, curiam in festo beati Bartholomei apud Moguntiam celebrare et ibidem convenientibus principibus de statu et successore regni ac negotiis necessariis, prout Spiritus sanctus aspiraverit, ordinare. (Aug. 24.) Nullum tamen praeiudicium deliberationi et voluntati vestrae facientes, nichil nobis singulare ac privatum in hac re usurpamus. Quin pocius discretioni vestrae hoc adprime intimatum esse cupimus, quatinus memor oppressionis, qua ecclesia cum universo regno usque modo laboravit, dispositionis divinae providentiam invocetis, ut in substitutione alterius personae sic ecclesiae suae et regno provideat, quod tanto servitutis iugo amodo careat et suis legibus uti liceat, nosque omnes cum subiecta plebe[c] temporali perfruamur

112. a) *deest* 3. b) tantum vestrae 1. c) pbebe 1.

tranquillitate. Contestamur etiam dilectionem vestram[d], ut pacem credito vobis celitus populo infra praescriptum curiae terminum et ultra ad quatuor ebdomadas[e] ordinetis, quatinus omnibus tutior fiat concursus ac reditus, et ut curialiter, more videlicet antiquorum principum, cum propria impensa neminem pauperem ledentes conveniatis.

## 113. CONVENTUS WIRZIBURGENSIS.

(1130. Oct.)

*Litteras ad Ottonem Babenbergensem de curia adeunda missas damus secundum editionem Iafféi in 'Bibliotheca rer. German.' V, 436 nr. 254 e codicibus collectionis Udalricianae* 1) *Vindobonensi 398 f. 144;* 2) *Zwetlensi 283 p. 318. Ex actis curiae et synodi Wirziburgensis iam nihil exstat. Quae ibi tractata sunt v. in Annalista Saxone SS. VI, 767 et Annalibus Magdeburgensibus SS. XVI, 183. — Stumpf, Reg. 3252. (P. 80.)*

L(otharius) Dei gratia Romanorum rex O(ttoni) dilecto fidelique suo Babenbergensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

Propter instans et valde necessarium ecclesiae et regni negotium Wirzburch gratia Spiritus sancti tractandum, de infirmitate tua, quae adventum tuum ad nos tardavit, dolemus, quia prudentiae tuae discretione ac consilio ad opus ecclesiae et regni potissimum nunc indigemus. Verum quia virtus in infirmitate perficitur[1], in ea caritate, quam ecclesiae, pro qua Dei gratia semper devote laborasti, debes, commonemus te et quam intime rogamus, ut si alio vehiculo non possis, navigio saltem[a] ad nos et ad conventum venerabilium confratrum et coepiscoporum tuorum Wirzburch[b] una nobiscum adventum tuum desiderabilem praestolancium venire properes. Vale.

## 114–117. CORONATIO ROMANA.

1133. Iun.

### 114. *ENCYCLICA DE ANACLETO ANTIPAPA DAMNATO. ante Iun. 4.*

*Damus e* 1) *codice Parisino 1708 saec. XII. folio ultimo, quem iam olim contulit b. m. Waitz;* 2) *editione Dacherii 'Spicilegium' II, 480;* 3) *editione Schatenii 'Annales Paderbornenses' p. 730, qui apographo Baluzii usus est. Praeterea vir cl. de Heinemann 'Codex dipl. Anhaltinus' I. nr. 212 provocat ad apographon Falkei in tabulario Guelferbytano asserratum. — Stumpf, Reg. 3277. (P. 81.)*

**112.** d) nostram 1. e) ebdomas 1. 2.
**113.** a) saltim 2. b) Wirzburg 1.

1) *2. Corinth. 12, 9.*

Lotharius Dei gratia Romanorum rex regibus, archiepiscopis, episcopis, principibus, et universis Dei fidelibus ad quos litterae istae pervenerint salutem.

Maiestatis divinae dispensationi et consilio placuit, nos patronum ac defensorem sanctae eclesiae Romanae statuere. Ideoque necesse habuimus pro ipsius liberatione propensius laborare. Cum igitur, ascitis nobis archiepiscopis, episcopis et[a] abbatibus, principibus, ducibus, comitibus et[a] marchionibus regni nostri, episcopos etiam, comites et alios barones Italiae nobiscum ducentes, bellico apparatu stipati ad Urbem proficisceremur, nuncios scismatici illius Petri Leonis frequenter habuimus. Qui nimirum ex parte illius iusticiam praetendentes, ipsi in ius ire parato non debere audientiam denegari nec hostilibus impugnationibus[b] molestari, publicis clamoribus asserebant. Diutinis ergo eorum interpellationibus provocati, idipsum episcopis et cardinalibus, qui cum domno papa Innocentio erant, significare coacti sumus. Ipsi vero tamquam canonicarum sanctionum et institutionum eclesiasticarum non ignari, universam Dei eclesiam iam super hoc promulgasse sententiam, Petrum Leonis ac complices suos dampnasse asserentes, quod erat universitatis non debere privatum fieri responderunt.

Nos autem idipsum cum patientia supportantes, et patrem nostrum papam Innocentium ad Urbem cum gloria duximus et Lateranensi cathedre restituimus atque in monte Aventino castrametati sumus[c]. Ibique Petrus[d] Leonis aures nostras et principum nostrorum per Petrum[d] olim Portuensem episcopum et per alios fautores suos praetendendo iusticiam sollicitare non destitit. Qui eciam, obsides et munitiones[e] se nobis daturos ad sufficientiam pro servando iudicio, et viva voce et litteris promiserunt. Pacem igitur in Dei eclesia sine sanguinis effusione reformare[f] cupientes, que nobis illi dixerant, fratribus qui cum domno papa Innocentio erant per nos ipsos significavimus. Ceterum ipsi, ut[g] pacis amatores, de iusticia confidentes, tam personas suas, quam Leonis et filiorum suorum necnon Centii, Petri Fraiapanis[h] et Petri Latronis[i] et munitiones in manu nostra libere obtulerunt. Adversa vero pars dies redimere cupiens, sub velamine fraudulentarum promissionum nos aliquanto tempore a nostra intentione retraxit. Tandem quia ipsi sepe commoniti, implere quod promiserant noluerunt, tamquam fallaces et perfidi et tam divine quam regie maigestatis rei cum Petro Leonis eiusque complicibus damnati[k] sunt[l] et hostes a principibus nostrae curie iudicati, videlicet Norberto[m] Madeburgensi cancellario nostro et A. Bremensi [1] archiepiscopis et D.[n] Osemburgensi, B.[o] Padelbronnensi, An. Brandeneburgensi, et Be.[p] Parmensi, R. Albensi, O.[q] Astensi, O. Cremonensi, G. Yporiensi[r] episcopis, et abbatibus Henrico[s] Fuldensi, Alberone Noemburgensi et[u] Luneburgensi; proceribus Alb.[t] et Henrico[s] marchionibus, Ottone[u], Sigifredo vexillifero, Herimanno, Guillielmo[v] de Lomello, Goithone de Martinningo[w], Ildebranno[x] et Tancredo de Prato comitibus et Alberto de Castello.

**114.** a) *deest* 1. b) molestationibus *deletum* 1. c) fuimus 2. 3. d) Pe. 1. e) mun. et obs. 2. 3. f) sine eff. saug. ref. in dei ecclesia 2. 3. g) utpote 2. 3. h) Cen. Pe. Fraiāp. 1; Cen. Pet. Fraiapanis 2; Cent. Per. Fracaganis 3. i) Leonis 1. k) damnatis 1. l) *deest* 2. 3. m) Nortberto 3. n) *deest* 1. o) *deest* 1; P. 2. p) B. 2. 3. q) A. 1. r) Yponensi 1; Ipponensi 2. s) Hen. 1. t) Alberone *male pro* Alberto 2. 3. u) Othone 2. 3. v) Willelmo 2; Wilhelmo 3. w) Gothone de Marchuingo 2. 3. x) Hildebrando 2. 3.

1) *Episcoporum nomina sunt: Bremensis Adalbero, Osnabrugensis Dethardus, Paderbrunnensis Bernhardus, Havelbergensis (non vero Brandenburgensis) Anselmus, Parmensis Bernardus, Albensis Roboaldus, Astensis Otto, Cremonensis Obertus, Iporegiensis Guido.*

## 115. *IURAMENTUM REGIS. Iun. 4.*

*Adhibuimus* 1) *codicem Ottobonianum 3057 saec. XII. ex. fol. 137, quem contulit b. m. Waitz et quem adhibuit in edendo iuramento Cenni 'Monumenta dominationis pontificiae' II, 13;* 2) *cod. Cencii camerarii tabularii Vaticani 2529 circa a. 1400 exaratum fol. 133', ex quo ediderunt Pertz et Theiner 'Codex dominii temporalis s. sedis' I, p. 12 nr. 14;* 3) *cod. Cencii tabularii Vaticani 2526 circa a. 1280 exaratum fol. 137', quo usus est Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' II, 209. Pro voce* iuro *rectius* iurare facio *legendum esse credo, quia Cencius Frangipani in animam regis iuravit. — Stumpf, Reg. 3278.* *(P. 82.)*

Hoc est iuramentum quod dominus rex Lotharius tempore heresis filii Petri Leonis domino pape Innocentio prestitit ante fores basilice sancti Salvatoris que Constantiniana appellatur, in die qua coronatus est ab ipso Innocentio, antequam coronam acciperet, domino Cencio Fraiapane iuramentum computante et Ottone[a] nepote suo ac ceteris nobilibus Romanis ibi existentibus:

Ego Lotharius rex promitto et iuro tibi domino pape Innocentio tuisque successoribus securitatem vite et membri et male captionis, et defendere papatum et honorem tuum, et regalia sancti Petri que habes manutenere, et que non habes iuxta meum posse recuperare.

## 116. *INNOCENTII II. PRIVILEGIUM DE REGALIBUS EPISCOPORUM TEUTONIAE. Iun. 8.*

*Pretiosissimum monumentum vulgavit primus Iafféus in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 522 nr. 28 e membrana mutila saec. XII. olim codici Monacensi lat. 5254 agglutinata, quae iam seorsum asservatur; quam a. 1889 iterum cum minimo fructu relegi. Priores lineae legi iam non poterant. Ideoque partim ad editionem principem recurrerimus oportuit, quam etiam in coniecturis secuti sumus. — Iaffé, Reg. pont. ed. II. nr. 7632.* *(P. deest.)*

. . . . . . . m[ultipl]iciter ęcclesiam filiali affectione diligere et eam a pravorum hominum infestatione m . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [ad] apostolicae sedis sollicitudinem spectare cognoscitur, ut ad exaltationem regni et decorem imperii diligenter invig[ilare] . . . . in . . . . . . . . . [r]obore, cooperante Domino, satagat custodire. Ceterum personę tuę probabilis in fide catholica firmitas et perseverans in [Dei] amore constancia sanctam ęcclesiam Romanam eo magis sibi fecit obnoxiam, quo te ferventius, a longis retro temporibus operibus pietatis insist[entem], tantum laborem pro scismaticorum contritione et liberatione fidelium evidentibus indiciis assumpsisse conspicimus.

Hac itaque ratione inducti [et ex] sublimatione tua fructum maximum sperantes catholicę ęcclesię et christiano populo proventurum, cognita fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium [atque] nobilium Romanorum prompta voluntate atque consilio, te christianissimum[a] principem et inter speciales beati Petri filios unicum ac precipuum def[ensorem] ad imperii fastigia invocata Spiritus sancti gratia sublimavimus.

Nos igitur, maiestatem imperii nolentes minuere sed augere, imperatorię dignitati[s plenitu]dinem tibi concedimus et debitas et canonicas consuetudines presentis scripti pagina confirmamus.

**115.** a) Oct. 1; Octone 2.

**116.** a) christianissime *legi.*

Interdicimus autem, ne quisquam eorum, quos in Teut[onico] regno ad pontificatus honorem vel abbatię regimen evocari contigerit, regalia usurpare vel invadere audeat, nisi eadem prius a tua [potes]tate deposcat, quod[b] ex his, quae iure debet tibi, tuę magnificentię faciat.

Data Laterani VI. Idus Iunii.

## 117. *INNOCENTII II. PRIVILEGIUM DE TERRA MATHILDIS.* *Iun. 8.*

*Usi sumus* 1) *codice Ottoboniano 3057 fol. 135', ex quo partem tantum dedit Cenni II, 200; rubrum praecedit hoc:* Innocentius papa II. Lothario imperatori aug. et Rigece imperatrice; *contulit Waitz, sicuti et* 2) *cod. bibliothecae Vaticanae 8486 (Cencii camerarii fol. 130, cum rubro:* Innocentius *etc. ut supra* imperatrici de concessione allodii comitisse Matilde, quod debet ad ius et proprietatem et dominium Ro. ec. pertinere; 3) *cod. Cencii tabularii Vaticani 2529 fol. 113, cum rubro:* Innocentius papa II. Lotario imperatori augusto et Riget imperatrici; *ex quo edidit Theiner I. p. 12 nr. 13. De privilegii sinceritate primus suspicionem movit Giesebrecht 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' IV, 136, qui censuit, inscriptionem ad textum minime quadrare, et textum e duobus scriptis, nempe privilegio a. 1133 Lothario et altero a. 1137 Heinrico eius genero dato, conglutinatum esse. Inscriptionem vero, quae mentionem facit Richezae imperatricis in textu haud obviae, contra textum nil prorsus valere, non est cur moneamus. Et posteriorem privilegii partem, quae de Heinrico agit, contra partem priorem pugnare, haud concedimus. In illa parte papam iam a. 1133 imperatori licentiam terrae comitissae in generum suum et filiam transferendae dedisse, potius crediderim, praefixis pro futuro conditionibus, quibus sedes apostolica Heinrico investituram praestitura esset. Lotharius autem a. 1137 demum ea licentia usus est. — Iaffé, Reg. pont. ed. II. 7633.*

*(P. decsl.)*

Si auctoritas sacra pontificum et potestas imperialis vere caritatis glutino[a] ad invicem copulentur[b], omnipotenti Domino[c] debitus famulatus libere poterit exhiberi et christianus populus grata pace et tranquillitate gaudebit. Nichil enim in presenti seculo est pontifice clarius, nichil rege sublimius; nichil est quod lumine clariore prefulgeat quam recta fides in principe, nichil est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio. Que nimirum omnia tanto manifestius, Deo gratias, in persona tua clarescunt, quanto ab ineunte etate amator religionis et cultor iustitie extitisse cognosceris et novissime diebus istis nec persone tue nec proprie parcendo pecunie pro beati Petri servitio multos labores et immensa pericula pertulisti. Cum ergo testante sacro eloquio etiam mali patres bona data suis filiis noverint[d] impertiri, dignum profecto est, ut nos qui disponente Domino universis catholice ecclesie filiis debemus sollicitudine paterna consulere, personam tuam artius diligamus et tamquam specialissimo ecclesie defensori in his, que ad statum imperii in suo robore conservandum et utilitatem ac liberationem catholice ecclesie spectare noscuntur, tam secundum ecclesiasticum officium quam temporaliter imperatoriam potentiam augeamus. Hoc nimirum intuitu allodium bone memorie comitisse Matilde[e], quod utique ab ea beato Petro constat esse collatum, vobis committimus et ex apostolice sedis dispensatione concedimus atque in presentia fratrum nostrorum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum necnon principum et baronum per anulum[f] investivimus, ita videlicet ut centum libras argenti singulis annis nobis et successoribus nostris exolvas et post tuum obitum

**116.** b) atque *legendum censuit Iaffé;* quatenus *melius Bernhardi.*

**117.** a) glut. car. 2. 3. b) complerentur 3. c) *deest* 2. 3. d) filiis suis debeant 2. 3. e) Matilde 2. 3. f) anullum 3.

proprietas ad ius et dominium sancte Romane ecclesie cum integritate absque diminutione ac molestia revertatur. Quod si nos vel fratres nostros in eandem terram venire, manere vel transire oportuerit, tam in susceptione quam in procuratione atque securo conductu prout apostolicam sedem decuerit[g] honoremur. Qui vero arces tenuerint[h] vel rector terre fuerit, beato Petro et nobis nostrisque successoribus fidelitatem faciant.

Ceterum pro caritate vestra nobili viro Henrico Bawarie duci genero[i] vestro et filie vestre . . .[k] uxori eius eandem terram cum prefato censu et supradictis condicionibus apostolica benignitate concedimus, ita tamen ut idem dux nobis hominium faciat et fidelitatem beato Petro ac nobis nostrisque successoribus iuret. Post quorum obitum predictum comitisse Matilde[l] allodium ad ius et dominium sancte Romane ecclesie, sicut supra dictum est, integrum et absque diminutione atque difficultate aliqua reducatur. Salvo tamen semper in omnibus eiusdem sancte Romane ecclesie iure ac proprietate.

Datum Laterani VI. Idus Iun.

# 118. MANDATUM DE EXPEDITIONE ITALICA FACIENDA.

(1136. Sept.)

*Autographon adhuc in tabulario Massiliensi (Fonds Saint-Victor) asservatum, testante viro cl. Reynaud, ita oblitteratum est, ut exemplar fieri non possit. Unde nitamur oportet editione Martenei 'Collectio amplissima' I, 717, quae et ipsa hoc autographon adhibuit, adnotatis nonnullis lectionibus, quas vir cl. Ficker olim sibi fecerat Massiliae. — Stumpf, Reg. 3329.* *(P. 83.)*

L(otharius) Dei gratia Romanorum imperator augustus Arelatensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Saepenumero scripsimus vobis, requirentes fidelitatis et subiectionis tuae debitum. Quod quia non mancipatur effectui, vis, quantum in te est, potestatem imperii nostri in partibus tuis satis indiscrete contemnere. Quod quantum divinis et humanis legibus contrarium sit, si recte adverteris, ipse nosti. Nos itaque, Dei annuente clementia et principum nostrorum[a] suppeditante industria, [potestatem][b] Romani imperii, quae apud vos tam adtenuata est et oblivioni proxima, prout oportet, reparare curabimus, adeo ut fideles nostros debitis honoremus[c] beneficiis et eos, qui rebellare conantur, viribus[d] nostris affligamus. Ea propter tibi tamquam fideli et principi nostro mandando praecipimus, quatenus in festo sancti Michaelis in Placentia cum militia tua nobis occurras, (Sept. 29.) animatus tam ecclesiae quam imperio debitum consilium et auxilium . . . . exercendis. Igitur[e] consilio principum . .[f] dilectum capellanum nostrum tibi direximus, quem quasi[g]

117. g) apostolica sedes decreverit *male* 2. 3. h) tenuerit 1. 3. i) *deest* 1. k) *spatium vacat* 1. 2. l) Mathilde 2; Mattilde 3.

118. a) *sic F;* principii nostri *M.* b) *supplevit Pertz; lacuna in M.* c) honeremus *M.* d) iuribus *M.* e) In *M.* f) principum ac *M; patet, loco vocis* ac *siglum nominis exaratum fuisse.* g) si *M.*

a latere nostro delegatum in omnibus audias et ei fidem adhibeas: sciens pro certo, [quod si te][h] nostro conspectui non praesentaveris, et subventioni ecclesiae Romanae debitisque[i] imperii obsequiis nisi adfueris, offensam nostram graviter incurristi, et nos de eiusdem ecclesiae consilio et principum nostrorum in te animadvertemus.

# 119. PACTUM CUM VENETIS.

## 1136. Oct. 3.

*Traditum est in* 1) *Libris pactorum lib. I. fol. 5;* 2) *Libris pactorum lib. II. fol. 78, et* 3) *Libro blanco fol. 38'. nr. 20, ubi inscribitur:* Privilegium Lotarii imperatoris Romanorum, factum domino Petro Polano duci Veneciarum, confirmationis illorum, que antecessoribus suis collata fuerunt. *In codice Trivisano fol. 183 transscriptum est ex Libris pactorum. Pactum Heinrici V. (supra nr. 102) paene ad verbum repetitur. — Stumpf, Reg. 3332.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Lotarius divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus. Quoniam stabilem christianorum principum caritatem operari plurima bona ad multorum utilitatem evidenter novimus, et viros sapientes ac discretos rectores regnorum suorum notos habere semper et amicos curavimus, Petrum Polanum virum egregium et clarissimum ducem Veneticorum, quem luce sapientie et totius honestatis ubertate predicabiliter[a] pollere manifestum est, habere notum et amicissimum ad decus imperii nostri stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto cordis affectu[b] amplectentes in confirmandis illis, que ab antecessoribus nostris suis antecessoribus collata et confirmata sunt[c], libenti animo voluntati et peticioni ipsius, sicut carissimi nostri, per omnia satisfacere studuimus. Hac igitur ratione omnino uniti nostram utrimque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis magnisque negotiis publicis ac privatis eius sinceram dilectionem ac preclaram sapientiam imperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei efficatia et sapientum iudicio sapiens atque discretus Venetici regni rector extitit et egregia fides et pure dilectionis exhibitio, quam semper erga nos habuit et imperium nostrum, eum in omnibus nobis commendabilem exhibuit, dignus eius et honestus interventus apud nostram imperatoriam maiestatem locum karissimi amici[d], ut vir sapientissimus, venerabiliter optinuit. Igitur ob sinceram et venerabilem eius dilectionem* quicquid ipse dux et Venetici ducatus, ecclesie et populus ex antiquo per multos[e] annos in[f] imperii nostri potestate[g] secundum quod in preceptis* nostrorum antecessorum, regum et imperatorum, continetur et in pacto Ottonis et Heinrici imperatorum legitur, iuste et legaliter tenuit et habuit[h], per hanc nostram imperialem paginam renovamus et confirmamus. Huius autem rei internuntius inter nos et predictum ducem nostrum karissimum amicum Iohannes Polanus eiusdem ducis frater nobisque dilectus extitit cum Petro Donodei capellano eiusdem ducis et Aurio Aurio aliisque fidelibus ipsius, non quod istorum gratia vel cuiuslibet alterius hoc faceremus, sed solummodo dulci caritate ducis et predicti fratris sui, prout dictum est, hoc egimus[i], ita quidem, ut pars parti nil malignum aut

**118.** h) *supplevit lacunam Pertz.* i) debitis quam *M.*

**119.** a) predicaliter 1—3. b) effectu 3. c) collata esse noscuntur sunt 3. d) nostri *add.* 3. e) triginta *PH. V.* f) *om.* 1—3. g) potestatem 2. 3. h) habuerit 1. i) egemus 3.

iniustum[k], sed semper quod rectum est, in omnibus actionibus rebusque facere presumat et si, quod absit, aliqua malitia vel lesio inter partes commissa fuerit, per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione a rebelli et transgressore parte ad pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum semper maneat curricula, remota contradictione vel inpugnatione tam nostra quam nostrorum successorum omnium.

Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel[l] equis sanctionibus oppugnare nitatur, et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex nostro regno quam ex[m] predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decrevimus[n], hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Genuenses[o], Placentini, Florentini, Ferrarienses, Ravennates, Clomaclenses, Ariminenses, Pisaurienses, Censentenses[p], Fanenses, Senegallenses, Anconenses, Humanenses, Firmenses, Epinenses, Veronenses, Monteficenses[q], Gavellenses, Vincentenses, Paduenses, Tarvisianenses, Cenotenses, Foroiulienses, Histrienses, et cuncti de nostro Italico regno, sive qui modo sunt vel qui in posterum futuri sunt; ex predicto vero Venetie ducatu[r] sunt: Rivoaltenses[s], Metamaucenses, Torcellenses, Clugenses, Pistrinenses, Capudargellenses[t], Brunduligenses, Laurentenses[u], Murianenses[v], Amianenses, Burianenses[w], Equilenses, Caprolenses, Civitatinenses, Finenses, Gradenses et cuncta generalitas populi Venetie, sive qui modo sunt vel qui futuri sunt.

(1) Confirmamus itaque Veneticorum fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, sed libere et absquę ullo impulsu que retro ab annis possederunt multis[x], deinceps possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non episcopi, abbates et ecclesie sancte Dei et reliquus populus Venetie sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive in[y] campis, sive in[z] domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salictis, sationibus, piscationibus et ceteris possessionibus, quiete possideant absque cuiusquam[a] insultantis machinatione aut lesione sive sinistra quapiam[b] tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis inde facere presumat. Nec etiam venationem aut pabulationem sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navem ipsorum Veneticorum in aliqua nostri imperii parte periclitantem predari seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre presumat; quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam facere presumpserit, et res[c] dominio possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, persona ipsa, que in capite fuerit ad eandem malitiam faciendam, infra LX dies tradatur, et omnia, que fuerint ablata, in duplum restituantur; quodsi ipsum duplum compositum non fuerit vel persona ipsa tradita non fuerit infra LX dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam malitiam perpetraverit[d], componantur aurei[e] quingenti[f].

(3) Si furtum inter partes factum fuerit, in quadruplum restituatur.

(4) Si servi aut[g] ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur; et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum idoneum dominis illorum[h] satisfactum fiat. Si vero iudex vel aliquis ipsos fugitivos susceperit et eos reddere cura negaverit et exinde[i] fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXII. Quodsi dubium fuerit et denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo ipsi fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum XII electi, quod ibi nec suscepti fuerint nec illos habeant nec in conscientia illorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam

**119.** k) instum 1. l) aliis *add. PH. V.* m) *om.* 1—3. n) decernimus 1. 2. o) Iamuenses 2. 3. p) Censetenses 1. 2. q) *2. 3 et PH. V.*, Montesicenses 1. r) duc. Venetie 3. s) Rivoaldenses 1. t) Capudargelles 3. u) Babienses *add. PH. V.* v) Maurianenses 2. 3; Maioribenses *add. PH. V.* w) Constanciaeenses *add. PH. V.* x) triginta *PH. V.* y) *om.* 2. 3. z) *om.* 1—3. a) cuiuspiam 2. 3. b) quippiam 3. c) eius *add. PH. V.* d) perpetravit 1. e) auri 1—3; solidi *add. PH. V.* f) *om. 2. 3; lacuna in codd. 2. 3.* g) vel 2. 3. h) ill. dominis 3. i) inde 2. 3.

contestationem presentia testium peractam per iussionem iudicis sui liceat ei pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam iusticiam per integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur; et si pignoratio pervenerit, non presumat alia pars pro pignore aliam pignorare, sed exspectet usque ad audiendam causam, ita sane ut cause in VI mensium spatio fiant et sint finite cause, reddens prius, quia ex iudicio condempnatus fuit, et pignus suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore[k] pignorare presumpserit, in duplum, qui[l] tulerit, restituat.

(6) Si vero equi vel eque aut armenta aut aliqua quadrupedia fuerint furata, in duplum restituantur; si ipsa aberraverint, modis[m] omnibus reddantur. Quodsi post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hoc[n] requiritur, usque dum pars parti satisfaciat; et post satisfactionem reddantur ipsa pignora.

(7) Et hoc statutum est, ut, si fugitivus seu res reddita[o] fuerit vel si per sacramenta satisfactio adinpleta fuerit, modis omnibus pars parti securitatem faciat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat, et quod tulerit[p] restituat.

(9) Negotia autem inter partes fiant, et[q] liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negotiatoribus conservetur.

(10) De ripatico autem: secundum antiquam consuetudinem pars parti observet omne quadragesimum; et licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram seu per flumina totius regni nostri; similiter[r] et nostri per mare[s] usque ad eos et non amplius.

(11) De hoc convenit, ut, si qua lesio inter partes evenerit, legatarii non detineantur; si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis solidi trecenti; et si, quod absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi mille, et ipsa persona tradatur in manibus ipsorum.

(12) Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel vel bis cum epistola iudicis sui, si ei[t] iustitia minime facta fuerit infra dies XIIII, si ipse homo, unde iustitia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies VII licentiam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra causam[u] suam, quantum ipsum debitum erit; et ipsum pignus[v] usque ad prenominatas noctes. Quodsi antesteterit[w] *pignus, componantur solidi XII causa manente, ut pro eo iterum[x] pignoratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi iudicium ambabus partibus annuntiatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte de loco, ubi causa requiritur, quod ipsi per evangelium terminaverint, pars parti satisfaciat.

(13) Addimus autem, ut, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur; quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi trecenti.

(14) Simili pena decernimus dampnandum eum, qui in communibus mercatis tumultum populi excitans homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione solidos auri[y] trecentos.

(15) Si aliqua pignoratio in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur auri solidi trecenti et pro servo quinquaginta; et si plaga facta fuerit, ut non moriatur, pro libero homine solidi L, pro servo XXX.

(16) Statutum est, ut in rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causas habuerit; et ante compellatio fiat semel vel bis; nam qui aliter[z]

**119.** k) tulerit *add.* 1; tulerit aut *add.* 2. 3. l) quod *PH. V.* m) modo 1. n) hec 1. 2. o) redd. res 3. p) tulit 1—3. q) ut 3. r) *deletum* 3. s) et flumina *add. PH. V.* t) set si 3. u) *ita in codd. et in posterioribus pactis pro* casam. v) *supplendum est* salvum sit; *cfr. Pactum Ottonis II, supra p. 42 not.* n. w) ipsum *add. PH. V.* x) *om.* 2. 3 y) auri solidos 3. z) *supplendum est* facere; *cfr. Pactum Ottonis II, supra p. 42 not.* i.

presumpserit, duplum componat, et si[a] nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum. et sit[b] solutus pignusque salvum restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses, Olivolenses, Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses[c] fecerunt retro ab annis multis[d]; habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per flumina sive per mare.

(18) Ecquilegienses[e] vero capulari[f] debent in ripa sancti Zenonis usque in fossam Metamauri et Gentionis secundum consuetudinem omnem arborem et vegere cum carro aut ad collum, quantum sibi placuerit; et habeant licentiam peculia in ipsis finibus pascere vel[g] pabulari.

(19) De finibus Civitatis nove statuimus, ut terminatio, que a tempore Lutbrandi[h] regis facta est inter Paulitionem ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de Plave maiore usque in Plavem[i] siccam; peculium quoque et[k] greges cum securitate pascere.

(20) Capriani vero in silva Forouiliana, ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii capulum faciant.

(22) Confirmamus etiam Lauretum, ut quantum salsa aqua continet, eorum subiaceat[l] potestati.

(23) Et nullus princeps vel pauper aliquem Veneticorum distringere aut legem facere de aliqua habita substantia[m] aut ad placitum ducere, nisi in presentia illorum ducis, aut fodrum tollere de illorum terris, que in nostro regno sunt, aut bannum mittere tam dominis habitantibus in Venetia quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iustitiam aliquam accipere presumat, nisi in presentia dominorum suorum.

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum et monasteriorum omnimodo iusticiam faciat.

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum[n], et si usque ad XII libras denariorum Veneticorum XII electi iuratores addantur; nam si ultra XII libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII non accedant.

(26) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes facta[o] fuerint, ut, si qua de eis contencio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit, soli sine electis.

(27) De cautionibus vero simili modo agatur.

(28) Promisit cunctus ducatus Veneticorum nobis et successoribus nostris pro huius pactionis federe annualiter omni mense Marcio persolvere libras suorum denariorum quinquaginta et libras totidem piperis et unum pallium.

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna parvave persona huius nostre imperialis pagine violator extiterit, quod minime futurum credimus, sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem camere nostre et medietatem duci Veneticorum. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur[p], sigilli nostri inpressione hanc paginam manu propria corroborantes iussimus insigniri, sub testimonio archiepiscoporum Coloniensis Brunonis, Adelberonis Treverensis, Chunradi Magdeburgensis[q], . . .[r] Mediolanensis, episcoporum vero Traiectensis Andree[s], Mengoti Mersiburgensis[t], Anshelmi Havelbergensis, Adelberonis Basiliensis, Henrici Ratisponensis, Adelberonis[u] Leodiensis, Ŏdalrici Constantiensis, Cremonensis Oberti[v], Brixiensis, Veronensis, Laudensis, Cumensis, Parmensis, Mantuani, Regini et aliorum plurium; principum quoque Heinrici ducis

**119.** a) *om.* 2. 3. b) si 1—3. c) Ammianenses 1. d) triginta *PH. V.* e) Equilegienses 3. f) capulare 3. g) et 3. h) Lurbrandi 1. 2; Lūbrandi 3. i) Plave 1. k) *om.* 1. 2. l) subiaceant 1. m) debeat *add.* 2. 3. n) *supplendum est* fiat; *cfr. Pactum Heinrici V, supra p. 155 not. o.* o) fact. 1; factas 2. 3; posita *add.* 1—3. p) obs. ab omnibus 3. q) Magdebragensis 1—3. r) *Robaldi nomen omissum, lacuna in codd. non indicatur.* s) *ita corr. cum Stumpfio 'Acta imperii inedita' p. 122 nr. 102;* Alexandri 1—3. t) Mersibergensis 3. u) Adberonis 1—3. v) *ita correxi cum Stumpfio l. c.;* Ottonis 1—3.

Bawarie[w] et marchionis Veronensium[1], ducis Chunradi, marchionum Chunradi, Adelberti, palatinorum[x] comitum Ottonis de Rheno et Ottonis de Bawaria[w], comitum[y] Rodolfi de Lenceburc[z], Werinheri de Bade, Ludiwici, Gebehardi[a], Bopponis, Manegoldi, Gerlahi, Adolfi aliorumque quam plurium maiorum et minorum comitum.

Signum domni Lotharii tercii Romanorum[b] imperatoris invictissimi (M).

Ego Ekkeardus vice Brunonis[c] archicancellarii et Coloniensis archiepiscopi[d] recognovi.

Data anno incarnationis dominice MCXXXVI, indictione XIII, V. Nonas Oct., anno vero regni regis Lotharii[e] XI, imperii quarto; actum in Viridi Corregia prope Wartstallum; in Christi nomine feliciter amen.

# 120. CONSTITUTIO DE FEUDORUM DISTRACTIONE.

## 1136. Nov. 6.

*Legem, quae in librum Lombardae et in Libros Feudorum l. II, tit. 52, c. 1 recepta est, edimus ex* 1) *codice Registri curiae archiepiscopalis Ianuensis apographo saec. XII. in tabulario regio Ianuensi asservato; secuti sumus editionem viri d. Belgrano 'Atti della società Ligure di storia patria' Vol. II, parte 2 (Genova 1865); lex nostra in codice bis legitur: fol. 83 (p. 155), cuius imaginem praebet editio Ianuensis, et fol. 174 (p. 347), cuius varias scripturas signavimus signo* 1*; 2) *cod. Parisino 4617 saec. XII. Lombardam continente; at lex nondum Lombardae annexa legitur duobus foliis separatis f. 12 et 28*[2]; *contulit olim b. m. Pertz;* 3) *cod. Vaticano Palat. 772 saec. XII. fol. 83' eiusdem indolis ac* 2, *sed minoris pretii*[3], *quem Pertz perperam fundamentum editionis fecit. Cum nec Lombardam nec Libros Feudorum edituri simus, codices Feudorum non curamus, et eum qui vult cognoscere formam et fata legis, postquam in librum Lombardae recepta est, ad Boretii editionem (LL. IV, p. 639) reiicimus. — Stumpf, Reg. 3339.*

*(P. 84.)*

Lotharius[a] divina favente clementia tercius Romanorum imperator, pius, felix[b], inclitus[c] triumphator, semper augustus[c] universo populo.

Imperialis benivolentie proprium[d] iudicamus, commoda subiectorum[e] investigare et eorum diligenti cura mederi calamitatibus, simulque[f] publicum[g] bonum statum ac dignitatem imperii omnibus[h] privatis commodis preponere. Quocirca omnium fidelium

**119.** w) Bauiarie, Bauiaria 1—3. x) palitinorum 1. 2; paletinorum 3. y) paletinorum comitum Othonis de Bauiaria, commitum Othonis de Rheno 3. z) Leceburc 1; Lecebuxe 2; Lecebuxe 3. a) Gebeardi 2. 3. b) tercii Rom. *desunt* 2. 3. c) Branonis 2. 3. d) episcopi 2. 3. e) Lotth. 1—3.

**120.** a) Lotarius 1; Lottarius 3. b) feliciter 1. c) ac *add.* 2; inclitus — augustus *des.* 3. d) proprie 1. e) subi. com. 3. f) similiter 2. 3. g) reipublice 2; bon. publ. 3. h) *deest* 3.

1) *Cfr. Ficker, 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' I, p. 266; III, p. 411; Cohn, 'Götting. Gel. Anz.' (1870) p. 1184; Giesebrecht, 'Geschichte der Deutschen Kaiserzeit' IV, p. 452; Bernhardi, 'Lothar von Supplinburg', p. 653 n. 13.* 2) *V. LL. IV, p. CVI. Positionem legis nostrae in codicibus Lombardae discrimen recensionum esse, animadvertit vir cl. Anschutz 'Archiv' XI, 219.* 3) *V. LL. IV, p. CIII.*

nostrorum tam futurorum quam presentium noverit universitas, qualiter dum apud Runcalias[i] secundum antiquorum imperatorum[k] consuetudinem pro iusticia ac[l] pace regni componenda consederemus[m], omnia que ad honorem imperii[n] spectare videntur solliciti indagantes, perniciosissimam pestem et rei publice non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas etenim[o] interpellationes ad nos factas didicimus, milites beneficia sua[p] passim distrahere ac, ita omnibus exhaustis[q], suorum seniorum servitia subterfugere[r], per quod vires imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites suos[s] omnibus beneficiis exutos ad felicem nostri nominis expeditionem minime[t] transducere[u] valeant. Hortatu itaque et[v] consilio archiepiscoporum, episcoporum[w], ducum, marchionum, comitum palatinorum ceterorumque nobilium[x] simul etiam[y] iudicum hac edictali lege in omne[z] evum Deo propicio valitura decernimus, nemini licere beneficia, que a suis senioribus habet[a], absque[b] ipsorum permissu distrahere vel aliquod commodum[c] adversus tenorem nostre constitutionis excogitare, per quod imperii vel dominorum[d] minuatur utilitas. Si quis vero contra[e] saluberrime[f] nostrae legis[g] precepta ad huiusmodi illicitum commercium accesserit vel aliquid in fraudem[h] legis machinari[i] temptaverit, precio ac beneficio se cariturum agnoscat[k]. Notarium[l] vero, qui super tali contractu libellum[m] vel aliud instrumentum composuerit[n], post ammissionem officii[o] infamie periculum sustinere sanctimus.

Data sexto[p] die mensis Novembris, indictione quintadecima, anno[q] dominice incarnacionis millesimo centesimo XXXVI.

**120.** i) Roncalias 2. 3. k) *deest* 3; cons. imp. 2. l) et 2. 3. m) sederemus 3. n) Romani *add.* 2. o) enim 3. p) *deest* 3; sua ben. 2. q) exaustis 1. 1*. 3. r) subfugere 1; sufugere 1*. s) os *add.* 1. t) nullo modo 2; *deest* 3. u) non *add.* 3. v) atque 2. 3 w) *deest* 3. x) nobili 3. y) et 3. z) *deest* 3. a) habent 1*. b) sine 2. c) commertium 2. 3. d) dominii 3. e) haec *add.* 2. f) saluberrima 2. 3. g) constitutionis 3. h) huius *add.* 2. i) machinare 1*. k) cognoscat 3. l) notarios 3. m) *deest* 1*. n) conscripserit 2; conscripserint 3. o) ipsum *add.* 2. p) VII. 2. q) *reliqua des.* 2. 3.

# CONRADI III. CONSTITUTIONES.

## 121. 122. CURIA RATISPONENSIS.

(1138.) Iun. 24.

### 121. *EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPUM SALZBURGENSEM INVITATORIA.*

*Usi sumus editionibus 1) Iafféi 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 530 nr. 34 parata e membrana saec. XII. quondam codici lat. Monacensi 5254 agglutinata, quae iam seorsum asservatur; uncis inclusa a Iafféo per conjecturam suppleta sunt: 2) Hansizii 'Germania sacra' II, 949 e bibliotheca capituli Salzburgensis desumpta. Cf. etiam epistolam principum Bambergae mense Maio congregatorum ad archiepiscopum datam (Iaffé ibid. p. 529 nr. 33), qua expresse* ad futuram curiam in festo sancti Iohannis baptistae Ratisponae *invitatur. — Stumpf, Reg. deest.* *(P. deest.)*

C(onradus) Dei gratia rex Romanorum dilecto et venerabili C(onrado) Salzburgensi archiepiscopo salutem et filialis dilectionis affectum.

Si in proxima curia, quae omnium pene princip[um] frequentia nobiscum est celebrata[a.1], vestram quoque praesentiam nobis[b] exhibuissetis, rem nobis admodum gratam et ut speramus utilem aecclesie et regno fecissetis. Multa enim nobis haec re[i] novitas importat, ad quae[c] vestra auctoritas et prudentia valde nobis est necessaria; quae[d] etiam, vobiscum communicato et vestro[e] praecedente consilio, ad honestatem et utilitatem ec[clesiae] et regni tractare debemus. Et adhuc quaedam cum vestra discretione tractanda[f] servavimus. Praecipuam enim[g] vestram auctoritatem tum aetate et scientia, tum dignitate et animi s[ince]ritate reputamus; cui nos Deo auctore omnia consilia privata et publica, regno communia et nobis familiaria[h] secure[i] commendare audemus et volumus. Quia ergo ad illam curiam aliqua impediente necessitate non venistis, ad futuram curiam in festo sancti Iohannis dilectionem vestram summopere invitamus[k], ubi per vestras manus, nobis cooperantibus, ali[quid] [ad bo]num pacis et concordiae Dominum operaturum speramus.

121. a) frequentata 2. b) *deest* 2. c) *pro* ad quae 2: atque. d) quare 2. e) *pro* et vestro 2: nostro. f) *deest* 1. g) Nam praecipuam 2. h) salutaria 2. i) secure tractare ordinare et commendare 2. k) expectamus 2.

1) *Bambergae mense Maio.*

## 122. *EPISTOLA AD ABBATEM TEGRINSENSEM.*

*Damus e codice lat. Monacensi 19411 (Teg. 1411) saec. XIII. in. fol. 90 (p. 181), quem etiam Pez 'Thesaurus' VI, 1, 326 adhibuit. — Stumpf, Reg. 3379. (P. 84.)*

C(onradus) Dei gratia Romanorum rex abbati de Tegrinse gratiam suam et omne bonum.

Satis mirari non valemus et vehementer nostra regia turbata est[a] serenitas, quod curiae preteritae apud Baneberg una cum aliis principibus interesse neglexisti et hoc, quod iure imperii ibidem nobis facere debueras, adhuc quasi inconsulte distulisti. Quapropter volumus et mandando firmiter precipimus, quatenus omni posthabita occasione in festo sancti Iohannis in curia Ratisponensi obviam[b] nobis venire studeas [et][c] debitum servitii ibidem plenarie persolvas. Nos enim in presentia principum, si quas de illatis iniuriis ad nos habes deferre querimonias, benigne et misericorditer exaudiemus et plenariam faciendo iusticiam [monasterium tuum][c] in antiqua libertate conservare curabimus.

## 123. MANDATUM DE INVESTITURA SUSCIPIENDA.

(1146. Nov.)

*Epistola ad Wibaldum abbatem Stabulensem, electum Corbeiensem data legitur in Chronographo Corbeiensi, cuius novissimam editionem e codice tabularii Monasteriensis I B 243 paravit Iaffé in 'Bibliotheca rer. German.' I, 51; quam editionem repetimus. Edita est etiam SS. III, p. 11. Auctor haec adiungit:* Hec apud Wilzenbroch scripta et data et III. Kalendarum Decembrium *(Nov. 29)* in Stabulensi ecclesia abbati sunt presentata *etc. Locus iste potius Wülzburg monasterium prope Weissenburg in pago Nordgau quam Würzburg esse mihi videtur. Respondit rex hac epistola litteris Wibaldi, quas et ipsas Chronographus p. 50 exhibet; ex quibus haec afferre iuvat:* Propterea mansuetudo vestra non moveatur, quod ad presentem curiam secundum iussionis vestrae beneplacitum non venimus, quoniam in festo beati Nicholai, quando Corbeiensis ecclesia curiam vestram adire disposuit, Deo ducente veniemus. Si quid ergo apud vestram excellentiam nostra valet exigua set fidelis devotio, locum nobis circa Werzenburg in festo beati Nycholay assignare dignemini, quo vobis cum his, qui venturi sunt, commode occurrere valeamus. — *Stumpf, Reg. 3524a. (P. deest.)*

C(onradus) Dei gratia Romanorum rex W(ibaldo) Stabulensi abbati gratiam suam cum dilectione.

Postquam ecclesia Corbeiensis abbate suo orbata fuit, statim divina inspiratione commonita dominum et patrem spiritualem te sibi canonica electione ascivit. Postea vero tam in temporalibus quam in spiritualibus propter absentiam tui turbata et distracta grave dampnum sustinuit. Mandando igitur rogamus dilectionem tuam, quatinus in festo Dec. 6. sancti Nicholai Frankenevurt presentiam nostram adeas et quae ad donum regiae dignitatis spectant ibidem de manu nostra suscipiens, ecclesie Corbeiensi tamquam pater spiritualis et prudens dispensator in posterum provideas. Vale.

122. a) *bis c.* b) obvia c. c) *supplevi.*

# 124. EPISTOLA AD EUGENIUM III. DE ELECTIONE HEINRICI REGIS.

(1147. Mart.)

*Damus ex editione Iaffei in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 111 nr. 33, qui excussit codicem Wibaldinum. — Stumpf, Reg. deest.* *(P. deest.)*

Dilectissimo in Christo patri suo E(ugenio) sanctae Romanae aecclesiae summo pontifici C(onradus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

Litteras sanctitatis vestrae per legatum vestrum, virum utique[a] nobis cum omni dilectione et honore nominandum, T(heodevinum) Sanctae Rufinae episcopum missas gratissimę accepimus et, quae in ipsis continebantur, filiali et intima karitate ad effectum perduximus. Siquidem de ordinatione regni nobis á Deo concessi, super qua nos paterna sollicitudine monere et exhortari curastis, magna cum attentione et diligentia in frequenti principum conventu apud Frankenevort, ubi generalem curiam habuimus, studiose et efficaciter Deo prestante tractavimus, ordinataque et firmata communi per omnes regni nostri[b] partes solida pace, filium nostrum Heinricum in regem et sceptri nostri successorem unanimi principum coniventia[c] et alacri totius regni acclamatione electum, mediante hac quadragesima in palatio Aquisgrani coronare[d], divina precunte Mart. 30. misericordia, decrevimus. Sane quod dulcedinem vestram movit, nos rem tantam, scilicet de signo vivificae crucis et de tantae tamque longae expeditionis proposito, absque vestra conscientia assumpsisse, de magno verae dilectionis affectu processit. Set Spiritus sanctus, qui ubi vult spirat[1], qui repente venire consuevit, nullas in captando vestro vel alicuius consilio moras nos habere permisit; set mox ut cor nostrum mirabili digito tetigit, ad sequendum se sine ullo more intervenientis spacio totam animi nostri intentionem impulit. Et quoniam vos ad partes Galliae tam per litteras vestras quam per legatum vestrum venire cognovimus, venerabilem paternitatem vestram, ut ad Rhenum accedere velitis, summa cum dilectione attente monendo invitamus: quatinus simul positi ea Deo miserante pariter tractare ac disponere valeamus, per quae pax aecclesiarum et christianae religionis ordo congruis provectibus augeatur et regni nobis á Deo concessi status cum nostri honoris incremento oportunis decretis firmetur. Et quoniam in articulo profectionis nostrae nulla nobis prolixitas temporis suppetit, in sexta feria, quae in paschalem eptomadam habetur, desideratam faciem Apr. 18 vestram apud Argentinam videre optamus. Legatos nostros, viros utique prudentes et discretos ac sanctae Romanae aecclesiae regnique amatores ac nobis carissimos, Bucconem videlicet Wormaciensem episcopum, Anshelmum Havelebergensem episcopum, Wiboldum Corbeiensem abbatem, vestrae sinceritati commendamus, ut ea, quae vobis dixerint, tamquam ab ore nostro audiatis et in rebus sanctae Romanae ecclesiae et regni cum eis familiariter tractare ac disponere non abnuatis.

**124.** a) itique *cod.* b) mei *corr. cod.* c) convenientia *corr. cod.* d) ordinare *corr. cod.*

1) *Ioh. 3, 8.*

# 125. SENTENTIA DE TELONEO A MERCATORIBUS TANTUM EXIGENDO.

(1149. Mai.)

*Dedit Böhmer in 'Actis imperii selectis' 85 nr. 91 e codice Vindobonensi 2090 (Salisb. 311) saec. XII. fol. 36. Tempus a viro cl. Ficker definitur ex eo quod sententiae curiae certe latae sunt Salzburgi, ubi rex mense Maio anni 1149 morabatur. — Stumpf 3560. (P. deest.)*

C(unradus) Dei gratia Romanorum rex P(eregrino) patriarchae de Aquileia graciam suam cum bona voluntate.

Cum in omnibus querimoniis ad presentiam nostram perlatis tenorem iusticiae persequi et expostulare debemus, karitas tamen et religio, quorum experimentum non parvum in aecclesia Salzburgensi accepimus, nos urgent, ut statum aecclesiae illius in pace et tranquillitate conservare studeamus et quae iniuste ei subtracta sunt dictante iusticia ad usus eius requiramus. Noverit igitur discrecio tua, quod eiusdem aecclesiae maior prepositus et confratres ipsius in presentia principum nobis conquesti sunt, quod capellam quandam sancti Oudalrici, in episcopatu tuo sitam, cum omnibus sibi pertinentibus violenter eis contra manifestam privilegiorum assertionem subtrahas et de hac iniuria sepius commonitus et privilegiorum auctoritate convictus, nondum eis proprietatem suae possessionis recognoscas. Tenorem ergo iusticiae ex decreto principum qui ibidem convenerant prosequentes, mandando tibi precipimus, quatinus usum et proprietatem predictae possessionis in posterum eis expeditam dimittas.

Preterea notificamus tibi, quia in presentia nostri adiudicatum est: quod theloneum a nullo exigi debet nisi a mercatoribus qui causa negotiandi vadunt et redeunt. Prebendas igitur religiosorum virorum per terminos episcopii tui sine gravamine thelonei hinc inde deferri permittas.

# 126. CURIA FRANKENVURTENSIS.

(1149. Aug. 15.)

*Mandatum de curia visitanda Wibaldo abbati Corbeiensi datum recognovimus ope editionis codicis Wibaldini apud Iafféum 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 301 nr. 181. — Stumpf, Reg. 3564. (P. 86.)*

C(onradus) Dei gratia Romanorum rex W(ibaldo) Corbeiensi et Stabulensi abbati gratiam suam et omne bonum.

Certi sumus, quod de numero fidelium nostrorum precipuus inopinatum reditum nostrum summa cordis alacritate suscipias et prosperitati nostre tanquam specialis regni et noster amicus plurimum congaudeas. Quod autem in adventu nostro aecclesia et regnum in reformatione pacis proficiat, orationibus sanctae aecclesiae et tam consilio quam auxilio fidelium regni obtinere desideramus. Industriae igitur tuae mandando

committimus, quatinus omni occasione postposita ad curiam, quam in assumptione sanctae Mariae Frankenvort celebraturi sumus, venire non differas, ubi tam de privatis *Aug. 15.* quam publicis negociis nostris familiari tecum consilio convenire intendimus. Quae Corbeiensi aecclesiae pro tua dilectione in abbatiis, Caminata videlicet et Visebacho, contulimus, ad usus eius Deo annuente conservabimus, certi, quod Corbeienses pecuniam, quam iuramenti assertione promiserant, indubitanter nobis persolvant.

# 127. SENTENTIA DE ADVOCATIA ET FORO COMPETENTI.

### 1149. Aug. 21.

*Scriptum, de cuius forma egit Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 354, olim a b. m. Böhmero ex autographo bibliothecae publicae Stuttgartensis descriptum, recognovimus ope imaginis, quam edidit vir cl. Schum 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 6. — Stumpf, Reg. 3565.* *(P. 564.)*

Anno dominicę incarnationis MCXLVIIII. indictione XII^ma^. duodecimo Kal. Septembris venerunt fratres de monasterio sancti Remigii Francorum apostoli, Hugo scilicet eiusdem ęcclesię venerabilis prior, Petrus prepositus de monte sancti Remigii, Iohannes camerarius, Frankenewrt ad curiam invictissimi Romanorum regis Cv̊nradi secundi et fęcerunt querimoniam de advocatis, qui erant in terra quę pertinet ad montem sancti Remigii, quorum numerus magnus erat et plus ad nocendum quam ad defendendum paratus. Super quorum proclamatione quesita est a domno augusto sententia iudicii, et ex communi principum qui ibidem aderant consensu Ludowicus comes regionarius iudicialem sententiam promulgavit: quod nullus posset causas vel lites, quę ad advocatorum ius pertinerent, audire vel terminare vel placita advocatię tenere, nisi qui bannum de manu regia recepisset. Deinde altero et coherenti iudicio quesito, iudicavit Otto filius Cv̊nradi marchionis de Missina omnium principum favore et coniventia: quod Herimannus palatinus comes de Reno, qui advocatiam in prefatis bonis de manu domni regis habebat, latam legis sententiam effectui mancipare deberet et omnia corrigere quęcumque contra indubitati iuris rationem in prenominatis possessionibus ab iniustis advocatis essent perpetrata. Quod etiam ei ab inclito rege Cv̊nrado sub omnium testimonio presentium per optentum gratię suę ut perficeret imperatum est. Preterea in eisdem possessionibus in villa nomine Cosla[1] habitabat quidam Albertus ministerialis proprius ęcclesię beati Remigii in suburbio Remorum civitatis sitę, cuius pater maiorem beneficii sui partem, scilicet villam Milwilre, Herecberch, Habbach et alia quedam abbati sancti Remigii, suscepta ab ipso pecunia, reddiderat et legitime abdicaverat. Easdem possessiones predictus Albertus per vim occupabat, nolens stare in conventione patris, quam legitime et absque ipsius iniuria fęcerat. Idem etiam Albertus beneficium cuiusdam militis sui, videlicet terram de Alba, cum ipso milite suo dicto Harduwino in altari optulerat et liberum ęcclesię resignaverat, quod iterum violenti usurpatione invadebat. Super quibus omnibus ab abbate sancti

1) *Cusel ad Mosellam.*

Remigii frequenter evocatus et ad domum suam Remis ad agendam causam venire iussus, dicebat se intra fines alterius regni causam non debere agere et iudicium subire, sed in terra et lege gentis suę paratum se esse ex iudicio facere. Interrogavit itaque domnus rex quendam de ministerialibus suis Cv̊nradum nomine de Haga[1], quid super hac controversia iuris ordo contineret. Respondit ille, cunctis assentientibus: omnem hominem sive liberum sive ministerialem oportere domum illius adire, cuius nomine possideret, in quocunque regno vel provincia sita esset, si de ipsa possessione controversia ageretur. Omnium itaque suffragante iudicio, gloriosus rex precepit, ut cuncta hęc, sicut prescripta sunt, prosequente iusticia effectui manciparentur, et ęcclesia beati Remigii de possessionibus, quas sepe dictus Albertus occupaverat, per advocatum et regios nuncios reinvestiretur. Et ut hęc omnia postmodum rata et inconvulsa permanerent, presentem paginam idem inclitus rex sigilli sui impressione muniri iussit et, ut testes qui interfuerunt annotarentur, instituit. Interfuerunt itaque huic actioni: Gvido sancte Romanę ęcclesię cardinalis diaconus et apostolicę sedis legatus, Heinricus Moguntinę sedis archiepiscopus, Albero Treuirensis archiepiscopus, Bocco Wormaciensis episcopus, Burchardus Argentinensis episcopus, Herimannus[a] Constanciensis episcopus, Bernardus Patherburnensis episcopus, Fredericus dux Sueuię et Alsatię, Albertus marchio de Brandenburch, Lvdowicus lantgravius, Lvdowicus comes de Los, Herimannus palatinus comes de Reno, et frater eius Heinricus de Cacenelenboge, Otto comes de Rinecha, Gerlacus comes de Novo Castro, et alii multi; Wibaldus Stabulensis abbas et Arnoldus regię curię cancellarius, quorum suffragio id maxime actum est.

## 128. SENTENTIAE CONTRA TEMERITATES MINISTERIALIUM.

### 1150. (Febr.)

*Sententias pro Wibaldo abbate Corbeiensi latas, utpote universalis momenti, proponi liceat, collatis inter se editionibus quae ex autographo in tabulario Monasteriensi asservato fluxerunt: Erhard 'Regesta historiae Westfaliae' Cod. dipl. II, p. 55 nr. 272 et Wilmans-Philippi 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' II, p. 306 nr. 226. — Stumpf, Reg. 3568.* *(P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Cŏnradus divina favente clementia Romanorum rex secundus. ⁞ Si paci et tranquillitati ęcclesiarum Dei pia et benigna sollicitudine prospicimus, hanc vicissitudinem nos a pio creatore nostro accepturos speramus, ut et regni nobis a Deo commissi gubernacula in hoc tempore cum pace et tranquillitate possidere valeamus ac post regnum huius temporis in regno ęternę beatitudinis requiem apud iustum iudicem Deum inveniamus. Notum igitur esse volumus universis regni nostri fidelibus, tam presentis quam futurę ętatis hominibus, qualiter dilectus et fidelis noster Wiboldvs Corbeiensis monasterii abbas multimoda necessitate ipsius monasterii compulsus, exposuit in auribus clementię nostrę incommo-

127. a) episcopus *add. or.*

1) *Hagen, hodie Dreieichenhain prope Francofurtum.*

ditates et iniurias, quas a dapiferis et pincernis suis quidam predecessores eius sustinuerunt et ipse a die prelationis suę in eodem monasterio passus fuit. (1) Siquidem dapiferi et pincernę et reliqui qui ministerii locum in domo Corbeiensis abbatis tenent, quam dignitatem vulgari nomine officia appellant, quasdam abusiones in eisdem officiis sibi usurpaverunt, ut videlicet omnia victualia et universam substantiam domus domini sui sub custodia sua teneant, et cui placuerit eis, inconsulto domino suo eadem bona servanda et passim distribuenda conferant, tantamque potestatem in istis officiis sibi asserere conantur, ut dominis suis palam et quasi de iure suo prohibeant, ne claves et custodiam rerum suarum alicui committant. Solent etenim de rebus dominorum suorum proprias familias alere ac milites suos pascere in tantum, ut in propriis domibus plerumque aut tanta aut et plura quam domini sui de facultatibus eorum, quas debuerant servare, expendant et in dissipandis bonis eorum modum omnino nullum teneant. (2) Huiusmodi ergo superfluas et dampnosas rerum suarum dissipationes cum prenominatus fidelis et dilectus noster Wiboldvs Corbeiensis abbas de eadem domo eliminare ac domum suam secundum honorem Dei et propriam utilitatem ordinare temptasset, quidam de ministerialibus eius Rabano, qui tunc officium dapiferi administrabat, cum fratre suo Liudolfo et paucis consanguineis suis multum ordinationi eius refragatus est atque cum multa comminatione asserebat, quod potestatem officii sui, quam hactenus in domo illa exercuerat, nunquam dum viveret relicturus esset, ita ut sub imperio suo essent universa victualia domini sui, ac potestatem de eis habeat tribuendi cui vellet, nec dati aut accepti aliquam rationem domino suo redderet nec claves rerum suarum alicui servare liceret, nisi quem ipse ordinasset. (3) Hęc itaque contradictio inter ministeriales Corbeiensis ęcclesię a prefato abbate domino suo ventilata est et per iudicium eorum tam eidem Rabanoni quam omnibus, qui huiusmodi dominationem sibi de bonis domini sui usurparent, omnis potestas de committendis clavibus et de custodia rerum domini sui abiudicata est: hanceque potestatem abbati Corbeiensi . . .[a] ab eo[b] sententiam iudicii unanimiter abiudicaverunt: ut claves et custodiam rerum suarum liceret ei committere absque consilio dapiferi et pincernę cuicumque voluisset. Dapifero autem et pincernę tale iudicium adinvenerunt, ut in victualibus domini nullam potestatem dandi absque voluntate ipsius prorsus habeant, sed cum domino suo secundum debitum officii sui ad mensam servierint, hanc dignitatem de officio suo consequantur, ut refecto domino ad mensam eius cum ceteris ministris de bonis domini sui reficiantur et preter hanc nullam aliam potestatem de rebus ipsius exerceant. (4) Huic comparium suorum iudicio cum idem Rabano acquiescere noluisset, predictus fidelis noster Corbeiensis abbas apud clementiam nostram impetravit, quod in plena curia nostra, quam Spirę celebravimus, iudicium super eodem verbo a ministerialibus regni sciscitati sumus. Qui etiam in conspectu nostro et principum regni idem iudicium quod Corbeienses invenerant pari consensu asseruerunt. (5) Aliam preterea molestiam idem Rabano fratribus qui Deo serviunt in Corbeiensi monasterio irrogare presumpsit, quod videlicet infra muros et intra ambitum cimiterii eiusdem ecclesię hereditariam mansionem sibi vendicavit. Super qua mansione cum satis fuisset commonitus tum a domino suo tum a fratribus monachis tum a comparibus suis, quatinus ab ea desisteret, noluit eorum salutaribus monitis obtemperare. Unde ministeriales Corbeiensis ecclesię iudicii sententiam interrogati, abiudicaverunt tam ei quam omnibus secularibus beneficium in atrio ęcclesię, et quod aliquis abbatum[b] tale beneficium potuerit prestare. (6) Cum vero adhuc reluctaretur, nos item rogati a fideli nostro predicto Corbeiensi abbate, cum interrogassemus ministeriales nostros super eodem iudicio, abiudicaverunt ei in conspectu nostro et principum infra atrium ęcclesię omnem hereditariam mansionem et

**128.** a) *lacuna;* predicto per alteram *suppleverit Ph.; legendum videtur* per quesitam. b) *corr. in or.*

omnibus abbatibus et monachis talis beneficii concessionem. (7) Orta est nichilominus et alia temeritas ab eodem Rabanone, quod intra muros Corbeiensis monasterii quandam similitudinem dignitatis sibi hereditario iure[b] vendicabat, quam prefecturam appellabat, et se burkgravium appellari faciebat[b], cum omnes abbates eiusdem monasterii hanc potestatem semper sub se habuerint, ut quicquid a suis infra muros delinqueretur, aut ipse corrigeret aut camerario vel dapifero suo seu alicui de familia sua corrigendum absque ulla potestate in perpetuum mansura committeret. Hac autem potestate prefatus Rabano in tantum abusus fuit, ut eam vulgari nomine appellaret burgban et secundum morem alicuius magnę potestatis sepe infra muros placitaret et huiusmodi placita burgdink appellabat. Ad hęc placita famuli fratrum monachorum de coquina aut de pistrino seu de quolibet eorum servitio cogebantur venire, qui etiam, si propter impedimenta servitii fratrum occurrere non poterant, violenter et contumeliose a famulis illius protrahebantur[c] et panem aut escam fratrum imperfectam relinquere compellebantur. (8) Huiusmodi ergo temeritatem de hac prefectura circa Corbeiense monasterium ex iudicio principum regni prorsus interdicimus et hanc potestatem in manu abbatis esse, sicut antiquitus fuit, decernimus. Nam in veteribus regum et imperatorum preceptis continetur, ut nullus dux, nullus comes, nulla alia secularis potestas aliquam potestatem infra muros eiusdem ęcclesię exercendi iudicium habeat, sed per abbatem et personas temporaliter a se ordinatas quicquid a famulis monasterii contra iuris et ęqui rationem admissum[d] fuerit, iudicari oporteat[1]. Et si principibus contra privilegium imperiale non licet, multo minus ministerialibus licere constat. (9) Hanc igitur prefecturam et supradictam infra muros laicorum habitationem atque dapiferi et pincernę de committendis clavibus potestatem ab aliquo usurpari et hereditario iure vendicari in supradicto monasterio, nullatenus permittimus; sed has tres predictas usurpationes, secundum iudicia ministerialium[b] nostrorum atque sententiam principum regni omnibus laicis decreto in perpetuum valituro interdicimus et horum omnium potestatem abbati attribuimus. (10) Iudicium de clavibus invenit Cŏnradvs ministerialis noster de Haga. De habitatione intra muros et de prefectura iudicium dedit item ministerialis noster Cŏnradvs de Walehusen camerarius noster a thesauris. Principes[e] autem cum ministerialibus suis hi interfuerunt: Ortlcuus Basiliensis episcopus et sui ministeriales, Heremannus Constantiensis episcopus et sui ministeriales, Guntherus Spirensis episcopus et sui ministeriales, Eilulfus Mŏrbacensis abbas et sui ministeriales, Waltherus Selsensis abbas et sui ministeriales, . . . . Campidonensis abbas et sui ministeriales, . . . . . Wizzemburgensis abbas et sui ministeriales, clerus et populus Vurmaciensis ęcclesię quę tunc vacabat, clerus et populus Fuldensis monasterii quod tunc vacabat, clerus et populus Laurishamensis monasterii quod tunc vacabat, Fithericus dux Suevię et Alsatię et sui ministeriales, Otto palatinus comes de Withelispach et sui ministeriales, Herimannus marchio de Bathen et sui ministeriales, Wernherus comes de Havekhesperch, Ŏthelricus comes de Lenzemburg, Willehelmus comes de Glizperch, comes Willelmus de Iuliaco, comes Imikho de Liningen, comes Vulframus

**128.** c) *sic Erhard;* pertrahebantur *Philippi.* d) *leg.* commissum. e) *abhinc testes subtiliori scriptura additi sunt.*

1) *De potestate burgban cf. quae dicit rex in privilegio a. 1147, quo monasterium Kemnade abbatiae Corbeiensi incorporat (Wilmans II, p. 304 nr. 225; Kaiserurkunden in Abbildungen X, tab. 5; Stumpf 3543):* Auctoritate vero nostra regia prefatę celle Kaminadę damus ac decreto in perpetuum valituro confirmamus eandem libertatem, quam habet Corbeiense monasterium, scilicet prefecturam urbis que vulgo dicitur burgban, ea videlicet privilegii ratione, ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus advocatus potestatem habeat exercendi iudicium in atrio predictę ecclesię, sed quicquid preter ius et ęquum a famulis, qui tam abbati quam congregationi obsequio cottidiano deserviunt, commissum fuerit, ab abbate vel ab eo cui ipse mandaverit corrigatur.

de Wertheim, Marquardus de Grônbach, Arnoldus dapifer[f] de Rotenburch, Heinricus marescalcus[f], Reingerus pincerna[f], Thietpertus camerarius[f] de Winsperch.

‡ Signum domini Cûnradi Romanorum regis secundi invictissimi. ‡ (M.)

‡ Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi. ‡

Data anno dominicę incarnationis MCL. indictione XIII, anno vero domini Cûnradi secundi regis invictissimi XII, anno autem domini Wiboldi Corbeiensis abbatis III. Actum Spirę. In Christo feliciter: amen.

# 129—134. EXPEDITIO ROMANA.

## (1151. Aug. Sept.)

### 129. *EPISTOLA INVITATORIA. (Aug.)*

*Epistolam, qua Wibaldus abbas Corbeiensis ad curiam Wirzburgensem Sept. 15 habendam, ubi expeditio a principibus*[1] *iurata est, citatur, damus cum ipsis nr. 131—134 ex recensione Iaffé in Bibliotheca rerum Germanicarum I, 166 nr. 335, quae nititur codice Wibaldino. — Stumpf, Reg. 3583. (P. 87.)*

C(uonradus) Dei gratia Romanorum rex W(ibaldo) Corbeiensi abbati gratiam suam et omne bonum.

Discretioni tuae volumus esse cognitum, quod octava die post proximam nativitatem sanctae Mariae nonnulli principum nostro se conspectui presentabunt apud Sept. 15.
Herbipolim, de negotiis ecclesiae et regni et de nostra expeditione nobiscum tractaturi. In quibus et tua opus habemus presentia, utpote cum quo familiarius et plenius singula intendimus pertractare. Per presentia igitur scripta sollicitudini tuae mandamus, quatinus omni dilatione et occasione postposita, in termino supra memorato, modico comitatu contentus, nostro te conspectui representes.

### 130. *EPISTOLA PISANORUM AD REGEM.*

*Ea epistola esse videtur, cui alludit rex in fine litterarum suarum. Edimus eam e codice Guelferbytano 1329 (Helmst. 1221) saec. XII. fol. 1', ex quo primum vulgata est a viro d. L. von Heinemann 'Neues Archiv' XVI, 182. (P. deest.)*

Domno C(uonrado) divina favente clementia Romanorum regi invictissimo, triumphanti, semper augusto consules Pisanorum et populus fidelitatis salutem et de inimicis triumphum.

Gratias quidem non modicas dignitati vestre pariter unanimiterque referimus, quoniam nos frequenter consolari dignamini per litteras vestras et fidelissimos vestros. Iure etenim agitis, quia dilectionem nobis ostenditis et rore gratiae et benevolentie vestre nos affatim perfunditis. Diligimus equidem vos et regnum vestrum, gloriam,

128. f) *supra lin. add.*

1) *De iis qui praesentes fuerunt cf. Wibaldi epistolam ad Manuelem imperatorem datam ed. Iaffé l. c. p. 475 nr. 343.*

honorem et inperium, quod plenius et laudabilius completum videre desideramus et expectamus. Patres enim et avi necnon et attavi nostri fidelissimo amore dilexerunt regnum et inperium vestrum, beate quoque memorie patrem et avum vestrum; quorum sincera dilectione domnum Lo(tharium) successorem eorum diliximus. Super omnes igitur filios Adam procul dubio vos et regnum vestrum fideliter diligimus, amplectimur et veneramur. Si qua namque nobis[a] virtus est aut aliqua fortitudo seu victoria super inimicos, hoc totum post Deum vestre maiestati ascribimus et vestra audacia et robore id habere et obtinere cognoscimus[b]. Si ergo terrorem, qui valde metuendus est, inimicis et infidelibus regni decenter infertis et veraces amicos atque fideles pia reconpensatione mulcetis strennue, iuste et honeste agitis. Scriptum quippe est in Prov. 19, 12. proverbiis Salomonis: 'sicut fremitus leonis, sic et terror regis, et sicut ros super herbam, sic et hilaritas eius'. Quo quidem rore nos Dei gratia benivolentie vestre largitate perfusi prospere agimus, viriliter incedimus, super hostes victores existimus. Confidenter igitur eructat cor nostrum verbum bonum, et opera nostra regi dicimus ac multa maiora per gratiam Dei et vestram vobis enarrare poterimus. Accingere ergo gladio super femur tuum, potentissime, et deducat te mirabiliter dextera tua propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam, quod multiplicitas intercessorum postulat et expectat. Utinam de vobis in proximo condigno concentu canere possit concio[c] nostra, Ps. 20, 2. quamquam Dei filio versiculus hic psalmi decentius conveniat: 'Domine, in virtute tua laetabitur[d] rex et super salutare tuum exultabit vehementer'. Corde simul et ore vobis loquentes supplicamus, quatenus de servicio regni et vestro nobis precipiatis, qui parati sumus in omnibus obsequi vobis. Gratias autem Deo agimus vestreque mansuetudini, quia captos nostros liberare voluistis et non audierunt vos inimici nostri, sed reddidit eos nobis cum nostro honore virtus Omnipotentis et habemus multos ex illis, sicut nosse poteritis a fidelibus vestris. Foderunt quidem foveam, paraverunt pedicam et ipsi inciderunt in eam. Deo gratias. Amen.

## 131. *EPISTOLA REGIS AD PISANOS. (Sept. ex.)*

*Iaffé 1, 177 nr. 344. — Stumpf, Reg. 3591.* *(P. 87.)*

C(uonradus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus consulibus, capitaneis, et universo populo Pisano, tam minoribus quam maioribus, gratiam suam et bonam voluntatem.

Post reditum nostrum á Iherosolimitana expeditione omnem animi nostri intentionem converteramus, ut absque morae prolixioris interventu ad res Italiae ordinandas et pacandas ingrederemur. Inde fuit quod legatos excellentissimi fratris nostri Grecorum imperatoris ad universitatem vestram direximus, de fide et constantia vestra plurimum confidentes, quatinus ipsorum industria et vestra potenti virtute hostis utriusque imperii usque ad adventum nostrum sine intermissione bellicis incursibus quassaretur. Decet itaque patriae principem grates ac benevolentiam rependere his, qui ad tam egregium opus peragendum animo et opere inparati non fuerunt, sicut illis non immerito pena debetur acerbior, qui tantos rei publicae provectus demoliri temptaverunt. Set ardentissimum nostrae voluntatis studium manus divina, quam nemo mortalium potuit evadere, inmissa coelitus infirmitate aliquamdiu repressit. Set recu- Mai. 27. perata per eundem misericordissimum Deum sospitate, transacto sacrae[a] pentecostes Iun. festo, generalem curiam apud Ratisponam celebrantes, expeditionem nostram regio

**130.** a) vobis *cod.* b) ꝯnoscimus *cod.* c) ꝯscio *cod.* d) laetabitur — vehementer *litteris tantum initialibus in cod.*
**131.** a) sacri *cod.*

more versus Italiam cum magno principum favore et totius militiae alacritate indiximus. Similiter et apud Herbipolim mediante mense Septembre factum est, ita deinceps Sept. 15. firmato mentis proposito, ut ad omnes regni nobis a Deo concessi partes celerius accedentes, et pace per Dei gratiam ubique firmata, sic ad Urbem et ad vos pervenire valeamus, ut tam bene merentibus premia quam rebellibus poenam rependere debeamus. Ad huius rei evidentem noticiam atque[b] certitudinem faciendam direximus presentes legatos nostros, viros utique illustres ac nobis inter principes nostros familiarissimos, Arnoldum videlicet Coloniensis aecclesiae venerabilem archiepiscopum, Wiboldum Stabulensem et Corbeiensem abbatem, Heinricum curiae nostrae notarium, ad reverendum patrem nostrum papam Eugenium et ad urbem Romam necnon ad ceteras urbes Italiae. Quos venientes ad urbem vestram, quae semper ab inicio in pace et in bello terra marique imperii Romani consuevit esse domicilium, honorifice, ut vestra probitas consuevit, suscipiatis, et tam de militum, quam de navium numero, quas in expeditionem Siciliae ob perpetuam felicis remunerationis mercedem exhibebitis, per illorum noticiam nos certos efficiatis. Porro de verbo, quod de inimicorum vestrorum sempiterna humiliatione nobis per legatos nostros, scilicet Constantiensem et Basiliensem episcopos atque[b] marchionem de Montefarrato suggessistis, preces vestras exauditas esse sciatis. Et quicquid super hoc predicti nuncii nostri vobis confirmaverint, nos esse observaturos non dubitetis, scientes quod inimicis vestris inimici sumus et odientes vos affligemus.

## 132. *EPISTOLA REGIS AD ROMANOS.* *(Sept. c.r.)*

*Iaffé I, 478 nr. 345. — Stumpf, Reg. 3592.* *(P. 88.)*

Cuonradus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus prefecto Urbis, consulibus, capitaneis et omni populo Romano, tam minoribus quam maioribus, gratiam suam et bonam voluntatem.

Post reditum nostrum á Ierosolymitana expeditione litteras universitatis vestrae frequenter accepimus, in quibus continebatur, quanto fidei ac devotionis studio pro personae nostrae dignitate provehenda et imperii Romani statu reformando indefessis animis decertetis. Et licet epistolarum de . ulsi[a] tantis rebus, quas perferebant, impares viderentur, pergratam tamen animo habemus vestram benivolentiam ex cepto tenore[b] procedentem et[c] imperiali retributione honorare decrevimus. Proinde á vestra prudentia, sicut oportuit, decenter invitati, expeditionem Ytalicam et adventum nostrum ad Urbem magno cum principum nostrorum favore et totius militie alacritate efficaciter ordinavimus, primo quidem in celebri curia Rathisbone, secundo in civitate Erbipoli: Iun. Sept. 15. firmato deinceps proposito nostro, ut ad ceteras regni nostri partes celerius accedentes, pace per Dei misericordiam ubique[d] firmata, ad[e] res Urbis[f] et Ythaliae pacandas et firmandas sic transeamus, ut tam fidelibus gratiam quam rebellibus penam Deo adiutore retribuere valeamus. Eapropter mittimus ad universitatis vestrae experientiam legatos nostros, viros utique illustres ac moderatos, Arnoldum videlicet nostrae curiae cancellarium, Coloniensis aecclesiae electum archiepiscopum, et Wibaldum Corbeiensem abbatem et Heinricum notarium, imperio nostro fidelissimos ac familiarissimos, ut per eos voluntatis nostre et consilii certitudinem adiscatis. Quocirca industriae vestrae attente mandando committimus, quatinus eosdem legatos nostros pro nostra reverentia

**131.** b) adque *cod.*

**132.** a) *sic cod.; an* decursus insulsi *Iaffé.* b) *an* amore *Iaffé.* c) *deest cod.* d) uriq; *cod.* e) á *cod.* f) urbes *cod.*

et Urbis[g] disciplina honeste suscipiatis, et ab ipsis tamquam[h] ab ore nostro, que in hoc temporis[i] statu agenda sunt, accipiatis, et eos honorifice et commode, quo itineris res postulat, perducatis.

## 133. *EPISTOLA REGIS AD EUGENIUM III. (Sept. ex.)*

*Iaffé I, 479 nr. 346. — Stumpf, Reg. 3593.* *(P. 88.)*

Karissimo in Christo patri suo Eugenio sancte Romane aecclesiae summo pontifici Cuonradus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

Sicut paternitatis vestrae benivolentiam in omnibus nostris nostrorumque negotiis sepe usque[a] nunc experti sumus, sic etiam adhuc in cunctis sentire non dubitamus, celsitudini vestre hoc repromittentes, quod ad promovendum aecclesiae Dei et vestrum honorem, quanta debemus diligentia, semper erimus parati. Inde est quod nos generalem curiam apud Herbipolim medio mense Septembri celebravimus, (Sept. 15.) ibique expeditionem Italicam, receptis á principibus qui convenerant fide et sacramentis, efficaciter ordinavimus. In qua rite peragenda quoniam presentia et consilio dilecti nostri Har(twici) venerabilis Bremensis archiepiscopi carere nec debemus nec volumus, paternitatis vestrae serenitatem attenta benivolentia rogamus, ut diem et terminum pro conservanda Bremensis aecclesiae dignitate sibi constitutum benigne illi remittatis et causam ipsius usque ad nostrum adventum differatis, hac interposita conditione[b], ut in nostro adventu eadem causa in vestra presentia secundum tenorem veritatis et iustitiae terminetur. Confisi enim de vestra sinceritate fretique consilio dilecti nostri O(ctaviani) cardinalis vestri, qui tunc presens erat, prefatum archiepiscopum, cum iam ad iter faciendum succinctus esset, apud nos retinuimus, ut in tanta et tam celebri expeditione eum promtiorem habere valeamus. Sanctitati vestrae attente commendamus karissimum nobis Corbeiensem abbatem Wibaldum, virum utique prudentem et tam vobis quam sacrosanctae matri nostre Romane aecclesiae per omnia fidelissimum, ut eum pro nostrae dilectionis et petitionis intuitu clementer excipiatis, tam in privilegiis suis confirmandis quam in aliis suis petitionibus benigne exaudiatis, et aliqua vestrae benedictionis et gratiae prerogativa insignitum ad nos cum gaudio celerius remittatis.

## 134. *PROMISSA ROMANORUM PONTIFICI FACIENDA.*

*Haec pontifici, non vero, ut Pertzius credere videtur, regi facienda erant. Damus ex Iafféo I, 480 nr. 347*[1]. *(P. 88.)*

Hec sunt que senatores promittunt facere et adtendere, et sacramento firmare voluerunt et volunt.

Ipsi vobis fidelitatem iurabunt cum beneficio quingentarum librarum, secundum quod consueverunt Romani iurare pontificibus Romanis. Quatuor de populo per unam-

132. g) ubis *cod.* h) atamquam *cod.* i) tempori *cod.*

133. a) *inseruit Iaffé.* b) *coniecit Pertz;* nr .... constantia *cod.*

1) *Hoc loco afferri liceat sententiam paullo post, Nov. 23, Wirzburgi latam, quae continetur in privilegio regis (Monumenta Boica XXIX, 1, 306; Stumpf, Reg. 3595):* Iudicatum est itaque a Marcwardo de Grombach eiusdem ecclesiae advocato et a curia nostra: quia ecclesia Kizzingensis regalia quod hêrscilt dicitur non haberet, nullus laicorum quicquam de iure beneficiali ab ecclesia pretaxata vel ab abbatissa obtinere posset.

quamque contradam facient iurare securitatem et pacem vobis et rebus vestris et omnibus aecclesiis et omnibus ad vestram curiam venientibus et redeuntibus et personis et rebus episcoporum et cardinalium. Regalia vobis integre restituent, excepto quod in Reiano et Maliano arx non fiat. Pecuniam ablatam aecclesiis et regalibus, excepta quae expensa est in guerra Bitervii, bona fide recuperare studebunt et reddent. Fortitudines omnes extra Urbem reddent. Munitiones Sancti Gregorii et turrim de Sclaceis dabunt ad tenendum talibus hominibus qui vobis placeant, et illis usque ad quatuor annos; quibus expletis, reddentur dominis suis. Et si Romam reversi fueritis, ita cum eis agere poteritis, quod non tenebuntur per medium annum. Et rogant, ut pacem de Bitervio cum honore vestro et Urbis et senatus, sicut pater et dominus, et pacem inter Urbem et extra in quantum potestis provideatis. Quicquid vobis de his placuerit, nobis statim rescribite[a]. Et inter predictos iurabunt Nicolaus, Syxtus et Guido, recuperata gratia vestra precibus senatorum.

134. a) *sequitur lacuna exigua cod.*

# HEINRICI REGIS CONSTITUTIONES.

## 135. 136. CURIA FRANKENVURTENSIS.

(1148. Sept. 8.)

*Duas epistolas invitatorias Wibaldo abbati Corbeiensi missas recognovimus ope editionis novissimae a Iafféo 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, p. 182 nr. 106 et p. 187 nr. 110 e codice Wibaldino paratae. Res in curia ista tractatas v. in Heinrici regis epistola ad Eugenium III. data ibidem p. 190 nr. 116. — Stumpf, Reg. 3610. 3611.*

*(P. 86.)*

### 135. *EPISTOLA PRIOR.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex Wibaldo venerabili Corbeiensi abbati gratiae et dilectionis suae plenitudinem.

Gratiarum actiones tuae discretioni referimus, qui fidelitatis et dilectionis constantiam quam domino et patri nostro deferre consuevisti, post discessum eius, memor qua familiaritate dilectionis ei iunctus fueris, etiam nobis ad nostri honoris incrementum tum apud regni principes tum apud domnum papam devotissime exhibuisti. Unde nimirum voluntati tuae obsequi deinceps erimus parati. Verumtamen quia communicato Sept. 8. principum consilio, in nativitate sanctae Mariae Franckenevort curiam celebrare statuimus, rogamus dilectionem tuam, ut eidem curiae interesse non renuas et ad reformandum regni statum et pacem firmandam consilio et auxilio nobis assistas. Et quoniam omnia negotia nostra tam privata quam publica per te ordinare desideramus et, ut in eadem Sept. 1. curia nos et negotia nostra manuteneas, expetimus, Kalendis Septembris ut Nurenberch nobis occurras volumus. Caetera nuncius. De statu vero domini et patris nostri, sicut in litteris suis nobis mandavit, tibi scribere curavimus.

### 136. *EPISTOLA ALTERA.*

H(einricus) Dei gratia Romanorum rex W(ibaldo) abbati Corbeiensi et Stabulensi intimae dilectionis suae plenitudinem.

Discordia, que nuper in Suevia suborta est, a proposito nostro in parte nos declinare compellit. Cum enim Nurenberch moram facere proposuerimus, ad componendos tumultus Suevorum divertere compellimur. Unde dilectionem tuam quam intime rogamus, ut eodem termino, quem Nurenberch tibi prefiximus, Winisberch nobis occurrere non graveris. Quod si fieri non potest, omni occasione postposita, curiam Frankenevort indictam nobiscum celebres. Cetera nuntius.

# FRIDERICI I. CONSTITUTIONES.

## 137–139. ELECTIO REGIA.

(1152. Mart. – Mai. 17.)

### 137. *LITTERAE REGIS AD PAPAM.*

*Recognovimus sicuti et nr. 138. 139 ex editione Iaffei 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 499 nr. 372, quae nititur codice* Wibaldino. *Recte vir doctus: 'Haec, inquit, epistola, a* Wibaldo *formata, vereor ut sine commutatione ad papam missa sit; cf. ep. codicis* Wibaldini *374. 376. 377'. — Stumpf, Reg. 3620.* *(P. 89.)*

Dilectissimo in Christo patri suo E(ugenio) sanctae Romanae aecclesiae summo pontifici Fredericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

Patrem patriae decet veneranda priscorum instituta regum vigilanter observare et sacris eorum disciplinis tenaci studio inherere, ut noverit regnum sibi á Deo collatum legibus ac moribus non minus adornare quam armis et bello defensare. Solemnem itaque imperii Romani morem á proavis nostris, imperatoribus videlicet et regibus, ad nos transmissum sequentes, legatum nostrum, virum scilicet discretum et honestum, E(berhardum) venerabilem Bavenbergensem episcopum, adiunctis sibi H(illino) Trevirensi electo, et A(damo) Everacensi abbate, ad vestrae sanctitatis presentiam et ad Urbem destinare curavimus, ut tam ex presentis paginae indicio quam ex ipsorum viva voce de nostris provectibus et totius aecclesiae ac regni statu certiores esse possitis. Itaque quando placuit terribili et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terrae, Ps. 75, 12. 13.
in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura regnorum, felicis memoriae patruum ac nutritorem nostrum, gloriosum Romanorum regem C(onradum) de presenti Feb. 15.
vita evocare, universi principes regni, tamquam divino spiritu suscitati, XVII. die post Mart. 3.
depositionem eius[1] in oppidum Frankenevurt tam per se ipsos quam per responsales honoratos convenerunt, et absque ullius morae interiecto spatio eadem die cum ingenti divinitus data concordia, ipsi principes et caeteri proceres cum totius populi favore et alacritate nos in regni fastigium elegerunt. Quinta postmodum die, id est transacta proxime mediante quadragesima[2], pari et eodem consensu cum benivola populi accla- Mart. 9.
matione in oppido Aquisgrani nos per sacratissimas devoti filii vestri A(rnoldi) Coloniensis metropolitani et venerabilium episcoporum manus oleo sanctificationis regaliter unxerunt et in solio regni cum benedictione solempni collocaverunt. Nos vero in

1) XVII. die post obitum *dicit Wibaldus infra nr. 138.* 2) *i. e. dominica Laetare, Mart. 9, quae est sexta dies a die Mart. 3.*

multiplicibus regiae dignitatis ornamentis, quibus partim per laicorum principum obsequia, partim per reverendas pontificum benedictiones vestiti sumus, regium animum induimus, tota mentis virtute intendentes, ut iuxta professionis nostrae formulam, quam ab orthodoxis presulibus in ipso regni throno et unctione sacra accepimus, honorem vobis et dilectionem, et sacrosanctae matri nostre Romanae aecclesiae et omnibus ecclesiasticis personis promptam et debitam iusticiam ac defensionem exhibeamus, viduis ac pupillis et universo populo nobis commisso legem et pacem faciamus et conservemus. Cum enim duo sint, quibus principaliter hic mundus regitur, videlicet auctoritas sacra pontificum et regalis potestas, omnium Christi sacerdotum oboedientiae devoti colla submittere parati sumus, ut propitia divinitate, temporibus nostri principatus verbum Dei expedite currere non prohibeatur et paternas regulas ac decreta sanctissimis diffinita conciliis nullus audeat absque penae gravioris vindicta violare, quatinus per studii nostri instantiam catholica ecclesia suae dignitatis privilegiis decoretur et Romani imperii celsitudo in pristinum suae excellentiae robur Deo adiuvante reformetur. Et quoniam beatitudinis vestrae animum de obitu predicti serenissimi principis scimus non immerito perturbatum, vobis tamquam patri karissimo constanter promittimus, quod sicut eidem glorioso quondam regi in regni solio successimus, ita hereditariam dilectionem tam ad vestram personam omnino specialem quam ad sacrosanctae matris nostrae Romanae aecclesiae promptissimam ac devotissimam defensionem suscepimus, hac scilicet ordinis ratione, ut quaecumque ad liberationem et honorationem apostolicae sedis intenderat et ordinaverat, nos constanter perficere studeamus, ita ut iuxta felicem ad sanctum virum Domini promissionem, inimicis vestris inimici simus et odientes vos affligamus[1]. Sane prenominatos legatos nostros benignitati vestrae attente committimus, ut eos pro nostrae dilectionis intuitu benigne tractetis et in suis petitionibus clementer exaudiatis, intime etiam rogantes, ut dominum abbatem de Evera, nobis tam in divinis quam in humanis rebus necessarium, liberum nobis remittatis.

## 138. *EPISTOLA WIBALDI AD PAPAM.*

*Epistolam gravissimam adiungi liceat ex editione Iafféi I, p. 503 nr. 375.*

*(P. deest.)*

Reverendo patri suo et domino E(ugenio) divina gratia uni et universali papae frater ille vester[2], Dei et vestra gratia id quod est in aecclesia catholica, se ipsum in fide et veritate.

Ecce, venerande pater, quod verebar accidit. Et ob hoc quasi divino et prescio spiritu, cum essem apud vos, non dissimulavi neque silui, suggerens et contestans, ut pacem populi Romani, si honesta et tuta esse posset, sine dilatione reciperetis. Etsi enim casum hunc, de quo non inmerito dolemus, minime presentiebamus[a], quadam tamen presensione futurorum angebamur, ne forte spes vestra, quam de expeditione futura conceperatis, aliquo rerum eventu vacillaret. Multa enim, quae legimus et audivimus et vidimus[b] inter reverendos Urbis pontifices et imperatores facta et dicta, non indebita nos sollicitudine terrebant.

Et licet discreta eruditio vestra de omni statu Theotonici regni plenius in presentiarum doceatur tum per literas gloriosi filii vestri et domini nostri Frederici Romanorum regis invictissimi tum etiam per scripta devotorum filiorum vestrorum, quorundam videlicet episcoporum, tamen devotio nostra circa vos et sacrosanctam matrem nostram

138. a) persentiebamus *ed.* b) vidivimus *cod.*

1) *Cf. Exodus 23, 22. Psalm. 88, 24.* 2) *Caret igitur haec epistola nomine scribentis. IA.*

Romanam aecclesiam languere non debuit, quin celsitudinem vestram de rebus maxime ad vos pertinentibus aliqua ex parte premoneremus. Et unusquisque in suo sensu *Rom. 14,5.* abundat.

Pervenientibus nobis Spiram in reditu á vobis, occurrit nobis fama omni auditu *Feb. 18.* horribilior, omni furia terribilior, quod videlicet tercia illa[b] die de hac vita migrasset *Feb. 15.* dulcissimus ac devotissimus filius vester, serenissimus quondam Romanorum rex Cuonradus. Dubitare non oportet aut querere sinceritatem vestram, quantus dolor animos nostros pervaserit de amissione tam clementis tam misericordis circa nos principis, de metu futurae in imperio mutationis. Enavigavimus ita summa cum celeritate Coloniam, ut tanto esset Coloniensis ad providendum rei publicae cautior ac liberior, quanto esset inter suos ab omni turbulentae conventionis impetu securior.

Ceperunt deinde summi principum sese per nuncios et literas de habendo inter se colloquio pro regni ordinatione sollicitare. Sicque factum est ut, cum pauci admodum crederentur venturi, maxima tamen optimatum multitudo XVII. die post obitum pre- *Mart. 3.* dicti magnifici principis in oppidum Frankenevort convenerit. Itaque concurrentibus omnium votis immo, ut verius dictum sit, precurrere certantibus singulorum desideriis, electus est cum summo universorum favore is qui nunc rerum potitur, Fridericus dux antea Sueviae. Et pari et eadem alacritate et ammiratione quinta[1] postmodum die *Mart. 9.* unctione sacra pontificum in solio regni more maiorum Aquisgrani sublimatus est. Salva sane in omnibus divinae omnipotentiae reverentia, quae operabatur in cordibus hominum ad inclinandum eorum voluntates quocunque vellet, in hac tam incredibili, tam celeri concordia trahebat sua quemque voluntas[2].

Multorum vox erat, ut in ipsa impositione diadematis expeditionem Ytalicam, quam patruus eius strenue ordinaverat, ipse firmaret ac perficeret. Sequenti vero die *Mart. 10.* tam Coloniensis quam episcoporum, qui illic aderant, consilium et exhortatio erat, ut, eadem die[c] militiae sacramentis acceptis, expeditionem Ytalicam ad propulsandas apostolicae sedis iniurias promoveret. Set laici principes, simplici fortasse animo, studiose suggerebant: non oportere in hac rerum novitate tam gravi sponsione principem devinciri, ne improbitas rebellantium, de ipsius celeri egressu certa, in extremam dementie audatiam prorumperet; decere etiam, ut vocatus á vobis potius quam sponte sua veniret. Ita de facile labor in quietem permutatus est. Et quidem cor regis in manu Dei est, et pro subiectorum meritis, quo placet, convertit illud.

Hoc ideo dicimus, quod princeps noster, nondum ut credimus annorum triginta, fuit antehac ingenio acer, consilio promptus, bello felix, rerum arduarum et gloriae appetens, iniuriae omnino impatiens, affabilis ac liberalis, et splendide disertus iuxta gentile idioma[d] linguae suae. Augeat in eo Deus omnium virtutum nutrimenta, ut faciat iudicium et iusticiam in terra. Et sit vobiscum magni consilii angelus[e], ut declaretis eum in regem ac defensorem Romane aecclesiae; et illa ipsi ac principibus suis facere iniungatis, quae ad honorem catholicae aecclesiae et salutem populi christiani proficiant.

## 139. *EUGENII III. RESPONSIO REGI DATA. Mai. 17.*

*Legitur bis in codice Wibaldino 1) fol. 131' et 2) fol. 143, apud Iafféum I, p. 513 nr. 382. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 9577.* *(P. 90.)*

138. b) illā *cod.* c) *deest cod.* d) indioma *cod.* e) angelorum *cod.*

1) *Potius sexta; cf. supra p. 191 not. 2.* 2) *Wibaldus non sine ratione videtur usus esse Vergilii (Ecl. II, 65) verbis his:* trahit sua quemque voluptas. *IA.*

Eugenius episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio F(riderico) illustri Romanorum regi salutem et apostolicam benedictionem.

Nuntiis egregiae tuae nobilitatis et litteris benigne ac honeste susceptis, et ipsorum fideli et prudenti narratione et illarum diligentissima inspectione, personam tuam, iam pridem nobis dilectam, post decessum patrui tui recolendae memoriae C(onradi) Romanorum regis, pari voto et unanimi consensu principum in regni fastigium promotam esse, manifeste cognovimus. Quod tanto uberiore[a] exultatione suscepimus, quanto per dilecti filii nostri O(ctaviani) presbiteri cardinalis narrationem et tuarum litterarum susceptionem spem certiorem de tua industria iam antea tenebamus. Deo igitur, a
Iac. 1, 17. quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, de corde gratias debitas persolventes, quod de tua strennuitate divina clementia disponente tam concorditer factum esse cognovimus, benigno favore sedis apostolicae approbamus. Credimus enim[b], quod bonum, á iam dicto patruo et predecessore tuo firmiter nobis et aecclesiae Romanae promissum, per generosae devotionis tuae studium desideratum á nobis auxiliante Domino sortietur effectum. Nos siquidem ad honoris et exaltationis tuae augmentum pro debito commissi nobis officii, superna cooperante gratia, attentius intendimus laborare. Eapropter de communicato fratrum nostrorum consilio legatum de latere nostro ad tuam serenitatem disposuimus in proximo destinare, per quem intentionem et[c] propositum nostrum tuae gloriae disposuimus aperire. Interim autem regiam dignitatem tuam attente monemus, ut professionis regiae formam perspicaci lumine mentis semper attendas et aecclesiae Dei et aecclesiasticis personis promptam et debitam iusticiam ac[d] defensionem infatigabiliter et semper exhibeas, viduis, pupillis, orphanis et universo populo regimini tuo subiecto sine tarditate pacem et iusticiam facias, ut ipsi de tua protectione ac defensione pro regiae dignitatis excellentia muniti et tibi devote obedientes letentur, et tu de regia sollicitudine apud homines gloriam et apud illum, per quem reges regnant, cum sanctis regibus vitam percipere merearis aeternam.

Data Signiae XVI. Kal. Iunii.

# 140. CONSTITUTIO DE PACE TENENDA.

(1152.)

*Constitutionem, quae exstat solummodo in Libris Feudorum l. II, tit. 27, a Friderico I. adhuc rege, et quidem in exordio regni sui conditam esse, cum eius arenga tum vocibus* rex *et* regnum *in contextu usurpatis satis probatur, ideoque titulum* imperator, *qui in initio legitur et omnibus codicibus proprius est, a compilatore Librorum Feudorum male intrusum esse, indicaverimus*[1]. *Pacem istam Germaniae, neque vero Italiae, indictam esse, normae eius satis arguunt*[2]. *Accedit quod, Fridericum ipso primo regni anno pacem in*

**139.** a) uberiori 2. b) *deest* 2. c) ac 2. d) et 2.

1) *Haec sententia, quae nobis iamiam constabat, et ipsa est viri d. Friderici Küch 'Die Landfriedensbestrebungen Kaiser Friedrichs I.' (Marburg 1887. Diss. philos.) p. 12 sq. Quod autem contendit vir doctus, constitutionem nostram a rege editam esse sine consensu et consilio principum, minime concedere possumus. Contra virum d. Küch pugnat et Sept. 1156 retinet Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' IV, 94 et p. VIII.* 2) *De Italia cogitavit Waitz 'Verfassungsgeschichte' VI, 439 not. 3. Cf. etiam Küch p. 16.*

*Sueria firmarisse, ab Annalibus Ottenburanis (SS. XVII, 313) traditur his verbis:* Sub quo *(Friderico)* celebrata est curia in Ulmensi castro, ubi ab eodem astipulantibus principibus firma pax facta est[1]. *Ad istam pacem provincialem firmandam generalem constitutionem nostram adhibitam esse, censuerimus. Haec ergo ante mensem Iulium a. 1152, fortasse iam in diebus coronationis Aquisgrani, seu Coloniae, ubi rex pascha celebravit, promulgata esse videtur. De codicibus v. p. 103. — Stumpf, Reg. 3756.*

*(P. 101.)*

[a]Fredericus[b] Dei gratia Romanorum[c] imperator[d] semper[e] augustus episcopis, ducibus, comitibus, marchionibus, rectoribus[f], ad quos literae istae[g] pervenerint, gratiam suam et[h] pacem et dilectionem.

Quoniam divina praeordinante clementia solium regiae maiestatis conscendimus[i], dignum est, ut cuius praecellimus munere[k], illi omnino pareamus in operatione[l]. Inde est quod nos tam divinas quam humanas leges in suo vigore manere[m] cupientes et ecclesias sive ecclesiasticas[n] personas sublimare[o] et ab incursu et[p] invasione quorumlibet defensare intendentes, quibuscunque personis ius suum observare[q] volumus et pacem diu desideratam et antea toti terrae necessariam[r] per universas regni partes habendam[s] regia auctoritate indicimus[t]. Qualiter autem eadem pax sit tenenda et servanda[u], in subsequentibus[v] declarabitur evidenter.

1. Si quis hominem infra pacem constitutam[w] occiderit, capitalem subeat sententiam, nisi per duellum hoc probare possit, quod vitam suam defendendo illum occiderit[x]. Si autem omnibus manifestum sit[y], quod non necessario sed voluntate[z] illum occiderit, tunc neque per duellum neque quolibet alio[a] modo se[b] excusabit[b], quin capitali damnetur sententia[c].

2. Si vero violator pacis a facie iudicis fugerit, res eius mobiles a iudice in populum[d] publicentur[e] et dispensentur[e], heredes autem eius[f] hereditatem, quam ille[g]

**140.** a) *in plerisque codd. exstat rubrica* De pace tenenda (tuenda al' tenenda 38) et eius violatoribus; *cod. Paris. 4676 praebet perverso loco rubricam* De pace tenenda *et ita Ardizo et Alvarottus; Cuiacius, in veteri libro rubricam* De trenga et pace *praepositam esse asserit.* b) *seu* Fridericus; Fetericus 17. c) d. g. R. *desunt* 47; Romanus *nonnulli codd.* d) *legendum* rex. e) et semper 17. 31; semper — marchionibus *des.* 8; semper — rectoribus *des.* 9. f) *ita optimi codd.;* et omnibus *sive* omnibus *vulg.* g) presentes literae istae 20. 38. h) suam et *desunt* 38. i) ascendimus 34 *secundum Pertzium.* k) munimine 31. l) in opere *multi codd.* m) permanere 5. n) ecclesiarum 15. 16. 22. 24. 25. 28. 29. 31. 40. 47. o) sublevare *multi codd.* p) incursu et *des.* 14; et ab *nonnulli codd., ed. I.* q) servare 17; conservare *multi codd.* r) et *add.* 14. s) laudandam 21. t) inducimus 27; providimus 14; indicamus 21. u) et servanda *des.* 7. *edit. de Palae 1558;* retinenda sit et observanda 38. v) sequentibus 7. w) *ita codd.;* intra pacem constitutam *Andreas de Isernia, Cuiacius et alii.* x) ceciderit 47; hoc fecit scilicet occiderit 7. y) fuerit *multi codd.;* hoc fuerit 6. z) voluntarie *multi codd.* a) *deest multis codd.* b) *ita plerique codd.;* excusabitur *alii.* c) pena 7. d) in populo *multi codd.* e) *ita vulg.:* publicentur et dissipentur *multi codd.;* iudicentur et dispensentur 38; iudicentur et dissipentur aut dispensentur 28; iudicentur et publicentur 44; dissipentur alias (aut) dispensentur 31. 39; et dispensentur *om.* 27. f) *ita* 6. 8 *et alii;* sui *vulg.* g) ipse *multi codd.*

1) *Cf. de executione huius pacis Ann. Ottenbur. 1154 p. 313:* Multa loca et ecclesiae igne consumpta sunt. Multus sanguis effusus est pro pace firmanda a Friderico rege, plurimi suspensi et multae ecclesiae et villae et castella igne succensa. *Utrumque locum viro d. Küch debemus. In eadem curia Ulmensi, quae mense Iulio ex. celebrata est, etiam decretum illud conditum est, de quo Eugenius III. papa Wibaldo (ep. Wibald. nr. 403 ed. Iaffé I, p. 538) ita conquestus est:* Illud autem, quod in curia Ulme habita malitiose in aecclesiarum destructionem noviter est a laicis introductum, nequaquam silentio pretereundum estimes: quod, qui pro rapinis et incendiis aecclesiasticis bonis illatis excommunicationi subduntur, novo *(an* non?) iudicio excommunicatos dedicant, nisi prius in laicorum iudicio damnationis sententia feriantur. *Hoc decretum partem esse scripti pacis provincialis Sueviae Ulmae reducti, Küch p. 9. 10 opinatus est. Cui opinioni minime accedere possumus, cum scriptum pacis peculiare Ulmae emanavisse, haud verisimile sit.*

tenebat, recipiant[h], tali conditione interposita ut iureiurando spondeant[i], quod ille violator pacis nunquam de cetero ipsorum voluntate aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat. Quodsi heredes neglecto postmodum[k] iuris vigore hereditatem ei dimiserint, comes eandem hereditatem regiae ditioni assignet[l], et a rege iure beneficii recipiant[m].

3. Si quis alium infra pacis edictum vulneraverit, nisi duello[n], quod vitam suam defendendo hoc fecerit, probaverit, manus ei[o] amputetur[o] et, sicut superius dictum[p] est, iudicetur et iudex in[q] causa[q] ipsum et res eius secundum vigorem iustitiae strictius consequatur.

4. Si quis alium[r] ceperit et absque sanguinis effusione fustibus percusserit vel[s] crines eius aut barbam expilaverit, decem libras[t] ei cui iniuria illata esse[u] videtur[u] per conpositionem impendat et iudici viginti[v] libras persolvat. Si vero temerarius absque percussione eum invadat, quod vulgo dicitur[w] asteros hant[x,1], calida manu, ac verberibus[y] contumeliisque male[z] tractaverit, V[a] libras pro tali excessu[b] persolvat.

5. Quicunque iudici suo pro excessu viginti libras invadiaverit, praedium suum pro pignore illi tradat et infra quatuor septimanas invadiatam[c] pecuniam persolvat. Quodsi[d] infra quatuor septimanas praedium suum solvere neglexerit, heredes sui si voluerint, hereditatem recipiant[e] et comiti infra sex septimanas viginti libras persolvant[f]. Si autem comes eandem hereditatem regiae potestati[g] consignet[h], proclamatori etiam damnum restituat et praedium a rege beneficiali iure obtineat.

6. Si[i] clericus de pace violata pulsatus fuerit[k] aut pacis violatorem in contubernio suo habuerit et de his in praesentia sui episcopi[l] sufficiente testimonio convictus fuerit, comiti, in cuius comitatu clericus[m] hoc facinus[n] perpetraverit[o], viginti[p] libras persolvat et de tanto excessu secundum statuta canonum episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens exstiterit[q], non solum officio et beneficio ecclesiastico privetur verum etiam tanquam proscriptus habeatur.

7. Si iudex clamore[r] populi aliquem pacis violatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit, dominus, cuius castrum idem[s] esse dignoscitur[t], ad faciendam iustitiam illum producat. Quodsi[u] de sua fuerit diffisus[v] innocentia et ante conspectum iudicis venire formidaverit[2], si mansionem in castro habet[w], dominus eius omnia[x] mobilia

**140.** h) accipiant 38. i) spondeatur 7. k) *deest nonnullis codd.* l) resignet *nonnulli codd.* m) a rege iure beneficia recipiatur 5; a regis iure beneficia recipiant 47; a regio iure beneficium suscipiant *seu* recipiant *multi codd.* n) in duello *vulg.*; duello et quod vitam 6. 11. 43 *et alii.* o) eius amputentur 11. 14 *et alii.* p) diffinitum 5. 12. 16. 17. 18. 20. 23. 24. 28. 42. 43. 47. 49. 50. *ed. I;* diffinitur 31. q) *desunt* 7. r) *ita* 14. 48; aliquem *vulg.* s) quod 14. 43. 48 *et alii.* t) auri *add.* 15. u) est 26. 43. v) X 20. 26. 31. 43; XXX 7. w) vocatur 12. x) *ita* 7; asteros 8; asteros atque *ed. I; reliqui codices corrupti:* cisteros, cisteres, cistereos, cistero, cysteros, cysteres, chysteros, steros, et steros exteros, quod steros, quisteros; *multi addunt* et, *nonnulli* habeat, *ortum ex* hãt *id est* hant; aut *pro* aut 12; et 17; ac 47. y) verbis 25. 47. *ed. I.* z) *deest* 6. 14. a) X 7; XXV 48. b) conponat et iudici pro tali excessu XII libras *add. multi codd.;* conponat et iudici decem libras *add.* 5. 17. c) vadiatam 7. 14. d) qui si 6. 14. 47. 48. *et alii.* e) percipiant 27. f) solvant 14. g) maiestati 27. h) assignet 6. i) Si clericus de (pro) pace violata postuletur (publicetur, pulsatus fuerit) *rubrum in* 6. 12. 14. 21. 37. 45; De clerico violatore pacis *rubrum in* 31–33. 36. 48. k) *ita Cui.;* aut proscriptus fuerit *add.* 6; id est notatus aut proscriptus (praescriptus) fuerit *vulg.* l) et *seu* etiam *add.* 14. 43. 47. *et alii.* m) *ita* 6; idem clericus *vulg.* n) *deest multis codd.* o) pecavit 28; super hoc facinus perpetravit 31. 43; super hoc perpetraverit *ed. I.* p) X 26. 43. q) steterit 17. r) ad clamorem 27; propter clamorem *Mincuccius.* s) *ita* 17. 40. 47 *et alii;* id *vulg.* t) *ita* 14. 40. 47 *et alii;* cognoscitur *vulg.* u) *ita optimi codd.:* qui (quid) si *vulg.* v) diffusus 42. 48. *ed. I.* w) habuerit 48. x) bona *multi codd.*

1) *Cf.* haistera handi *Leges Alamannorum IX (X) ed. Lehmann p. 76.* 2) *Supple:* et e castro aufugerit; *cf. Constitutionem contra incendarios a. 1186 infra nr. 317, c. 15.*

sua[y] sub sacramento[z] iudici repraesentet et eum de cetero in domo sua tanquam proscriptum[a] non recipiat. Si vero mansionem in castro non habuerit, dominus eius[1] secure eum adducere faciat. Et[b,2] postmodum iudex cum[c] populo eum tanquam pacis violatorem persequi[d] non desistat[e].

8. Si[f] duo homines pro uno beneficio[g] contendunt et unus super[h] eodem beneficio[g] investitorem producit, illius testimonium, cum investitor donum investiturae recognoscit[i], comes primo recipiat; et si idem probare poterit idoneis testibus, quod absque rapina hoc idem beneficium habuit[k], remota controversiae materia[l] illud[m] obtineat. Quodsi de rapina praesente iudice convictus fuerit, rapinam dupliciter solvat, beneficio vero[n] careat, nisi iustitia et iudicio dictante illud in posterum requirat.

9. Si tres[o] vel plures contendunt de eodem beneficio producentes uterque[p] diversos investitores, iudex, in cuius praesentia causa[q] ventilatur, a duobus requirat boni testimonii hominibus in provincia eorundem[r] litigatorum commorantibus per sacramentum, quod iuraverint[s], quis illorum absque rapina eius beneficii possessor exstiterit, et cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor[t] beneficium suum quiete obtineat[u], nisi iudicio et iustitia dictante[v] alter de manu sua illud[w] eripiat[x].

10. Si[y] rusticus militem de violata pace pulsans[z] manu sua iuraverit, quod non voluntarie[a] sed necessitate[a] hoc fecit[b], manu quarta[c] se miles expurgabit[d]. Si miles rusticum de[e] violata pace pulsans[f] manu sua iuraverit[g], quod non voluntarie[h] sed necessitate hoc fecit[i], de duobus unum rusticus eligat: aut[k] divino aut[k] humano iudicio innocentiam suam ostendat, aut septem[l] testibus idoneis quos iudex elegerit se expurget[m]. Si miles adversus militem pro pace violata[n] aut aliqua capitali causa[o] duellum committere voluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit, quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles exsistat.

11. Post[p] natale[q] sanctae Mariae unusquisque comes septem boni testimonii viros sibi[r] eligat et[r] de qualibet provincia[s] sagaciter disponat et quanto pretio secundum qualitatem temporis anona sit vendenda utiliter provideat. Quicunque vero contra deliberationem ipsius infra anni terminum altius modium et carius vendere praesumpserit, tanquam violator pacis habeatur et totidem viginti[t] libras comiti persolvat[u] quanti modios[v] altius vendidisse convictus fuerit.

12. Si quis rusticus arma vel lanceam portaverit vel gladium, iudex, in cuius

**140.** y) *deest vulg.* z) iuramento 7. 19. *ed. I; Minucccius.* a) praescriptum 14. b) ac *nonnulli codd.* c) coram *Minucccius.* d) prosequi 48. 49. e) desinat 6. 14. 38. f) *in cod.* 30 *rubrica* De beneficiis. g) bono 17. h) pro 6. i) cognoscit 47 *et alii.* k) habuerit 47 *et alii.* l) remota controversia sive materia 24. 43; remota controversia inantea materia 38. m) *ita* 14. 17. 43; id *vulg.* n) *deest* 43; et beneficio 14. o) duo vel tres 6. p) *ita optimi codd.:* utrique *seu* utrinque *alii;* ex utraque parte 21; inter se 8. q) *deest* 43. r) eorum 14. 43 *et alii.* s) iuraverunt 47. Ed. 1. t) verus *add. Minucccius.* u) al' possideat *add.* 31. 42. 43. *ed. I.* v) indicante 45. 48. w) *deest* 43. x) excipiat 9. y) *in cod.* 30 *rubrica* De probatione violate pacis. z) pulsaverit 7. a) *ita plerique codd.;* non voluntate sua sed necessitate *alii:* non voluntarie sed necessarie *alii;* non voluntate sua sed necessitate cogente 21. b) faciat *multi codd.* c) manu sua quarta 39; quarta *deest* 7; manu militari *multi codd.* (*ortum* ex manu IIII = mi); manu militis 40. d) excusabit 14. e) pro 14. f) pulsaverit et *multi codd.* g) iurabit 14. 25; iurabat 17. h) *ita* 11. 14. 47. 49; voluntate *vulg.* i) faciat *nonnulli codd.* k) an — an *multi codd.* l) VI 7. 8. 9. 14. 38. 45. 46. 50; V 11. m) purget *multi codd.* n) *deest* 7. o) pena 45. 48. p) *in cod.* 30 *rubrum* De anona. q) natalem *multi codd.* r) *deest* 14. s) *ita* 7; cum ipsis *seu* cum his habendis *add. vulg.;* cum his *add.* 20. 43; habendis *add.* 8. 14. 48; de qualibet pr. sagaciter *desunt* 6; cum his bene et sagaciter *Minucccius.* t) XXX 7. 9. 38. 45. 46. 48; XV 25. 50. u) *ita* 14. 40. 47; exsolvat *vulg.* v) sive maldios *add. multi codd.*

1) *i. e. violatoris pacis.* 2) *sc. in utroque casu, si violator pacis e castro aufugerit.*

potestate repertus[w] fuerit, vel arma tollat vel viginti[x] solidos pro ipsis[y] a rustico accipiat[y].

13. Mercator negotiandi causa provinciam[z] transiens[a] gladium suum sue[b] selle[b] alliget vel super[c] vehiculum suum ponat, ne unquam[d] laedat innocentem[e] sed ut a praedone se defendat.

14. Nemo[f] retia sua[g] seu laqueos aut alia[h] quaelibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad[i] ursos, apros vel[k] lupos capiendos.

15. Ad palatium comitis nullus miles arma ducat[l] nisi rogatus a comite.

16. Publici[m] latrones et convicti vel[n] conpacti[n] antiqua damnentur sententia.

17. Quicunque[o] advocatiam suam vel aliquod[p] aliud beneficium[q] inornate[r] tractaverit et a domino suo admonitus[s] fuerit nec[s] resipuerit et in sua perseverans[t] insollentia[u] ordine iudiciario[v] tam advocatia quam beneficio exutus fuerit[w], si postmodum ausu temerario advocatiam vel beneficium invaserit, pro violatore pacis[x] habeatur[y].

18. Si[z] quis quinque solidos valens[a] vel amplius[b] furatus fuerit, laqueo suspendatur, si minus, scopis et forcipe[c] excorietur et tondeatur.

19. Si[d] ministeriales alicuius domini inter se guerram[e] habuerint, comes sive[f] iudex, in cuius regimine[g] eam fecerint, leges et iudicia exinde prosequatur[h].

20. Quicunque[i] per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quantum propinquius[k] secundum viam[l] stans[m] amplecti potuerit[n] ad refectionem et respirationem[o] equi sui, impune ipsi equo porrigat. Licitum sit etiam, ut herba et viridi silva sine vastatione et noxa quilibet utatur pro sua commoditate et usu necessario[p].

**140.** w) receptus 25. x) XXX *Mincuccius.* y) ab ipso accipiat rustico 11. 14; pro ipsis armis a r. a. 17; pro ipsis *desunt* 6; recipiat *pro* accipiat *multi codd.* z) per provinciam *multi codd.;* per viam 9. a) pertransiens *nonnulli codd.* b) sub selle 23; subsella 47; sub sella *Andreas de Isernia;* super sella *ed. I.* c) sub *vulg.*; super vehiculo imponat 46. d) *ita* 6. 7. 46; ut nunquam 8. 21 *et alii;* ut non 12; non ut quem *vulg.* e) innocentes 42. f) *in cod.* 30 *rubrum* De venatoribus. g) *deest nonnullis codd.* h) *deest nonnullis codd.* i) adversus 6. 15. *Mincuccius.* k) *deest* 6. 15. 43. 47. l) ferat *nonnulli codd.* m) *in cod.* 30 *rubrum* De latronibus. n) *ita* 5. 6. 11. 29. 38. 40; convicti eo pacto 14; vel conpacti *des. vulg.* o) *in cod.* 30 *rubrum* De perfidia valvassorum. p) quodlibet 17. 25. 40. q) officium 44; officium vel beneficium 50. r) enormiter *multi codd.;* inornate al' enormiter 12. 16. *ed. I.* s) *ita* 7. 11. 48; admonitus non *vulg.* t) *ita plerique codd.;* perdurans *alii.* u) insolentia *multi codd.* v) iudiciorum 14. w) privatus vel exutus fuerit *multi codd.* x) *deest nonnullis codd.* y) ex utroque de abusu temerario *add.* 9; de ausu temerario *add.* 11. z) *in cod.* 30 *rubrica* De furibus. a) *ita vulg.;* quinque solidos aut valens 8. 9. 14 *et alii;* quinque solidos aut valentiam 48. b) aut amplius 9; aut ulterius 25. c) forpice *multi codd.* d) *in cod.* 30 *rubrica* De ministerialibus. e) querimonias seu guerram 38. f) comes sive *desunt* 14. g) regione 38; regno 45. *Minc.* h) *ita plerique codd.;* secundum leges et i. exinde prosequatur 50; per leges et indicia eos prosequetur 14; ex ratione *pro* exinde *nonnulli codd.* i) *in cod.* 30 *rubrica* De iterantibus. k) freni pro equo stans *pro* propinquius s. v. st. 6; propinquo *seu* propinquus *multi codd.* l) secundum viam *desunt* 5. m) in loco *add. multi codd.* n) potuit 14. o) et respirationem *desunt* 7. 46; et reparationem *nonnulli codd.;* et respectionem 14. p) *ita plerique codd.; alii:* Licitum sit etiam ipsi uti herba et viridi silva sine vastatione et noxa. Quilibet utatur *etc.*, *seu* Licitum sit etiam ipsi uti herba et viridi silva. Sine vastatione et noxa qualibet utatur *etc.; in nonnullis codd.* aliqua *pro:* et noxa; *Mincuccius:* cum licitum sit uti herba et viridi silva: sine noxia quilibet utatur *etc.*

# 141. PACTUM CUM BERTOLFO DUCE.

(1152. ante Iun. 1.)

*Ex Wibaldi codice nr. 383 in Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 511. — Stumpf, Reg. 3628.* *(P. 91.)*

Haec est conventio inter domnum regem F(ridericum) et ducem Bertolfum[1].

Domnus rex dabit eidem duci terram Burgundiae et Provinciae, et intrabit cum eodem duce in predictas terras et adiuvabit eum easdem terras subiugare per bonam fidem ex consilio principum, qui in eadem expeditione erunt. De terra, quam modo habet comes Willehelmus Matisconensis ex parte neptis suae[2] faciet duci iusticiam aut ex consilio principum aut ex iuditio ipsorum. Dominatum et ordinationem utriusque terrae domnus rex habebit, quamdiu in ipsis terris fuerit. Post discessum regis dux utrasque terras in potestate et ordinatione sua retinebit, preter archiepischopatus et epischopatus, qui specialiter ad manum domni regis pertinent. Si quos autem episcopos comes Willehelmus vel alii principes eiusdem terrae investierunt, eosdem dux investiat. Et quod haec conventio ex parte domni regis observabitur, fide data firmavit Heinricus dux Saxoniae, domnus Welpho, Arnoldus cancellarius, comes Oudelricus de Lencenburch[a], comes Egeno, Oudelricus comes de Hournunge[b], Marcquardus de Grounbach, Arnoldus de Biberbach, Otto palatinus comes de Witelinesbach, Waltherus dapifer, Hildebrandus pincerna, Counradus Colbo et frater suus Sigefridus. Dux Bertolfus habebit cum domno rege mille loricatos equites, quamdiu domnus rex in eisdem terris fuerit. In Italicam expeditionem ducet cum domno rege, quamdiu in ipsa expeditione fuerit, quingentos loricatos equites et quinquaginta arcobalistarios. Et quod dux haec omnia observabit sine dolo et sine fraude, dabit domno regi in pignore allodium suum, castrum scilicet Theeche[3] cum omnibus ministerialibus et prediis ibidem pertinentibus, Hetligen[4], Williggen[5] et Erstein[6] cum omnibus eorum pertinentiis. Et quod dux haec omnia observabit, iuraverunt homines sui Burchardus et Wernherus. Domnus autem rex expeditionem in predictas terras movebit a proximis Kalendis Iunii, quae sunt in indictione XV, infra annum.

# 142. CURIA WIRZIBURGENSIS.

(1152. Oct. 13.)

*Epistolam invitatoriam ad Wibaldum abbatem Corbeiensem mense Iulio datam recognovimus ope editionis Iaffé in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 520 nr. 388. — Stumpf, Reg. 3641.* *(P. 91.)*

**141.** a) Lencenb̄ *cod.* b) Hournun'ge *cod.*

1) *IV. de Zaringen.* 2) *Beatricis filiae Reinaldi III. comitis Burgundiae, quam postea ipse Fridericus rex in matrimonium duxit. IA.* 3) *Teck.* 4) *Oethlingen a Kirchheim inter occidentem et septentriones. IA.* 5) *Wellingen a Kirchheim ad septentriones. IA.* 6) *Hodie prope Teck locus Erstein non reperitur. Nec vero de Alsatiae castro Erstein cogitare licet. IA.*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum rex W(ibaldo) Corbeiensi abbati gratiam suam et omne bonum.

Preter communem karitatis legem, qua cunctos regni principes honorare compellimur, personam tuam speciali dilectione complectimur et ea, quae ad honorem tuum spectare noscuntur, libenter volumus per omnia promovere. Super iniuriis igitur aecclesiae Corbeiensi illatis debita tibi affectione compatientes, discretioni tuae commonendo consulimus, ut adversa, quae existunt, in presentiarum equanimiter sufferas nostramque vindictam mitigato animo prestolari non graveris. In brevi etenim, cum temporis oportunitas se nobis Domino favente prebuerit, talem tibi vindictam faciemus, quod alii similia committere trepidabunt. Preterea te ignorare nolumus, quod tercio Oct. 13. Idus Octobris curiam generalem ex consilio principum vita comite Wirceburc celebraturi sumus. In qua presentiam tuam nobis cupimus exhiberi.

---

# 143. MANDATUM DE ABBATE CONSECRANDO.

(1152. ex.)

*Autographon exstat in tabulario Confluentino, ex quo olim exscripsit b. m. Böhmer et vulgavit Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' I, p. 618 nr. 560. In dorso membranae, quae epistolae instar clausa fuit, cuiusque sigillum periit, legitur* Archiepiscopo treuerensi. *Testante Catalogo abbatum Epternacensium II. (SS. XXIII, 34) Godefridus abbas Prumiensis et Epternacensis a. 1152 abbatiam Prumiensem resignavit; Hillinus autem Treverensis electus mense Martio eiusdem anni legatione regia fungens Romam profectus, in ipsa Urbe ab Eugenio III. consecrationem accepisse videtur et iam mense Iunio ex. in patriam redux fuit; v. Gesta Friderici l. II, c. 4. Mandatum ergo adhuc a. 1152 emanasse veri simile est. Abbati novo nomen Rethero erat, v. Beyer l. c. p. 656 nr. 598. — Stumpf, Reg. 4531.* *(P. deest.)*

F. Dei gratia Romanorum rex H. Treuerensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Inter cetera, que catholicis novimus convenire principibus, illud precipue credimus intuendum, ut personis sibi subditis congrua provisione subveniant et ęcclesiarum defectibus celeri favore succurrant. Prumiensis ęcclesia congruo regimine destituta quibus fuerit actenus vexata miseriis, tanto manifestius cognovisse te credimus, quanto specialius tuę providentię de iure pontificii noscitur esse commissa. Cui regalis pietas debita benignitate compatiens, personam sibi congruam per fratrum electionem consilio religiosorum preposuit, tuęque sapientię misericorditer consecrandum cum intima commendatione transmisit. Et nunc, sicut accepimus, quidam de sua promotione causantur, nota simoniaca suum introitum maculantes. Quibus nimirum de pura conscientia nos obviamus, veraciter affirmantes, quod exsecrabile illud simonię vitium in nemine unquam dileximus, nec in isto comperimus, et in posterum favente Domino a cunctis nostris actibus volumus esse exclusum. Sed huiuscemodi tergiversationes tanto minus a tua prudentia sperabamus, quanto ampliori nobis te noveris dilectione astrictum. Per

iterata igitur scripta discretionem tuam quantum possumus commonendo rogamus, ut eidem abbati nostro ex debito tui officii sine omni retardatione manus inponas et ad gregem, cui de iure pastor esse dinoscitur, cum plena benedictione transmittas.

---

# 144. 145. PACTUM CONSTANTIENSE CUM EUGENIO III. PAPA.

## (1153. Ian. – Mart.)

### 144. *CONVENTIO AB INTERNUNTIIS STIPULATA.* *(Ian. Febr.)*

*Servata est in codice epistolari Wibaldino, cuius editionem Iafféanam in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' 1, 546 nr. 407 repetimus.* *(P. 92.)*

In nomine Domini amen. Haec est forma concordiae et conventionis inter domnum papam Eugenium et domnum regem Romanorum Fridericum constituta, mediantibus cardinalibus Gregorio Sanctae Mariae trans Tyberim, Ubaldo Sanctae Praxedis, Bernhardo Sancti Clementis, Octaviano[a] Sanctae Ceciliae, Rollando Sancti Marci, Gregorio Sancti Angeli, Widone Sanctae Mariae in Porticu, abbate Brunone de Caravalle[1] ex parte domni papae; Anselmo Havelbergensi, Herimanno Constantiensi episcopis, Outhelrico de Lenceburch, Widone Werra, Widone Blandratense comitibus ex parte domni regis.

1. Domnus siquidem rex iurare faciet unum de ministerialibus regni in anima regis, et ipse idem manu propria data fide in manu legati domni papae promittet: quod ipse nec trevam nec pacem faciet cum Romanis nec cum Rogerio Siciliae sine libero consensu et voluntate Romanae aecclesiae et domni papae Eugenii vel successorum eius, qui tenorem subscripte concordiae tenere cum rege F(riderico) voluerint. Et pro viribus regni laborabit Romanos subiugare domno papae et Romanae aecclesiae, sicut umquam fuerunt a centum[b] annis[c] retro.

2. Honorem papatus et regalia beati Petri sicut devotus et specialis[d] advocatus sanctae Romanae aecclesiae contra homines pro posse suo eidem conservabit et defendet, quae nunc habet. Quae vero nunc non habet, recuperare pro posse iuvabit, et recuperata defendet.

3. Graecorum quoque regi nullam terram ex ista parte maris concedet. Quodsi forte ille invaserit, pro viribus regni, quantocius poterit, ipsum eicere curabit. Haec omnia faciet et observabit sine fraude et malo ingenio.

4. Domnus vero papa apostolicae auctoritatis verbo una cum predictis cardinalibus in presentia prescriptorum legatorum domni regis promisit et observabit: quod eum sicut karissimum filium beati Petri honorabit, et venientem pro plenitudine coronae suae sine difficultate et contradictione, quantum in ipso est, in imperatorem coronabit, et ad manutenendum atque augendum ac dilatandum honorem regni pro debito officii sui iuvabit.

144. a) Oct *cod.* b) centis *cod.* c) *sequitur* et *sed deletum cod.* d) spūalis *cod.*

1) *Chiaravalle prope Mediolanum. IA.*

5. Et quicumque iusticiam et honorem regni conculcare aut subvertere ausu temerario presumpserint, domnus papa a regiae dignitatis dilectione premonitus, canonicę ad satisfactionem eos commonebit. Quodsi regi ad apostolicam admonitionem de iure et honore regio iusticiam exhibere contempserint, excommunicationis sententia innodentur.

6. Regi autem Graecorum ex ista parte maris terram non concedet. Quodsi ille invadere presumpserit, domnus papa viribus beati Petri eum eicere curabit.

7. Haec omnia ex utraque parte sine fraude et sine malo ingenio servabuntur, nisi forte libero et communi consensu utriusque immutentur.

## 145. *CONFIRMATIO REGIS. Mart. 23.*

*Praeceptum regium, quod litterarum ad pontificem datarum formam usurpans conventionem internuntiorum fere ad verbum*[1] *recepit, proponimus ope* 1) *codicis Parisini 8989 a. 1245 exarati Rotulum II. Cluniacensem continentis, quem exscripsit vir cl. Augustus Molinier;* 2) *codicis Ottoboniani 3057 collectionem Albini scholaris continentis, saec. XII. ex. fol. 138, quem iam olim contulit b. m. Giesebrecht; ambo codices cum fere semper inter se conveniunt, paucas tantum lectiones adnotavimus ex* 3) *codice Vaticano 2040 saec. XIV—XV. fol. 53', quem Pertzius fundamentum editionis fieri voluit. Omnino aspernati sumus lectiones codicum Cencii camerarii, qui Albinum descripsit; cuius textum ediderunt e codice bibl. Vaticanae 8486 Baronius XII, 378 (ad a. 1152 § 5—8), e codice tabularii Vaticani dicto Avinionensi Arm. III. ord. 2 nr. 2529' saec. XV. in. fol. 112 Theiner in Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis I, 15 nr. 19.*

*Recepta sunt e confirmatione nostra conventio et eschatocollum in innovatione, quam a. 1155 imperator Hadriano IV. pontifici dedit, quae et ipsa legitur in Rotulo II. Cluniacensi, cuius tamen exemplum nancisci non potuimus. Huillard-Bréholles autem 'Notices et extraits' XXI, 2, 320 adnotavit, lineam chronologicam ibi minus sollempniter expressam esse et diem diversum exhiberi hoc modo:* Datum Constantie V. Kalendas Aprilis *(Mart. 28),* indictione XV. *At quod ex eo colligit vir clarissimus, a. 1155 aliud exemplar pacti Constantiensis, quinque diebus posterius scriptum, innovatum esse, minime concedam, errorem potius notarii obvium esse putaverim.*

*Summarium pacti Constantiensis codicis Ottoboniani 2546, qui apographa transsumtorum Lugdunensium continebat, v. apud Marteneum 'Collectio amplissima' II, 1229. — Stumpf, Reg. 3664.* *(P. 93.)*

Venerabili in Christo patri Eugenio Dei gratia apostolice sedis pontifici Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator augustus filialem dilectionem et debitam in Christo reverentiam.

Regie maiestatis dignitas postulat, que ad pacis et concordie bonum spectare noscuntur, attenta sollicitudine stabilire, et ut inter regnum et sacerdotium indisolubili caritate bonum ipsum perpetuo perseveret, diligenti studio et exacta diligentia laborare. Huius itaque rationis prospectu concordiam inferius annotatam, que inter nos et vos auctore Deo statuta est, sicut ab utraque parte stabilita est et ordinata, ne aliquid arbitrio nostro immutasse videamur, per eadem verba presentis serie scripti precipimus annotari.

In nomine Domini amen. Hec est concordie forma et conventionis inter dominum papam Eugenium et dominum Fridericum Romanorum imperatorem constituta, mediantibus Gregorio

**145.** a) Frederic. *semper* 2.

1) *Animadvertendum certe est, Fridericum ubique in hoc praecepto nomen imperatoris usurpavisse.*

Sancte Marie[b] Transtiberim, Ubaldo[c] Sancte Praxedis, Bernardo Sancti Clementis, Octaviano Sancte Cecilie, Rollando[d] Sancti Marci, Gregorio Sancti Angeli, Guidone Sancte Marie in Porticu et Brunone abbate de Caravalle ex parte domini pape; Anselmo vero Havelbergensi[e], Hermanno Constantiensi episcopis, Oulrico[f] de Lenzeburc[g], Guidone Guerra et Guidone Blandratensi[h] comitibus ex parte domini regis.

1. Dominus siquidem rex unum de maioribus ministerialibus regni fecit in anima regis iurare et ipse idem propria manu data fide in manu legati domini pape promisit: quod ipse nec treugam[i] nec pacem faciet cum Romanis nec cum Rogerio Sicilie sine libero consensu et voluntate Romane ecclesie et domini papae Eugenii vel successorum suorum, qui tenorem subscripte concordie cum eodem rege Friderico tenere voluerint. Et pro viribus* laborabit Romanos subiugare domino pape et Romane ecclesie, sicut melius umquam fuerunt a centum retro annis.

2. Honorem papatus et regalia beati Petri sicut devotus et specialis advocatus sancte Romane ecclesie contra omnes homines pro posse suo[k] conservabit et defendet, que nunc habet. Que vero nunc non habet, recuperare pro posse iuvabit[l], et recuperata defendet.

3. Grecorum quoque regi nullam terram ex ista parte maris concedet. Quodsi forte ille invaserit, pro viribus regni, quantotius poterit, ipsum eicere curabit. Hec omnia faciet et observabit sine fraude et malo ingenio.

4. Dominus vero papa apostolice auctoritatis verbo una cum predictis cardinalibus in presentia prescriptorum legatorum domini regis promisit et observabit: quod eum sicut carissimum[m] beati Petri filium honorabit, et venientem pro corone sue plenitudine sine difficultate et contradictione, quantum in ipso est, imperatorem coronabit, et ad manutenendum atque augendum ac dilatandum honorem imperii sui pro debito officii* iuvabit.

5. Et quicumque iustitiam et honorem regni conculcare ac subvertere ausu temerario presumpserint[n], dominus papa a regie dignitatis dilectione premonitus, eos ad satisfactionem canonice commonebit. Quodsi regi ad apostolicam ammonitionem[o] de iure et honore regio iustitiam exhibere contempserint, excommunicationis sententia innodentur[p].

6. Regi autem Grecorum ex ista parte maris terram non concedet. Quodsi ille invadere presumpserit, dominus papa viribus beati Petri eum reicere curabit.

7. Hec omnia ex utraque parte sine fraude et malo ingenio servabuntur, nisi forte libero et communi consensu utriusque immutentur.

Testes autem sunt quorum nomina subscripta cernuntur: Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Hermannus Constantiensis episcopus, Anselmus Havelbergensis episcopus, Ardicio Cumanus episcopus, . .[q] Curiensis episcopus, Wibaldus Stabulensis[r] abbas, Albertus[s] Coloniensis decanus, magister Henricus notarius, Gotefredus Viterbiensis capellanus regis; ex laicis quoque Welpho dux, marchio Hermannus de Baden, comes Oulricus de Lenzburch, comes Wernerus de Lenzburch, Anselmus camerarius et ministerialis regni[t].

Signum domni Friderici Romanorum[u] imperatoris invictissimi.

Ego Arnoldus cancellarius recognovi.

Datum Constantie, X. Kal. Aprilis, indictione XV, anno dominice incarnationis MCLII, regnante domino Friderico Romanorum rege glorioso, anno vero regni eius primo.

**145.** b) in *add.* 3. c) Hubaldo 2. d) Rolando 2. 3. e) Avelbergensi 2. f) Olderico 2; Ulrico 3. g) Lenzburch 2. h) Bladratensi 2. i) treuguam 2. k) suo *deest* 2. l) curabit 3. m) kar. 2. n) *correxi;* presumpserit 1—3. o) commonitionem 2. 3. p) innodetur 2. q) *lacuna in* 1. 2. r) Slabulensis 1. s) Alberius 1. t) regis 2. u) *sequitur lacuna in* 1; *ergo locus monogrammatis.*

# 146. SENTENTIA DE BONIS MENSAE EPISCOPALIS NON ALIENANDIS.

1153. Iun. 14.

*Damus ex autographo tabularii Berolinensis, iam olim a viro cl. Wattenbach exemptato, collatis editione Lacombleti 'Niederrheinisches Urkundenbuch' I, p. 258 nr. 375 et imagine partis prioris et ulterioris 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 8a. — Stumpf, Reg. 3672.* (P. 94.)

(C.) ‖ In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clemencia Romanorum rex augustus[a]. ‖ Quoniam ordinatione excellentissimę maiestatis in culmine inperii constituti summam rerum regendam suscepimus, dignum duximus, singulis personis et cunctis ęcclesiis in nostro inperio sitis sua iura inviolabiliter conservare et ęcclesias Dei tam opibus quam dignitatibus locupletare. (1) Eo nimirum ęquitatis intuitu et nostrę pietatis favore Coloniensi ęcclesię clementer providentes, possessiones, que quorundam archiepiscoporum negligencia a mensa seu elemosina episcopali alienata fuere, sicut in conspectu patrui nostri serenissimi Romanorum regis Cůnradi tercii carissimo nostro ac prudentissimo nostri evi principe[b] Arnoldo secundo Coloniensi archiepiscopo ab innumeris principibus et tota curia Colonie iudicatum est, decrevimus auctoritate nostrę maiestatis confirmare et rei geste seriem presenti pagina certissime annotare. (2) Coloniensis siquidem ęcclesia, opibus et dignitatibus olim florentissima, nunc quorundam negligencia archiepiscoporum et precipue Frederici, qui ob quosdam bellorum tumultus gratiam inperatoriae maiestatis offendit et in eadem bellorum tempestate plurima bona de mensa et elemosina episcopali inbeneficiavit, graviter attrita est et conquassata. Et quia Coloniensi sede vacante, divina favente gratia electus est ibidem in archiepiscopum Arnoldus maior in Colonia prepositus et domni Cůnradi tercii Romanorum regis cancellarius, vir utique preclarus genere, expertissimus prudencia, spectabilis honestate, hic cum a clero et populo uniformiter ac regulariter in archiepiscopum electus ad pontificalem dignitatem traheretur et a gloriosissimo domino Cůnrado tercio Romanorum rege investituram episcopatus sub obtentu regie gratie recipere, ęcclesiam[c] humiliter et cum lacrimarum devocione ad pedes eius prostrata, sepius iuberetur, modis omnibus renisus est, constantissime pretendens episcopatum usque adeo distractum et laceratum esse, ut suas pro eo divicias, suam pacem pro tanta inquietudine nullatenus velit conmutare, humiliter etiam proponens, se ad pontificale onus omnino esse insufficientem. Verum serenissimus augustus domnus Cůnradus tercius Romanorum rex predicti electi personam toti regno et sanctę catholice ęcclesię salutiferam agnoscens, motus etiam lacrimosis precibus devotissimi cleri et populi, eidem electo alienatorum restaurationem et lapsorum reparationem clementer obtulit et firmiter promisit. (3) Post hec vero in eadem urbe memoratus domnus Cůnradus tercius Romanorum rex in celebri curia a multis et precipuis regni principibus iudicium requisivit super bonis a mensa seu elemosina Coloniensis archiepiscopi alienatis, et idem, principes et tota regia curia iudicium dedit[d], quod cottidiana servicia ad episcopalem mensam pertinentia nequaquam inbeneficiari vel invadiari iure possint, eo quod regno et ęcclesię debeantur; quod si quis fecerit, successori suo nullum faciat beneficii preiudicium vel apud eum ratum iure beneficii teneatur[d]. Ex hoc sane iudicio piissimus Romanorum rex Cůnradus

146. a) augaustus *or.* b) *sic or.* c) *legendum est* ecclesia. d) dedit — teneatur *in rasura or.*

tercius prefato Arnoldo tunc Coloniensi electo in omnibus bonis, que ab episcopatu alienata fuerant, regia auctoritate pacem indixit. His nimirum bonis utilitati ipsius dumtaxat archiepiscopi non providetur, verum cunctis inbeneficiatis a Coloniensi archiepiscopo baronibus et ministerialibus, ęcclesiasticis quoque personis, archidiaconis, abbatibus et prepositis in placitis et curiis archiepiscopi, in curiis quoque et exercitibus regum et inperatorum cum suo archiepiscopo statuta singulis stipendia debentur. (4) Primo vero nostri principatus anno in burgo Tremonia a multis principibus in nostro conspectu antefato Arnoldo venerabili Coloniensi archiepiscopo indicatum est, quatenus omnia bona, que Fredericus quondam Coloniensis archiepiscopus in eo bellorum tumultu quo gratiam imperatorie maiestatis offendit inbeneficiavit, ad potestatem archiepiscopi redire debere, nec tales donationes que contra pacem regni facte dignoscuntur aliquam vim iuris habere. (5) Secundo vero nostri principatus anno in festo pentecostes in urbe Wormatia solemnem curiam celebrantes, rogati sumus per prefatum Arnoldum II. venerabilem Coloniensem archiepiscopum testimonium veritatis audire. Unde iudicio curiae idem Arnoldus Coloniensis archiepiscopus legitimo testimonio nobilium virorum, Godefridi videlicet comitis de Arnisberch et Marcwardi de Grunbach, in nostro conspectu et principum presencia conprobavit, prefatum iudicium se coram domno Cůnrado Romanorum rege tercio Colonie accepisse, scilicet ut nulli episcoporum licitum sit bona ad mensam[e] pertinencia inbeneficiare vel invadiare[f]: quod si quis fecerit, successori suo nullum faciat beneficii preiudicium nec apud eum ratum iure beneficii sive pignoris teneatur. Inde illustris dux Bawarię Heinricus patruus noster a nobis commonitus[f] indicavit, Coloniensem archiepiscopum ita legitime iam dictum produxisse testimonium, ut iure nostra sit illud ei auctoritate confirmandum, consequenter iudicium approbantibus multis principibus quorum nomina in testimonia huius pagine subter notata sunt.

(6) Ut igitur ea, que ad nostram cognicionem perveniunt et iudicialis sentencie finem accipiunt, perpetuo robore illibata et inconvulsa permaneant, presentem paginam omni evo valituram conscribi et nostrę imaginis karactere signari iussimus, firmissime statuentes, ut iudicium, quod coram gloriosissimo domino Cůnrado III. Romanorum rege patruo nostro Colonie, sicut prescriptum est, de possessionibus Coloniensis episcopatus a principibus prolatum et in nostra postmodum presencia prefato modo apud Wormatiam legitimo testimonio conprobatum est, iudicium quoque, quod de bonis Coloniensis archiepiscopatus per Fredericum quondam archiepiscopum alienatis in nostro conspectu apud Tremoniam, sicut prescripsimus, est promulgatum, nullus hominum audeat temerare, et omnia bona, que prefatus Arnoldus II. venerabilis Coloniensis archiepiscopus his fretus iudiciis recollegit, scilicet telonium urbis Colonie et multa episcopalia servicia, nemo ab ipsius usu et potestate suorumque successorum avellere presumat. (7) Nichilominus etiam sancimus et in perpetuum confirmamus, quatenus quascunque possessiones idem Coloniensis archiepiscopus data pecunia ęcclesię conquisivit vel requisivit, ipse suique successores sempiterna pace possideant: castellum videlicet V̊denkirken cum ministerialibus, cum servis et ancillis et omnibus appendiciis suis; in Wisfalia curiam nomine Homede, curiam quoque Anerv̊st, Prumeram[g], Segerode, Ouermůnte, Winisen; bona quoque quę habent ministeriales in Geuersdorp. Confirmamus eidem Arnoldo archiepiscopo quicquid auxiliante divino favore ęcclesię suę de cetero acquirere vel colligere iure poterit. Quod si qua secularis vel ecclesiastica persona hanc nostram violaverit sanctionem, regię maiestatis offensam se noscat incurrisse, quousque a sua presumptione manum retrahat et pro mandati regii transgressione XX libras auri in camera nostra persolvat.

**146.** e) *in rasura or.* f) invadiare — commonitus *in rasura or.* g) P *a librario ipso corr. ex* B.

Huius rei testes sunt: Cônradus Wormaciensis, Gunterus Spirensis, Burkardus Argentinensis, Cônradus Augustensis episcopi; [h]Waltherus maioris ęcclesię in Colonia prepositus, Albertus decanus, Depoldus Xanctensis prepositus, Nicolaus abbas de Sigeberc, Arnoldus prepositus sancti Andreę, Ŏdalricus prepositus de Sôsaz; Heinricus dux Bawarię, Heinricus dux Saxonię et principes multi; de familia sancti Petri Hermannus advocatus, Heinricus de Uolmudestein, Heinricus de Alpheim, Adolfus dapifer, Randolfus pincerna, Rabodo de Ŏtenkirchen, Amelricus de Wormisdorp et alii multi.

⁞ Signum domini Friderici Romanorum regis (M.) invictissimi. ⁞

Ego Arnoldus cancellarius recognovi.

Datum in urbe Wormatia XVIII. Kal. Iulii anno dominicę incarnationis MCLIII, indict. I, regnante glorioso rege Friderico, anno regni sui II; in Christo feliciter, amen.

# 147. CONCESSIO INVESTITURAE EPISCOPORUM.

(1154. Iun.)

*Celeberrimum hoc privilegium Heinrico Leoni concessum, cuius imaginem praebent 'Origines Guelficae' IV, praef. p. 6 et Posse 'Lehre von den Privaturkunden' tab. XXVIII, ex autographo Guelferbytano recognovit Paulus Zimmermann. Datum esse videtur Goslariae mense Iunio, certe post diem Aprilis 1, quo die Wichmannus adhuc episcopus Numburgensis occurrit*[1], *et ante diem coronationis imperialis, a. 1155 Iun. 18. Diploma nota chronologica et recognitione caret; ideoque vir d. Wolfram in libello 'Friedrich I. und das Wormser Concordat' p. 111 praeceptum regium perfectum obvium esse negat, et privilegium ipsum imperfectum mansisse opinatur ea de causa, quod a. 1154 episcopatus Slavici bonis, quae per investituram tradenda essent, adhuc carerent; postea tamen a. 1159 seu 1160, postquam ecclesiis istis dotes adscriptae sunt, innovationem privilegii factam esse, cuius scriptum superstes non sit. Quae tamen opinio satis refutari videtur monogrammate, quo insignitum est privilegium, et bulla aurea regis, quae appendet. — Stumpf, Reg. 3692.*

*(P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sanctae et individuę Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum rex. ⁞ Quia ad regię dignitatis apicem Dei gratia conscendimus, iccirco dignum est, ipsius a quo omnis est potestas notitiam, honorem, cultum ampliare, dilatare, ut sicut ab eius gratia sunt omnia, ita eius gloriae serviant universa. Noverit ergo tam futurorum quam presentium industria, qualiter nos dilecto nostro Heinrico duci Saxoniae iniunximus, ut in provincia ultra Albim, quam a nostra munificentia tenet, episcopatus et aecclesias ad[a] dilatandum christiani nominis imperium instituat, plantet et aedificet, liberamque ei concessimus potestatem, ut aecclesiis illis de bonis regni conferat, prout voluntas sua persuaserit et terrarum spaciositas permiserit. Cui

146. h) *ante* W *a librario deletum est* he.

147. a) *littera* d *supra linea add.*

1) *Schultes, Directorium diplomaticum II, 103.*

negocio ut studiosius et devotius insistat, ipsi et omnibus sibi in hac provincia successuris concedimus investituram trium episcopatuum Aldenburc, Michelinburc, Racezburc, ut quicumque in locum episcoporum ibidem subrogandi sunt, a manu ipsius quod regii iuris est, tamquam a nostra recipiant. Id etiam adiungimus, quod si in provinciis circumquaque, in quibus necdum christiana religio tenetur, episcopatus sua strenuitate fundare potuerit, in his eadem potestate fungatur. Et ut hęc nostrę concessionis auctoritas stabilis et inconvulsa per successura temporum momenta permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Acta autem sunt hęc annuentibus regni principibus his: archiepiscopo Magedeburgense Wichmanno, episcopo Hildenesheimense Brvnone, episcopo Fardense Herimanno, episcopo Brandenbvrgense Wichero, aelecto Cicense Bertoldo, abbate Corbiense Wicbaldo, marchione Cv̊nrado, marchione Adelberto, palatino Friderico, provinciali comite Lv̊dewico.

(M.)

# 148. 149. CONSTITUTIONES FEUDALES RONCALIAE EDITAE.

1154. Dec. 5.

## 148. *CONSTITUTIO CONTRA FEUDORUM DISTRACTIONEM ET DE CAUSIS FEUDI AMITTENDI. 1154. Dec. 5.*

*Constitutionem, quae ad Lotharii III. legem (supra nr. 120) provocat et eius verba pauca usurpat, proponimus secundum editionem Lupi 'Codex diplomaticus Bergomas' II, 1129, ubi sistitur ex 'canc. B. Fasc. 6 arch. cathedralis', ex exemplari, quod carebat 'omni subscriptione et sigillo, tamen characteris huius temporis procul dubio'. Confirmata et ampliata est ab imperatore a. 1158 Roncaliae. De linea chronologica cf. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 185. — Stumpf, Reg. 3700.* (P. 96.)

Fridericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Imperialem decet solertiam ita rei publicae curam gerere et subiectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat et singulorum status iugiter servetur illesus. Quapropter dum ex predecessorum nostrorum more in universali curia Runcalie pro tribunali resideremus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum quam aliis fidelibus regni, non modicam accepimus querelam, quod beneficiati eorum[a] feuda, que ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, vendiderant et quadam collusione nomine libelli alienaverant, unde debita servitia amittebant et honor imperii et nostre felicis expeditionis complementum plurimum minuebatur[b]. (1) Habito igitur consilio episcoporum, ducum, marchionum, comitum simul et palatinorum iudicum et aliorum procerum, hac edictali lege Deo propitio perpetuo valitura sancimus: ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere vel impignorare vel quoquo modo alienare sine permissione illius domini ad quem feudum spectare dinoscitur. Unde imperator Lotarius

148. a) corum *ed.* b) minuebant *ed.*

tantum in futuro cavens, ne fieret, legem promulgavit[1]. Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum sed etiam omnes huiusmodi illicitas alienationes hactenus perpetratas hac presenti sanctione cassamus et in irritum deducimus, nulla temporis prescriptione impediente; quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis convalescere non debet. Callidis insuper quorundam machinationibus obviantes, qui pretio accepto quasi sub colore investiture quam[b] sibi licere dicunt, feuda vendunt et ad alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostre constitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus, pena auctoritate nostra imminente, ut venditor et emptor, qui tam illicite contraxisse reperti fuerint, feudum amittant, et ad dominum libere revertatur. Scriba vero, qui super hoc instrumentum conscripserit, post amissionem officii cum infamie periculo manum amittat. (2) Preterea si quis infeudatus sua incuria vel negligentia per annum et diem steterit, quod feudi investituram a proprio domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittat, et ad dominum redeat. (3) Firmiter etiam statuimus tam in Italia quam in Alemannia, ut quicunque, indicta publice expeditione Romana ad suscipiendam imperii coronam, vocatus a domino suo in eadem expeditione spatio competenti temere servire supersederit, feudum quod ab episcopo vel ab alio domino habuerit amittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi omnimodis liberam habeat facultatem.

Data Runcaliae per manum Everardi Bauenbergensis[c] episcopi, V. die Decembris MCLIIII, indict. III.

## 149. *SUMMULA LEGUM FEUDALIUM.*

*Habetur in libris Feudorum l. II. tit. 40 commentario involuta. Non exstat in codicibus 1—3. Ad Conradum omnes codices praeter optimum, Parisinum 4676, haec capita referunt. Minime autem cum lege feudali Conradi II. concordant, a qua praesertim sententia* ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas nulla obstante praescriptione revocare *maxime abhorret. Ad Friderici I. imperatoris tempora potius haec capita trahenda esse et lectio codicis Parisini 4676 et normae, quae in constitutione feudali illius imperatoris continentur, et locus, ubi in consuetudinibus Feudorum sententiae inveniuntur, demonstrant. Ultimae solius normae de clerico, qui beneficium propter suam culpam perdit, incerta origo est. K. LEHMANN.*

*Pergratum sane hoc viri cl. Lehmann iudicium a viris doctis accipietur, qui adhuc controversiam agebant de rege, cui leges istae attribuendae sint. Postquam Pertz eas a Conrado II. emanasse opinatus est, primus b. m. Giesebrecht 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' II. (ed. IV.), 641 Conrado Staufensi antiregi et anno 1128 eas vindicavit. Cui adstipulati sunt Stumpf, Bernhardi 'Jahrbücher Lothars III.' p. 206 n. 22, Bresslau 'Jahrbücher Konrads II.' II, 286 n. 2. Textum genuinum constitutionis regiae, etsi commentarium discreveris, hic nobis nequaquam asservatum esse, primo aspectu apparet. Est potius summula normarum feudalium, quae ad Fridericum regem ideoque ad curiam Roncaliae a. 1154 recedere possunt, quarum secunda respicit ad Constitutionis feudalis genuinae caput 1. Quae cum ita sint, normae 1. 3. 4 ex alia regis constitutione eodem tempore condita haustae esse videntur. Quoad c. 4 meminisse iuvat narrationis illius celeberrimae Gestorum Friderici imperatoris l. II. c. 12:* Hunc morem principe secuto, non solum laicorum feoda sed et quorumdam episcoporum, id est Hartwici Bremensis et Ulrici Halberstadensis, regalia personis tantum, quia nec personis sed aecclesiis perpetualiter a principibus tradita sunt, abiudicata fuere. — *Stumpf, Reg. 3365.* *(P. 38**.)*

148. b) *ita correxi;* quem *ed.; cf. infra nr. 177.* c) bauurbergensis *ed.*

1) *Supra nr. 120.*

Haec[a] sunt capitula quae rex[b] Fredericus[c] fecit in Roncalia[d] de beneficiis[e]. (1) Constituit enim ut, si post mortem domini[f] vasallus vel[g] post mortem[h] vasalli heres[i] eius per annum et diem steterit[i], quod dominum vel heredem eius non adierit[i] fidelitatem pollicendo et investituram petendo, si tale[k] sit beneficium, ut[l] fidelitas sit praestanda[m], ipsum perdat[i] — sicut et[n] antiquitus fuit consuetudo, sed[o] non Mediolani[p]. (2) Praeterea ut liceat dominis, omnes[q] alienationes feudi factas[r] nulla obstante praescriptione revocare. (3) Similiter in petendis hostanditiis[s]. Hostanditiae[s] dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis[t] Romam[t] cum rege in hostem pergentibus[u] vasalli[v] qui cum eis non vadunt; verbi gratia[w] in Lombardia de modio[x] XII denarios[y], in Theutonia[z] tertiam partem fructuum solummodo[a] eius anni quo hostem faciunt. (4) Et iterum[b] si clericus, veluti episcopus vel[c] abbas, beneficium habens a rege datum non solummodo personae sed[d] ecclesiae, ipsum propter suam culpam perdat, eo vivente[e] et ecclesiasticum honorem[f] habente, ad regem pertineat, post mortem vero eius[g] ad successorem[h] revertatur.

---

# 150. PACTUM CUM VENETIS.

## 1154. Dec. 22.

1) *Autographi fragmenta tria, quae insunt in codice XIV. 71 bibliothecae Marcianae (cfr. Schum 'Neues Archiv' I, p. 131) misere servata, partem tantum exordii (24 linearum) usque ad c. 10 continent. Quae desunt, quoniam pactum neque in Libris pactorum neque in Libro blanco neque in Trivisano traditur, ex solo 2) cod. 510 (olim 51. 1145) saec. XIV. fol. 7 tabularii Vindobonensis caesarei (cfr. Pertz 'Archiv' IV, p. 209) supplentur. Cum Stumpfii editio 'Acta imperii adhuc inedita' p. 156, nr. 125 parum sit accurata, in nostrum usum vir cl. Iohannes de Voltelini benigne textum contulit. Lotharii III. pacti (supra nr. 119) verba exprimuntur. De pacto ipso cfr. Baer, 'Die Beziehungen Venedigs zum Kaiserreiche in der Staufischen Zeit' p. 5 sq. — Stumpf, Reg. 3702.* *(P. deest.)*

(C.)[a] ¦ In nomine sanctę et individuę Trinitatis. [Fredericus divina favente] clemencia Romanorum rex augustus. ¦ Quoniam st[abilem christianorum principum[b] caritatem operari] p[luri]ma bona ad multorum [ut]i[li]tat[e]m [e]vi[d]enter nov[im]us, ‖ [et] viro[s sap]ientes *lin. 2.*

**149.** a) *non exstat in* 1—3; *in plerisque codd. rubrum* De capitulis (lege 13) Conradi; *rubrum deest* 4. 5. 12. 37. b) *deest* 7. 25. 43. *ed. I.* c) *ita* 1; Conradus *rell.* d) *ita maior pars codicum;* Romaniola Romaniolia, Romadiola, Romaiola) *multi;* Riobilia 4; Ietalia 48. e) beneficio 14. 40. 47. f) sui *add.* 20. 43. g) *deest* 14. h) domini — mortem *desunt* 15. 18. i) heredes — steterint — adierint — perdant *multi.* k) ita *nonnulli.* l) unde 8. 11. m) parauda 19. n) *deest* 17. 43. o) *deest* 17; et non 43. p) Mediolanensium *ed. I.* q) *deest in multis.* r) inique factas 6. 38. s) *ita optimi codd.;* hostenditiae *alii;* hostitie 11; ostanditie 7; hostenduciae *Baraterius.* t) domini Romani 48; dominis Romanis 42; Romam *deest* 27. u) persequentibus *seu* prosequentibus *multi.* v) vasallis 16. w) veluti 12. 14. 16. 17. 22. 25. 39. 43. x) de Mediolano 12. 24. 28. 41. 42. 43. *ed. I;* de medio 48; de modiolano 47; dimidiae *Cuiacius.* y) *deest* 13. 47; deutur 17. z) *ita* 5. 6. 46. 47; Theutonica 9. 21. 27. 40; in Theutonica terra *vulg.;* de Roncalica terra 16. 24. *ed. I;* Italia terra 20; ducalia terra 42. a) *ita* 14. 18. 38. 40. 48; facta computatione fructuum solummodo *vulg.* b) Item *alii.* c) *deest saepe.* d) sed etiam 43. 44. e) 38: sed etiam ecclesiae datum videtur et ideo si culpam commiserit ipsam eo vivente *etc.* f) beneficium 38. g) *deest* 14. 17. h) eius *add. multi.*

**150.** a) *chrismon paene evanitum in* 1; *deest* 2. b) principium 2.

ac discretos rectores[c] regnorum suo[rum noto]s fac[ere[d] semper et amicos curavimus], Dom[inicum Maurocenum[e]] virum egregium [et] clarissimum [Venet]orum [ducem, quem luce sapiencie et tocius honestatis ubertate predicabi]liter pollere [m]anifestum est, habere notum et amicissimu[m a]d dec[us
lin. 3. im]per[ii nostri || stabilitate] perp[etu]a decrevimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto [cordis affectu ample]ctentes [in con]firmand[is illis, que ab[f] antecessoribus nostris suis antecessoribus collata et confirmata sunt[f], libenti animo voluntati et peticio]ni ipsius, sicut karissimi nostri, per
lin. 4. omnia satisfacere studuimus. H[ac igitur || racione omnino][g] uniti nostram utriusque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis [magnisque ne]g[oci]is publicis [ac] privatis eius sinc[eram dilectionem ac preclaram sapienciam imperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus[h]. Et quia ipsius rei effi]catia et sapientum iudicio sapiens atque disc[retus ||
lin. 5. Venetici regni][i] rector extitit et egregia fides et pure dilectionis exibitio, quam semper [erga nos ha]buit et imperium nostrum, eum [in] omnibus nobis commendabil[em exhi]buit, [dignus eius[k] et honestus interventus apud nostram imperatoriam maiestatem locum carissimi amici, ut[l] vir sa]pien-
lin. 6. tissimus, venerabiliter optinuit. Igitur ob s[inc]er[am et || venerabilem eius di]lectionem quicquid ipse dux [et] Venetici ducatus, ęcclesię et populus ex antiquo per multos annos in imperii nostri potestate secundum quod in preceptis [nostroru]m ant[ecessorum, regum vel imperatorum, continetur et in pacto Ottonis[m] et Henrici atque Lotharii[n] imperatorum le]gitur[l], iuste et legaliter
lin. 7. tenuit et habuit, per hanc nostram || [imperialem paginam re]novamus et confirmamus. Huius autem rei internuntius inter nos et predictum [ducem carissimum] amicum nostr[um Dominicus] Maurocenus eiusdem ducis filius nobisque dilectus [exstitit cum Iohanne Bonaldo et Vitale Falletro et Pantia de Ponte et Filippo Bonaldo et Lanfran]co de curia ipsius [ducis] aliisque
lin. 8. fidelibus eius, non quod istorum gratia vel cuiuslibet alterius || [hoc faceremus[o], sed] so[lum]modo dulci karitate ducis et predicti filii sui, prout dictum est, hoc eg[im]us, [ita] quidem, ut pars parti nil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum est, in [omnibus actionibus rebusque facere presumat et si], quod absit, a[li]qua malicia vel lesio inter partes commissa fuerit, per huius
lin. 9. federis [de]creta || [tergatur ac] facta satisfactione a rebelli et transgressore parte ad pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum semper curricula ma[neat, remota contradictione[p] vel impugnati]one tam nostra quam [omn]ium successorum nostrorum.

lin. 10. Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel [e]quis || [sanctionibus o]pugnare nitatur, et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex nostro regno quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo han[c pactionis insti]tut[ionem observandam esse decrevi]mus, hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Ian[u]enses,
lin. 11. Plac- || [entini, Florentini[q], Ferrarienses, Raven]enses, Clomaclenses, Ariminenses, Pisarienses, Cesentenses, Fanenses, Se[no]galenses, Anconenses, Humanenses, Firmenses, Epinenses, Veronenses, [Monti]sili[censes], Gavellenses, [Vicentenses, Paduani, Tervisianenses[r], Cenetenses], F[or]oiulenses, Histri-
lin. 12. enses, et cuncti de nostro Ytalico regno, sive qui modo s[unt vel] qui in posterum || [futuri sunt; ex predicto vero Venetie ducat]u sunt: Rivoaltenses, Metamaucenses, Torcellenses, C[lugienses, Pi]st[rinenses][s], Caputargelenses[t], Brundulienses, Laure[tenses][u], Muria[nenses, Amianenses, Burianenses[v], Equilenenses, Caprulenses[w], Civitatinenses, Finens]es[w], Grade[n]ses [et cun]cta generalitas populi Venetię, sive qui modo sunt vel qui fu[turi sunt].

lin. 13. (1) Confirm[amus || itaque Veneticorum[x] fines a nemine nostrorum] inquietar[i, in]vadi [vel] minorari [debere, sed[y] libere et absque ullo impulsu que retro ab annis possederunt multis, deinceps possideant. Proprietates vero[z] et predia, que habere videntur tam ipse dux] quam suus patri-

**150.** c) *corr. ex* rectos 1. d) facimus 2; habere *in prioribus et posterioribus pactis.* e) Maurocenum *lineam 19 secutus dedi,* Maurecenum 2. f) *ita correxi secundum Pactum Lotharii III., supra p. 171 et Pactum Friderici I. alterum, infra nr. 274;* ab antecessoribus suis collecta sunt 2. g) animo 2. h) probamus 2. i) Venet. rei 2. k) enim 2. l) *om.* 2. m) Citonis 2. n) Lotdaui 2. o) fecerimus 2. p) condictione 2. q) *om.* 2; *suppleri ex PL. III. et PFr. I. altero.* r) Teruigian. 2. s) Pilistrin. 2. t) Capargelen. 1; Capudaggeren. 2. u) Lauteran. 2. v) Ayman. Buranen. 2. w) Capelen. Civitatien. Furiens. 2. x) Venet. 2. y) hoc 2. z) *om.* 2.

archa nec non episcopi, abbates et ęcclesię sanc[te Dei et] rel[iqu]us populus Venetię || [sibi sub- *lin. 14.* iectus infra potestatem imperii nostri, sive in[a] domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salicti]s, sacionibus, pisc[ationibus et ceteris possessionibus[b], quiete possideant absque cuiusquam[c] insultantis machinatione aut lesione sive[a]] sinistra quapiam tergiversatione, ita ut nemo contrarieta[tem] eis inde facere || [presummat. Nec eciam venationem[d] aut pabulationem[d] sin]e *lin. 15.* eorum licentia exerceat neque [molestiam ibi residentibus inferat] neque aliquam navem ip[sorum Venetorum in aliqua nostri imperii parte periclitantem predari seu hominibus naufrag]ium pacientibus aliquam controversiam inferre presumat; quod qui fecerit, componat || [C libras auri purissimi *lin. 16.* illis], quibus iniuriam facere presumpserit, et res dominio p[ossidentium mancipentur et] qu[iete liceat] possessoribus [illas[e] tenere ac frui.

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, persona ipsa, que in][f] capite fuerit ad eandem maliciam faciendam, infra LX dies tradatur, et omnia, || [que fuerint] ab[la]ta, in [du]plum *lin. 17.* restituantur; quodsi ipsum duplum compositum non fuerit [vel] persona ipsa [tradita non fuerit infra LX[g] dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam maliciam perpetraverit[h], componantur aurei[i] quing]enti.

(3) Si furtum inter partes factum fuerit, in quadruplum restituatur. ||

(4) [Si servi a]ut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, *lin. 18.* red[dantur[f]; et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos[k] solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur[l], per sacramen]tum id[on]e a dominis illorum satisfactio fiat. Si vero iudex vel aliquis ipsos || [fugitivos] susceperit et eos reddere cura negaverit et exinde *lin. 19.* fugerint, tunc pro [unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXII. Quodsi dubium fuerit et denegaverit[f] iudex vel auctor loci illius, in quo ipsi fugitivi requiruntur, tunc] prebeant sacramentum XII electi, quod ibi nec suscepti fuerint nec illos || [habeant nec in consc]ientia illorum *lin. 20.* sint nec aliquas res illorum secum habuerint. Si autem hoc [distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium peractam per iussionem[m] iudicis sui liceat ei pignorare hominem de ipso loco, ubi causa re]quiritur, [ita] tam[en], ut ipsum pignus post peractam iusticiam per integrum || [reddatur. *lin. 21.*

(5) Et nullatenus] liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut c[ause requiruntur; et si pignoracio pervenerit[n], non presumat alia pars pro pignore aliam pignorare, sed expectet usque ad[f] audiendam sentenciam[o], ita sane ut cause in sex mensiu]m spatio fiant et sint finite [cau]se, reddens || [prius, quia[p] ex iudicio condem]pnatus fuit, et prius[q] suum recipiat. *lin. 22.* Nam si quis de alio lo[co pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore pignorare[f] presumpserit, in duplum, qui tulerit, restituat.

(6) Si vero equi vel eque aut armenta vel] aliqua quadrupedia fuerint furata, in du[p]lum || [restituantur; si i]psa [a]berraverint, omnino reddantur. Quodsi post primam et secundam [conte- *lin. 23.* stationem minime reddita fuerint, tunc pigneratio fiat de loco, ubi hoc requiritur, usque dum pars parti satisfaciat; et post satisfacionem reddantur ipsa pignora.

(7) Et hoc statutum est, ut], s[i] fugitivus seu res red[dita fuerit vel || si per sacramen]ta *lin. 24.* satisfactio adimpleta fuerit, modis omnibus pars p[arti securitatem faciat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat, et quod tulit[r] restituat.

(9) Negocia autem inter partes fiant, et liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit sine aliqua violencia vel contrarietate, ita ut equa[s] conditio utrarum]que parc[ium negociatoribus conservetur.

**150.** a) *om.* 2. b) veteris ss. possessionis 2. c) atque cuiusque 2. d) venatione, pabulatione 2. e) illis 2. f) *om.* 2. g) XL 2. h) perpetravit 2. i) componatur auri 2. k) singulo 2. l) requiratur 2. m) peratram provisionem 2. n) perveniret 2. o) causam *in prioribus et posterioribus pactis.* p) qui 2. q) *ingrossator autographi loco vocis* pignus *compendium vocis* prius, *fortasse errore, posuit; quem errorem sequuntur cod. 2 et pacta posteriora.* r) *ita 2 et pacta posteriora;* tulerit *in anterioribus pactis.* s) equi 2.

(10) De ripatico autem: secundum antiquam consuetudinem pars parti observet omne quadragesimum; et licenciam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram seu per[t] flumina tocius regni nostri; et similiter nostri usque ad eos per mare et non amplius.

(11) De hoc convenit, ut, si qua lesio inter partes[u] evenerit, legatarii non detineantur; si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis[v] solidi trecenti; et si, quod absit, occisi fuerint, componantur parentibus[w] ipsorum pro ipsis solidi[x] mille, et ipsa persona tradatur in manibus eorum.

(12) Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel vel bis cum epistola iudicis sui; si ei[y] iusticia minime facta fuerit infra dies[z] XIIII, si ipse homo, unde iustitia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies septem licenciam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra causam[a] suam, quantum ipsum debitum erit; et ipsum pignus usque ad determinationem cause teneatur. Quodsi antesteterit pignus, componantur solidi XII causa manente, ut[b] pro eo iterum pigneratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi iudicium ambabus partibus annunciatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte*[c] ubi causa requiritur, quod ipsi per evangelium terminaverint, pars parti satisfaciat[d].

(13) Addimus autem, ut, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti misti fuerint in eodem homicidio, ligati tradantur; quodsi factum non fuerit, componantur pro unaquaque[e] persona solidi auri CCC.

(14) Simili pena decernimus[f] dampnandum eum, qui in comunibus mercatis[g] tumultum excitans populi[h] homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione soldos auri CCC.

(15) Si aliqua pignoratio in silva fieri debuerit, sine homicidio[i] fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur auri solidi CCC et pro servo[k] L; et si plaga facta fuerit, unde[l] non moriatur, pro libero homine solidi L et pro servo[k] XXX.

(16) Statutum est, ut in rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causam habuerit; et ante compellatio fiat semel vel bis; nam qui aliter[m] presumpserit, duplum componat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque salvum restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo[n], quod Rivoaltenses*[o], Metamaucenses, Albionenses[p], Torcellenses, Amianenses[q] fecerunt retro ab annis multis: habeant licenciam faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per flumina sive per mare.

(18) Equilanenses vero capulari debent[r] in ripa sancti Zenonis[s] usque in fossam[t] Metamauri et Gentionis secundum consuetudinem omnem arborem et vegere[u] cum carro aut ad collum, quantum sibi placuerit; et habeant licenciam peculia in ipsis finibus pascere et pabulari.

(19) De finibus Civitatis nove statuimus, ut terminatio, que a tempore Liutprandi[v] regis facta est inter Paulicionem ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de Plave maiore usque in Plavem siccam; peculium quoque et greges cum securitate pascere debent[w].

(20) Caprulani[x] vero in silva Foroiuliana, ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii capulum faciant.

(22) Confirmamus etiam Lauretum, ut quantum salsa aqua continet[y], eorum subiaceat potestati.

(23) Et nullus princeps vel pauper aliquem Venetum distringere aut legem facere de aliqua habita substancia aut ad placitum ducere, nisi in presencia illorum ducis, aut fodrum[z] tollere de

**150.** t) terram super 2. u) partem 2. v) et componantur eis *om.* 2. w) componant parentes 2. x) solidos 2. y) enim 2. z) *om.* 2. a) *pro* casam; *cfr. Pactum Lotharii III. supra p. 173 n.* u. b) et 2. c) de loco *add. anteriora pacta.* d) satisfacere 2. e) qualibet 2. f) decrevimus 2. g) veritatis 2. h) populum 2. i) sive homidium 2. k) suo 2. l) ut *PL. III. et PFr. I. alterum.* m) *supplendum est* facere; *cfr. Pactum Ottonis II. supra p. 42 n.* i. n) capitulo 2. o) Oliuolenses *add. pacta anteriora.* p) Metamac., Albien. 2. q) Aymanen. 2. r) *om.* 2. s) Genonis 2. t) folam 2. u) arborem evegere 2. v) Londubrandi 2. w) debet 2. x) Caprularum 2; Capriani *PL. III.* y) contineat 2. z) fodium 2.

illorum terris, que in nostro regno sunt, aut bannum mittere tam dominis[a] habitantibus in Venetia[b] quam[c] de illorum hominibus ubicunque habitantibus iusticiam aliquam accipere presummat, nisi in presencia dominorum suorum.

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum et monasteriorum omnimodo iusticiam faciat.

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum[d], et si usque ad XII libras denariorum Veneticorum[b] XII electi iuratores[e] addantur; nam si ultra XII libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII non accedant.

(26) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes facta fuerint, ut, si qua de eis contencio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi[f], qui pignus habuerit, soli sine electis.

(27) De cautionibus vero simili modo agatur.

(28) Promisit cunctus ducatus Veneticorum[b] nobis et successoribus nostris pro huius pactionis federe annualiter omni mense Marcio persolvere libras suorum denariorum L et totidem libras piperis et unum pallium[g].

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna vel parva persona huius nostre imperalis pagine violator extiterit, quod minime futurum credimus, sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem camere nostre et medietatem duci Veneticorum[b]. Quod ut verius credatur diligenciusque ab omnibus[h] observetur, sigilli nostri impressione hanc paginam manu propria corroborantes iussimus insigniri, sub testimonio principum, nomina quorum subscripta cernuntur: Peregrini Aquilegienses patriarche, Everhardi[i] Bavebergensis[k] episcopi, Conradi[l] Wormaciensis[m] episcopi, Hermanni Constantiensis episcopi, Ortlibi[n] Basiliensis episcopi, Wibaldi Corbeiensis[o] atque Stabulensis abbatis, Marquardi Vuldensis[p] abbatis, Hermanni[q] marchionis de Verona, Ottonis[r] palatini de Bavaria[s], Ulrici de Lenceburc[t], Ernesti comitis de Hohenburch[u], Varnerii de Hauesburg[v] et aliorum nobilium quam plurium, quos enumerare duximus superfluum.

Signum domini Frederici Ro- (M.) manorum regis invictissimi.

Ego Arnaldus Coloniensis archiepiscopus et Italie archicancellarius[w] recognovi.

Dat. in territorio Novariensi in obsidione castri Galliate[x], XI. Kalendas Ianuarii, anno dominicae incarnationis millesimo CLIIII, indicione secunda, regnante domno Frederico Romanorum rege glorioso, anno vero regni eius tercio; in Christo feliciter amen.|

## 151. INNOVATIO PACTI CONSTANTIENSIS.

(1155. Ian.)

*Innovationis huius, quam Vita Hadriani IV. a Bosone cardinali conscripta de industria, ut reor, silentio praeteriit, mentio fit in iuramento, quod nobilis quidam miles in campo Viterbiensi circa diem Iunii 6. seu 7. pontifici in anima regis praestitit; quod retulit*

**150.** a) de hominibus 2. b) Venet. 2. c) quod 2. d) *supplendum est* fiat; *cfr. Pactum Heinrici V, supra p. 155 n. o.* e) inventores 2. f) *om.* 2. g) palium 2. h) hominibus 2. i) *om.* 2. k) Baueborgensis 2. l) Corradi 2. m) Huuomae. 2. n) Ordibi 2. o) Vernibaldi Corbetensis 2. p) Vuludensis 2. q) *ita correxi cum Stumpfio 'Acta imperii inedita' p. 161;* Henrici 2. r) Ortonis 2. s) Baveria 2. t) Virici de Letebunt 2. u) *ita correxi cum Stumpfio;* piosuminum de Hemelberch 2. v) *ita correxi cum Stumpfio;* Bauueborg 2. w) archiepiscopus cancellarius 2. x) Gallan. 2.

*Boso sermone ut dicunt indirecto, apud Duchesnium 'Le Liber pontificalis' II, 391:* Tandem adversario *(Octaviano cardinali)* confutato et salubri consilio comprobato, rex omnium procerum et militum suorum curiam maximam congregavit, et presentia eorundem cardinalium allata sunt sacra pignora, crux et euangelia, super que nobilis quidam miles de ceteris electus et coniuratus atque tertio iurare iussus, in anima sua et eiusdem regis iuravit: Vitam et membra non auferre set conservare pape Adriano et cardinalibus eius nec malam captionem facere; honorem et bona sua eis non auferre nec auferri permittere, set et si quis auferre vellet, omnimodis prohibere et contradicere; post illatam vero iniuriam pro posse suo et vindicari facere et emendari; atque concordiam iam pridem per principales personas utriusque curie factam inviolatam de cetero conservare. *Tempus autem, quo innovatio Pacti Constantiensis facta sit (Ian. 1155), colligitur ex epistola qua Hadrianus papa legatos suos Wibaldo abbati commendavit, data a. 1154. Dec. 29; Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 569 nr. 434.*

*Servata est innovatio in solo codice Parisino 8989 a. 1245 exarato, qui Rotulum II. Cluniacensem continet; ex quo editam ab Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 319 nr. I hoc loco repetimus, omnibus iis, quae concordant cum confirmatione pacti Constantiensis nr. 145, litteris minoribus insignitis. Summarium codicis Ottoboniani 2546, qui apographa Rotulorum Lugdunensium continebat, v. apud Marteneum 'Collectio amplissima' II, 1230. — Stumpf, Reg. 3712.* *(P. deest.)*

Venerabili in Christo patri Adriano Dei gratia apostolice sedis pontifici Fridericus eadem gratia Romanorum imperator augustus filialem dilectionem et debitam in Christo reverentiam.

Regie maiestatis dignitas postulat, que ad pacis et concordie bonum spectare noscuntur, attenta sollicitudine stabilire, et ut inter regnum et sacerdotium indissolubili caritate bonum ipsum perpetuo perseveret, diligenti studio et exacta diligentia laborare. Huius itaque rationis prospectu concordiam inferius annotatam, que inter nos et dominum papam Eugenium auctore Deo statuta est, sicut ab utraque parte stabilita est et ordinata, ne aliquid arbitrio nostro immutasse videamur, per eadem verba presentis scripti serie vobis precepimus annotari.

1153 Mart. 23. In nomine Domini amen. Hec est concordie forma — Anselmus camerarius domini regis.* Datum Constantie V Kalendas Aprilis, indictione XV.

In hiis autem omnibus suprascriptis, sicut domino pape Eugenio firmavimus, ita paternitati vestre et successoribus vestris et Romane ecclesie fatemur et asserimus firmiter nos teneri, sub presentia venerabilium legatorum vestrorum Cencii Portuensis episcopi et Bernardi atque Octaviani presbyterorum cardinalium[1]; principum vero nostrorum Arnoldi Coloniensis archiepiscopi Italici regni archicancellarii, Chounradi Pataviensis episcopi, Peregrini Aquiliensis patriarche, Illini archiepiscopi Treverensis, Ebrahardi Babenbergensis, Hermanni Constantiensis, Ordolebi Basiliensis episcoporum, Wibaldi Corbeiensis, Marcuardi Fuldensis abbatum, Adelberti prepositi Aquensis, Gotifredi capellani nostri, Henrici ducis Saxonie, Bertoldi ducis Burgundie, Hermanni marchionis de Vade, Odaccari marchionis de Steira, Wodalrici comitis de Lenzeberc, Werneheri comitis de Bade, Bertoldi comitis de Anedeke, Ernesti comitis de Hoemburc et aliorum principum exercitus nostri.

1) *Quos legatos suos papa Wibaldo abbati commendavit epistola data a. 1154. Dec. 29. apud Iafféum 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 569 nr. 434.*

# 152. CESSIO CIVITATIS TIBURTINAE.

(1155. Iun. ex.)

*Mandatum Tiburtinis datum edimus ope* 1) *Vitae Hadriani IV. a Bosone conscriptae in editione Duchesnii 'Le Liber pontificalis' II, 393;* 2) *codicis Cencii dicti Arimionensis in tabulario Vaticano asservati Arm. III ord. 2 nr. 2529 saec. XV. in. fol. 134 in editione Theineri 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 17 nr. 21, ubi etiam invenies iuramentum Tiburtinorum papae praestitum;* 3) *cartularii tabularii municipalis Tiburtini a. 1520 conscripti fol. 21, quod iam olim transscripsit b. m. Bethmann, ubi diploma sequuntur haec:* Reperte sunt he littere . . . Rome in libris feudalibus, registratum per me antedictum Paulum notarium de verbo ad verbum 1520. — *Stumpf, Reg. 3717.* *(P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et[a] semper augustus universis civibus Tyburtinis, tam[b] minoribus quam maioribus, gratiam suam et bonam voluntatem.

Universitatem vestram nosse[c] volumus, quod ob reverentiam beati Petri principis apostolorum dilectissimo atque in Christo reverendo patri nostro Adriano pape civitatem dimisimus Tyburtinam, salvo tamen[d] per omnia iure imperiali. Huius rei gratia omnes et singulos cives Tyburtinos a fidelitate, quam nuper nobis[e] iurastis, absolvimus, attentius[f] vobis precipiendo mandantes, quatinus eidem venerabili patri Adriano[g] pape fideliter assistatis, devote serviatis atque[h] sicut domino devote[i] obedire studeatis, scientes, sicut iam dictum est, a iuramento fidelitatis, quod nuper fecistis, vos absolutos, salvo tamen[i] in omnibus iure imperiali[k] etc. Anno Domini MCLIV.[1]

# 153. MANDATUM DE SUPELLECTILE SACERDOTUM MORTUORUM.

(1155. Iun. 18. – 1161. Oct. 18.)

*Damus ex autographo tabularii Hannoverani iam olim a Bethmanno exemplato, cui appendet loro membranacco fragmentum sigilli. Ex eodem edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 107 nr. 115. Tempus stabilitur morte Brunonis episcopi. — Stumpf, Reg. 4539.* *(P. deest.)*

F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto fideli suo B. Hildenesheimensi episcopo totique clero, inbeneficiatis, ministerialibus ac ceteris universis per episcopatum Hildenisheimensem constitutis gratiam suam et omne bonum.

Cum imperatorię nostrę serenitatis hoc potissimum deceat magnitudinem, ut universis in imperio nostro commorantibus, ut dignum est, provideamus suamque unicuique

**152.** a) *deest* 2. b) tam — maioribus *des.* 1. 3. c) scire nos 3. d) tantum 1; quod *add.* 3. e) nobis nuper 2. f) hactenus 3. g) *deest* 2. h) eique 2. i) *deest* 1. 2. k) reliqua *des.* 1. 2. 1) *lege* MCLV.

iustitiam equilibriter conservemus, maxime tamen sollicitudinem hanc sacrosanctis Dei impertiri debere videmur ecclesiis, praesertim sanctę ecclesię Hildenisheimensi, que ab ipso suae fundationis exordio nostro cognoscitur imperio fidelissima semper extitisse. Quia igitur, ut audivimus, eadem Hildenisheimensis ecclesia violenta advocatorum importunitate graviter molestatur in tantum, ut morientium etiam reliquias sibi vendicent sacerdotum, hanc tantam advocatorum illorum tamque temerariam praesumptionem imperatorię maiestatis nostrę benignitati prorsus displicere noveritis. Volumus enim, sicut iustum est et universis imperii nostri principibus sane Deum timentibus complacere dinoscitur, ut sancta Dei ecclesia ac personę ecclesiasticę, quemadmodum a gloriosissimis praedecessoribus nostris imperatoribus sancitum est, libera gaudeant immunitate. Quapropter, o venerabilis episcope, tuę discretioni praesentibus litteris studiose iniungimus, quatenus ad observandum in talibus antiquę morem institutionis, animum omnimode adhibeas vigilantię, ita ut decedentibus personis aliquibus ecclesiasticis vel maxime sacerdotibus, nullum advocatorum aut secularium personarum aliquam defuncti supellectilem vel aliquid eorum quae dereliquit diripere patiaris, quin potius ad tuam vel ecclesiasticarum personarum, quarum id officii interest, dispositionem omnia pertinere facias. Si vero fundus ecclesię ad laicę personę dominium spectat, ipsa supellex secundum pristinae consuetudinis observationem in tres portiones dividatur, quarum prima ecclesiae, secunda parentibus, tercia domino fundi ecclesię consignetur, nullam vero advocati portionem in his constituimus. Omnia vero haec, ut secundum quod supra statuimus, rata omnino et inconvulsa permaneant nullusque contra hec aliquid machinari praesumat, imperialis auctoritatis nostrę iussione decernimus, tibique, o episcope, ut ad huius statuti perhennem stabilitatem toto nisu omnique conamine tuę discretionis animum diligenter impendas, firmissime praecipimus.

---

# 154. 155. BANNITIO MEDIOLANI.

## 1155. (Sept. in.)

*Narrationem bannitionis, quae mirum in modum convenit cum narratione bannitionis Heinrici Leonis in privilegio Gelnhusano a. 1180 infra nr. 279 edendo contenta, legimus in privilegio, quo imperator Cremonensibus ius cudendi monetam indulget, et in epistola, qua hanc gratiam promulgat.*

### 154. *PRIVILEGIUM CREMONENSIBUS INDULTUM.*

*Dedit vir cl. Holder-Egger ex autographo tabularii municipalis Cremonensis signatum nunc nr. 1930 (olim A 44), cuius sigilli iam avulsi fragmenta reperiuntur in capsula, cui inest membrana. Apographa duo inibi asservantur sign. nr. 772 (A 66) et nr. 773 (F 34). — Stumpf, Reg. 3723.* *(P. deest.)*

(C.) ‡ In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. ‡ Imperialis excellentia nichil magis proprium habere debet quam ut contumaces iusta severitate puniat, humiles vero et Romano imperio devotos consueta benignitate promoveat[a] et honoret. Huius itaque rationis intuitu Medio-

154. a) proueat *or.*

lanenses[b] ob immania eorum scelera á nostra gratia penitus removimus, et quia ausu temerario et spiritu sacrilego preclaras[c] Ytalię civitates Cumas et Laudam sua iniusta potestate impiissime destruxerunt et eas relevari[d] violenter prohibuerunt. cum sepius sollęmnibus edictis ad nostram presentiam citati, de iusticia diffidentes se absentare presumerent, pro tantis excessibus, dictante iusticia, ex sententia principum nostrorum imperiali banno eos subiecimus. Quia vero clementia nostra Mediolanenses ut ad cor redirent diu sustinuit, cum magis eorum in dies iniquitas et malicia cresceret et contumaciter nostra abuterentur pacientia, in celebri curia tam ab Ytalię quam a Theotonici regni principibus super predictis excessibus sententiam requisivimus. Iudicatum est igitur a principibus nostris et tota curia: Mediolanenses moneta, theloneo et omni districto ac potestate seculari et omnibus regalibus nostra auctoritate esse privandos. ita ut moneta, theloneum et omnia predicta ad nostram potestatem redeant et nostro statuantur arbitrio. Et quia Cremonensis civitas pre cunctis Ytalię urbibus fide et probitate omnique[e] honestate semper florentissima et in rebus militaribus expertissima nobis et predecessoribus nostris divis imperatoribus ac regibus fideli devotione et indefessa[f] probitate servivit, eorum merita digne remunerare volentes, ius faciendę monetę quo Mediolanenses privavimus Cremonensibus donavimus, hoc quoque nostra eis imperiali auctoritate in perpetuum[g] confirmamus. Ut igitur hec nostra donatio omni evo rata et inconvulsa permaneat, hanc paginam inde conscribi et nostrę imaginis karactere iussimus insigniri.

Testes quoque subternotari fecimus quorum nomina hęc sunt: Herimannus Constantiensis episcopus, Ordinus Basiliensis episcopus, Cunradus Wormaciensis episcopus, Marquardus Fuldensis abbas, Heinricus dux Saxonię, Bertolfus dux Ceringię, Otto palatinus comes, Ulricus comes de Lenzeburch, Gozwinus de Falkenberch, Goizo comes et filius eius Menfredus, Gerardus comes de Crema, Iacobus comes de Kaualta, consules Papienses et Nouarienses[h].

⁞ Signum domini Friderici Romanorum (M.) imperatoris invictissimi. ⁞

Ego Arnoldus Coloniensis archiepiscopus Ytalici regni archicancellarius[i] recognovi.

Actum in territorio Veronensi apud insulam Acenensem. Anno dominicę incarnationis MCLV, indictione III, regnante domino imperatore Friderico. Anno regni sui IIII, imperii vero I.

## 155. *EPISTOLA AD MANTUANOS, BRIXIENSES, BERGAMENSES.*

*Dedit vir cl. Holder-Egger ex apographo tabularii Cremonensis c. a. 1200 exarato sign. nr. 772 (A 66), quod etiam privilegium continet. In fine scriptura pro parte detersa est. At deesse aliquid, vix crediderim*[1]. *Eodem codice usi sunt editores Odorici 'Storie Bresciane' VI, 53 et Prutz 'Kaiser Friedrich I.' I, 432. — Stumpf, Reg. 3724.*

*(P. deest.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Mantuanis, Brixiensibus, Pergamensibus consulibus et cuncto[a] populo. tam minoribus quam maioribus. gratiam suam et bonam voluntatem.

Scire debet universitas vestra, quod Mediolanenses[b] ob plurima incendia et rapinas. que in Italia sceleratissime exercuerunt, nostram indignationem meruerunt. et cum sepius

**154.** b) Medilanenses *or.* c) p̄clareſ *or.* d) releuare (?) *corr.* releuari. e) omni que *or.* f) eſ *manu scribae in loco raso or.* g) *corr. ex* p̄p̄tuum *or.* h) *presso pede sequuntur verba lineae signi.* i) carchicancellarius *or.*

**155.** a) cunto *c.* b) mediolalēses *c.*

1) *Quamquam Odorici dicit: 'manco il resto'.*

vocati iusticiam fugerent, ex sententia principum imperiali[c] banno eos subiecimus et in penam sue perfidie in celebri curia ex iudicio multorum principum tam Italicorum quam Teutonicorum omnibus regalibus et nominatim moneta et teloneo eos privavimus. Quia vero eadem moneta in nostra potestate relicta est et nostro arbitrio eam dandam iustitia[d] dictavit, placuit nobis fidelissimis nostris Cremonensibus ius eiusdem monete donare et imperiali[c] auctoritate confirmare. Universitati itaque vestre mandamus et sub obtentu[e] gratie nostre et per fidelitatem, quam nobis iurastis, vobis precipimus, quatinus novam monetam[f] a Mediolanensibus[g] factam per terram vestram ubique dari, accipi[h] proibeatis et eam tamquam falsam et adulterinam in omni commercio refutari[i] faciatis. Mandamus preterea et per iuramentum, quod nobis iurastis, vobis precipimus, ut Mediolanensibus[g] nullum transitum per terram vestram ad lesionem Papiensium, Cremonensium[k] et Novariensium concedatis nec ullum eis auxilium impendatis, sed ipsos Papienses et Novarienses[l] et . . . . . . . . .[m] quam[n] pro nostra[o] gratia fideliter et viriliter adiuvetis[p].

---

# 156. MANDATUM DE NOVA MONETA IMPERIALI CUDENDA.

(1155.)

*Mandatum, quod Stumpfius suo arbitrio 'circa a. 1178' signavit, anno potius 1155 ex. vindicandum mihi videtur, quo anno imperator, demtis regalibus Mediolanensibus, Cremonensibus etiam ius cudendi monetam indulsit (v. supra nr. 154). Dedit vir cl. Holder-Egger e Registro tabularii municipalis Cumarum vol. I. saec. XIII. ex., signato* Vetera monumenta civitatis Novocomae, *fol. 8'—9*[1]. *Ubi mandatum a tribus notariis Iacobo, Guifredo, Arialdo transsumtum est, qui etiam sigilli cerei mentionem faciunt. E Registro exemplatum est in codice tabularii episcopalis saec. XV. ex. seu XVI. in. signato* Privilegia Cumanae ecclesiae, *fol. 85*[2]. — *Stumpf, Reg. 4559.* *(P. deest.)*

Fredericus Dei gracia Romanorum imperator et semper augustus omnibus Cumanis et hominibus[a] universis per totum Cumanum episcopatum constitutis omnibus quoque de comitatu[b] Leucensi et de comitatu[b] Martisano atque Sepriensi graciam suam et bonam voluntatem.

**155.** c) īpali *c.* d) iusti|a *c.* e) subeotentu *c.* f) mo|monetā, mo *expuncta c.* g) mediolalensibus *alio atram. corr.* mediolanensibus *c.* h) accepi *c.* i) refutare *post corr.* refutari *c.* k) *eadem manu superscr. c.* l) *corr. ex* nouarienſſes, *sequi videtur* tā *supra lin. add. c.* m) *duae voces evanuere; quae Prutz se legisse scribit* predicto . . . . ope . . . tione, *nequaquam scripta erant.* n) q̄ *incertum.* o) *sic Prutz; iam legi nequit.* p) aiuuetis *c.; quae sequuntur in editione Prutzii* Anno regni 4 imperii vero 1 *des. c.*

**156.** a) nominibus *c.* b) comittatu *c., similia semper.*

1) *Bethmannus 'Archiv' XII, 623 opinatus est, autographa chartarum etiamnunc in tabulario municipali exstare. At vir cl. Holder-Egger a. 1891 inquisitione instaurata hanc spem fallacem esse contendit. Neque vir cl. Bresslau a. 1876 autographa ulla vidit; v. 'Neues Archiv' III, 100.* 2) *Etiam privilegium Friderici I, quod mandatum in hoc codice praecedit (Stumpf, Reg. 4032a), ex Registro civitatis exemplatum est. Aliae vero ecclesiae chartae in hoc codice contentae non ex autographis sed e codice bibl. Ambrosianae* F. S. *V, 24 mbr. fol. saec. XIV. exemplatae sunt. H.-E.*

Vestre universitati atque fidelitati notum esse volumus, quod nos aput Cumas civitatem nostram propriam monetam novam noviter cudi et fieri precepimus, que formam nostram pariter cum nomine nostro in se debeat continere. Quia vero excellencie nostre placet, ut predicta nova moneta duret ad honorem imperii et stabilis perseveret, nostra imperiali auctoritate omnibus vobis firmiter precipimus, ut in omnibus predictis locis et comitatibus[b] nostram novam monetam omni contradictione remota[c] recipiatis et teneatis et ab omnibus recipi et teneri faciatis, sicut moneta novorum Mediolanensium in prefatis comitatibus[b] recipi et teneri solebat.

## 157. SENTENTIA CONTRA SUBADVOCATOS.

1155. Sept. 20.

*Damus ex autographo in tabulario regni Bavarici asservato sign. Kaiser-Select 489, cui impressum est sigillum optime conservatum*[1]. *Superstes est etiam apographon saec. XII. ad instar diplomatis confectum, in cuius tergo manu saec. XV. leguntur:* Rescriptio litere Friderici imperatoris. *Edita est in Monumentis Boicis VII, 381, nescio quo e fonte. — Stumpf, Reg. 3727.* *(P. deest.)*

(C.) ǁ In nomine sancte et individue[a] Trinitatis. Fridricus Dei favente clementia Romanorum imperator semper augustus. ǁ Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod sicut temporibus antecessorum nostrorum seu imperatorum, Henrici, Lůtharii nec non divę recordationis C.[b] augusti, violentia advocatorum ab ęcclesiis remota est iusticia dictante, ita quod nulla ęcclesia subadvocatum habere debeat, sic nostris quoque temporibus iudicium curię nostrę de removendis subadvocatis sententiam protulit usque adeo: quod siquis principalis advocatus subadvocatum sibi constituat vel patiatur, eiusdem advocatię beneficium amittat. Nostrorum igitur antecessorum auctoritatem servantes statuimus, ut in abbatia Wezinesbrunensi, cuius advocatus Heinricus dux Saxonię esse dinoscitur, subadvocatus nullus umquam constituatur, et siqui hactenus ibidem subadvocati esse videntur, omnino removeantur. Decedente[c] vero memorato duce H. liberam facultatem habeat abbas sive conventus eiusdem cenobii quemcumque voluerint sibi substituendi advocatum. Preterea, quecunque servicia ab eadem abbatia nostris[d] successoribus seu nobis iure persolvenda[e] noscuntur, amore Dei omnipotentis omniumque sanctorum inperpetuum remittimus et ab eodem debito eam penitus imperiali auctoritate absolvimus, firmiter statuentes, ut a nullo[f] successorum nostrorum regum seu imperatorum hec nostra institucio immutetur. Insuper imperatoria auctoritate concedimus et statuimus, ut quicunque de bonis eiusdem ęcclesie ab imperio inbeneficiatis eidem ęcclesię remittere[g] et ius beneficii abnegare divinę pietatis intuitu voluerint, abnegent et ęcclesię remittant, quousque eadem ęcclesia[h] quinquaginta mansos et non amplius de ipsis bonis ab imperio in-

**156.** c) *corr. ex* remorta *c.*

**157.** a) indiudue *or.* b) Karoli *apogr.* c) *corr. ex* Decenente *or.* d) nr̄iſs *or.* e) *foramine pro parte deletum or.* f) aunllo *or.* g) *radendo corr. ex* refnittere *or.* h) ęcclā̄ *or.*

1) *Cf. Monumenta Boica XXIX, 1, 320 nr. 489.*

beneficiatis ad usum et proprietatem suam recipiat. Et ut hec omnia rata et inconvulsa[i] permaneant, presentem paginam sigilli nostri inpressione signari precepimus.

Testes autem huius rei subscribi fecimus quorum nomina hec sunt: Chônradus Augustensis episcopus, Welfo dux, Berihtoldus dux de Zaringen, Hugo comes de Tivingen, Gotfridus comes de Zolren, Gotfridus comes de Rumesperich, Adelbertus comes de Lewenstain.

‖ Signum domini Friderici (M.) Romanorum imperatoris invictissimi. ‖

XII. K.[k] Octobris, actum Bitengowe, anno dominice incarnationis MCLV, indictione III, regnante Fridrico Romanorum imperatore augusto, anno vero regni IIII[l], imperii eius I.

---

# 158. CURIA RATISBONENSIS.

## (1155. Oct. 15.)

*Litteras invitatorias edimus e codice Monacensi lat. 19411 (Teg. 1411) saec. XIII. in. fol. 115 (p. 231), quem etiam adhibuit Pezius in Thesauro VI. 1, 410. Leguntur quoque in Monumentis Boicis VI, 186 ad a. 1178, fonte non indicato. De curia Ratisponensi cf. Gesta Friderici l. II, c. 43 (28) ed. Waitz p. 121. — Stumpf, Reg. 3728.*

*(P. 98.)*

F. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus abbati de Tegrinse gratiam suam et omne bonum.

Quia Deo auctore omnia in Italia gloriose peregimus, sani et incolomes redeuntes, terram Theuthonicam propter absentiam nostram diversis hinc inde malis perturbatam ad bonum pacis et tranquillitatis reformare intendimus. A Bavaria itaque incipientes, ut maxima que in ea exorta sunt mala eradicemus et ad pacem eam revocemus, curiam generalem Ratisbone a festo sancti Michahelis ad XIIII dies[a] celebrandam indiximus, cui te interesse sub obtentu gratiae nostre precipimus.

---

# 159. CONSTITUTIO DUCATUS AUSTRIAE.

## 1156. Sept. 17.

*Privilegium celeberrimum 'minus' dictum, cuius sinceritatem contra privilegium maius a Pertzio p. 99 receptum[1] evidenter a. 1852 evicit vir cl. Wattenbach 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' VIII, 87 sq., cuius textus criticus at lectione varia carens ibi legitur p. 110, damus adiuti subsidiis omnibus, quae curae et labori viri cl. Kehr*

**157.** i) incouſſa *seu* incoulla *or.* k) k̇ *or.* l) ni nu° *eadem manu supra lin. add. or.*
**158.** a) *deest c.*

1) *Quod in Appendicem monumentorum spuriorum reiecimus.*

*Marburgensis debemus. Quae sunt:* 1) *cod. Claustroneoburgensis 929 saec. XIII. fol. 145'*; 2) *cod. tabularii Vindobonensis 577, Reichssachen 9. Locat. 244 saec. XIV. in., librum formularum, quem Alberti I. regis appellant, continens*[1], *fol. 70; textus invocatione, testibus, eschatocollo caret;* 3) *cod. Vindobonensis 7583 (Univ. 842) saec. XV. fol. 51. Chronicon Austriae Thomae Ebendorfer de Haselbach continens, quod privilegium nostrum recepit*[2]*; textus et ipse invocatione, testibus, eschatocollo caret, at duobus locis notabiliter discrepat a reliquis, nam c. 2 abundat duabus sententiis, quae conveniunt cum privilegio maiore spurio, et c. 8 annuntiat auream imperatoris bullam pro sigillo, cuius fit mentio in reliquis codicibus. Quamobrem vir cl. Wattenbach p. 89 censuit, complura privilegii exemplaria autographa exstitisse, quorum unum bulla aurea insignitum esset, quod adhuc Thomae Ebendorfer cognitum fuerit. At cum perpendamus, lectiones codicis 3 fere omnes convenire cum codice 2, veri similius nobis videtur, textum 3 pendere a codice 2, et Ebendorferum suo Marte additionem capitis 2 e privilegio maiore petivisse et mentionem bullae aureae intrusisse, quae quidem in privilegio maiore non annuntiatur sed appendet. Ceterum exemplaria 1—3 ad privilegium Friderici I. autographum recedunt, medio eo non adhibito, quo reliqui codices usi sunt. Quod est* 4) *innovatio privilegii, quam a. 1245 mense Iunio Fridericus II. fieri fecit (Böhmer, Reg. imp. V, 3482, quam infra daturi sumus), quae textum privilegii minoris de verbo ad verbum transsumpsit, exceptis tamen nominibus testium sex ultimorum. Autographon innovationis cum et ipsum deperditum sit, ad exemplaria apographa quatuor reiecti sumus, quae sunt:* 4a) *cod. Vindobonensis 543 (Hist. prof. 678) saec. XIII. ex., qui Rationarium Austriae et Stiriae continet, fol. 214;* 4b) *copiarius Lonsdorfiensis episcopatus Pataviensis nunc in tabulario regni Bavarici asservatus, iussu Ottonis de Lonsdorf episcopi (1254—65) conscriptus, cuius editionem secuti sumus, quae exstat in Monumentis Boicis XXVIII, 2. p. 354 nr. 107;* 4c) *textus quem recepit Herimannus Altahensis in Annales suos (SS. XVII, 383), qui quamvis diploma tantum Friderici I. praebeat, tamen ab innovationis textu et fortasse a codice Lonsdorfiensi pendet*[3]*;* 4d) *codex Vindobonensis 2733 (Hist. prof. 915, olim Carthusiensium monasterii Seitz) saec. XIII. fol. 10', qui textum praebet omnium vilissimum. Pauca emendavimus etiam ope privilegii maioris* (M). — *Stumpf, Reg. 3754.* *(P. deest.)*

In[a] nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clemencia[b] Romanorum imperator[c] augustus. (1) Quamquam rerum commutatio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere vel ea, que legitime[d] geruntur, nulla valeant refragatione[e] convelli, ne qua[f] tamen[g] possit esse geste[h] rei dubietas, nostra debet intervenire imperialis auctoritas[i]. (2) Noverit[k] igitur omnium Christi imperiique[l] nostri fidelium presens etas et successura[m] posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia, a quo celitus in terram[n] pax missa est[o] hominibus, in curia generali Ratispone in nativitate sancte Marie[p] celebrata, in presencia multorum religiosorum et catholicorum principum litem et controversiam, que inter dilectissimum[q] patruum nostrum Heinricum[r] ducem Austrie et karissimum nepotem nostrum[s] Heinricum ducem Saxonie

**159.** a) In — trinitatis *des.* 2. 3. b) cl. fav. 4b. c) semper 4d. d) *deest* 1; legaliter 4b.c. e) refragratione 4c; refrenatione 4d. f) si equa 4a.d. g) tantum 4d. h) geste rei *des.* 4d; geste *deest* 3. i) debet imp. auct. praecavere 4c. k) Noverint 3. l) imperii 2. 3. m) successiva 2. 4a.d. n) terras 2. o) est missa 4. p) virginis *add.* 4a.b.c. q) dilectum 1. r) Hainricum *similia codd. Austriaci semper;* dil. nostr. Hainr. patruum 3. s) *deest* 1.

1) *Cf. de hoc codice virum d. Schweizer 'Mittheilungen des Instituts' II, 259, qui tamen minus recte de privilegio nostro egit.* 2) *Pez, Scriptores rer. Austriac. II, 710.* 3) *A Hermanno certe pendet textus codicis Vindobonensis 380 (Hist. prof. 95, olim Osterhofensis) fol. 225 manu saec. XIV. Cf. 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' XIV, 4.*

diu agitata fuit de ducatu Bawarie[t], hoc modo terminavimus[u], quod dux Austrie resignavit nobis[v] ducatum Bawarie, quem statim in beneficium concessimus duci Saxonie. (3) Dux[w] autem Bawarie[x] resignavit nobis[y] marchiam Austrie cum omni iure suo et[z] cum omnibus beneficiis, que quondam marchio Leupoldus[a] habebat a ducatu Bawarie. (4) Ne autem in hoc facto aliquatenus[b] minui[c] videretur[d] honor et gloria dilectissimi patrui nostri[e], de[f] consilio et iudicio principum, Wadizlao illustri duce Boemie[g] sentenciam promulgante et omnibus principibus approbantibus, marchiam Austrie in ducatum commutavimus[h] et eundem[i] ducatum cum omni iure[k] prefato patruo nostro Heinrico et prenobilissime uxori sue Theodore in beneficium concessimus, perpetuali lege[l] sanctientes, ut ipsi et liberi eorum post eos, indifferenter filii sive filie[m], iam dictum[n] Austrie ducatum[o] hereditario iure a regno teneant et possideant. (5) Si autem predictus dux Austrie patruus noster et uxor eius absque liberis decesserint, libertatem habeant eundem ducatum affectandi cuicumque voluerint. (6) Statuimus quoque, ne aliqua[p] magna vel parva persona in[q] eiusdem ducatus regimine sine ducis consensu vel permissione[r] aliquam iusticiam presumat[s] exercere. (7) Dux vero Austrie de ducatu suo aliud servicium non debeat[t] imperio, nisi quod ad curias, quas imperator in Bawaria prefixerit[u], evocatus veniat; nullam quoque expedicionem debeat[v], nisi quam forte imperator[w] in regna vel provincias Austrie vicinas ordinaverit. (8) Ceterum ut hec nostra imperialis[x] constitucio omni evo rata ac[y] inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et[z] sigilli nostri impressione insigniri iussimus[a], adhibitis ydoneis testibus[b], quorum nomina sunt hec: Pilgrimus patriarcha Aquilegiensis[c], Eberhardus Salzeburgensis archiepiscopus[d], Otto Frisigensis[e] episcopus, Chunradus Pataviensis episcopus, Eberhardus Babenbergensis[f], Hartmannus[g] Brixenensis[h], Haertwicus Ratisponensis[i], Tridentinus[k] episcopus, domnus[l] Welfo, dux Chunradus frater imperatoris, Fridericus filius regis Chunradi, Heinricus dux Karinthie, marchio[m] Engelbertus de Istria, marchio Albertus de Staden[n], marchio[o] Diepoldus, Hermannus[p] comes palatinus[q] de Reno, Otto comes palatinus et frater eius Fridericus, Gebehardus[r] comes de Sulzbach[s], Rudolfus comes de Swinshud[t], Engelbertus comes Hallensis, Gebahardus[u] comes de Burchusen[v], comes de Buthena, comes de Pilstein et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)[w]

Ego Reinaldus[x] cancellarius vice Arnoldi Maguntini[y] archiepiscopi[z] et archicancellarii recognovi[a].

**159.** t) Bawarorum 4b; et super marchiam a superiore parte fluminis Anasi *add.* 3. u) terminatus 2; terminata est *corr. ex* terminatus 3. v) nob. resig. 4. w) Predictus dux 3. x) Saxonie 3. y) nobis et omni iure cessit et renunciavit dictam marchiam cum *etc.* 3. z) *deest* 3. a) Livpoldus 4 a.b.c; Leupoldus marchio 4d. b) *deest* 4c; aliqualiter 3. c) minnui 1; imminui 2. 4 a.c. d) videatur 4. e) hon. dil. patr. nostr. et gloria 2. 3. f) ex 1; de *etiam M.* g) Bohemorum 4d. h) commutamus 2. 4d. i) eidem 4b. k) suo 4d. l) iure 4. m) filii sive filie sue 2. 3; filii filie 4 a.b; filii et filie 4c; differenter sue filie 4d. n) eundem 2—4. o) duc. Austrie 4c. p) nec aliqua 1; quod nulla 2. 3; ut nulla 4. q) *deest* 4d. r) permissine 1. s) audeat 4d. t) debet 4; teneatur 3; *deest* 2. u) prefixerit in Bawaria 2. 4; prefixerit in banno 3. v) *deest* 1. w) nisi quam imp. forte 2. 3; nisi forte quam imp. 4. x) imp. nostra 2. y) et 2—4. z) cet. *add.* 2, *cui reliqua desunt.* a) iussimus insignari 4d; conscribi et nostre maiestatis aurea bulla iussimus communiri. Actum etc. 3, *cui reliqua desunt.* b) test. ydoneis 4. c) Aquil. patriarcha 4 a.b.c; Eberhardus archiepiscopus Saltzpurgensis, Pilgrimus patriarcha Aquilegensis 4d, *et per correcturam etiam in* 4a. d) arch. Salzburg. 4. e) Frisingensis 4 a.b.c; Frisiensis 4d. f) episcopus *add.* 4. g) Hainricus 4 a.d. h) Brixigensis 4a; Brixinensis 4 b.c; episcopus *add.* 4. i) episcopus *add.* 4 a.b.d. k) et Trid. 4 a.b.c. l) *deest* 4d. m) Engelbertus marchio, Albertus marchio de Hystria, marchio de Staden, Dyepoldus *etc.* 4d. n) Badem 4c. o) *deest* 4c. p) Heinricus 4c. q) palatinus comes 4. r) *sic M;* Eberhardus 1; Eberhardus — comes de Pilstein *des.* 4. s) *sic M;* Sultzenpach 1. t) Swineshud *M.* u) *sic M;* Eberhardus 1. v) Burchuse *M*; Burchausen 1. w) Signum — invictissimi *des.* 1; *monogramma deest* 4d. x) Ronaldus 4 a.b.c. y) Maguntinensis 4b; Maguntiensis 4c; Magutinensis 4d. z) ep̄i ep̄i 4c. a) *deest* 4b.

Dat.[b] Ratespone XV. Kalen. Octobr., indicione IIII[c], anno dominice incarnationis MCLVI, regnante domno Friderico Romanorum imperatore augusto[d]; in Christo feliciter amen; anno regni eius quinto, imperii secundo[e].

# 160. 161. MANDATA DE EXPEDITIONE MEDIOLANENSI FACIENDA.

(1157. Mart.)

## 160. *MANDATUM AD WIBALDUM ABBATEM MISSUM (Mart. 24—31).*

*Desumpsimus ex editione Iaffëi in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' I, 588 nr. 456 e codice Wibaldino. — Stumpf, Reg. 3765 a.* *(P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus W(ibaldo) dilecto suo Corbeiensi et Stabulensi abbati gratiam suam et omne bonum.

Quod fama predicat, operum censura declarat: quia persona tua, plurimis ornata virtutibus, ammirabili constantia et fidei puritate prefulget, atque difficilius á fidelitate imperii quam sol á sua claritate discedit. Quare de tua honestate omnimodis confidentes, graviora imperii negotia tuo ducimus[a] tractanda consilio; et sicut es fide ac probitate precipuus, sic te in nostris negotiis primum et assiduum esse desideramus. Quod autem iam longo tempore personam tuam ad nos venire non iussimus, causa fuit, quia de inmensis Ytalicae expeditionis et Grecae legationis laboribus nuper reversum[1] diuturne pausationis licentia placandum esse putavimus; causa etiam fuit, quia nusquam tuis partibus in tantum approximavimus, ut te ad nos sine difficultate tua vocare possemus.

Nunc autem, quia statim post pasca versus inferiores partes iter dirigimus[2], Mart. 31.
omnia illius provinciae negotia sapientiae tuae consilio tractare volentes, rogamus, ut in tercia dominica post pascha apud Novimagum nobis occurras. Apr. 21

Preterea scire te volumus, quod expeditionem, quam apud Wirzbur[3] in Apuliam[b] indiximus, ex quo Grecorum gentem de Apulia exterminatam esse comperimus, principibus duximus relaxandam; illis specialius necessitatibus intendentes, quibus honor imperii magis opprimitur et quas amplius dissimulare cum honore nostro nec possumus nec debemus: Mediolanensis dumtaxat populi superbiam ac temeritatem, qua aecclesiae et civitates Lonbardiae, sicut optimi nosti, multifarię destructae sunt et cotidie ad contumeliam imperii destruuntur. Quorum intentiones nisi nostra potentia celeri virtute preveniat, gravior inde imperio horror emerget. Inde est, quod in die Pal- Mart. 24.
marum Fulde ex consilio principum expeditionem indiximus Mediolanum, á proxima vigilia pentecosten futura usque annum[4] Ulme promovendam. Quam expeditionem prudentiae tuae sub obtentu gratiae nostrae[c] iniungimus.

**159.** b) Datum 4 b. c; *in* 4 *verba* regnante — in Christo *praecedunt.* c) indictionis IIII. 4. d) *deest* 4. e) secundo *deest* 4 d.

**160.** a) dicimus *cod.* b) Apuleiam *cod.* c) *addidit Iaffë.*

1) *Circa d. 13. Iunii 1156; v. Iaffë l. c. p. 575 nr. 2. LA.* 2) *Cf. Iaffë l. c. p. 580 nr. 118.* 3) *Anno 1156. mense Iunio, non vero, ut vult Iaffë, a. 1157. mense Martio, ut elucet e Gestis Friderici II, c. 48. 49 (29. 30).* 4) *Id est in diem 7. Iunii a. 1158. LA.*

Rogamus ut, sicut nostrum sigillum convenienti dispositione de tuo arbitrio ordinasti, ita etiam dominae tuae[1] sigillum sine mora studeas informare et ad nos Aquisgrani sculptum[d] afferas et bene politum.

## 161. *MANDATUM AD OTTONEM FRISINGENSEM DATUM.*

*Repetimus ex editione Gestorum Friderici imperatoris l. II, c. 50 (30) novissima a b. m. Waitzio instructa, codicum classibus et signis (A. B. C) retentis. Perperam hanc epistolam Pertzius sub rubro* Curia Norimbergensis *ad a. 1156 posuit. Huic epistolae imperatoris respondit Otto episcopus litteris, quas alteri Chronici sui recensioni praemisit, his verbis (SS. XX, 117):* De expeditione, quam contra Mediolanensium superbiam ordinastis ob honorem imperii vestraeque personae exaltationem, libenter audivi, praeceptumque vestrum super hac re humilitati meae destinatum reverenter suscepi. Misimus autem praesentium latores venerabilem abbatem Rapotonem Sancti Stephani et capellanum nostrum Ragewinum, qui hanc historiam ex ore nostro subnotavit, ut de hoc verbo *(sc. de expeditione)* sub gratia vestra pro nobis sufficienter respondeant. — *Stumpf, Reg. 3748 (3765 b). (P. 99.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et[b] semper augustus dilecto patruo suo Ottoni[c] Frisingensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

Quia divina providente clementia Urbis et Orbis gubernacula tenemus, iuxta diversos eventus rerum et successiones temporum sacro imperio et divae rei publicae consulere debemus. Cum enim ea, quae necessitatis causa instituta fuerint, cessante necessitate cessare debeant, expeditionem, quam proxime Wirzeburch[d] propter invasionem Grecorum in Apuliam iurari precepimus, post fugam eorum tibi caeterisque[e] principibus relaxamus, ut ad alia imperii negocia promptiores eos invenire possimus. Verum quia Mediolanensium superbia iamdiu caput contra Romanum[f] erexit imperium et modo sua fortitudine totam[g] Italiam subvertere vel suo nititur subiugare dominio[h], ne tanta presumptio nostro tempore prevaleat vel gloriam nostram plebs improba usurpare vel conculcare valeat, futuris casibus viriliter occurrere et ad destructionem eorum[i] omne robur imperii excitare intendimus. Ex iudicio igitur principum expeditionem contra Mediolanum a proximo pentecosten[k] usque[l] ad annum iuratam tibi indicimus, quam intime rogantes et precipientes, quatinus ad eam nobiscum peragendam a vigilia pentecosten[m] ad annum Ulmae nobis indubitanter occurras; certus, quod nec te nec aliquem principum nostrorum montem Apenninum transire cogemus.

**160.** d) scuptum *cod.*

**161.** a) F. *A* 1. b) *deest A.* c) O. *A. B* 1. d) Wirzeburc *C* 1; Wirziburch *B**. e) ceteris et *A.* f) nomen *B* 1. g) It. totam *A.* h) dom. subiug. *C.* i) illorum *A.* k) *ita B. C* 1. l) *deest B. C.* m) *ita B;* pentecostes *C.*

1) *Beatricis imperatricis.*

# 162. SENTENTIA CONTRA TELONEA FLUMINIS MOENI LATA.

1157. Apr. 6.

*Damus e duobus autographis iam in tabulario regni Bawarici asservatis, quorum uno, episcopatus quidem Wirzburgensis* (W), *Kaiser-Select ad 496, fundamento usi sumus. In dorso legitur manu saec. XII—XIII:* De teloneo abbbe *(a Babenberc)* usque Mogunt; *lineae quinque ultimae* (Signum — amen) *spatium tantum dimidium membranae obtinent, quarum a latere dextero posita sunt monogramma et sigillum bene conservatum. Alterum autographon olim Bambergensis episcopatus* (B), *Kaiser-Select 496, ab alio notario exaratum est, qui scriptura antiquiore utitur; in dorso legitur manu saec. XII:* privilegium imperatoris Friderici de theloneo in aqua inter Babenberch et Maguntiam. *Monogramma et sigillum optime conservatum in fine post* amen *posita sunt. Ex* W *edidit Böhmer 'Codex dipl. Moenofrancofurtanus' 15 (= Pertz), ex* B *dederunt Monumenta Boica XXIX, 1, 340. — Stumpf, Reg. 3767.* *(P. 104.)*

(C.) ‖ In nomine sancte et individue[a] Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si ea que[a] a predecessoribus nos‖tris regibus et imperatoribus[b] statuta et confirmata sunt nostris oraculis roboramus, si etiam illa que[a] negligentie[a] iactura corrupit vel desuetudo inumbravit imperiali nostra auctoritate dilucidando corrigimus et in melius comutamus, saluti nostre[a] consulimus et regium ministerium susceptum a Domino exercemus. Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri[c] fidelium presens etas[a] et successura posteritas, quod cum divina largiente gratia, Urbis et Orbis corona et dignitate percepta, ab Ytalia[d] redeuntes Wirzeburc venissemus, maxima civium ac negociatorum querimonia nobis occurrit, pro eo quod a Babenberc usque Maguntiam in fluvio Mogo nova et inconsueta omnique ratione carentia thelonea per plurima loca a mercatoribus exigerentur eademque occasione frequentius expoliarentur mercatores. Unde quia ex assumpte potestatis debito pacientibus[e] iniuriam nostrum est prebere solatium, ex iudicio principum qui presentes erant, palatino comite Hermanno de Rheno sententiam proferente, precepimus, ut in proxima nativitate Domini futura omnes, qui in prefato flumine theloneum solebant accipere, nostro se conspectui presentarent et sua thelonea imperatorum vel regum donationibus sibi esse collata per privilegia coram posita monstrarent; ea vero thelonea que[a] imperatorie[a] vel regie[a] donationis auctoritate carerent, nostro iudicio perpetualiter amputarentur. Ad quam dumtaxat curiam cum illorum nulli nostro se conspectui presentassent neque sua thelonea predictis rationibus roborassent, nos ex indicio principum omnia thelonea a Babenberc usque Maguntiam perpetualiter dampnavimus; exceptis tribus, quorum unum est apud Nuwestat semper in mense Augusto per VII dies ante assumptionem sancte[a] Marie[f] et VII post, et dantur de singulis novis navibus singuli IIII denarii; et apud Ascafenburc[g] similiter; tercium theloneum est apud Frankenfort, quod est imperiale. Ad tollendam itaque omnis inconsueti thelonei occasionem seu nefande[a] exactionis insolentiam imperiali auctoritate precipimus, ut mercatores per Mogum ascendentes seu per ripam fluminis, que[a] via regia esse dinoscitur, funes trahentes nullus umquam occasione thelonei aut aliter quomodolibet inquietare

162. a) *litera ę pro e in B.* b) *hucusque litterae elongatae in B.* c) *deest B.* d) Ythalia *B.* e) patientibus *B.* f) Mariae *B.* g) ascaffenburc *B.*

presumat. Decernimus igitur, ut nullus regum aut imperatorum seu aliqua alia ecclesiastica[a] secularisve persona hanc nostram institutionem infringere aut violare presumat, sed maneat eis quorum collata est usibus perpetuo valitura. Quod si aliquis huic nostro privilegio in posterum temere contraire presumpserit, decernimus ut penam centum librarum auri optimi camere[a] nostre[a] componat et imperatorie[a] proscriptioni subiaceat. Ceterum ut supradicte[a] imperiales decisiones vel constitutiones rate[a] semper et illibate[a] permanere debeant, firmissimum eis nostre auctoritatis robur accomodavimus. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione[h] insigniri iussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum alii ab inicio[i] rei sententiam principum approbant, alii confirmationis huius fidem amministrant. Testes vero sententie[a] sunt hii: Wicmannus[k] Magdeburgensis archiepiscopus, Gebehardus Wirzeburgensis[l] episcopus, Eberhardus Bambergensis[m] episcopus, Guntherus Spirensis episcopus, Wiggerus Brandenburgensis episcopus, Marquardus Fuldensis abbas, Fridericus dux Suevorum[n] filius Cunradi[o] regis piisimi, marchio Albertus, marchio Cunradus, Ludewicus lantgravius Turingie[a], Otto palatinus comes de Widelinesbach, Berhdolfus[p] comes de Andesse, Poppo burcgravius[q] Wirzeburgensis[l] et frater eius Berhdoldus[r], Ludewicus comes de Rienegge[s], Wolframus[t] comes de Wertheim, Rapoto[u] comes, Marquardus de Grunbach, Godefridus de Luden, Walterus[v] de Scipphe. Testes vero confirmationis sunt hii: Arnoldus Maguntinus archiepiscopus, Cunradus Wormaciensis[w] episcopus, Eberhardus Babenbergensis episcopus, Guntherus Spirensis episcopus, Albertus Tridentinus episcopus, Gebehardus Wirzeburgensis[x] episcopus, Marquardus Fuldensis abbas, Matheus dux Lotharingie[a], Hermannus[1] palatinus comes Rheni, Ludewicus langravius[y] Thuringie[a], Emecho[z] comes de Liningen, Godefridus comes de Spanheim et alii quam plures.

⁞ Signum domini Friderici Romanorum imperatoris gloriosissimi. ⁞ (M.)

Ego Reinoldus[a] cancellarius vice Arnoldi Maguntini archiepiscopi et archicancellarii[b] (L. S.) recognovi.

Dat. Wormacię[c] VIII. Idus Aprilis, indict. V, anno dominice[a] incarnationis MCLVII, regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius V, imperii vero II. Actum in Christo feliciter; amen.

---

# 163. EDICTUM IN FAVOREM IUDAEORUM.

## 1157. Apr. 6.

*Editionem principem paravit vir d. Hoeniger 'Zeitschrift für die Geschichte der Juden in Deutschland' I, 137 e transsumto Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis a. 1360 Ian. 2 in tabulario civitatis Coloniensis sub Nr. 2283 asservato, quod exemplavit vir d. Korth. Haec charta transsumpsit diploma Eberhardi episcopi Wormatiensis a. 1260*

**162.** h) inpressione *B.* i) initio *B.* k) Wigmannus *B.* l) Wirziburgensis *B.* m) Babenbergensis *B.* n) Sueuorum *B.* o) Cůnradi *B.* p) Bertolfus *B.* q) burgravius *B.* r) Bertoldus *B.* s) rheno *B.* t) Wolframmus *B.* u) Rabboto *B.* v) Waltherus *B.* w) Cůnr. Wormatiensis *B.* x) Wircib. *B.* y) lantgravius *B.* z) Emicho *B.* a) Reinaldus *B.* b) archicanc. *W.* c) Wormatie *B.*

1) *Sic in utroque autographo pro* Cunradus. *Hermannus palatinus obierat a. 1156. Sept. 20.*

*Mart. 11, in quo insertum est privilegium Friderici II. imperatoris a. 1236 mensis Iulii, infra dandum*[1], *cui inest edictum Friderici I. Repetimus editionem principem. Ex erudito commentario, quo viri docti Hoeniger, Bresslau l. c., Stobbe ibidem p. 205 privilegium nostrum illustraverunt, pauca tantum exhiberi libet. Friderici I. edictum confirmatio est edicti Heinrici IV. Iudaeis Wormatiensibus* et ceteris sodalibus suis[2] *concessi, quod deperditum esse dolemus. Plurimae autem eius normae fere ad verbum conveniunt cum privilegio Heinrici IV. Iudaeis quibusdam Spirensibus a. 1090 Febr. 19 indulto*[3], *quod quia uni tantum genti datum est, a nostro proposito alienum non recepimus. Quod cum ad diploma eidem genti a rege quodam stirpis Carolingicae concessum recedat, privilegium ab Heinrico IV. Iudeis Wormatiensibus datum ad instar huius formatum esse videtur. — Stumpf. Reg. deest.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus necnon omnibus regni nostri legibus obnoxiis notum sit, qualiter Iudeis de Wormacia et ceteris sodalibus suis statuta proavi nostri imperatoris Henrici tempore Salmanni eorundem Iudeorum episcopi nostra quoque auctoritate lege semper valitura confirmamus.

1. Quia ergo[a] volumus, ut de omni iusticia ad nos tantum habeant respicere, ex nostre regie dignitatis auctoritate precipimus, ut nec episcopus nec camerarius nec comes nec scultetus nec quisquam penitus, nisi quem ipsi de se elegerint, de aliqua re vel iusticie alicuius exaccione cum eis vel adversus eos tractare presumat, nisi tantum ille quem ex eleccione ipsorum, ut prefati sumus, ipse imperator eis prefecerit, presertim cum ad cameram nostram attineant, [prout] nobis complacuerit.

2. De rebus eciam, quas iure hereditario possident in areis, in ortis, in vineis, in agris, in mancipiis seu in ceteris rebus mobilibus vel inmobilibus, nullus eis quicquam auferre presumat. In comoditate quam habent in edificiis in muro civitatis, infra vel extra, nullus eos impediat. Si quis vero contra hoc edictum nostrum eos in aliquo inquietare temptaverit, in graciam nostram reus sit, ipsis autem rem, si quam abstulerit, duplo restituat.

3. Habeant eciam liberam potestatem per totam civitatem cum quibuslibet hominibus canbire argentum, excepto tantum ante domum monetaream vel sicubi alibi monetarii ad cambiendum consederint[4].

4. Intra ambitum regni nostri libere ac pacifice discurrant negocium et mercimonium suum exercere, emere ac vendere; et nullus ab eis theloneum exigat, nullam exaccionem publicam vel privatam repetat.

5. In domibus eorum sine consensu ipsorum hospites non recipiantur; nullus ab eis equum ad profectionem regis vel episcopi aut angariam regie expedicionis requirat.

6. Si autem res furtiva apud eos inventa fuerit, si dixerit Iudeus, se emisse, iuramento probet secundum legem suam, quanti emerit, et tantundem recipiat et rem ei cuius erat restituat.

**163.** a) erga *ed.*

1) *Ubi etiam invenies diplomata Wilhelmi et Eberhardi.* 2) *Quid hoc enuntiatum significare velit, non satis elucet. An cogitari licet de omnibus regni Teutonici Iudaeis?* 3) *Quod nuperrime edidit Hilgard 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speier' I, nr. 12; Stumpf, Reg. 2902. Quod diploma in apographo saec. XIII. tantum servatum in favorem episcopi vitiatum esse videtur.* 4) *Cf. privilegium Friderici I. a. 1165 Sept. 24 monetariis Wormatiensibus datum, in versione tantum servatum (Urkundenbuch der Stadt Worms I, nr. 80 p. 65; Stumpf 4052):* Vort setzen wir von keyserlicher satzunge, dasz niemands in der gantzen stad gewalt habe gelte zu wechseln ane allein die muntzer, die iren gesatzten zintz davon bezalen, und sal daby den Juden ir recht behalten sin. *HOENIGER.*

7. Nullus filios aut filias eorum invitos baptizare presumat aut, si captos vi vel furtim raptos vel coactos baptizaverit, duodecim libras auri ad erarium regis persolvat. Si autem aliquis eorum sponte baptizari voluerit, triduo reservetur, ut integre cognoscatur, si vero christiane religionis causa aut pro aliqua illata sibi iniuria legem suam deserat; et sicut legem patrum suorum reliquerunt, ita eciam relinquant hereditatem.

8. Mancipia quoque eorum pagana nullus sub obtentu christiane religionis baptizans a servicio eorum avertat: quod si fecerit, bannum, id est tres libras argenti, persolvat et servum domino suo reddat, servus vero per omnia preceptis domini sui obediat, salva nichilominus christiane fidei observacione.

9. Liceat eis ancillas et nutrices Christianas habere et Christianos ad opera facienda conducere, exceptis diebus festis et dominicis; nec hoc contradicat episcopus vel aliquis clericus.

10. Non liceat eis christianum servum emere.

11. Quod si Iudeus contra Christianum vel Christianus contra Iudeum contenderit, uterque, prout res est, secundum legem suam iusticiam faciat et rem suam probet. Et sicut licet unicuique Christiano per suum et unius testis utriusque legis publicum iuramentum probare, fideiussores Iudeo per eum positos absolvisse, sic eciam Iudeo liceat per suum et unius Iudei et unius Christiani publicum iuramentum probare, fideiussores Christiano per eum positos absolvisse, nec amplius ab actore vel iudice sit cogendus.

12. Et nemo Iudeum ad ignitum ferrum vel ad calidam aquam vel frigidam cogat nec flagellis cedat nec in carcerem[b] mittat, set iuret secundum legem suam post quadraginta dies. Nullus testibus nisi simul Iudeis et Christianis convinci possit qualibet de causa. Pro quacunque re regiam appellaverint[c] presenciam, inducie eis concedantur. Quicunque eos contra hoc edictum nostrum fatigaverit, bannum, id est tres libras auri, persolvat imperatori.

13. Si quis adversus aliquem eorum consilium fecerit aut ei[d] insidiatus fuerit ut occidatur, uterque et consiliator et occisor duodecim libras auri ad erarium regis persolvat. Si vero eum vulneraverit, et non ad mortem, libram unam auri componat. Et si sit servus qui illum occiderit vel vulneraverit, dominus eius aut supradictam composicionem inpleat aut servum ad penas trahat. Quod si pre paupertate predictum solvere nequiverit, eadem pena plectatur qua ille punitus est tempore Henrici imperatoris proavi nostri, qui Iudeum nomine Vivum interfecit, scilicet oculi eius eruantur et dextra manus amputetur.

14. Quod si ipsi Iudei litem inter se vel causam aliquam habuerint determinandam, a suis paribus et non ab aliis iudicentur. Et si aliquando inter eos perfidus alicuius rei inter eos geste occultare voluerit veritatem, ab eo qui est episcopus eorum veritatem fateri[e] cogatur. Si autem de magna causa inculpati fuerint, inducias ad imperatorem habeant, si voluerint.

15. Habeant preterea vinum suum, pigmenta et antidota vendere Christianis licenciam, et sicut prediximus, nullus ab eis exigat palefridos vel angariam vel aliquam exaccionem publicam vel privatam.

Et ut hec concessionis auctoritas omni evo inviolata permaneat, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Huius rei testes sunt: Arnoldus Moguntinensis archiepiscopus, Cunradus Wormaciensis episcopus, Gunterus Spirensis episcopus, Hermannus Fardensis episcopus, Cunradus palatinus comes Reni, Fredericus dux Suevorum filius Cunradi regis, comes Emicho de Liningen, Ulricus de Hurningen[f], Marquardus de Grunbach.

**163.** b) carcere *cod.* c) appellaverit *cod.* d) eis *ed.* e) fatere *cod.* f) Houningen *cod.*

Signum domini Frederici Romanorum imperatoris augusti. (M.)

Ego Renaldus cancellarius vice Maguntinensis archiepiscopi recognovi.

Datum Wormacie VIII. Idus Aprilis, regnante domino Frederico Romanorum imperatore invictissimo, indictione quinta[g], anno dominice incarnacionis M. centesimo LVII, anno regni eius V, imperii vero secundo. Actum in Christo feliciter. amen.

# 164–168. CONTROVERSIA CUM HADRIANO IV.

## 1157. Sept. — 1158. Iun.

### 164. *LITTERAE PONTIFICIS.* *1157. Sept. 20.*

*Litteras a legatis sedis apostolicae in curia Bisuntina mense Octobri imperatori porrectas praebemus cum ex editione Gestorum Friderici Waitziana p. 139, l. III, c. 9, retentis codicum et classium signis* A. B. C, *tum ex* V, *codice Vindobonensi 629 (Ius can. 133) saec. XII, cuius lectiones adnotavit Waitz;* M. *codice lat. Monacensi 22201 (Windberg. 1) saec. XII. fol. 270'*; S. *codice Argentinensi quodam saec. XIV. ex., quem iam olim contulit b. m. Pertz. — Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. nr. 10304.* *(P. deest.)*

Adrianus[a] episcopus servus servorum Dei dilecto filio Friderico[b] illustri Romanorum[c] imperatori salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Imperatoriae maiestati paucis retroactis diebus recolimus nos[d] scripsisse illud horrendum et execrabile facinus et piaculare flagitium tempore nostro commissum, in Teutonicis[e] partibus, sicut credimus, aliquando intemptatum, excellentiae tuae ad memoriam revocantes, nec[f] sine grandi[g] ammiratione ferentes, quod absque digna severitate vindictae usque nunc transire passus sis tam perniciosi sceleris feritatem: qualiter enim venerabilis frater noster E. Lundenensis[h] archiepiscopus, dum a sede apostolica remearet, a quibusdam impiis et scelestis, quod sine grandi animi merore non dicimus, in partibus illis[i] captus fuerit et adhuc in custodia teneatur, qualiter etiam in ipsa captione predicta viri impietatis, semen nequam, filii scelerati in eum et in suos evaginatis gladiis violenter exarserint[k], et eos, ablatis omnibus, quam turpiter atque inhoneste tractaverint[l], et tua serenissima celsitudo cognoscit atque ad longinquas et remotissimas regiones fama tanti sceleris iam pervenit. (2) Ad cuius utique[m] vehementissimi facinoris ultionem, sicut is[n] cui bona placere[o], mala vero displicere credimus, constantius exurgere debuisti, et gladium, qui tibi[p] ad vindictam malefactorum[q], laudem vero bonorum est ex divina provisione concessus, in cervicem desevire oportuit impiorum et gravissime conterere presumptores. Tu vero id ipsum ita dissimulasse diceris seu etiam[r] neglexisse, quod eosdem malefactores[s] non est quare peniteat commisisse reatum, quia se[t] inpunitatem sacrilegii quod gesserunt iam-

**163.** g) quinte *cod.*

**164.** a) Adrianus — benedictionem *des. M, ubi lemma:* Epistola Adriani pape ad Fridericum imperatorem. b) F. *A* 1. c) Rom̄ *A. B*.* d) *deest C.* e) Theutonicis *M*; Theotunicis *S.* f) *ita A. V. M. S.;* non *B. C.* g) gravi *A.* h) Ludun. *B* 1; Lundun. *B**; Lundensis *M*; Ludenensis *S.* i) istis *V.* k) exarserunt *M. S.* l) tractaverunt *S.* m) itaque *A.* n) his *A. C* 1; hiis *S.* o) *deest A.* p) tibi *post* bonorum *V.* q) malorum *B*; maledictorum *C* 1 ?. 2. r) *ita V*; seviciam *A. B. C. M. S.* s) *ita M. S.; deest A. B. C. V.* t) *deest B C.*

iam sentiunt invenisse. Cuius quidem dissimulationis et negligentiae causam penitus ignoramus, quoniam nos in aliquo serenitatis tuae gloriam offendisse[u] conscientiae scrupulus nostrum animum non accusat, sed personam tuam sicut karissimi et specialis filii nostri et principis christianissimi, quem[v] in apostolicae confessionis petra non ambigimus per Dei gratiam solidatum[w], sincera semper dileximus[x] karitate[y] et debitae tractavimus benignitatis affectu. (3) Debes enim, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter et quam iocunde alio anno mater tua sacrosancta Romana aecclesia te susceperit, quanta cordis affectione tractaverit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit et honoris, et qualiter imperialis insigne coronae[1] libentissime conferens, benignissimo gremio suo tuae[z] sublimitatis apicem studuerit confovere, nichil prorsus efficiens quod regiae voluntati vel in minimo cognosceret obviare. Neque tamen penitet[a] nos tuae desideria[b] voluntatis in omnibus implevisse, sed si maiora beneficia[c] excellentia tua de manu nostra suscepisset, si[z] fieri posset, considerantes, quanta aecclesiae Dei et nobis per te incrementa possint et commoda provenire, non inmerito gauderemus[d]. (4) Nunc autem, quia tam immensum facinus[e], quod in contumeliam universalis aecclesiae et imperii tui noscitur etiam commissum, negligere ac[f] dissimulare videris, suspicamur utique ac[f] veremur, ne forte in hanc dissimulationem et negligentiam[g] propter hoc tuus animus sit inductus, quod suggestione perversi hominis zizania seminantis adversus clementissimam matrem tuam sacrosanctam Romanam aecclesiam et nos ipsos indignationem, quod absit, aliquam conceperis vel rancorem[2]. (5) Ob hoc igitur et ob alia omnia[h] negotia, quae cognoscimus imminere, duos de melioribus et carioribus quos circa nos habemus[i], dilectos scilicet filios nostros Bernhardum[k] tituli[l] Sancti Clementis presbiterum cardinalem et[m] Rolandum[n] tituli[o] Sancti Marci presbiterum cardinalem et cancellarium nostrum, viros utique religione et[p] prudentia et honestate conspicuos, serenitati tuae de latere nostro ad presens duximus destinandos, excellentiam tuam rogantes attentius, quatinus eos tam honorifice quam benigne recipias, honeste tractes et ea quae ipsi super hoc et super aliis ad honorem Dei et sacrosanctae Romanae aecclesiae, ad decus etiam et exaltationem imperii pertinentia ex parte nostra imperatoriae proposuerint dignitati, sicut[q] ab ore nostro procedant, absque ulla hesitatione suscipias et ipsorum verbis, tamquam si ea contingeret[r] nos proferre, fidem[s] non dubites adhibere.

Data[t] Anagnie XII. Kal. Octobris.

## 165. *ENCYCLICA IMPERATORIS.* *(1157. Oct.)*

*Exstat in Gestis Friderici l. III, c. 11 (10) ed. Waitz p. 142. — Stumpf, Reg. 3782. (P. 105.)*

**164.** u) ostendisse *S.* v) quę *M.* w) sine causa *add. B. B*.* x) dilexerimus *C.* y) *ita C* 1. *V. M. S.* z) *deest B* 3. a) peniteret *B. B*.* b) des. tuae vol. *C.* c) *loco* beneficia — posset *V:* excellentia tua, si fieri posset, de manibus nostris beneficia. d) gaudemus *S.* e) immensum facinus *des. M;* facinus *deest A. V. S.* f) et *A.* g) hac dissimulatione et negligentia *M. S.* h) *deest S;* quaedam *V.* i) haberemus *S.* k) B. *A* 1. *C* 1. *M. S;* Bñ *A* 2. l) *ita M. S; deest A. B. C. V.* m) card. et *des. C.* n) R. *A* 1. *C* 1. *M. S;* Rol. *A* 2. o) *deest B. C.* p) *ita A* 1. *B* 1. *M; deest rell.* q) velut si *V.* r) contigeret *M.* s) *deest M;* non dub. adh. fidem *A.* t) Dat. *V. S;* Data — Octobris *des. A. B. C.*

1) *Hoc loco vocem* beneficium *in authentico additam fuisse, quam hic itemque in encyclica imperatoris quidam pacis seu partium papalium studiosus deleverit, apparet ex ipsius Hadriani IV. verbis in epistola ad episcopos data, infra nr. 166.* 2) *Cf. ea quae papa a. 1157. Ian. 19 Wibaldo abbati scripserat apud Iaffêum 'Bibl. rer. German.' I, 585 nr. 454.*

Cum divina potentia, a qua omnis potestas in caelo et in terra, nobis, christo eius, regnum et imperium regendum commiserit[a] et pacem aecclesiarum imperialibus armis conservandam ordinaverit, non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni vestrae, quod a capite sanctae aecclesiae, cui Christus pacis ac dilectionis suae characterem impressit, causae dissensionum, seminarium[b] malorum, pestiferi morbi venenum manare videntur. De quibus, nisi Deus avertat, totum corpus aecclesiae commaculari, unitatem scindi, inter regnum et sacerdotium scisma fieri pertimescimus. Cum enim nuper in curia Bisuncii[c] essemus et de honore imperii et salute aecclesiarum debita sollicitudine tractaremus, venerunt legati apostolici, asserentes, se talem legationem nostrae afferre maiestati, unde honor imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cum prima die adventus sui honorifice suscepissemus[d] et secunda, ut mos est, ad audiendam legationem eorum cum principibus nostris consedissemus, ipsi quasi de mammona iniquitatis inflati, de altitudine superbiae, de fastu arrogantiae, de execrabili tumidi[e] cordis elatione, legationem apostolicis litteris conscriptam nobis presentaverunt, quarum tenor talis erat: quod pre oculis mentis semper deberemus habere, qualiter domnus papa insigne imperialis coronae[1] nobis contulerit, neque tamen penitentia[f] moveretur, si maiora excellentia nostra ab eo beneficia suscepisset. Haec erat illa paternae dulcedinis legatio, quae unitatem aecclesiae et imperii confovere debuit, quae vinculo pacis utrumque colligare studuit, quae ad utriusque concordiam et obedientiam animos audientium allexit. Certe ad[g] vocem illam nefandam et omni veritate vacuam non solum imperialis maiestas debitam indignationem concepit, verum omnes principes qui aderant tanto furore et ira sunt repleti[h], quod sine dubio illos duos iniquos presbiteros mortis sententia dampnassent, nisi[i] hoc nostra intercepisset presentia. Porro quia multa paria litterarum apud eos reperta sunt et scedulae sigillatae ad arbitrium eorum adhuc scribendae, quibus, sicut actenus consuetudinis eorum fuit, per singulas aecclesias Teutonici regni conceptum iniquitatis suae virus respergere, altaria denudare, vasa domus Dei asportare, cruces excoriare nitebantur, ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem qua venerant via ad Urbem eos redire fecimus. Cumque per electionem principum a solo Deo regnum et imperium nostrum sit[k], qui in passione Christi filii sui duobus gladiis necessariis regendum orbem subiecit, cumque Petrus apostolus hac doctrina mundum informaverit: 'Deum timete, regem honorificate', quicumque nos imperialem coronam pro beneficio a domno papa suscepisse dixerit, divinae[l] institutioni et doctrinae Petri contrarius est et mendacii reus erit. Quia vero actenus honorem ac libertatem aecclesiarum, quae iamdiu indebitae servitutis iugo depressa est, a manu Egyptiorum[m] studuimus eripere et omnia eis dignitatum suarum iura conservare intendimus, universitatem vestram super tanta ignominia nobis et imperio condolere rogamus, sperantes, ne honorem imperii, qui a constitutione Urbis et christianae religionis institutione ad vestra usque tempora gloriosus et imminutus extitit, fidei[n] vestrae indivisa sinceritas tam inaudita novitate, tam presumptuosa elatione imminui patiatur; sciens omni ambiguitate remota, quod mortis periculum ante vellemus incurrere, quam nostris temporibus tantae confusionis obprobrium sustinere.

I. Petr. 2, 17.

**165.** a) regnum comiserit et imp. reg. *A.* b) seminaria *A.* c) Bisunzii *B* 1. d) suscepimus *A.* e) *deest B.* f) penitentie *B* 3. g) et ad *A.* h) repl. sunt *A* i) nonnisi *B* 1. 2. k) fit *B* 1. 3. l) divini *B* 1. *B**. m) Egipt. *A.* n) *deest A.*

1) *Hoc loco vocem* beneficium *excidisse v. supra p. 230 not. 1.*

### 166. *HADRIANI IV. AD EPISCOPOS GERMANIAE EPISTOLA.* (*1157 ex.*)

*Exstat in Gestis Friderici l. III, c. 16 (15) ed. Waitz p. 148, qui etiam lectiones codicis Vindobonensis* (V) *629 (Ius can. 133) adnotavit. — Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. nr. 10321.* (*P. deest.*)

(1) Quotiens aliquid in aecclesia contra honorem Dei et salutem fidelium attemptatur, fratrum et[a] coepiscoporum nostrorum, et eorum precipue qui spiritu Dei aguntur, cura debet existere, ut ea[b] quae male gesta sunt[c] gratam Deo correctionem debeant invenire. Hoc autem tempore, quod absque nimio merore non dicimus, karissimus filius noster Fridericus[d] Romanorum imperator tale quid egit, quale temporibus antecessorum suorum non legimus perpetratum. Cum enim nos duos de melioribus fratribus nostris, Bernhardum[e] scilicet[f] tituli Sancti Clementis et Rolandum[g] cancellarium nostrum tituli Sancti Marci presbiteros cardinales, ad ipsius presentiam misissemus, ipse, cum primum ad eius presentiam pervenerunt[h], alacriter visus est eos recepisse[i]. (2) Sequenti vero[k] die cum redirent ad eum et litterae nostrae in eius auribus legerentur, accepta occasione cuiusdam verbi, quod ipsarum litterarum series continebat, ‘insigne videlicet[l] beneficium[1] imperialis coronae[m] tibi contulimus’, in tantam animi commotionem exarsit, ut convicia, quae in[k] nos et legatos nostros dicitur coniecisse, et quam inhoneste ipsos a presentia sua[n] recedere ac de terra sua velociter exire compulerit, et audire obprobrium et lamentabile sit referre. Eis autem ab illius[o] presentia excedentibus, facto edicto, ne aliquis de regno vestro ad apostolicam sedem accedat, per omnes fines eiusdem regni custodes dicitur posuisse, qui eos, qui ad apostolicam sedem venire voluerint, violenter debeant[p] revocare. (3) Super quo facto licet aliquantulum conturbemur, ex hoc tamen in nobis[q] ipsis maiorem[r] consolationem accipimus[s], quod ad id de vestro et principum consilio non processit. Unde confidimus, eum[t] a sui animi motu consilio et persuasione vestra facile revocandum. Quocirca, fratres, quoniam in hoc facto non solum nostra sed vestra et omnium aecclesiarum res agi dinoscitur, karitatem vestram monemus et exhortamur in Domino, quatinus opponatis vos[u] murum pro domo Domini et prefatum filium nostrum ad viam rectam quam citius reducere studeatis, attentissimam sollicitudinem adhibentes, ut a Reinaldo[v] cancellario suo et Ottone[w] palatino comite, qui magnas blasphemias in prefatos legatos nostros et matrem vestram[x] sacrosanctam[y] Romanam aecclesiam evomere presumpserunt, talem et tam evidentem satisfactionem faciat exhiberi, ut, sicut multorum aures amaritudo sermonis eorum offendit, ita etiam[z] satisfactio multos ad viam rectam debeat revocare. Non acquiescat idem filius noster consiliis iniquorum, consideret[a] novissima et antiqua et per illam viam incedat, per quam Iustinianus et alii catholici imperatores[z] incessisse noscuntur. Exemplo siquidem et imitatione illorum et honorem in terris et felicitatem in caelis sibi poterit cumulare. (4) Vos etiam, si eum ad rectam semitam reduxeritis, et beato Petro apostolorum principi gratum dependetis[b] obsequium et vobis et aecclesiis vestris suam[c] conservabitis libertatem. Alioquin noverit antedictus filius noster ex ammonitione vestra[d], noverit ex promissionis euvangelicae veritate, quod sacrosancta

**166.** a) ac *A.* b) *deest A;* ea — sunt *des. V.* c) *deest B* 3. d) F. *A. B* 1. e) B. *A* 1. *B* 1. *C* 1; Bñ *A* 2. f) *deest C.* g) R. *A* 1. *B* 1. *C* 1; Rol. *A* 2. h) advenerunt *V.* i) suscepisse *A.* k) *deest A.* l) vid. insigne *V.* m) *sic V;* vid. ben. cor. *A;* vid. cor. ben. *B. C;* vid. coronae *B**. n) *deest B* 1. 3; sua pres. *A* 1. o) ipsius *C.* p) violentius debeat *V.* q) nobismet *V.* r) mitiorem *A.* s) accepimus *B* 1; recipimus *V.* t) *deest V.* u) vos opp. *V.* v) R. *A. B* 2; Reinoldo *B* 1. w) *sic B**; O. *A* 2. *V; deest rell.* x) nostram *A.* y) sanctam matrem vestram *V.* z) *deest V.* a) considerans *V.* b) dependitis *B* 3. c) *deest C.* d) nostra *V.*

1) *En vocem fatalem* beneficium, *quae supra nr. 164 et 165 omissa est!*

Romana aecclesia super[e] firmissimam petram, Deo collocante, fundata, quantocumque ventorum[f] turbine quatiatur, in sua[g] firmitate, protegente Domino, in seculum seculi permanebit. Nec[h] autem, sicut nostis, deceret eum tam arduam viam absque vestro consilio attemptasse; unde credimus, quod auditis ammonitionibus vestris facillime poterit ad frugem sanioris studii, sicut vir discretus et imperator catholicus, revocari[i].

## 167. *RESPONSUM EPISCOPORUM AD HADRIANUM IV. (1158. in.)*

*Litteras, quibus inest notabilis illa imperatoris declaratio, damus ex recensione Waitziana Gestorum Friderici l. III, c. 17 (16) p. 149; editor lectiones codicis Vindobonensis* (V) *629 (Ius can. 133) adiunxit. Praesto quoque fuit collatio declarationis imperatoriae, quam ex ipso hoc codice instituit vir d. Paulus Kehr; quam uno quidem loco non sine fructu adhibuimus. (P. deest.)*

(1) Quamvis sciamus et certi simus, quod aecclesiam Dei fundatam supra firmam[a] petram neque venti neque flumina tempestatum possint deicere, nos tamen infirmiores et pusillanimes, si quando huiusmodi contigerint[b] impetus, concutimur[c] et contremiscimus[d]. Inde nimirum graviter conturbati sumus et conterriti[e] super his quae inter vestram sanctitatem et filium vestrum devotissimum, dominum nostrum imperatorem[f], magni mali, nisi Deus avertat, seminarium prebitura videntur. (2) Equidem a verbis illis quae in litteris vestris continebantur, quas per nuncios vestros prudentissimos et honestissimos, dominum Bernhardum[g] et dominum Rolandum[h] cancellarium, venerabiles presbiteros cardinales misistis, commota est universa res publica imperii nostri: aures imperialis potentiae ea pacienter audire non potuerunt neque aures principum sustinere: omnes ita[i] continuerunt aures suas, quod nos, salva gratia vestrae sanctissimae paternitatis, ea tueri[k] propter sinistram ambiguitatis interpretationem vel consensu aliquo approbare nec audemus nec possumus, eo quod insolita et inandita fuerunt usque ad haec tempora. (3) Litteras autem, quas nobis misistis, debita cum reverentia suscipientes et amplectentes, commonuimus filium vestrum, dominum nostrum imperatorem, sicut iussistis, et ab eo responsum, Deo gratias[l], accepimus tale, quale decebat catholicum principem, in hunc modum:

'Duo sunt, quibus nostrum regi oportet imperium, leges sanctae imperatorum et usus bonus predecessorum et patrum nostrorum. Istos limites excedere nec[m] volumus nec possumus[m]; quidquid ab his discordat non recipimus. Debitam patri nostro reverentiam libenter[n] exhibemus. Liberam imperii nostri coronam divino tantum beneficio asscribimus; electionis primam vocem Maguntino archiepiscopo, deinde quod superest caeteris secundum ordinem principibus recognoscimus; regalem unctionem Coloniensi, supremam[o] vero, quae imperialis est, summo pontifici; quidquid[p] preter haec[q] est, ex habundanti est, a malo est. Cardinales in contemptum dilectissimi et reverentissimi patris nostri et consecratoris a finibus terrae nostrae exire non coegimus[r]. Sed cum his et pro his[s], quae et scripta et scribenda ferebant in dedecus et scandalum imperii nostri,

**166.** e) supra *B* 1. f) *sic V;* verborum *A. B. C.* g) sui *A.* h) Hęc *B* 1. i) possit revocari *V.*

**167.** a) *deest V.* b) contingeriut *B* 1. *C* 1. c) concuttimur *B* 1. d) *ita C. V;* tremiscimus *A. B. B**. e) turbamur *A.* f) imp. nostrum *B* 1. g) B. *A* 1. *B* 1. *V;* Bñ *A* 2. h) R. *A* 1. *B* 1. *V;* Rol. *A* 2. i) itaque *A.* k) tuere *B.* l) Deo gr. resp. *B* 1. m) *sic V:* Istos limites aecclesiae nec *(deest B)* volumus preterire nec possumus *Gesta Frid., ubi sane vox* aecclesiae *a sensu abhorret.* n) *deest B* 1. 2. o) suppremam *A* 1. *B* 1. p) quid *B* 1. 2. q) hoc *B* 1. r) coeg. non exire *C.* s) pro his et cum his *A.*

ultra eos prodire pati noluimus. Introitum et exitum Italiae nec clausimus edicto nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus vel pro suis necessitatibus rationabiliter cum testimonio episcoporum et[t] prelatorum suorum[u] Romanam sedem adeuntibus; sed illis abusionibus, quibus omnes aecclesiae regni nostri gravatae et attenuatae sunt et omnes pene claustrales disciplinae emortuae et sepultae, obviare intendimus. In capite orbis Deus per imperium[v] exaltavit aecclesiam, in capite orbis aecclesia, non per Deum, ut credimus, nunc demolitur imperium. A pictura cepit[w], ad scripturam pictura processit, scriptura in auctoritatem[1] prodire conatur. Non patiemur, non sustinebimus; coronam ante ponemus, quam imperii coronam una nobiscum sic deponi consentiamus. Picturae deleantur, scripturae[x] retractentur, ut inter regnum et sacerdotium aeterna inimiciarum monimenta[y] non remaneant.'

(4) Haec et alia, utpote de concordia Rogerii[z] et Willelmi[a] Siculi et aliis quae in Italia facta[b] sunt conventionibus, quae ad plenum prosequi non audemus, ab ore domini nostri imperatoris audivimus. Absente autem palatino comite[c] et in[c] preparatione expeditionis in Italiam iam premisso, a[d] cancellario ibidem adhuc presente aliud non audivimus, nisi quod humilitatis erat et pacis, videlicet quod nullis iniuriis, facto aut dicto, pro sua conscientia domnos cardinales offenderit[e], preter quod eis pro periculo vitae, quod a populo imminebat, pro viribus suis astiterit, cunctis qui ibi aderant huius rei testimonium[f] ei[g] perhibentibus[h]. (5) De caetero sanctitatem vestram suppliciter rogamus et obsecramus, ut nostrae[i] parcatis infirmitati, ut magnanimitatem filii vestri sicut bonus pastor leniatis scriptis vestris scripta priora suavitate mellita dulcorantibus, quatinus et aecclesia Dei tranquilla devotione laetatur et imperium in suae sublimitatis statu glorietur, ipso mediante et adiuvante, qui mediator Dei et hominum factus est homo Christus Iesus.

## 168. *HADRIANI IV. LITTERAE EXCUSATORIAE. (1158. Iun.)*

*Litterae a legatis apostolicis imperatori in curia Augustana a. 1158 medio mense Iunio praesentatae extant in Gestis Friderici l. III, c. 23 (22) ed. Waitz p. 156. — Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. nr. 10386.* *(P. 106.)*

Ex quo universalis aecclesiae curam, Deo prout ipsi placuit disponente, suscepimus, ita in cunctis negotiis magnificentiam tuam honorare curavimus, ut de die in diem animus tuus magis ac magis in amore nostro et veneratione sedis apostolicae debuisset accendi. Unde sine grandi ammiratione non ferimus quod, cum, audito ex suggestione quorumdam animum tuum aliquantulum contra nos fuisse commotum, duos de melioribus et maioribus fratribus[a] nostris, Rolandum[b] scilicet[c] cancellarium tituli Sancti Marci et Bernhardum[d] tituli Sancti Clementis presbiteros cardinales, qui pro tuae maiestatis honore in Romana aecclesia soliciti semper extiterant, pro voluntatis tuae cognitione ad tuam presentiam direximus[e], aliter quam imperialem decuerit honorificentiam sunt tractati. Occasione siquidem cuiusdam verbi, quod est 'beneficium', tuus animus, sicut

**167.** t) *deest B* 3. u) nostrorum *A.* v) per imp. Deus *V.* w) incepit *A.* x) *deest B* 3. y) monumenta *V.* z) Ro. *A. B;* Rolandi *B**. a) W. *A. B* 1. 3; B. *B* 2; Willihelmi *B**. b) facte *A* 1. c) *deest V.* d) *deest B* 1. e) videlicet — offenderit *des. Gesta Frid.* f) test. h. rei *B.* g) *deest B* 1. 3; eis *per incuriam editio.* h) perhibeutes *B* 1. i) nostrae ut *B.*

**168.** a) de fratribus *A.* b) R. *A* 1. *B* 1; Ro. *A* 2. c) *deest B* 1. d) B. *A* 1. *B* 1; Bñ *A* 2. e) destiuavimus *C.*

1) *i. e. chartam. Alludit ad Hadriani litteras.*

dicitur, est commotus. quod[f] utique nedum tanti viri, sed nec cuiuslibet minoris animum merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam[g] ex inpositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus et quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex 'bono' et 'facto' est editum et dicitur beneficium aput nos non feudum, sed bonum factum. In qua significatione in[h] universo sacrae scripturae corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei, non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione et bono facto ipsius gubernari dicimur[i] et nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene et honorifice imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus iudicari. Unde quod quidam verbum hoc et illud, scilicet 'contulimus tibi insigne imperialis coronae', a sensu suo nisi sunt ad alium retorquere, non ex merito causae, sed de voluntate propria et illorum suggestione, qui pacem regni et aecclesiae nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum 'contulimus' nil aliud intelligimus[k], nisi quod superius dictum est, 'imposuimus'. Sane quod postmodum personas aecclesiasticas a debita sacrosanctae Romanae aecclesiae visitatione, ut dicitur, revocari[l] iussisti, si ita est, quam inconvenienter actum sit, tua, fili in Christo karissime, discretio, ut credimus, recognoscit. Nam si aput nos aliquid[m] amaritudinis habebas, per nuncios et litteras tuas nobis fuerat[n] intimandum, et nos honori tuo curavissemus, sicut filii karissimi, providere. Nunc igitur quoniam[o] ad commonitionem dilecti filii nostri Heinrici[p] Baioariae et Saxoniae[q] ducis duos de fratribus nostris Heinricum[r] tituli Sanctorum Nerei et Achillei presbiterum[s] et Iacinctum Sanctae Mariae in Cosmidin diaconem[t] cardinales[u], prudentes siquidem et honestos viros, ad tuam presentiam destinamus[v], celsitudinem tuam monentes et hortantes in Domino, quatinus eos honeste ac[w] benigne recipias: et quod ab eis ex parte nostra tuae magnificentiae fuerit intimatum, a sinceritate cordis nostri noverit tua excellentia[x] processisse, ac per hoc cum eisdem filiis nostris, mediante iam dicto filio nostro duce, ita[y] celsitudo tua studeat convenire, ut inter te et[z] matrem tuam sacrosanctam Romanam[y] aecclesiam ammodo[a] nullius discordiae seminarium debeat remanere.

## 169. SENTENTIA DE FEUDIS IMPERII NON ALIENANDIS.

(1157. Oct.)

*Dedit Stumpf 'Acta imperii inedita' p. 490 nr. 343 e tribus copiariis in tabulario Massiliensi asservatis: Livre noir saec. XIII. f. 4 et iterum manu saec. XIV. f. 127; Livre rouge f. 2; Liber auctoritatum f. 3'. Ex iisdem libris edidit* Winkelmann *'Acta imperii inedita saec. XIII' I, p. 289 nr. 323 minus recte sub nomine Friderici II. Sententiam in curia Bisuntina latam esse verisimile est. — Stumpf. Reg. 3782a.*

*(P. deest.)*

168. f) qui *A*. g) quam — significatione *des. A*. h) *deest B 3; post add. B 1*. i) dicuntur *B. B**. k) intelleximus *C*. l) *ita A. B**; revocare *B. C*. m) al. ap. nos *C*. n) fuerit *A*. o) *ita A. C; deest B*. p) H. *A 1. B 1. 3*. q) Baioariorum et Saxonum *B 1. 3*. r) H. *A 1. B 1*. s) *deest B. C*. t) dyaconem *A*; diacon *B 1*; diaconos *C 1? 2*; diaconum *B 3*. u) cardinalem *B 1. 3*. v) destinavimus *C*. w) et *C*. x) discretio *A*. y) *deest A*. z) *ita A. B 1*; ac *rell*. a) *deest B. C*.

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii fidelibus ad quos hec scripta pervenerint gratiam suam et bonam voluntatem.

Novit vestre discretionis prudentia, quoniam ea, que ab imperio tenentur, iure feodali possidentur nec ea sine domini consensu ad alterius possunt transferri dominium. Intelleximus autem, quod Marsilienses beneficium, quod a dilecto principe nostro Arelatensi archiepiscopo tenebant, comiti Provincie in concambium dederint, cum nec nostrum vel archiepiscopi consensum unquam in hac re habuerint. Unde quoniam hec commutatio inanis est et ipso iure irritatur, eam imperiali auctoritate cassamus, precipientes ne aliquod in illo beneficio archiepiscopo fiat impedimentum et illud ad alterius non transferatur dominium.

---

# 170. DONATIO CIRCULI DUCIBUS BOEMIAE INDULTA.

## 1158. Ian. 18.

*Sistimus ex autographo tabularii Vindobonensis, quod descripsit vir cl. Kehr Marburgensis. Cf. Gesta Friderici l. III, c. 14 (13) ed. Waitz p. 146. — Stumpf, Reg. 3795. (P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia imperator Romanorum augustus. ⁞ Cum tam lege naturę quam scripta bonum operari moneamur ad omnes, precipue eos, qui in amministratione imperii et rei publicę veraci consilio et indefesso laboris studio nobis assistunt et pro gloria imperii propaganda strennuissime decertando omnibus inimicorum incursibus et quibuslibet periculis sese obiciunt, specialis prerogativa honoris sublimare dignum duximus, ut de virtutum premiis et gloria coronę diffidere non debeant qui legitime certaverint. Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium tam presens ętas quam successura posteritas, qualiter nos Wadizlao illustri et strennuissimo duci Boemorum ob insignia servicii ac devotionis tam eius quam omnium Boemorum merita honoris insigne, quo avus et ceteri progenitores eius duces Boemię beneficio imperialis excellentię ceteris ducibus preminebat, circulum videlicet gestandum concessimus et per eum omnibus successoribus[a] suis in perpetuum. Decernimus itaque et inrefragabili lege statuimus, ut liceat prefato duci Boemię Wadizlao illis temporibus, quibus nos coronam et diadema glorię portamus, in nativitate domini videlicet et in pascha et in penthecosten, circulum portare, et amplius in festivitate videlicet sancti Venzelai et sancti Adelberti, eo quod illas sollempnitates propter patronos suos maiori reverentia et celebritate tota Boe[m]ia veneretur. Sicut itaque celebratio[b] et impositio coronę nostrę non debet fieri nisi per manus archiepiscoporum et episcoporum, ita prefato duci Boemię a nullo hom[in]um circulus imponatur nisi a dilecto nostro Daniele venerabili Pragense episcopo et Iohanne Olumucense episcopo eorumque successoribus. Quod si forte Olumucensis defuerit, nichilominus Pragensis pro sede et dignitate excellentiori vices compleat amborum; similiter autem Olumucensis, si forte Pragensis defuerit. Ad hęc predicto duci Boemię et successoribus eius addimus et concedimus censum de terra Polonie, quem antecessores eius duces Boemię a Polonia retro temporibus accipere

**170.** a) *bis scriptum or.* b) cebratio *or.*

solebant. Ut autem hęc nostra donatio et constitutio supranominato duci Wadizlao karissimo nostro eiusque successoribus omni tempore rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro insigniri iussimus, adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina hęc sunt: Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Hertwicus Ratisbonensis episcopus, Eberhardus Bambergensis episcopus, Cůnradus Patauiensis episcopus, Otto Frisigensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Heinricus dux Austrię, Fridericus dux Sueuorum, Ludewicus lantgravius Duringię, Adelbertus marchio Saxonie, Otto marchio Missenensis, Otto et Fridericus palatini comites.

⁞ Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. ⁞ (M.)

Ego Reinaldus cancellarius vice Arnaldi Magontini archiepiscopi et archicancellari[i] recognovi. (SI.)

Dat. Ratisbone XV. Kal. Febr. indictione V, anno dominicę incarnationis MCLVII, regnante domno Friderlcho Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius VI, imperii vero III.

---

# 171. LEGATIO ITALICA.

## (1158. in.)

*Sacramentum Italicorum, quod exegerunt Reinaldus cancellarius et Otto palatinus comes legati, servaverunt Gesta Friderici l. III. c. 20 (19); ex editione Waitzii p. 152 illud repetimus.* *(P. 106.)*

Ego iuro, quod ammodo inantea ero fidelis domino meo Friderico[a] Romanorum[b] imperatori contra omnes homines, sicut iure debeo domino et imperatori, et adiuvabo eum retinere coronam imperii et omnem honorem eius in Italia, nominatim et specialiter civitatem N.[c] et[d] quicquid in ea iuris habere debet, vel in omni virtute comitatus vel episcopatus N. Regalia sua ei non auferam ibidem nec[e] alibi, et si fuerint ablata, bona fide recuperare et retinere adiuvabo. Neque in consilio ero nec[f] in facto, quod vitam vel membrum vel honorem suum perdat vel mala captione teneatur. Omne mandatum eius, quod ipse mihi fecerit per se vel per epistolam suam[e] aut per legatum suum de facienda iusticia, fideliter observabo, et illud audire vel recipere vel complere nullo malo ingenio evitabo. Haec omnia observabo fide bona sine fraude. Sic me Deus adiuvet et haec sancta quatuor euvangelia.

**171.** a) F. *A. B* 1. b) Romano *A.* c) illam *C.* d) et — N. *des. B.* e) *deest A.* f) neque *C.*

# 172. CONVENTIO CUM PLACENTINIS.

1158. Iun.

*In tabulario S. Antonini Placentiae*[1], *in arca magna lignea signata 'Pergameni antichi riuniti in cassa di legno G sotto', quae perperam arca Bosellii nuncupatur, vir cl. Holder-Egger a. 1891 repperit duo huius conventionis exemplaria. Quorum unum* A, *in parva membrana, scriptura parva, quae iam pro parte evanuit, exaratum, ingrossatum certe conventionis habendum est. Alterum* B *scriptura nitida exaratum authenticorum trium, quae secundum c. 6 confecta sunt, unum est; duo sigilla cerea, quae membranae olim impressa erant, iam deperiere. Authenticum excudi fecit Boselli 'Delle storie Piacentine libri XII' (Piacenza 1793. 4°) I, 310 (= Böhmer 'Acta imperii selecta' 596 nr. 885 et Vignati 'Storia della Lega Lombarda' 51). Nos textum* B *secuti varias textus* A *lectiones in adnotationes relegavimus.* *(P. deest.)*

Hec est concordia inter dominum[a] FREDERICUM serenissimum Romanorum imperatorem et semper augustum necnon et civitatem Placentinam, quę[b] facta est mediantibus viris illustribus RAINALDO[c] videlicet imperialis aulę[d] cancellario et OTTONE[e] comite palatino.

1. Cives Placentini dabunt domino imperatori centum milites loricatos et centum sagittarios, qui cum domino imperatore ad expugnandam civitatem Mediolanensem tandiu[f] bona fide manebunt, quamdiu obsidio eiusdem civitatis duraverit. Insuper dabunt uno mense integro ad eandem obsidionem quadringentos sagittarios. Set si aliquis eorum qui solidos suos receperint, consulibus Placentinis ignorantibus, ab obsidione furtive discesserit, non tenebuntur consules super hoc culpabiles nec cogentur restituere alios, donec finito tempore in quo de solidis[g] cum ipsis convenerant.

2. Preterea in octavis pentecostes Placentini diffiduciabunt Mediolanenses, ne de cetero intrent terram suam, nisi illi solummodo qui voluerint ire Ianuam aut alias pro rebus suis, quas conductu Placentinorum deportaverunt[h], deferendis[i], et si quas res habent in presenti in Placentia[k] aut ex ista parte Padi.*

3. Et[l] statim postquam Placentini cognoverint dominum imperatorem Lombardiam intrasse, facient werram Mediolanensibus, personas eorum et res capiendo. Et personas quas capient, dum[m] imperator in Lombardia fuerit, dabunt domino imperatori, si requisite fuerint ab eo vel ab eius certo misso. Res vero cui voluerint distribuant. Et hec omnia facient bona fide ante expedicionem[n] et in expedicione[o]. Nec facient pacem aut concordiam cum Mediolanensibus absque mandato domini imperatoris vel parabola, quamdiu[p] fuerit in Italia. Et hęc debent observare, si imperator venerit usque ad Kalendas Augusti[q].

*) Et[r] si post tempus diffiduciationis usque ad K̄ Aug̃. terram eorum intraverint, capient eos bona fide. *haec in A in spatio brevi inter c. 5 et 7 a librario suppleta signis appositis post vocem* Padi *ponenda erant; omissa sunt in B.*

**172.** a) dn̄n̄m *A. B, similia semper.* b) que *A.* c) R. *A.* d) aule *A.* e) Ottone *A.* f) tādiu *A.* g) sol *A. B.* h) deportaner̄ *A. B.* i) *corr. ex* referendis, *superscripta litera* d *in A, ubi sequitur* ul *deletum.* k) Placencia *A.* l) 7 *A.* m) dum — fuerit *in A supra lin. add.* n) expeditionem *A.* o) *legi non potest in B;* expeditione *A.* p) quamdiu — Italia *superscr. in A.* q) K̄ Aug̃ *A.* r) *incertum A.*

1) *Cf. 'Archiv' XII, 695. 694.*

4. Et consules precipient mercatum deferri exercitui et facient deferre bona fide. et concambium denariorum seu argenti dabunt exercitui secundum quod cum eis et cum aliis civitatibus fuerit ordinatum.

5. Et dabunt imperatori[s] sexcentas marcas argenti et sexaginta curię usque ad quindecim dies postquam cognoverint dominum imperatorem Lombardiam intrasse.

6. Unde[t] tria instrumenta[u] in uno tenore scripta sunt. Anno dominicę incarnacionis millesimo centesimo quinquagesimo octavo. de mense Iunio, indię. sexta.

7. Hec omnia quę scripta sunt consules Placentini iurabunt, se observaturos bona fide, et facient iurare conscilium civitatis et de[v] aliis hominibus quot eis placuerit. Et suscipient idem nuncii[w] civitatem Placentinam et milites et arcarios et ceteros Placentinos ad exercitum venientes in plenitudinem gratie domini imperatoris[x] et facient ipsum imperatorem gratiam suam et bonam voluntatem plenarie dare eisdem civibus et omnem[y] offensam remittere[z], si scripta servaverint aut[a] offensam emendare voluerint.

8. Preterea omnes ad exercitum ire volentes, sive Papienses aut Cremonenses aut undecumque fuerint, per terram Placentinorum[b] securum debent habere transitum.*

(S. N.)[c] Ego Obertus Vallarius sacri palatii notarius[d] interfui et iussu suprascripti[e] domini cancellarii et comitis et suprascriptorum[f] consulum scripsi.

*) Et hec omnia per bonam fidem, ut supra legitur, adtendant et adimplebunt, [quantum][g] per parabolam domini Frederici imperatoris aut dicti cancell[arii][h] vel comitis palatini vel [eorum][i] certi missi non remanserit. *add.* A.

# 173. LEX PACIS CASTRENSIS.

## (1158. Iul.)

*Repetimus editionem Gestorum Friderici l. III. c. 28 (26) a Waitzio p. 159 recognitam, retentis codicum et classium signis* (A. B. C). *De hac lege, quae apud Brixiam emanasse videtur, ulterius confirmata Rahewinus l. c. haec dicit:* Hanc treugam archiepiscopi, episcopi, abbates datis pro se dextris firmaverunt et violatores pacis pontificalis officii severitate coherecendos promiserunt. — *Stumpf, Reg. 3816.* *(P. 107.)*

1. Statuimus et firmiter observari volumus, ut nec miles nec serviens litem audeat movere. Quod si alter cum altero rixatus[a] fuerit, neuter debet vociferari signa castrorum, ne inde sui concitentur ad pugnam. Quod si lis mota fuerit, nemo debet accurrere cum armis, gladio scilicet, lancea; vel sagittis sed indutus lorica, scuto, galea, ad litem non portet nisi fustem, quo dirimat litem. Nemo vociferabitur signa castrorum, nisi querendo hospitium suum. Sed si miles vociferatione signi litem com-

**172.** [s]) dño imperatori *A.* [t]) Unde — sexta *des. A.* [u]) *sic manu notarii superscriptum, prius* breuia *scriptum fuit, iam linea subducta deletum B.* [v]) *verba* de — placuerit *in A manu librarii superscripta sunt super iis quae in linea exarata erant:* populum sicut predicti nuntii imperatoris ordinabunt. [w]) nuntii *A.* [x]) *sequuntur in B* et ceteros Placentinos, *linea subducta deleta.* [y]) *superscriptum in A.* [z]) remitte *ut videtur A.* [a]) aut — voluerint *superscr. manu librarii in A, ubi vox* aut *legi iam non potest.* [b]) Placenī *A.* [c]) *reliqua des. A.* [d]) noī *B.* [e]) ifīi *B; cf. N. A. XIV, 505 n. 2.* [f]) ifīorum *B.* [g]) iatum *modo cognosci potuit A.* [h]) *foramine deletum A.* [i]) *vox quatuor literarum legi non potuit A.*

**173.** [a]) *reliqua usque ad finem legis des. A.*

moverit, auferetur ei omne suum harnascha et eicietur de exercitu. Si servus fecerit, tondebitur, verberabitur et in maxilla comburetur, vel dominus suus redimit eum cum omni suo harnascha[b].

2. Qui aliquem vulneraverit et hoc se fecisse negaverit, tunc si vulneratus per duos veraces testes, non consanguineos suos[c], illum convincere potest, manus ei abscidatur. Quod si testes defuerint et ille iuramento se expurgare voluerit, accusator potest, si vult[d], iuramentum refutare et illum duello impetere.

3. Si quis homicidium fecerit et a propinquo occisi vel amico vel socio per duos veraces testes, non consanguineos occisi, convictus fuerit, capitalem sententiam subibit. Verum si testes defuerint et homicida iuramento se[e] expurgare voluerit, amicus[f] propinquus occisi duello eum potest impetere.

4. Si extraneus miles pacifice ad castra accesserit, sedens in palefrido sine scuto et armis, si quis eum leserit, pacis violator iudicabitur. Si autem sedens in dextrario, et habens scutum in collo, lanceam in manu ad castra accesserit, si quis eum leserit, pacem non violavit.

5. Miles qui mercatorem spoliaverit, dupliciter reddet ablata et iurabit, quod nescivit illum mercatorem. Si servus, tondebitur et in maxilla comburetur, vel dominus reddet pro eo rapinam.

6. Quicumque aliquem spoliare aecclesiam vel forum viderit, prohibere debet, tamen sine lite; si prohibere non potest, reum accusare debet in curia.

7. Nemo aliquam mulierem habeat[g] in hospitio; qui vero habere praesumpserit, auferetur ei omne suum harnasch[h] et excommunicatus habebitur, et mulieri nasus abscidetur.

8. Nemo impugnabit castrum, quod a curia defensionem habet.

9. Si servus furtum fecerit et in furto fuerit deprehensus[i], si prius fur non erat, non ideo suspendetur, sed tondebitur, verberabitur et in maxilla comburetur et eicietur de exercitu, nisi dominus eius[k] redimat eum cum omni suo harnasch[h]. Si prius fur erat, suspendetur.

10. Si servus aliquis culpatus et[k] non in furto fuerit deprehensus[i], sequenti die expurgabit se iudicio igniti ferri, vel dominus eius[k] iuramentum pro eo prestabit. Actor vero iurabit, quod aliam ob causam non interpellat eum de furto, nisi quod putat eum[k] culpabilem.

11. Si quis invenerit equum alterius, non tondebit[l] eum nec ignotum faciet, sed dicet marschalcho[m], et tenebit eum non furtive et imponet ei onus suum. Quod si ille qui amisit equum in via deprehenderit oneratum, non deiciet onus eius[n], sed sequens ad hospicium recipiet equum suum.

12. Si quis vero villam vel domum incenderit, tondebitur et in maxillis comburetur et verberabitur.

13. Faber non comburet carbones in villa, sed portabit ligna ad hospicium suum[o] et ibi comburet; quod si in villa fecerit, tondebitur, verberabitur et in maxillis[p] comburetur.

14. Si quis aliquem leserit, imponens ei quod pacem non iuraverit, non erit reus violatae pacis, nisi ille probare possit duobus ydoneis testibus, quod pacem iuraverit.

15. Nemo recipiet hospicio[k] servum qui sine domino est; quod si fecerit, reddet in duplo quicquid ille abstulerit.

**173.** b) harnasch *C* 1. c) consanguineis suis *B. C* 1. d) si vult potest *C*. e) se iur. *C*. f) et *add. B* 1. g) habebit *B* 1. h) harnash *C* 1. i) deprensus *C* 1. k) *deest C*. l) tondet *B* 1. 3. m) marscalsco *C* 1. n) illius *C*. o) *deest B* 1. 3. p) maxilla *B* 1.

16. Quicumque foveam invenerit, libere fruatur ea. Quod si ablata fuerit[q], non reddet malum pro malo, non ulciscetur iniuriam suam, sed conqueretur marschalcho[r] iusticiam accepturus.

17. Si[s] mercator Teutonicus civitatem intraverit et emerit mercatum et portaverit ad exercitum et carius vendiderit in exercitu, camerarius auferet ei omne forum suum et verberabit eum et tondebit et comburet in maxillam.

18. Nullus Teutonicus habeat socium Latinum, nisi sciat Teutonicum; sed si habuerit, auferetur ei quidquid habet.

19. Si miles militi convitia dixerit, negare potest iuramento; si non negaverit, componet ei X libras monetae, quae tunc erit in exercitu.

20. Si quis invenerit vasa plena vini, vinum inde extrahat ita caute, ne vasa confringat vel ligamina incidat vasorum, ne ad dampnum exercitus totum vinum effundatur.

21. Si castrum aliquod captum fuerit, bona quae intus sunt auferantur, sed non incendatur, nisi forte hoc marschalchus[t] faciat.

22. Si quis venatus fuerit cum canibus venaticis, feram quam invenerit et canibus agitaverit sine alicuius inpedimento habebit.

23. Si quis per canes leporarios feram fugaverit, non erit necessario sua, sed erit occupantis.

24. Si quis lancea vel gladio feram percusserit et, antequam manu[u] levaverit, alter occupaverit, non[v] occupantis erit; sed qui occiderit eam sine contradictione obtinebit.

25. Si quis birsando feram balista[w] vel arcu occiderit, eius erit.

# 174. CONVENTIO CUM MEDIOLANENSIBUS.

## 1158. Sept. 1.

*Praeter editionem Waitzianam Gestorum Friderici I. III, c. 47 (41) p. 176, cuius recensionum et codicum signa* (A. B. C) *retinuimus, adhibuimus codicem Parisinum* (P) *Bibliothèque de l'Arsénal Hist. 80 saec. XIII. in.*[1], *in quo legitur conventio inter fol. 4—13'. Qui solus textum integrum praebet. Eius corruptelas manifestas et discrepantias exiguas adnotare supersedimus. — Stumpf, Reg. 3818.* *(P. 109.)*

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Anno[a] Domini MCLVIII.[b] prima die mensis Septembris, indictione VI, regnante domno Frederico Romanorum imperatore et semper augusto. Haec est conventio, per quam Mediolanenses[c] in gratiam domni[d] imperatoris redituri sunt et permansuri.

1. Cumas[e] et Laudam[f] civitates ad[g] honorem imperii relevari non prohibebunt et ammodo nec[h] impugnabunt nec destruent, et a fodro et viatico[i] et ab omnimoda

**173.** q) ei *add. C.* r) marscalcho *B* 1. s) Sed si *C.* t) marscalcus *B* 1 *hoc loco;* marsalcus *C* 1. u) manum *B* 1. 3. v) *deest B* 1. 3. w) vel balista *B* 1.

**174.** a) Anno — augusto *des. Gest. Frid.* b) MCLVIIII. *P.* c) Mediolani *A.* d) *deest G. Fr.* e) Cumam *P.* f) Lauda *A.* g) ad — aecclesiam Mediolanensem *des. A* 1. 2. h) non *C.* i) in viatico *B* 1. 2; in vivatico *P.*

1) *Est codex Annalium Pisanorum qui nomine Bernardi Marangonis feruntur, v. SS. XIX, 237.*

exactione se ibidem per omnem eorum[k] ditionem continebunt et ultro[l] se non intromittent, ut sint liberae illae[m] civitates, sicut Mediolanenses ab ipsis sunt liberi: excepto respectu iuris aecclesiastici, quod habent ad archiepiscopum et aecclesiam Mediolanensem[n].

2. Omnes Mediolanenses communiter[o] a[p] minoribus usque ad maiores, ab annis XIIII et supra[q] usque ad annos LXX[r], fidelitatem domno imperatori iurabunt[s] sine malo ingenio et observabunt.

3. Palatium imperiale ad honorem domni imperatoris arbitratu[t] bonorum virorum[u] elevabunt et cum debito honore bona fide[v] conservabunt[w].

4. Pecuniam pro emendatione iniuriarum domno imperatori vel domnae[x] imperatrici sive[y] curiae promissam statutis temporibus persolvent, hoc est terciam partem infra XXX dies, ex quo haec pactio confirmata fuerit[z], aliam vero terciam partem[o]
Nov. 18. infra octavam[a] beati[b] Martini, terciam autem residuam partem[c] infra octavam[d] epi-
Ian. 13. phaniae. Hisque sic persolutis[e], nullis privatis teneantur[o] promissionibus. Pecuniae promissae summa haec est: novem milia marcarum argenti sive auri vel monetae eiusdem estimationis et[f] pretii.

5. Pro his tantum pretaxatis capitulis bona fide complendis et conservandis CCC obsides dabunt, capitaneos, valvassores[g], populares, quales approbati fuerint a domno[h] archiepiscopo Mediolanensi et comite Blanderatensi[i] et[k] Guillelmo[l] marchione Montisferrati et tribus consulibus, si haec[m] domno imperatori placuerint, iuramento astrictis ad hanc electionem fideliter faciendam. Obsides vero in partibus Italiae omnes serventur, preter L vel pauciores per interventum regis Boemorum Wladislai[n] et aliorum principum ultra montes, si domno imperatori placuerit, deferendos. Quibus autem commissi fuerint obsides in Italia, iurent in presentia Mediolanensium ad haec[o] predestinatorum[p], quod prefixo tempore transacto infra octo dies, ex quo requisiti fuerint a Mediolanensibus, eos eis[q] libere reddant[r], ut illi secure eos[s] habeant, si quattuor illa[t] pretaxata capitula ab eis observata fuerint. Tres vero principes Alemanniae dextras[u] dabunt, quod obsides illi qui ultra montes deferentur, si qui erunt, eodem pacto fideliter reddentur[v].

6. Consules vero, qui nunc sunt, ex auctoritate et concessione[w] domni impera-
Feb. 1. toris usque ad Kal. Februarii proxime venturas perseverent et pro consulatu suo domno imperatori iurent. Venturi vero consules a populo eligantur et ab ipso[x] imperatore confirmentur; quorum medietas ad ipsum[y] veniat, dum in Longobardia fuerit[z]; alias autem eo[a] existente, duo ad eum ex[b] consulibus veniant et iuramento facto officium consulatus sui a domno imperatore recipiant, pro se et pro[c] sociis suis[d] facturis idem[e] iuramentum domno imperatori coram communi suae civitatis. Si autem legatus a domno imperatore[f] destinatus fuerit in Italiam[g], eadem coram ipso et per ipsum fiant.

**174.** k) *loco* eorum — et *P*: dicionem episcopatus eorum. l) ultra *P*; se *deest.* m) intromittet sed libere sunt *P.* n) Mediolanensium *B* 1; Mediolanum *B* 3; quod habet archiepiscopus et ecclesia Mediolanensis *P.* o) *deest P.* p) et a *A* 2. q) et supra *des. P.* r) LXXIII. *P.* s) iur. d. imp. fid. *P.* t) arbitratui *A.* u) *deest B. C.* v) bona fide *des. P.* w) observabunt *C.* x) de *P.* y) vel *A.* z) fuerunt *B* 1. a) octava *P.* b) s. *A*; sancti *P.* c) *deest A.* d) octavum *B* 2; octava *P.* e) solutis *P.* f) iu *P.* g) *ita A. B.* 1. 2; varvassores *P*; vavassores *rell.* h) ab *P.* i) Blandratensi *A*; Brandratensi *C* 1; Blandratrensi *P.* k) cum *P.* l) *deest A. P.* m) hoc — placuerit *P.* n) *sic A*; Ladzlei *P*; Labezlai *rell.* o) hoc *A. P.* p) destinatorum *P.* q) eis eos *B* 1. 3; eis *deest P.* r) ipsis reddent *P.* s) eos secure *A*; securos eos *P.* t) quattuor illa *des. G. Fr.* u) dextram *P.* v) reddantur *P.* w) conceptione *P.* x) *deest P.* y) imperatorem *P.* z) fuerunt *P.* a) illo *P.* b) de *B* 1. 3. c) *deest B. C. P.* d) suis soc. *A.* e) idem — civitatis *des. A.* f) ad hoc *add. P.* g) Italiae partes *B.*

7. Legati vero domni imperatoris in Italiam directi si civitatem adierint, in palatio sedeant et placita ad eos delata ad honorem imperii diffiniant.

8. Antequam castra ab obsidione moveantur[h], captivi omnes reddantur[i] in potestatem regis Boemi[k], qui et securitatem per se et honestos principes eis faciat, quod[l] captivos illos domno imperatori reddet[m], si eis domnus imperator pacem fecerit cum Cremonensibus[n], Papiensibus, Novariensibus, Cumanis, Laudensibus, Vercellensibus; non solum autem Mediolanensibus, verum etiam confederatis eorum, specialiter[o] Terdonensibus, Cremensibus[p] et Insulanis, salvo honore domni imperatoris et illibatis amicitiis Mediolanensium et in suo statu permanentibus. Si vero pax eis[q] cum predictis civitatibus facta non fuerit, captivi veteres[r] eis reddantur, nec ob id gratia domni imperatoris ipsi et amici eorum priventur.

9. Regalia, veluti monetam, theoloneum[s], pedaticum, portus, comitatus et alia similia, si qua sunt, commune Mediolanensium[t] dimittet et ultra se non intromittet. et si quis[u] per usum[v, 1] haec obtinere[w] voluerit[x] et iusticiam inde coram domno imperatore vel nuncio eius facere noluerit, Mediolanenses vindictam de eo[y] pro sua possibilitate sument in persona et possessione, et regalia domno imperatori restituent sine fraude et malo ingenio.

10. Hoc pacto et ordine[z] domnus imperator Mediolanenses et[a] Cremenses[b] cum[c] CXX marcarum emendatione[d] in gratiam suam[e] recipiet et eos et[f] amicos eorum in plena curia publice a banno absolvet et captivos eorum omnes, veteres et novos, eis reddet[g], statim postquam obsides domno[h] imperatori[i] dederint et captivos tam veteres quam[k] novos in manum regis Boemorum reddiderint.

11. Datis autem obsidibus et captivis, altera die vel tercia exercitus ab obsidione recedet[l], et domnus imperator Mediolanenses et eorum[m] res secundum clementiam suam[n] clementer tractabit[o].

12. Commune Mediolani prefatas conditiones servabit plenarie bona fide, sine fraude[p] et[q] malo ingenio, quantum non remanserit[r] per iustum impedimentum et[s] per parabolam domni[t] Friderici gloriosissimi[t] Romanorum[u] imperatoris vel nuncii eius aut[v] eius successoris[w].

13. Collectam predictae pecuniae liceat modo facere predictis[x] Mediolanensibus[y] ab his quos in sua societate habere consueverant, preter Cumanos, Laudenses[z] et eos qui de comitatu Sifriensi[a] fidelitatem domno imperatori nuper iuraverunt.

14. Pro[b] culpis autem preteritis nichil amplius eis inferatur vel ab eis requiratur. Tempus autem redemptorum obsidum est a nativitate Domini proxima usque ad annum. Dec. 25.

Ego Rainaldus cancellarius vice Frederici Coloniensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

**174.** b) removeantur *P.* i) red. omnes *P.* k) Bohemi *corr.* Bohemie *A* 1 *et ita A* 2; Boemie *P.* l) facient qui *P.* m) reddat *C.* n) Cremensibus *A.* o) *deest G. Fr.*; spiritaliter *P.* p) Cremensibus — Mediolanensium *des. P.* q) eius *P.* r) vestes *B* 3; teteres *P.* s) theolonium *A*; theloneum *B* 1; thelonum *B* 2; tholoneum *P.* t) Mediolanense *P.* u) quas *B* 1. 3; quis *corr.* qui *C* 1. v) divisum *B. P*; violentiam *C.* w) hoc pertinere *P.* x) voluerunt *B.* y) de eo vind. *P.* z) hoc ordine *B* 1. a) *deest B* 3. *C.* b) Cremonenses *P.* c) speciali *add. P.* d) *deest P.* e) in gratiam suam *des. B.* f) *deest A.* g) reddet eis *A.* h) *deest G. Fr.* i) d. imp. obs. *P.* k) quam *deest B*; tam nov. quam vet. *A.* l) recedit *B* 1. 3. m) horum *A.* n) sec. cl. suam *des. G. Fr.* o) tractabat *P.* p) sine fraude *des. P.* q) sine *add. P.* r) permanserit *G. Fr.* s) vel *P.* t) *deest G. Fr.* u) Romani *G. Fr.* v) vel *A.* w) successionis *P*; succ. eius *B* 1. x) *deest G. Fr.* y) Mediolanenses *G. Fr.* z) Laudanenses *A*; Laudun. *B.* 1. 2; et Laud. *P.* a) Sefrensi *C*; Sepriensi *P*, *qui h. l. ponit* nuper. b) *reliqua des. G. Fr.*

1) *Ita Rahewinum scripsisse, sed post mutasse putarit Waitz.*

# 175–178. CURIA RONCALIAE.

## 1158. Nov.

*Ab actis istius curiae celeberrimae reiecimus orationes Friderici imperatoris et archiepiscopi Mediolanensis a Pertzio p. 110. 111 e Gestis Friderici l. IV, c. 4. 5 (3. 4) receptas, quia sine dubio minus sunt authenticae.*

### 175. *DEFINITIO REGALIUM.*

*Definitionem a iurisconsultis Bononiensibus datam edimus ope codicum* 1) *Vaticani Palat. 772 saec. XII. inter fol. 84. 85, quem iam olim excussit b. m. Pertz*[1]; 2) *cod. Parisini Bibliothèque de l'Arsénal Hist. 80 saec. XIII. in. inter fol. 4—13'*; 3) *cod. tabularii municipalis Firmani nr. 1030 Iura episcopatus continentis, fol. 90' manu saec. XII. vel XIII; exscripsit iam olim b. m. Bethmann. Cum codex 1 textum sufficientem praebeat, et menda manifesta codicum 2 et 3 et magnam molem lectionum, quam Pertz ex aliis codicibus, praesertim ex septem codicibus Libri Feudorum II, 56 attulerat, adnotare superfluum duximus. Proponere potius iuvat diversas regalium definitiones duas.*

*Una est ea quae legitur in Gestis Friderici l. IV, c. 7 (5) ed. Waitz p. 191, ubi Rahewinus:* Requisitique *(Mediolanenses)* de hoc ipso iure, quid esset, adiudicaverunt: ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas, theolonea, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias, pontes omnemque utilitatem ex decursu fluminum provenientem, nec de terra tantum, verum etiam de suis propriis capitibus census annui redditionem.

*Altera definitio est ea, quam imperator ipse dedit in privilegio Astensibus a. 1159. Febr. 15 indulto (Stumpf 3844), edito e codice Astensi in libro 'Atti della reale accademia dei Lincei, Serie II, vol. V' (Roma 1880) p. 73 nr. 6* (A) *et ab Ughellio 'Italia sacra' ed. Coleti IV, 367* (U): Hec itaque regalia esse dicuntur: moneta, vie publice, aquatica, flumina publica, molendina[a], furni, forestica[b], mensure, bancatica[c], ripatica[d], portus, argentarie[e], pedagia, piscationis reditus[f], sestaria[g] vini et frumenti[h] et eorum que venduntur ad mensuram[i], placita, batalia, rubi, restitutiones in integrum minorum[k] et alia omnia que ad regalia iura pertinent.

*Laudatur sententia de regalibus et ipsa in privilegio ab imperatore a. 1159. Febr. 7 Widoni comiti Blandratensi dato (Stumpf 'Acta inedita' nr. 350; Stumpf, Reg. 3842), ubi haec:* quia omnia regalia, placita, districtus et albergaria cum arimannis[2] caeteraque regalia nobis in curia Roncaliae adiudicata sunt. — *Stumpf, Reg. 3825.*

*(P. 111.)*

Regalia[a] sunt hec[b]: Arimannie[c], vie publice, flumina navigabilia, et[d] ex quibus fiunt navigabilia[e], portus, ripatica, vectigalia que vulgo dicuntur tholonea, monete, multetarum penarumque[f] compendia[g], bona vacantia, et que indignis[h] legibus auferuntur,

a) mollendina *A.* b) furestica *U.* c) bancharica *U.* d) ripacia *A; deest U.* e) argentaria *U.* f) redditus *U.* g) sessoria *U.* h) furmenti *A.* i) ad mensuram *des. U.* k) *deest U.*

175. a) *precedit rubrica in* 3: Que sint regalia et iura curie. b) sunt hec *des.* 2. 3. c) *sic* 3; arimanie 1; armannie 2. d) *deest* 3. e) *pro* fiunt navigabilia 3: navigatus fuerit. f) penarumque *deest* 3. g) et *add.* 2. h) ab indignis 3.

1) *Est codex Lombardae; cf. 'Archiv' V, 310 et LL. IV, CIII. Pertz confusionem fecit, afferens hunc codicem in praefatione sub nr. 2, in varia lectione sub nr. 1.* 2) *Sic textum castigari licet.*

nisi que spetialiter[i] quibusdam[k] conceduntur, et[l] bona contrahentium incestas nuptias, et[m] dampnatorum et proscriptorum secundum quod in novis constitutionibus cavetur, angariarum et parangariarum[n] et planstrorum et navium[o] prestationes, et[l] extraordinaria collatio[p] ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam, argentarie, et[l] palatia in civitatibus consuetis[q], piscationum redditus et salinarum, et[l] bona committentium crimen maiestatis, et[l] dimidium thesauri inventi in loco cesaris, non data opera, vel in loco religioso; si data opera, totum ad eum pertinet.

## 176. *CONSTITUTIO PACIS.*

*Illata est in Libros Feudorum l. II, tit. 53. 54. Proponitur secundum Gesta Friderici l. IV, c. 10 (6) ed. Waitz p. 194, retentis signis codicum* (B. B*. C; *deest in recensione* A), *porro ope codicum* V, *Vaticani Palat. 772 saec. XII. inter fol. 84. 85;* P, *Parisini Bibl. de l'Arsénal Hist. 80 saec. XIII. in. inter fol. 4—13';* S, *codicis pristinae bibliothecae Romanae Sessorianae S. Crucis in Ierusalem nr. 33 (olim Nonantulani)*[1] *manu saec. XII. fol. 89 et 90, quem contulit b. m. Giesebrecht. Quibus auxiliis adiuti congeriem lectionum, quas Pertzius e Libri Feudorum codicibus adnotaverat, reiecimus. In plerisque autem huius Libri codicibus addita sunt capita duo, quae in nostris codicibus desiderantur nec authentica esse videntur*[2]. *Quam ob rem ea sub calce textus ex recensione viri cl. Lehmann dari par erat. — Stumpf, Reg. 3826. (P. 112.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et[a] semper augustus universis suo subiectis imperio.

1. Hac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, ut omnes nostro subiecti imperio veram et perpetuam pacem inter se observent, et[b] ut inviolatum[c] inter omnes fedus[d] perpetuo servetur. Duces, marchiones, comites, capitanei, vavassores et[e] omnium locorum rectores cum omnium[f] locorum primatibus et plebeis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum iureiurando obstringantur[g], ut pacem teneant et rectores locorum adiuvent in pace tuenda atque vindicanda, et[h] in fine uniuscuiusque quinquennii omnium sacramenta de predicta pace tenenda renoventur.

2. Si quis vero[i] aliquod ius de quacumque causa[k] vel facto contra aliquem se[l] habere putaverit[m], iudicialem[n] adeat[o] potestatem et per eam sibi competens ius[p] assequatur[q].

3. Si[r] quis vero temerario ausu predictam pacem violare presumpserit[s], si civitas est, pena C librarum auri camerae nostrae inferenda puniatur. Oppidum vero XX libris[t] auri multetur. Duces autem[u] et marchiones et comites L libras[v] prestent.

**175.** i) que *add.* 1. k) quibus 2; auferuntur et *add.* 3. l) *deest* 3. m) bona 3. n) pangariorum 1. o) manuum 3. p) extraordinariam collationem 1—3. q) constitutis 3.

**176.** a) et *deest S;* et semper *des. V.* b) *deest B* 3; et — renoventur *des. B*.* c) inviolata *V. P. S.* d) *deest B. V. P. S.* e) *deest B* 1. f) omnibus *V. P.* g) abstringantur *V;* asstringantur *P. S.* h) ut *P.* i) *deest V.* k) re *V.* l) *deest V.* m) putaverint *B* 3. n) ad iudicialem *C* 1? 2. o) redeat *C* 2. p) ius sibi comp. *V. P.* q) exequatur *V. P. S.* r) *B* sic:* Si quis vero coniuratam pacem a principibus et iudicibus aliquando temerario ausu violare presumpserit. s) *loco* violare presumpserit *P. S:* violaverit. t) librarum *V. P. S.* u) vero *V.* v) auri libras *V. S;* librarum auri *P.*

1) *Cf. de hoc codice 'Archiv' XII, 396 et 'Wiener Sitzungsberichte' L, 771. Cf. etiam 'Neues Archiv' XVII, 481.* 2) *C. 13 convenit cum capite ultimo Constitutionis a. 1154 datae, v. supra nr. 148, c. 3.*

Capitanei vero[w] et maiores vavassores[x] XX libris[y] auri puniantur. Minores autem vavassores et omnes alii predictae pacis violatores VI[z] libras auri inferre compellantur et dampnum passis[a] secundum leges resarciant[b].

4. Iniuria[c] seu furtum legittime puniatur. Homicidium[d] et membrorum diminutio vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.

5. Iudices vero et locorum defensores vel quicumque magistratus ab imperatore vel eius potestate[e] constituti seu confirmati, qui iusticiam facere neglexerint[f] et pacem violatam vindicare legittime supersederint, dampnum omne et[g] iniuriam passis[a] resarcire compellantur; et insuper, si maior iudex est, sacro erario penam[h] X librarum[i] auri prestet, minor autem pena trium librarum auri[k] multetur. Qui vero ad predictam penam persolvendam inopia dinoscitur laborare, sui corporis cohercionem cum verberibus patiatur et procul ab eo loco quem inhabitat[l] quinquaginta miliaria[m] per quinquennium vitam agat.

6. Conventicula[n] quoque et omnes[o] coniurationes in civitatibus et extra, etiam occasione parentelae, inter[p] civitatem et civitatem et inter personam et personam sive inter[q] civitatem et personam omnibus modis fieri prohibemus et in preteritum factas cassamus, singulis coniuratorum pena[r] unius librae auri percellendis[s].

7. Episcopos quoque locorum aecclesiastica censura violatores huius sanccionis, donec ad satisfactionem veniant[t], cohercere volumus; receptoribus[u] etiam malefactorum, qui predictam pacem violaverint, et predam[v] ementibus, nostrae indignationi subiciendis[w], eadem pena feriendis[x].

8. Preterea[y] eius bona publicentur et domus destruantur[z], qui pacem iurare[a] et tenere noluerit, et[b] lege pacis non fruatur[c].

9. Illicitas etiam[d] exactiones maxime ab aecclesiis[e], quarum abusio[f] iam per longa tempora inolevit, per civitates et castella omnimodis condempnamus et prohibemus[g]; et si facte fuerint, in duplum reddantur.

10. Item[1] sacramenta puberum[h] sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter custodiantur[i]. Per vim autem vel iniustum[k] metum[l], etiam a maioribus, maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum[m] faciant[n], extorta sacramenta[o] nullius esse momenti iubemus.

**176.** w) quoque *V. P. S.* x) *deest S.* y) librarum *P.* z) III. *V. P. S.* a) *sic B*;* passo *V. P. S;* p a c i s *B. C.* b) resarciatur *P. S;* reservetur *V.* c) Iniurias *B* 1. d) quoque *add. V. P;* que *add. S.* e) voluntate *V. P. S.* f) neglexerit — supersederit *B. B*.* g) et omnem *S;* et *deest V. P.* h) in penam *C.* i) libras *B* 1, *ubi* auri *deest.* k) *deest S.* l) inhabitabat *P;* locum inhabitabat *S.* m) milibus *V. P;* miliariis remotus de eo *S.* n) conventiculas *V. P. S.* o) omnes et *V. P. S.* p) intra *B* 1. 3; et inter *V. P. S.* q) intra *B* 1. 3. *C* 1. r) penam *B* 1. s) persolvendis *S.* t) veniat *B* 1. 3. *B*. S;* venerit *V.* u) Receptori *B* 1. 3; Receptatoribus *V. P. S.* v) predam *deest G. Fr.;* et ementibus *des. B. B*.* w) subiciendi et *B;* nostram indignationem subituris *V. P. S;* et *add. P. S.* x) feriendi sunt *G. Fr.* y) Pariter *S.* z) destruatur *V. P. S.* a) iuraverint et tenere noluerint *S.* b) *deest S.* c) et l e g e s p a c i s n o n s e r v a t *G. Fr.* d) *deest S;* quoque *V.* e) aecclesia *G. Fr.* f) abusus *V. P. S.* g) et prohibemus *des. B* 3. h) p u p i l l o r u m *G. Fr.* i) custodiatur *V. P. S.* k) i u s t u m *V. P. S.* l) sacramenta extorta *h. l. add. B* 1. 2. 3. *B*.* m) *deest V.* n) *hic desinit B* 3. o) *deest B. B*. V. P. S;* fac. ex toto nullius *B*.*

1) *Haec constitutio de sacramentis puberum habetur et in Codice L. II. tit. 28, et glossa Guizzardini (saec. XIII. glossatoris) addit:* Haec constitutio facta fuit in insula reniben ad instantiam domini Martini, que constitutio in caput eius retrocessit, quia omnia sua bona per minorem alienata sunt. *Contra Hugolinus Roncalia nominat. C. de Savigny, cui ista debemus ('Römische Rechtsgeschichte' IV, 164), locum Guizzardini ita emendat* in insula Reni Bononiae, *et legem anno 1155, (aut 1159, 1162, 1167) latam atque postea in curia Roncaliae legibus insertam fuisse contendit; nos Radericum et codicum saeculi XII. sententiam sequimur. PERTZ.*

11. Ad[p] haec: qui allodium suum vendiderit, districtum[q] et iurisdictionem[r] imperatoris vendere non praesumat: et si fecerit[s], non valeat.*

*) *In Libris Feudorum adduntur duo capita, quae non leguntur in codd. 1—4. 10. 42:* 12. Si vero contigerit allodium aliquod etiam infeudatum[a] conferri ecclesiae vel oblatione[b] fidelium vel per emtionis et venditionis[c] alteriusve huiusmodi[d] contractum, infeudatus, nisi per gratiam ecclesiae tanquam de novo receperit[e], feudum quod habebat[f] retinere non poterit[g].

13. Ut autem[h] aequitas, quae in paribus causis paria iura desiderat, per universitatem totius imperii servetur, firmiter statuimus tam in Italia quam in Alamannia, ut quicunque indicta publice[i] expeditione ad[k] suscipiendum imperii[l] coronam regem aut sub rege dominum suum[m] non adiuverit[n] aut eundo cum ipso aut pro quantitate feudi stipendia militiae persolvendo[o], si de vocatione legitima a domino suo convinci per compares[p] suos poterit, feudum perdat et dominus in suos usus illud redigendi habeat liberam[q] facultatem[r].

## 177. *CONSTITUTIO DE IURE FEUDORUM.*

*Et ipsam insertam in Libris Feudorum l. II, tit. 55 praebemus subsidiis eisdem adhibitis lectionibusque codicum Libri Feudorum, quas Pertzius attulit, reiectis. Magis tamen quam in Constitutione pacis recensenda secuti sumus codices* V, P, S. *Quorum tertius cum genuinus esse censendus sit, Rahewinus l. IV, c. 10 (6) p. 192 textum variasse et aliquoties in deterius mutasse videtur. Constitutionem hanc eiusdem imperatoris legem a. 1154 datam (supra nr. 148) renovare et ampliare apparet. — Stumpf, Reg. 3827.*

*(P. 113.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis[a] nostro subiectis imperio.

1. Imperialem decet[b] sollertiam ita rei publicae curam gerere et subiectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat[c] et singulorum[d] status iugiter servetur illesus. Quapropter dum ex predecessorum nostrorum[e] more universali curiae Roncaliae pro tribunali sederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum quam aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum et feuda, quae vassalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, vendiderant[f] et quadam collusione nomine[g] libelli[h] vendiderant, unde debita servitia amittebant[i] et honor[k] imperii et[l] nostrae[m] felicis expeditionis complementum minuebatur[n].

2. Habito igitur consilio episcoporum, ducum, marchionum et[o] comitum, simul etiam palatinorum iudicum et aliorum procerum, hac edictali lege Deo propitio perpetuo valitura sancimus: ut nulli liceat feudum[p] totum vel partem aliquam vendere vel pignorare vel quoquo modo[q] alienare vel pro anima iudicare sine permissione maioris domini ad quem feudum spectare dinoscitur. Unde imperator Lotharius tantum in futuro cavens, ne fieret, legem[r] promulgavit.

**176.** p) *hic incipit tit. 54 Feud. II.* q) distractum *G. Fr.;* districta *S.* r) extra iurisd. *B* 1. 2. *B*;* ex iurisdictione *C.* s) fiat *V. P;* fieri *loco* fecerit non *S.*

a) in feudo datam 48; in feudum 5. 14; etiam inf. *des.* 44. b) *ita* 7. 20; per oblationem *seu* pro oblatione *vulg.* c) per conditionem *nonn. codd.;* per emtionis conditionem *Mincuccius.* d) huius 47 *et alii.* e) reciperit, reciperet, susciperet 47. 14 *et alii.* f) per feudum quod habeat 47. g) potest 14. h) Et ut 48. i) *ita* 16. 22. 47 *et alii;* publica *vulg.* k) *ita optimi codd.;* Romana *add.* 9; Romam *add. multi codd.* l) Romani imperii 38. m) *deest* 14. n) adiuvaverit 14. 17. *Minc.* o) suscipiendo aut persolvendo 49. p) pares 14. 20. *Minc.* q) *deest* 6. 14. *Minc.* r) potestatem 21. 23. 47.

**177.** a) universis — imperio *des. G. Fr. P. S.* b) decet imp. *V. S.* c) permaneat *G. Fr.* d) singulis *P.* e) *deest G. Fr.* f) vendiderant *deest G. Fr.* g) vel *add. C.* h) belli *B. B*.* i) amittebantur *V. P.* k) bonorum *G. Fr.* l) *deest G. Fr.* m) nostraeque *B. B*.* n) *sic V;* minuebat *S;* minuebant *B* 2. *C. P;* minuebantur *corr.* minuebatur *B* 1, *et ita B* 3. *B*.* o) *deest V. S.* p) alienare *add. S.* q) quomodolibet *G. Fr.* r) *deest G. Fr.*

3. Nos autem ad pleniorem[s] regni utilitatem providentes, non solum in posterum sed etiam huiusmodi prius illicitas alienationes hactenus[r] perpetratas hac presenti sanccione cassamus et in irritum deducimus; nullius temporis prescriptione impediente, emptori[t] bonae fidei de precio actione contra venditorem competente[t]. Callidis insuper quorumdam machinationibus obviantes, qui precio accepto, quasi sub colore investiturae, quam sibi licere dicunt, feuda vendunt et[u] in alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostrae constitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus; pena auctoritate nostra inminente[v], ut venditor et emptor, qui tam illicita contraxisse reperti fuerint, feudum amittant[w], et ad dominum libere revertatur. Scriba vero qui super hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii cum infamiae periculo manum ammittat.

4. Preterea si quis infeudatus maior XIIII annis sua incuria vel[x] negligentia per annum et diem[y] steterit, quod[z] feudi investituram a proprio[a] domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittat, et ad dominum redeat.

5. Firmiter etiam[b] statuimus tam in Italia quam Alemannia, ut quicumque indicta publice expeditione* vocatus a domino suo[c] ad eandem expeditionem spatio competenti venire temere[d] supersederit vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit vel[d] dimidium reditus feudi unius anni domino non subministraverit[e], feudum quod ab episcopo vel[f] ab alio domino habet[g] amittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi omnimodis[h] habeat facultatem[i].

6. Preterea ducatus, marchia, comitatus de caetero non dividatur[k]. Aliud autem feudum, si consortes voluerint, dividatur, ita ut omnes, qui partem feudi habent[l] iam divisi vel dividendi, fidelitatem domino[m] faciant. Ita tamen ut vassallus pro uno feudo[n] plures dominos habere non compellatur[o], nec dominus feudum[p] sine voluntate vassallorum ad alium transferat.

7. Insuper si filius vassalli dominum offenderit, pater a domino requisitus deducat[q] filium ad satisfaciendum domino vel a[r] se filium separet, alioquin feudo privetur. Si vero pater vult eum[s] deducere, ut[t] satisfaciat, et filius[u] contempnit, patre mortuo in feudum non succedat, nisi prius domino satisfecerit[v]: parique modo vassallus pro omnibus suis[w] domesticis faciat.

8. Illud quoque precipimus ut, si vassallus de feudo suo[x] alium vassallum[y] habuerit, et vassallus vassalli[z] dominum domini sui[z] offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude ante habuit, feudo suo[x] privetur, et ad dominum suum, a quo ipse tenebat, revertatur, nisi[a] requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino quem offendit, et nisi vassallus idemque dominus, a suo domino[b] requisitus, eum qui maiorem dominum offendit[c] requisierit ut satisfaciat, feudum suum[d] amittat.

9. Preterea si de feudo inter duos vassallos sit controversia[e], domini sit cognitio, et per eum controversia terminetur. Si vero inter dominum et vas-

**177.** s) ad pl. autem *B. B**. t) emptor b. f. de pr. actionem habeat c. v. competentem *G. Fr. minus recte.* u) vendunt et *des. C* 1; feuda vend. et *des. C* 2. v) *pro* pena — inminente *G. Fr.*: plena auctoritate nostra statuentes *minus recte.* w) repertus fuerit feudum amittat *G. Fr.* x) sua *add. G. Fr.* y) diem *deest B* 3. z) quo *V.* a) primo *G. Fr.*; suo *V.* b) *deest S.* c) a. d. suo vocatus *V.* d) *deest G. Fr.* e) ministraverit *G. Fr.* f) aut *G. Fr. V.* g) habeat *V. S.* h) omnibus modis *G. Fr. V.* i) potestatem *G. Fr.* k) dividentur *V.* l) *deest V.* m) *deest V. P. S.* n) pro uno feudo *des. G. Fr.* o) non comp. habere *G. Fr.* p) feudi *B. B*. C* 2. q) adducat *G. Fr.* r) ad *V.* s) *deest V.* t) filius *add. V.* u) sat. filius autem *G. Fr.* v) satisfaciat *V.* w) bonis *add. male C.* x) *deest G. Fr.* y) vas. alium *V.* z) *deest S.* a) prius *add. V.* b) domino suo *B. B**. c) offenderit *B* 1. 3. d) *sic S;* suum feudum *P*; suum *V*; feudum *G. Fr.* e) contr. sit *V.*

sallum lis oriatur, per pares[f] curiae a domino sub debito fidelitatis coniuratos[g] terminetur.

10. Illud[h] quoque sancimus, ut in omni sacramento fidelitatis nominatim[i] imperator excipiatur.

## 178. *PRIVILEGIUM SCHOLASTICUM.*

*Codici inter Authentica* Habita *IV, 13 insertum Pertz dedit e codice Vindobonensi 2094 (Salisb. 343) saec. XIII. fol. 23—25, linea chronologica ex editionibus suppleta. Conferas velim 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte tom. I, Romanistische Abtheilung' p. 88. — Stumpf, Reg. 3828. (P. 114.)*

Habita super hoc diligenti episcoporum, abbatum, ducum, comitum[a], iudicum et aliorum procerum sacri nostri palacii examinatione, omnibus qui studiorum causa peregrinantur scolaribus, et maxime divinarum atque sacrarum legum professoribus, hoc nostre pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus litterarum exercentur studia, tam ipsi quam eorum nuncii veniant et habitent in eis secure. Dignum namque existimamus, ut bona facientes nostra laude et protectione tueantur, quorum scientia mundus illuminatur ad obediendum Deo et nobis, eius ministris, vita subiectorum informatur, quadam eos speciali dilectione ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, cum amore scientie facti exules, de divitibus pauperes semetipsos exinaniunt, vitam suam omnibus periculis exponunt et a vilissimis sepe hominibus, quod graviter ferendum est, corporales iniurias sine causa perferunt! Hac igitur generali et in eternum valitura edicimus lege, ut de[b] cetero nullus ita audax inveniatur, qui aliquam scolaribus iniuriam inferre presumat, nec ob alterius provincie delictum[c], quod aliquando ex perversa consuetudine fieri audivimus, aliquod dampnum eis inferat; sciturus, huius constitucionis temeratoribus et illius temporis, si ipsi hoc vindicare neglexerint, locorum rectoribus restitutionem rerum ab omnibus in quadruplum exigendam, notaque infamie ipso iure eis irrogata, dignitate sua inperpetuum careant. Verumtamen si eis litem super aliquo negotio quispiam movere presumpserit, huius rei optione scolaribus data, eos coram domino aut magistro suo vel ipsius civitatis episcopo, quibus hanc iurisdicionem dedimus, conveniant. Quod si[d] vero ad alium iudicem trahere temptaverint eum, et si iustissima causa fuerit, pro tali conamine a debito cadat. Hanc autem legem inter imperiales constituciones sub titulo 'ne filius pro patre etc.' inseri iubemus.

Dat.[e] apud Roncalias, anno Domini MCLVIII, mense Novembri.

# 179. 180. CURIA BONONIENSIS.

(1159. Apr.)

*Rahewinum, cui quae tractata sunt in hac curia debemus, ordinem rerum valde turbavisse, praemoneamus oportet. Nam legatos Hadriani IV. papae Octavianum et Wil-*

177. f) partes *B. B*. C 2.* g) coniuratus *C*; coniuratio *B.* h) Illuc *B* 2. 3. i) imp. nominatim *G. Fr.*

178. a) *correxit Pertz;* omnium *cod. et edd.* b) dei *cod.* c) sive debitum *add. ed. Spangenberg.* d) *deest cod.* e) Dat. — Novembri *des. cod.: extant in Authenticis* Habita IV, 13.

*helmum cardinales primum Bononiae ex mandato domini sui ab imperatore solummodo pacem Constantianam anni 1153 requisivisse, epistola imperatoris ad Eberhardum archiepiscopum Salzburgensem data docet. Deinde per nuntios ad curiam missos et reversos pontifex nova quaedam capitula durissima proposuit, quibus 'ultimati' ut dicunt vigor inerat, quae ex epistola Eberhardi episcopi Bambergensis ad archiepiscopum eundem data*[1] *(Gesta Friderici l. IV, c. 34 (30) ed. Waitz p. 220) cognoscimus et hoc loco exhibemus:* Nuncios ad Urbem ignorante apostolico ab imperatore non esse mittendos, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit cum universis regalibus. De dominicalibus apostolici fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendae coronae. Episcopos Italiae solum sacramentum fidelitatis sine hominio facere debere domno imperatori, neque nuncios imperatoris in palatiis episcoporum recipiendos. De possessionibus aecclesiae Romanae restituendis: Tiburti, Ferrariae, Massae, Ficorolii, totius terrae cometissae Mahtildis, totius terrae quae ab Aquapendente est usque Romam, ducatus Spoletani, insularum Sardiniae, Corsicae. *Ad haec responsum dedit imperator, quod infra edituri sumus. Epistola autem, qua Eberhardus archiepiscopus ad curiam vocatur, et ipsa post capitula ista proposita scripta est.*

*Praeter ea, quae attulit Rahewinus, exstant in codicibus multis*[2] *et in Continuatione Sigeberti Aquicinctina (SS. VI, 408) epistola Hadriani IV. data Praeneste Iun. 24* (Lex divina *Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. nr. 10575*) *et responsio imperatoris* (Lex iustitiae), *quas ad hanc controversiam Bononiae ortam pertinere viri docti crediderunt. At iam dudum persuasum habeo, has epistolas confectas esse ab homine quodam coaevo qui Gesta Friderici diligenter legerit*[3]. *Ideoque eas hoc loco praeteriri fas erat.*

## 179. *RESPONSUM IMPERATORIS AD CAPITULA PAPAE.*

*Inest in Gestis Friderici l. IV, c. 35 (30) ed. Waitz p. 221.* *(P. 115.)*

Quamvis non ignorem, ad tanta negotia non ex animi mei sententia, sed ex consilio principum me respondere debere, sine preiudicio tamen sapientium hoc absque consultatione respondeo. Episcoporum Italiae ego quidem non affecto hominium, si tamen et eos de nostris regalibus nichil delectat habere. Qui si gratanter audierint a Romano presule: 'quid tibi et regi', consequenter quoque eos ab imperatore non pigeat audire: 'quid tibi et possessioni'[4]. Nuncios nostros non esse recipiendos in palatiis episcoporum asserit. Concedo, si forte aliquis episcoporum habet in suo proprio solo et non in nostro palatium. Si autem in nostro solo et allodio sunt palatia episcoporum, cum profecto omne quod inedificatur[a] solo cedat[5], nostra sunt et palatia. Iniuria ergo esset, si quis nuncios nostros a regiis palatiis prohiberet. Legatos ab imperatore ad Urbem non esse mittendos affirmat, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit cum universis regalibus. Haec res, fateor, magna est et gravis graviorique

**179.** a) aedificatur *C.*

1) *Scripta est haec epistola post diem 31. Maii, quia in fine agitur de captiris Mediolanensibus, qui hoc die capti sunt, v. Gesta l. IV, c. 40 (34).* 2) *E. g. cod. autographus Sigeberti et Anselmi Leodii asservatus ('Archiv' XI, 517. 518), cod. Valencennensis 442 (P. 5. 54) saec. XII—XIII. f. 75' (ibid. XI, 519), Ottobonianus 3025 f. 37 saec. XII. (ibid. XII, 371), cod. Musaei Britannici add. mss. 24145 saec. XII—XIII. f. 77' ('Neues Archiv' IV, 369). Ediderunt: Nauclerus in Chronico (ed. Colon. 1579) p. 839 e cod. Hirsaugiensi = Otton. Fris. Chron. (ed. Basileae 1569) p. 345; Goldast Constit. imp. I, 263 et IV, 1, 58; Baronius Ann. eccl. ad a. 1159 § 5; Labbeus Collectio concil. X, 1149; Mansi Coll. conc. XXI, 796; Watterich, Pont. Rom. Vitae II, 373; Scheffer-Boichorst 'Neues Archiv' XVIII, 165.* 3) *Idem censuerunt Wagner 'Eberhard II. von Bamberg' Halis 1877 p. 120 et Scheffer-Boichorst l. c. 167 sq.* 4) *Cf. Augustini in Iohannem tractatum apud Gratianum Dist. VIII. c. 1.* 5) *Cf. Digesta XLI tit. I, 7. 10.*

et maturiori egens consilio. Nam cum divina ordinatione ego Romanus imperator et dicar et sim, speciem tantum dominantis effingo et inane utique porto nomen ac sine re, si urbis Romae de manu nostra potestas fuerit excussa.

### 180. *EPISTOLA IMPERATORIS AD EBERHARDUM ARCHIEPISCOPUM SALZBURGENSEM.*

*Legitur in Gestis Friderici l. IV, c. 36 (31) ed. Waitz p. 221. — Stumpf, Reg. 3853. (P. 115.)*

Quoniam quidem fidelitatis tuae constantiam, quam pro consuetudine exhibere soles imperio, frequenter experti sumus, quae aput nos sunt discretioni tuae significamus et prudentiae tuae consilium advocamus. Venerunt siquidem ad nos duo cardinales[1] a papa missi ad hoc, ut inter nos et illum fieret concordia. Dixerunt igitur, quod papa[a] illam requireret pacem atque concordiam quae inter papam Eugenium et nos facta fuerat et scripta[2]. Nos respondimus, quod pacem quidem inviolabiliter huc usque tenuissemus, de caetero autem neque eam tenere neque ea teneri vellemus, quoniam ipse prior eam violasset in Siculo, cui ipse sine nobis reconciliari non debuisset. Adiecimus tamen, quod omnem iusticiam dare et accipere parati essemus sive secundum humana sive secundum scripta divina. Si vero iusticia gravis videretur, consilio principum et relligiosorum virorum[b] pro amore Dei et aecclesiae libenter nos supponeremus. Placuit verbum nostrum cardinalibus. Dixerunt tamen, nisi prius cognita papae voluntate super hoc se nil posse vel audere. Missis nunciis verbum nostrum cognovit papa mandavitque sicut prius, aliam se nolle concordiam quam illam quae inter papam Eugenium et nos facta fuisset. Nos supradicto modo hoc recusavimus et in presentia et sub[b] testimonio omnium Teutonicorum et Longobardorum, episcoporum et laicorum principum et baronum et vavassorum, omnem iusticiam atque[c] consilium obtulimus, ut[d] et nos acciperemus iusticiam. Presentes ibidem fuere Romanorum civium legati, qui cum indignatione mirabantur super his quae audierunt. Mandavit enim papa nova et gravia et numquam prius audita, quae sine consilio tuo et aliorum fidelium imperii pertractari non possunt. Haec discretioni tuae communicavimus, ut si qua tibi super his occurrerint, nosse veritatem non sit inutile. Rogamus etiam ut, si necesse fuerit et nos tibi mandaverimus, ad nos pro tanto negocio venire non differas.

# 181–190. CONCILIUM PAPIENSE.

## 1159. Sept. 16. – 1160. Febr.

*Hadriano IV. pontifice a. 1159. Sept. 1 mortuo, schisma, quod inter cardinales Romanae ecclesiae oriebatur, imperator dirimere conatus est per synodum, quam primum ad diem 13. Ian. a. 1160 Papiam convocavit, deinde propter obsidionem Cremae ad diem*

**180.** a) propter *B* 1. 2. b) *deest C.* c) sive *B. B*.* d) et ut *C.*

1) *Octavianus presbyter tituli Sanctae Caeciliae et Willelmus presbyter tituli Sancti Petri ad Vincula.* 2) *Constantiae a. 1153 v. supra nr. 145.*

*2. Febr. prorogavit, quae quidem die 5. Febr. tandem exordium sumpsit*[1]. *Cum Rahewinus l. IV, c. 52 (43) sq. uberiorem istius temporis materiam praebuerit, nos quidem e Gestis Friderici ea tantum monumenta posituri sumus, quae iam Pertz recepit*[2], *additis aliis quibusdam, quae aliunde petivimus*[3].

## 181. *EPISTOLA IMPERATORIS AD EBERHARDUM ARCHIEPISCOPUM SALZBURGENSEM (1159) Sept. 16.*

*Edimus e codice Vindobonensi 629 (Ius can. 133) f. 26', quem contulit vir cl. Kehr. Legitur etiam in codice epistolari Hannoverano XI. 671 saec. XVI. f. 483. — Stumpf, Reg. 3865.* *(P. 117.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto[a] et fideli suo E(berhardo) venerabili Salzpurgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Intimamus dilectionis tue auribus, quod nuncium tuum ideo tamdiu detinuimus, ut aliqua nova de negotiis nostris, que per legatos nostros Rome tractabantur[b], per apices nostros tue caritati panderemus. Cum autem essemus in eorum cottidiana exspectacione et interim nuntii pape cum ipsis de verbo pacis et concordie agerent, divina providentia, que in sui dispositione nunquam fallitur, ipsum papam in nocte
Sept. 1. beati Egidii de medio transtulit. De cuius obitu litteras accepimus. Quod vero substituenda necessario esset talis persona, que ad universorum salutem fidelium ecclesiarum Dei statum in unionem pacis reformaret et ipsum imperium ac fideles imperii honestius tractaret, pro electione pontificis facienda iam in Romana ecclesia partes esse audivimus et plurimum inde condolemus. Inde est quod pro huius rei novitate tibi nuncianda nuntium tuum dilectioni tue remittimus, fidelitatis tue sinceritatem intime commonentes, hortantes et quam maxime rogantes, ut si forte pro aliquo Romane sedis electo assensus discretionis tue requisitus fuerit, non statim, quasi praecipitata ratione vel nobis inconsultis, favorem tuum adhibeas, sed ne imperium nostris temporibus in se ipsum divisum desoletur, ad unitatem nobiscum studeas operam dare. Idem quoque tuis suffraganeis et coepiscopis nunciandum et precipiendum attencius rogamus. Preterea dilectionem tuam volumus non latere, quod iuxta peticionem regis Francorum venerabilem legatum nostrum Papiensem episcopum, prudentem ac discretum magneque sanctitatis virum, a curia nostra transmisimus, qui duo tanti nominis regna, Anglorum[c] videlicet ac Francorum, ipsosque reges ad firmam pacem et stabilem amicitiam vice nostra commoneat, auctoritate reformet et supra firmissimum dilectionis et amicitie nostre[d] fundamentum cum omni plenitudine et integritate stabiliat. Noveris etiam, quod hec tria regna in tantam nostre voluntatis et dilectionis unitatem inclinata firmabuntur, quod ex quo primum stabilita fuerunt, nunquam in tam concordi pace ligata manserunt. De cetero noster predictus legatus hoc verbum electionis de Romano pontifice in cordibus[e] eorum ita firmabit, ut ipsi una nobiscum unum inde velint et sapiant, nec in aliquam personam favorem suum tam subito ponant, nisi quam nostrum trium unicus laudaverit assensus. De his autem omnibus per Aleman-

181. a) *eadem manu superscriptum cod.* b) tractanbantur *corr. cod.* c) angelorum *cod.* d) *sequitur* firmamentum *statim deletum cod.* e) in cordibus *bis cod.*

1) *V. epistolam Heinrici praepositi Berchtesgadmensis apud Rahewinum l. IV, c. 82 (72) ed. Waitz p. 270.* 2) *Excepta tamen oratione imperatoris, l. IV, c. 74 (64), quam Pertz p. 121 dedit.* 3) *In codice Sangallensi 620 saec. XII. ex. p. 252 inter Petri Comestoris Historiam scholasticam et Pauli Historiam Langobardorum insunt nonnulla quae ad Concilium Papiense spectant a b. m. Bethmanno descripta; haec tamen e Rahewino excerpta sunt.*

niam et Burgundiam et Aquitaniam apices nostros direximus, universitatem fidelium hoc scire volentes, quod ad kathedram tanti regiminis aliam personam nullatenus recipere intendimus, nisi quam ad honorem imperii et quietem ac unitatem ecclesie unanimi et concordi assensu fideles elegerint. Post reditum vero legatorum nostrorum quecunque de negotiis imperii et ecclesie nobis attulerint, per maiores nuntios nostros fidelitati tue insinuabimus et ex consilio discretionis tue universa tractabimus.

Data in obsidione Chreme XVI. K. Octobris.

## 182. *ENCYCLICA INVITATORIA AD EPISCOPOS TEUTONICOS.* *(1159) Oct. 23.*

*Servaverunt exemplar Hartmanno episcopo Brixinensi missum Gesta Friderici l. IV, c. 66 (56) ed. Waitz p. 247. Signa codicum et recensionum* (A. B. B*. C) *retinuimus. — Stumpf, Reg. 3868.* *(P. 118.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Hartmanno[b] Brixinensi episcopo salutem[c] et omne bonum.

Quod in passione sua Christus duobus gladiis contentus fuit[d], hoc in Romana aecclesia et in imperio Romano[e] credimus mirabili providentia declarasse, cum per haec duo rerum capita et principia totus mundus tam in divinis quam in humanis ordinetur. Cumque unus Deus, unus papa, unus imperator sufficiat et una aecclesia Dei esse debeat, quod sine dolore cordis[f] dicere non possumus, duos apostolicos in Romana aecclesia habere videmur. Defuncto itaque Adriano papa in Kalendis Septembr., cardinales, qui columpnae immobiles esse videbantur quibus sancta et universalis firmissime inniteretur aecclesia, non quae Dei sunt, sed sua querentes et unitatem aecclesiae scindentes, duos pontifices elegerunt et ambos consecraverunt. Pro tanta namque et tam perniciosa aecclesiae iactura tota nimirum Italica aecclesia conturbatur, et dissensiones, scismate orto in capite, iam in inferiora membra defluxissent[g] et totum aecclesiae corpus defedassent[g], nisi nos consilio et auxilio relligiosorum virorum, qui spiritu Dei aguntur, tam impudicae iniquitati iusticiae rigorem opposuissemus. Ne itaque in tantae discrimine discordiae universalis aecclesia periclitari possit, Romanum imperium, quod ad remedium tam perniciosi morbi divina clementia providit, universorum saluti debet sollicite providere et, ne tanta mala in aecclesia Dei premineant, futuris casibus sollerter obviare. Coadunatis itaque in unum omnibus episcopis, tam Italicis quam Teutonicis, caeterisque principibus ac viris relligiosis, qui zelum Dei et aecclesiae habere videbantur, quod facto opus esset diligenter investigavimus, ex decretis Romanorum pontificum et statutis aecclesiae veraciter accipientes quod, exorto scismate in Romana aecclesia ex duorum apostolicorum dissensione, ambos vocare et secundum sententiam et consilium orthodoxorum litem decidere deberemus. Ex consilio itaque omnium qui aderant episcoporum caeterorumque principum curiam sollempnem et generalem conventum omnium aecclesiasticorum virorum in octava epiphaniae Ian. 13.
Papiae celebrandam indiximus, ad quam ambos qui se dicunt Romanos pontifices vocavimus[h] omnesque episcopos imperii nostri et aliorum regnorum, Franciae videlicet, Angliae, Hispaniae atque Ungariae, ut eorum in presentia nostra iusto declaretur examine, quis illorum regimen universalis aecclesiae de iure debeat obtinere. Quia vero ad unitatem aecclesiae reformandam sapientia[i] admodum nobis necessaria est, ut ea nequaquam carere valeamus, dilectionem tuam attentissime rogamus et

**182.** a) F. *A.* b) N. *A*; Herimanno *C* 1? 2. c) salutem — bonum *des. A.* d) etc. *add. A, ubi reliqua desunt.* e) *deest C.* f) *deest B* 2. *B**. *C* 2. g) *ita B**; defluxisset — defedasset *B* 2. *C* h) vocabimus *C.* i) tua *add. B**.

rogando commonemus, quatinus pro fidelitate aecclesiae et imperii ad predictam curiam omni occasione remota venias, ut in adventu tuo unitas et pax et tranquillitas aecclesiae reformetur. Interim autem predictae scissurae in neutram partem assensum tuum declines nec tamquam iustam et rationabilem aliquatenus recipias.

Data[h] Cremae, X. Kal. Novembr.

## 183. *EPISTOLA IMPERATORIS AD HENRICUM REGEM ANGLIAE.*

*(1159) Oct. 28.*

*Edimus ope* 1) *cod. Musaei Britannici Kings Library 9. B. XII (olim ecclesiae Wigorniensis) saec. XII. f. 3, quem exscripsit b. m. Karolus Pertz;* 2) *cod. eiusdem bibliothecae Cotton. Faustina B. I. 36 saec. XII. ex. f. 3', quem adhibuit Rymer 'Foedera' ad a. 1157, cuius lectiones debemus viro cl. Liebermann*[1]. *Enuntiata, quae ex Encyclica nr. 182 petita sunt, litteris minoribus excudenda curavimus. — Stumpf, Reg. 3870.*

*(P. 119.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum[b] imperator et semper augustus dilectissimo amico suo Henrico[c] illustri Anglorum regi salutem et indissolubilem intime[d] dilectionis affectum.

Cum Christus ecclesiam suam, quam pretioso sanguine suo[d] redemit, unicam et indivisam Petro pre ceteris apostolis singulari et spetiali privilegio gubernandam commiserit, constare videtur, quod unus in Romana ecclesia pontifex esse debeat, qui[e] unius Dei et Petri vicarius, unius et universalis ecclesie gubernator existat. Unde nos, qui unitatem colimus et omnes unum corpus sumus ecclesie, non dolere non debemus, quod, scissa illa tunica inconsutili, unitate scilicet ecclesie, duos apostolicos in Romana ecclesia videmur habere. Defuncto etenim[f] Adriano papa in[g] Kal. Sept., cardinales, qui columpne immobiles esse videbantur quibus sancta et catholica inniteretur ecclesia, non que Dei sunt set sua querentes et unitatem ecclesie scindentes, duos pontifices elegerunt et[h] ambos consecraverunt. Pro tanta namque[i] et tam pernitiosa ecclesiae iactura tota nimirum[k] ecclesia Italica conturbatur, et dissensiones scismatis orte in capite iam in inferiora membra defluxissent et totum corpus ecclesie conmaculassent, nisi nos consilio et auxilio religiosorum virorum, qui spiritu Dei aguntur, tam impudice iniquitati iusticie rigorem opposuissemus. Ne itaque in tante discrimine discordie universalis ecclesia periclitari possit, Romanum imperium, quod ad remedium tam pernitiosi morbi divina clementia providit[l], universorum saluti debet sollicite providere et[m], ne tanta mala in ecclesia Dei premineant[n], futuris casibus sollerter obviare. Coadunatis etenim in unum omnibus[o] episcopis, tam Ithalicis quam Teutonicis, ceterisque principibus ac viris religiosis, qui zelum Dei et ecclesie habere videbantur, quod[p] facto opus esset diligenter investigavimus, ex decretis Romanorum pontificum et statutis ecclesie veraciter accipientes quod, exorto scismate in Romana ecclesia ex duorum apostolicorum electione, ambos vocare et secundum[q] sententiam et consilium[r] orthodoxorum litem decidere[s] deberemus[t]. Ex consilio itaque omnium qui aderant episcoporum ceterorumque principum curiam sollempnem et

182. h) Data — Novembr. *des. B**.

183. a) F. 2. b) romanus 1. 2. c) H. 2. d) *deest* 2. e) quia 1. f) enim 2. g) III. 1. 2. h) et — consecraverunt *des.* 1. i) itaque 2. k) *deest* 1, *ubi* Ithalica ecclesia. l) prov. clem. 2. m) *deest* 1. n) promineant 2; et *add.* 1. o) *deest* 2. p) quid 1. q) per sedis *male* 1. r) et cons. *des.* 2. s) descidere 1. t) debeamus 2.

1) *Legitur etiam in codice bibliothecae Ormsby-Gore, qui epistolas Ricardi episcopi Dunelmensis continet, saec. XIV. f. 4. Exemplar huius codicis est codex Parisinus Nouv. acquis. 1266. V. 'Neues Archiv' IV, 621. VII, 158.*

generalem conventum omnium ecclesiasticorum virorum in octabis[u] epiphanie Papie celebrandam[v] indiximus, ad quam[w] ambos qui se dicunt Romanos pontifices omnesque episcopos imperii nostri vocavimus. Sane cum sis unum de principalibus membris aecclesiae, sine cuius consilio et auxilio tam arduum tamque necessarium negotium salutarem[x] effectum sortiri nec debet nec potest, si fieri posset, pro reformanda unitate ecclesie etiam persone tue sublimitas[y] insudare deberet. Set quia hoc iam diu desiderabile votum nostrum necessarie cure[z] prepediunt, dilectionem tuam modis quibus possumus exoratam esse cupimus, quatinus de[a] venerabili[b] collegio episcoporum regni tui et abbatum aliorumque orthodoxorum, quorum sapientia et religione Anglorum prefulget ecclesia, quotquot potes, nobis[c] transmittas et predicto sacro[d] conventui interesse facias[e], ut eorum ceterorumque ecclesiasticorum virorum salubri dictante consilio unitas Romane aecclesiae, eo mediante qui facit utraque unum, reformetur et status ecclesiarum nulla deinceps[f] dissensionum turbine collisus, nostris temporibus incolumis in summa[g] tranquillitate possit permanere. Interim autem in neutram partem predicte scissure assensum tuum declines nec tamquam iustam et rationabilem aliquatenus recipias. Personam[h] tuam et statum regni tui incolumem per longa tempora Deus omnipotens conservare dignetur.

Data in obsidione Creme, quinto Kal. Novembris.

## 184. *EPISTOLA INVITATORIA IMPERATORIS AD ALEXANDRUM III. ET EIUS CARDINALES. (1159. Oct. ex.)*

*Insinuata est per Hermannum Verdensem et Danielem Pragensem episcopos. Exstat in Gestis Friderici l. IV, c. 65 (55) ed. Waitz p. 246; recensio* A *admodum pauca servavit. Tempus quod legitur in collectione 'Scriptores rerum Gallicarum'* XV, 746 (Creme X. Kal. Nov.), *cum editor nil nisi Gesta adhibuerit, certe ab eo ex epistola ad Hartmannum episcopum data petitum est. — Stumpf, Reg. 3869.* *(P. 118.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Rolando[b] cancellario caeterisque cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum pontificem, salutem et omne bonum.

Quoniam divina preordinante clementia[c] Romani imperii gubernacula suscepimus, oportet ut in omnibus viis nostris ipsius legem custodiamus, cuius munere, cuius voluntate dignitatis nostrae apicem adepti sumus. In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus aecclesiis in imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, sacrasanctae Romanae aecclesiae tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura et defensio a divina providentia creditur esse commissa nobis specialius. Eapropter de discordia, quae in substituendo Romanum pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes ne occasione huius scismatis aecclesia Christi sanguine redempta debeat dilacerari, presertim cum robur aecclesiae foris titubare videatur, quoniam unitas ipsius scissura domestica interius dilaniatur. Ut autem huic pesti competens et Deo gratum exhibeamus remedium, relligiosorum virorum consilio generalem curiam et conventum in octava epiphaniae Papiae indiximus celebrandam. Ad quam evocavimus totius imperii nostri et aliorum regnorum, scilicet Angliae, Franciae, Ungariae, Datiae archiepiscopos, episcopos, abbates et viros relligiosos ac Deum timentes, quatinus re-

**183.** u) octab 1; oct 2. v) celebrandum 1. w) quem *corr. ex* quam 2. x) salutarium 1. y) sullimitas 1. z) cause 2. a) *deest* 2. b) collegio venerabilium 2. c) nobis potes 1. d) sacre 2. e) facias interesse 2. f) deinc. nulla 2. g) sua 2. h) Personam — Novembris *des.* 1.

**184.** a) F. *A.* b) R. *A.* c) clementia etc. *reliquis ommissis A.*

moto omni seculari iudicio, hoc tam magnum aecclesiae negotium aecclesiasticarum tantum personarum sententia ita sopiatur, ut et Deo debitus exinde honor deferatur et aecclesia Romana sua integritate et iusticia non possit a quoquam privari, vel status Urbis, quae caput imperii nostri est, inquietari. Proinde eruditioni vestrae mandamus et ex parte Dei omnipotentis et totius aecclesiae catholicae praecipimus, ut ad eandem curiam sive conventum veniatis, aecclesiasticarum personarum sententiam audituri et recepturi. Testis enim nobis est Deus, quia in hac curia nec amore nec odio alicuius personae quicquam aliud querimus quam honorem Dei et aecclesiae suae unitatem. Quod si ad tam celebrem aecclesiae conventum examinationis causa venire volueritis, karissimi principes nostri et aecclesiae katholicae Herimannus Ferdensis, Daniel Bragensis patres et episcopi venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmisimus, una cum comite palatino, consanguineo nostro, aliisque legatis nostris securum vobis conductum prestabunt. Si vero iusticiam Dei et aecclesiae in tam sollempni conventu recipere nolueritis, videat Deus et iudicet. Nos autem, ipsius favente gratia qui dat salutem regibus, iusticiam Dei, quae nullum magis quam imperatorem Romanum decet, prosequemur.

## 185. *RESPONSUM ALEXANDRI III. PER SCRIPTUM LEGATIS IMPERATORIS DATUM.* (1159. *Nov.*)

*Servaverunt Gesta pontificis auctore Bosone, qui scriptum his verbis introducit:* Tunc instantibus pro responso predictis episcopis, Alexander papa coram multitudine clericorum et laicorum eis in hunc modum scripsit. *Repetimus editionem viri cl. Duchesne 'Le Liber Pontificalis' II, p. 401, qui codicem Gestorum in tabulario Vaticano asservatum diligentissime excussit. — Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. nr. 10597. (P. deest.)*

Nos recognoscimus domnum imperatorem ex collato sibi debito dignitatis advocatum ac specialem sacrosancte Romane ecclesie defensorem. Unde ipsum, si per eum non steterit, pre ceteris principibus orbis intendimus honorare ac per omnia ei deferre in quibus regis regum honor nullum capiat detrimentum. Ubi vero quicquam occurrit quod absque summi regis offensa nequeat effectum habere, sic honorandus imperator terre videtur, ut ille potius timeatur, illius honor potius conservetur, qui est rex regum et dominus dominantium et qui animam et corpus perdere potest in gehennam. Miramur itaque, quod sincere illum, sicut convenit, diligentes sincere non sentimus ex eo dilectionis affectum, et excellentiam eius propensius honorare volentes, ab eo nobis, imo beato Petro et sacrosancte Romane ecclesie, honorem debitum conspicimus denegari. In litteris enim, quas ex parte ipsius nobis nostrisque fratribus detulistis, hoc inter cetera continebatur expressum, quod ipse, audita dissensione que in ecclesia Romana emerserat, de quinque regnis personas ecclesiasticas convocaverat[1], [ideoque precipiebat eis ex parte generalis ecclesie ut in octava epyfanie apud Papiam convenirent ad eius presentiam, audituri et servaturi quod in illa curia dictaretur]. In quo nimirum longe a consuetudine predecessorum suorum recessisse videtur et dignitatis sue terminum excessisse, dum sine conscientia Romani pontificis concilium convocavit et nos ad presentiam suam, sicut homo super nos potestatem habens, precepit convenire. Sane beato Petro et per eum sacrosancte Romane ecclesie, cuius ipse per Deum magister extitit ac fundator, hoc privilegium legitime a domino Iesu Christo sanctisque patribus traditum et per prospera et adversa, etiam cum effusione sanguinis cum oportuit, usque ad hec tempora conservatum, ut universarum ecclesiarum

1) *Textus Vitae Alexandri hoc loco pergit:* et cetera ut supra usque Hiis auditis; *quare ea quae uncis inclusimus petivimus a p. 400 editionis Duchesnianae.*

causas, cum res exigeret, ipsius auctoritas discuteret ac finiret, ipsa vero nullius umquam iudicio subiaceret. Unde quia nunc ab eo contra privilegium ecclesie indultum fieri videmus, per quem deberet ab aliorum impugnatione defendi, et quia ita scriptum est matri sicut cuilibet subiecte persone, hoc absque ammiratione nimia ferre non possumus nec debemus. Ad curiam vero eius accedere vel sententiam curie sue in hac parte suscipere canonica traditio et reverenda sanctorum patrum auctoritas non permittit. Nam cum nec in minoribus ecclesiis advocati earum et seculares principes vocationes, disceptationes ac decisiones huiusmodi causarum sibi aut curiis suis usurpent, set suorum metropolitanorum seu apostolice sedis semper notitiam ac diffinitionem expectent, divina videretur animadversione dignissimum et ab omni ecclesia tanto durius arguendum quanto amplius ad universalis ecclesie periculum redundaret, si per ignorantiam nostram aut pusillanimitate spiritus a capite, quod avertat Deus, diebus nostris iste morbus inciperet, et nos ecclesiam pretioso sanguine Christi redemptam in servitutem redigi sineremus, pro cuius libertate tuenda patres nostri proprium sanguinem effuderunt, et nos ipsi ad eorum exemplum, exigente necessitatis articulo, extrema deberemus pericula sustinere.

## 186. *EPISTOLA ALTERA IMPERATORIS AD EBERHARDUM ARCHIEPISCOPUM SALZBURGENSEM.* *(1159. ex.)*

*Adhuc ineditam damus e codice lat. Monacensi 5252 (Chiems. 2), ubi fol. 106 manu saec. XII. legitur: exscripsit iam olim b. m. Iaffé. — Stumpf, Reg. deest.*

*(P. deest.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto et fideli suo E(berhardo) venerabili Salzburgensi archiepiscopo[a] gratiam suam et omne bonum.

Litteras a tua prudentia nobis transmissas gratanti animo recepimus, quarum tenore diligenter audito, consilium nostrum de curia illa, quam Papiae celebrandam indiximus, discretioni tuae placere cognovimus et gavisi sumus. Quia vero tua presentia ibi maxime necessaria est, ubi de communi salute agendum est, tuam sinceritatem modis omnibus rogamus ut, assumptis tecum suffraganeis tuis, personam tuam in tam sancto conventu nobis pro honore Dei et aecclesiae presentialiter exhibeas. Preterea quod pro Ulrico milite tibi scripsimus, ut in causa sua iusticiam ei faceres, aliud nichil tunc facere potuimus, nisi secundum hoc quod ex eius ratione perpendere potuimus. Postmodum fratres de Kimisse[1] ad nostram venientes presentiam alia, prioribus contraria nobis retulerunt, causam predicti Ulrici penitus infirmantes. Nos itaque absente una parte iusticiam alteri facere non valentes nec peccatis alienis animam nostram onerare volentes, tuae discretioni[b] mandantes iniungimus, ut presente utraque parte ita inter eos diffinias, quod sufficientem iusticiam uterque consequatur secundum Deum et secundum seculum.

## 187. *ORATIO ADVOCATI VICTORIS IV. IN CONCILIO HABITA.*

*Fragmentum istud sistimus e* 1) *codice Vindobonensi 629 (Ius can. 133) saec. XII. f. 36, iam in initio mutilo, quem contulit vir d. Donabaum; lacunas supplevimus e* 2) *cod. epistolari Hannoverano XI. 671 saec. XVI. f. 549, quem excussit Sudendorf 'Registrum' I, 62; in hoc codice praecedit lemma:* De scismate inter Adrianum et Octavianum qui deinde Victor dictus, item mortuo Adriano inter eundem Victorem et Romanum can-

**186.** a) arciepiscopo *cod.* b) discretione *cod.*

1) *Chiemsee.*

cellarium Rñ. Will. Siculo astrictum. Incipit ita hic tractatus. *Hoc lemma sicuti et caput 1 et exordium capitis 2 a Flacio in margine addita sunt, reliquis librarii manu prius exaratis. De hoc monumento nuper acute disseruit vir d. W. Ribbeck 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXV, 354 sq., qui ostendit ex eo hausisse Albertum Stadensem in Chronico suo ad a. 1159 (SS. XVI, 344), et eius auctorem fuisse presbyterum Iohannem de Romano clericum cardinaliae Rolandi suspicatus est. Procul autem errat vir doctus, quod monumentum nostrum tractatum mandato imperatoris et concilii Papiensis scriptum esse credit. Nos viro cl. b. m. Giesebrecht 'Kaiserzeit' V, 247 adstipulantes, scriptum nostrum orationem in ipso concilio habitam esse censemus*[1]. *(P. deest.)*

1. Et quia placuit principum principi universae monarchiae imperium[a] ac diadema tenenti et reverendissimis dominis ac patribus in nomine Domini congregatis, ut qualitatem et ordinem electionis Romani pontificis in medium proponamus, imploramus[b] clementiam auditorum, ut non verborum leporem, non eloquii urbanitatem, sed tantum facti seriem diligenter attendant. Cum de electione verbum proponere intendamus, ad maiorem rei evidentiam et causam discordiae declarandam paulo altius ordiri[c] compellimur, ut tam de causa discordiae quam de electione pontificis copiosam auditoribus[d] notitiam faciamus.

2. Fuit inter dominum papam Adrianum bonae memoriae[e] et serenissimum dominum nostrum imperatorem amicitiae foedus contractum[2], scriptis[f] utriusque partis firmatum et utriusque principis sigillo signatum, iuramentis hinc inde coroboratum[g], cirographatum et collaudatum. Illius autem foederis tenor et continentia talis erat: ut neutra istarum partium sine alterius partis consensu et voluntate cum Greco aut cum Siculo aut cum senatoribus Romanis amicitiam vel pacem vel treugam componeret, manifestos etiam Romani imperii [adversarios, si][h] post ternam admonitionem non resipiscerent, Romana ecclesia excommunicaret, et e converso Romanae ecclesiae adversarios divus imperator viribus imperii coerceret. Hoc foedus nisu et operatione Romani cancellarii suorumque complicium non sine periurio est refragatum[i], ruptum et evacuatum. Cum Siculo namque pacem et firmam amicitiam sine consensu divi imperatoris fecerunt, manifestos hostes imperii Mediolanenses post ternam et centesimam commonitionem non excommunicaverunt, immo[k] ut plenius dicamus, omnibus hostibus imperii vires [et] audaciam modis quibus poterant praestiterunt, ad maiorem autem imperii et ecclesiae confusionem ducatum Apuliae et Calabriae ac principatum Capuae cum adiacentibus provinciis Siculo per tria vexilla concesserunt et privilegio confirmaverunt[3].

3. Attendite, quis est hic cui secta Romani cancellarii[l] tanta concessit. Certe ille est, de cuius terra ad sedem apostolicam nullus appellat. Nemo sine voluntate et iussu Siculi in episcopum eligitur, nec etiam ad sedem apostolicam vocatus quis venit nisi[m] cum illius mandato. Nullus canonicus, nullus archidiaconus vel abbas vel praepositus vel alius ecclesiae praelatus sine illius iussu promovetur. Nullus legatus Romanae ecclesiae vel ipse apostolicus terram eius ingreditur, nisi[m] nominatim et specialiter ab eo vocatus; et cum terram eius ingressus fuerit, conductum vel cibaria

187. a) perium *hic incipit* 1. b) *sic* 2; in *sequente lacuna* 1. c) exordiri 2. d) lectori 2. e) bonae memoriae *des.* 2. f) *hic incipit in* 2 *manus librarii.* g) *superscr.* *super* firmatum *in linea* 2. h) adv. si *inserui; des.* 1. 2. i) refragratum 2. k) imo 2. l) Romañ cancellarius 1. 2. m) nec 2.

1) *Cf. vocem 'auditores' in cap. 1 bis usurpatum, pro qua cod. 2 secundo loco 'lectori' posuit.* 2) *Spectat ad conventionis Constantianae innovationem a. 1155 factum, supra nr. 151.* 3) *Cf. pactum Beneventanum inter Hadrianum IV. et Willhelmum regem a. 1156 ictum, infra in Appendice actorum Siculorum editum.*

vel hospitium non habet, nisi per manum et dispositionem scutiferi Siculi, cui hoc erit iniunctum et cui litterae a Siculo datae sunt, in quibus modus et mensura victualium est designata. Et si aliquis regum vel principum manifeste terram Siculi invaserit, Romana ecclesia ex tenore privilegii debet illum excommunicare.

4. In his tam nefariis tamque horribilibus factis iura imperii confusa sunt et Romanae ecclesiae dignitas imminuta. Ibi imperium est demembratum[n]. Ibi ecclesia est mutilata et ancillata. Ecce qualiter Romana ecclesia[o] per Romanum cancellarium et suos coniuratos est exaltata, qualiter est decorata, cuius temeritas atque iniquitas, nisi religiosorum ac Deum[p] timentium consilio reprimatur, deteriora postmodum sine dubio perpetrabit. Attendite facta Siculi. Attendite etiam facta divi imperatoris et iudicate, in qua istarum partium Romana ecclesia sit ancillata et in servitutem redacta. Certe ex omnibus iniquitatibus Siculi, quas supra memoravimus, non invenitur aliquid a caesare simile perpetratum. Sed quid dicemus, magis obtinuit Siculus a cancellario et a suis coniuratis, quam serenissimus augustus per suam ineffabilem benignitatem, hoc privilegio concesso, hoc tam iniquo tamque nefario scelere noviter perpetrato.

5. Adhuc fumante periurio, adhuc plaga iniuriarum sanguine radiante, Romanus cancellarius, qui illius sceleris auctor extiterat, in Gallias transire disposuit, ut ibi principes si posset subverteret et in ea parte imperium denuo demembraret[q]. Unde[r] usurpata sibi[s] legatione, aput Bisuntium, nescio quo ausu, qua[t] fronte, ad praesentiam augustalem pervenit et quasi[u] re bene gesta divalibus aspectibus se praesentavit. Bene quidem per clementiam divi imperatoris receptus, inhoneste vero per superbiam et falsitatem cartarum quas detulerat dimissus. Et recte quidem, quod difficile est, ut quae malo sunt inchoata principio, bono fine compleantur et peragantur[v]. Nemo locupletandus est cum aliena iactura, sed qui imperio contumeliam pleno cipho propinaverat, recte ornato plaustro[w] confusionem recepit. Quae confusio maioris odii seminarium fuit.

6. Conversus itaque retrorsum, cum ad Urbem redisset, dum scelera commissa deflere et deflenda non committere debuisset, quasi sanguinem sitiens[x] ad imperii[y] et ecclesiae destructionem intendens, renovata inter se coniuratione, cum Mediolanensibus et Siculo sub iureiurando foedus composuit, ut altera pars sine altera cum imperio nunquam pacem teneret, quod, si interim Adrianum papam mori contingeret, secta illa cancellarii ex debito iuramenti unum ex his in papam eligeret, qui iam dicto iuramento Mediolanensibus et Siculo tenebantur et electus eodem iuramento teneretur. Haec coniuratio ab ipsis Mediolanensibus[z] et a quibusdam ipsius sceleris iuratoribus deprehensa est et manifeste comperta. Et sunt quidam ex nostris cardinalibus, qui ad coniurandum fuerint invitati, ut[a] scisma ecclesiae hodie evidenter ostendit. Per quam duntaxat coniurationem[b] assumpta audacia, cancellarius in viscera ecclesiae manus extendens statuit, ut dominus Octavianus, qui hodie Victor divino munere apostolica dignitate censetur, et fratres eius cardinales, qui in praesentiarum esse noscuntur, per potentiam Siculi caperentur et in Siciliam mitterentur perpetuis exiliis cruciandi.

7. Tunc secta illa cancellarii vocata est Ciciliana[c] et[d] manifeste se contra imperium erexit[e]. Tunc iniquitas[f] eorum in tantum praevaluit[g], ut spiritu et consilio Siculi fere[h] per omnia Romana curia verteretur. Quo viso cardinales, qui eorum iniquitatibus consentire nolebant[i], manus suas[k] ab illorum coniurationibus et pra-

**187.** n) demmbratum 2. o) ecclesiae 1. p) dominum 2. q) demmbraret 2. r) Num 2. s) s̄ 1: sunt 2. t) quo 2. u) q̄in si 1. v) *in* 2 id est peragant *superscr.* *sunt super* compleantur. w) plausto 2. x) *deest* 2. y) imperium 2. z) Mediolanis 2. a) et 1. 2. b) coniuratione 1. 2. c) Ceciliana 1, 2. d) esse 1. 2. e) erexerit 1. 2 f) *his* 1. 2. g) pervaluit 2. h) fore 2. i) noluebant 2. k) suam 2.

vissimis operibus continentes. sicut consiliorum noluerunt esse participes, ita etiam turpis lucri eorum partem penitus contempserunt et tandem ab eorum consortiis se subtrahentes exierunt ab ecclesia malignantium et cum impiis[1] non sederunt[1] et ita turbationes illiusmodi usque ad obitum papae Adriani equanimiter sustinuerunt.

8. Defuncto autem papa A(driano)[m] et cardinalibus omnibus in basilica beati Petri ad celebrandam electionem pontificis congregatis, dum secta cancellarii iuxta praedictam consuetudinem unum de suis in apostolatum[n] promovere intenderet, dominus Octavianus cum multis cardinalibus, qui illius coniurationis erant exortes, iniquam illorum intentionem cognoscentes et scisma modis omnibus vitare desiderantes, et congregatis in unum utriusque partis cardinalibus, ad hoc tandem consilium deduxerunt, ut ab omnibus communiter in verbo veritatis compromitteretur, quod sine consensu omnium nullus eligeretur, etiam si duo tantummodo[o] dissentirent. Facta igitur compromissione in verbo veritatis et[p] quibusdam de fratribus in hoc quasi curatoribus constitutis, inventi sunt quidam cardinales memorata coniuratione perplexi, qui cancellarium esse volebant pontificem, et e converso inventi sunt alii ab illa coniuratione penitus alieni, qui volebant dominum Octavianum cardinalem. Atque in hoc proposito utraque pars firma videbatur. Illi enim unum de coniuratis, sicut coniuraverant, querebant pontificem, isti vero e contrario sceleri tam nefario resistere nitebantur. Quare huius partis cardinales, scissuram ecclesiae metuentes et promissionem in verbo Domini factam memoriter retinentes, consilium dederunt, ut de[q] persona extranea ageretur, eo quod ex cardinalibus aliquis sine discordia eligi non posse videbatur. Huic consilio coniurati cancellarii se velle acquiescere simulantes, dum isti in crastinum differre voluissent consilium, quidam ex ipsis cardinalibus coniuratis, manto furtive conquisito Romanum cancellarium sine fratrum consensu subito induere voluerunt. Quorum intentio utpote execrabilis non est sortita effectum, quia[r], saniori et meliori parte cardinalium prohibente, cancellarium per mantum nullo modo tetigerunt. Verumtamen per eos non remansit. Cum igitur per huiusmodi iniuriam et praesumptionem secta cancellarii in periurium decidisset . . . . . .

## 188. *GESTA CONCILII PAPIENSIS. (1160. Febr. 5—11.)*

*Exstat in Gestis Friderici l. IV, c. 77 (67) ed. Waitz 258, in recensionibus* B. B*. C. *(P. 121.)*

Haec sunt capitula, quae[a] in concilio Papiae super electionem[b] domni papae Victoris canonice probata sunt.

1. Domnus Octavianus et nemo alius Romae in aecclesia beati Petri petitione populi et consensu ac desiderio cleri a[c] cardinalibus[d] manto sollempniter est indutus[e] et presente cancellario et non contradicente in kathedra[f] beati Petri collocatus est, et a cardinalibus et clero Romano 'Te Deum laudamus' sollempniter ei cantatum est, et nomen ei Victor impositum est. Ibi multitudo cleri et populi Romani venit ad pedes eius. Tunc scriniarius secundum antiquam Romanorum consuetudinem ascendens in altum, voce magna clamavit ad populum dicens: 'Audite, cives Romani et coetus rei publicae! Secunda feria pater noster Adrianus mortuus est, et proximo sequenti sabbato domnus Octavianus cardinalis Sanctae Ceciliae in Romanum pontificem electus

187. l) imperiis 2. m) *deest* 2. n) apostolicatum 2. o) tantum modis 2. p) a *add.* 1. 2. q) d' ex 1; d² ex 2, *ubi* d² *ab alia manu illatum est.* r) quod 2.

188. a) *reliqua om. A.* b) electione *B**. c) ac *B. B**. d) cardinalium *B* 2. e) ind. est sol. *C* 2. f) kathedram *B* 1.

1) *Cf. Psalm.* 25, 5.

et inmantatus est et in kathedra beati Petri collocatus est et papa Victor est nominatus. Placet vobis'? Respondit magna voce clerus et populus: 'Placet'. Secunda et tertia vice interrogatus populus, si placeret, clara voce respondit: 'Placet'. Deinde cum bandis et aliis papalibus insignibus domnus papa cum laudibus in palatium deductus est.

2. His itaque rite peractis, capitulum beati Petri statim venit ad pedes eiusdem papae Victoris et obedivit ac debitam ei[g] reverentiam exhibuit; clerus et populus, multitudo magna similiter obedivit. Sequenti vero die proxima rectores cleri Romani accedentes ad domnum cancellarium et ad cardinales qui cum eo erant, voluerunt cognoscere, si inmantatus esset, sicut quidam dicebant, et non invenerunt eum inmantatum neque aliqua dignitatis specie variatum, et habito cum eo et cardinalibus suis colloquio, cognoverunt ab ore eius et suorum, quod numquam fuerit inmantatus et quod ei hoc[h] falso imponebatur. Quo audito et cognito, rectores ad pedes domni papae Victoris venerunt et obedientiam et reverentiam exhibuerunt.

3. De omnibus supradictis capitulis testes fuerunt Petrus Christianus decanus basilicae beati Petri et omnes fratres eius et duo rectores cleri Romani, Blasius[i] scilicet presbiter et Manerius presbiter, et VII archipresbiteri Romanae urbis et IIII alii tam diacones quam subdiacones.

4. Deinde prior Lateranensis et sui canonici obedierunt. Clerici de patriarchia Sanctae Mariae maioris obedierunt. Abbas de patriarchia Sancti Pauli per suos nuncios obedivit et in signum obedientiae de bonis aecclesiae suae illi misit. Abbas de patriarchia Sancti Laurentii cum suis monachis obedit[k]. Abbas Cirengii obedit. Abbas Sancti Silvestri cum suis monachis obedit. Abbas Sancti Alexii in monte Aventino cum suis monachis obedit. Abbas Sancti Blasii cum suis monachis[l] obedit. Conventus Sanctae Sabinae[m] obedit. Conventus Sanctae Mariae in Capitolio obedit. Conventus monachorum[n] Sanctorum Cosmae et Damiani obedit. Abbas Sancti Valentini obedit. Magister fratrum Templi Hierosolimitani in monte Aventino cum suis fratribus[o] obedit. Cardinalia Sancti Marcelli obedit. Clerici de cardinalia Sanctorum Apostolorum obediunt. Clerici de cardinalia[p] Sancti Petri ad Vincula obediunt. Clerici de cardinalia Sancti Silvestri obediunt. Clerici de cardinalia Sancti Syxti obediunt. Clerici de cardinalia Sanctae Sabinae obediunt. Clerici de cardinalia Sanctae Sabilinae obediunt. Cardinalia Sancti Cyriaci apud thermas Diocletiani obedit. Clerici de cardinalia Sanctae Mariae trans Tyberim obediunt. Clerici de cardinalia Sanctae Mariae in Porticu obediunt[q]. Clerici de cardinalia Sancti Nycolai in Carcere obediunt. Monasterium Sanctae Agathae obedit. Archipresbiter Sancti Apollinaris obedit. Archipresbiter Sancti Triphi obedit. Archipresbiter Sancti Bartholomei obedit. Aecclesia Sancti Celsi obedit. Aecclesia Sanctae Mariae in Monasterio obedit. Aecclesia Sanctae Mariae in Palaria obedit. Aecclesia Sancti Salvatoris de Curte[r] obedit. Archipresbiter Sancti Vincentii cum suis obedit. Archipresbiter Sanctae Catarinae cum suis[s] obedit. Archipresbiter[t] Sancti Thomae de Parrione obedit. Archipresbiter Sanctae Anastasiae[u] cum suis obedit[v]. Archipresbiter Sancti Salvatoris de Campo cum suis obedit. Archipresbiter Sanctae Mariae in monte Celso cum suis obedit. Et multae aliae aecclesiae et monasteria obedierunt[w], quas vix enumerare valemus.

**188.** g) *deest B 2;* reverentiam ei *B*.* h) hoc ei *C 2.* i) Basilius *B*.* k) *ita h. l. B 1;* obedivit *C 2 et ita semper; codices vero plerumque* obed. *vel* o. l) *deest B 2.* m) Conv. S. Sabeae et S. Mariae in Capitolio obediunt *B*, qui ita saepius duo nomina coniunxit.* n) *deest B.* o) *deest B. B*.* p) Clerici de cardinalia S. Marcelli et de card. *etc. B*.* q) *ita h. l. B 1.* r) cum suis *add. B*.* s) cum suis *des. B. B*.* t) *hunc ponit post illum Sancti Salvatoris B 1.* u) Anastasii *B*.* v) ob. cum suis *B 1.* w) *ita h. l. B 1.*

5. Post promotionem domni Victoris canonici beati Petri miserunt ad Rolandum cancellarium canonicos suos, qui viderent, an esset inmantatus, sicut quidam credebant, aut aliquo modo promotus. Unde bis missi inquisitores bis retulerunt, eum non esse inmantatum nec aliqua promotionis spetie variatum. Sequenti vero die, ut omnis dubitatio tolleretur, miserunt canonici quosdam de suis, ut mensae[x] cardinalium qui intererant[y], interessent et viderent, si saltem in mensa locum digniorem solito obtineret aut etiam benedicendo mensam primus esset vel aliquo modo inter cardinales loco vel dignitate seu veste dignior haberetur. In quibus omnibus nullo modo senserunt eum promotum vel mutatum. Atque in hunc modum perscrutati sunt canonici statum cancellarii per singulos continuos VIII[z] dies.

6. Basso et Iohannes de Romano dicunt: 'Postquam cancellarius, sedente domno Victore in kathedra, in munitionem[a] se recepit, Iohannes Phizutus clericus et Iohannes de Buccalata laicus voluerunt inmantare cancellarium. Qui cum iniuria reppulit eos dicens: 'De me non facietis ridiculum; ibi est papa, ite ad eum et obedite ei'.

7. Presbiter Blasius et presbiter Magnerius[b], rectores cleri[c] Romani, dicunt se cum tribus aliis rectoribus cleri sequenti die post promotionem domni Victoris accessisse ad cancellarium et ad omnes cardinales qui cum eo erant, et non viderunt eum inmantatum nec aliquo modo promotum, et antequam discessissent, audierunt duabus vicibus ab ore cancellarii, quod nec erat nec fuit inmantatus. In presentia etiam ipsorum rectorum et[d] in presentia eorum qui ibi erant testificatus est Otto cardinalis de Carcere, quod domnus Octavianus nullam violentiam vel iniuriam intulit cancellario. Item dixit Otto: 'Pro nichilo ascribitur hec[e] iniuria domno cancellario, quia nullus ei mantum abstulit, quia numquam habuit'. His omnibus ita peractis et cognitis, rectores isti iverunt ad domnum Victorem et obedientiam ei fecerunt et preceperunt clero, ut ei obediret. Quod et factum est.

8. Presbiter Barro et presbiter Iohannes, capellani de cardinalia cancellarii, dixerunt, se sequenti die post promotionem domni Victoris ad cancellarium accessisse et dixisse ad eum sic: 'Audientes vos esse inmantatum gaudebamus, et nunc quia aliter videmus, dolemus'. Qui dixit eis: 'Pro me nolite gaudere vel dolere, quia ego nec fui nec sum inmantatus; ite[f], obedite ei quem videtis inmantatum'. Haec verba taliter ab ore cancellarii processisse, commisit[g] presbiter Barro et presbiter Iohannes quibusdam ex nostris clericis presentibus, ut iurent in animabus eorum, ita verum esse.

9. Clerici de cardinalia Sancti Chrisogoni dixerunt, se sequenti die post promotionem domni Victoris accessisse ad cardinalem suum, qui erat cum cancellario, et interrogasse eum dicentes: 'Omnes clerici vadunt ad pedes domni papae; quid faciemus et nos?' Qui respondit: 'Ite ad eum sicut alii'.

10. Multi ex nostris dicunt vidisse cancellarium XI. die ab Urbe exisse sine manto, sine stola, sine albo equo et sine omni habitus mutatione[h], cum pellibus nigro pallio coopertis et cum nigro almutio usque ad Cisternam.

11. Iohannes de Romano dicit, se audivisse Iohannem Neapolitanum et Bonandiem et quosdam alios cardinales dicentes apud Cisternam: 'Quoniam modo sumus sine[i] pastore et sine capite, faciamus nobis dominum'. Et postea inmantaverunt eum et cantaverunt ei 'Te Deum laudamus' apud Cisternam.

12. Iohannes de Sancto Stephano et Wolframmus[k] dicunt, se audivisse, quod papa Adrianus dixit ad eos, cum de Urbe exiret: 'Octavianus', inquit, 'quem ego misi in Longobardiam, vult excommunicare Mediolanenses; sed ego mandavi Mediolanensibus, ut non

**188.** x) ut inde se cardinales *B* 1; ut inde se c. *B* 2. y) inerant *B* 1. *B**. z) *ita B**. *C* 2; novem *B*. a) munitione *B* 1. b) Manerius *C* 2. c) *deest C* 2. d) et — eorum *des. C* 2. e) hoc d. *C* 2. f) et *add. B* 1. g) promisit *B* 1. *B**. h) munitione *C* 2. i) absque *B**. k) Wolferammus *B**; Wolferaminus *C* 2.

curent de eo, sed fortiter se habeant tam ipsi quam Brixienses contra imperatorem, et ego eum eis disposui, quod imperator propter eorum impedimenta non poterit Romam venire. Item etiam cum cardinalibus ita disposui, quod Octavianus non erit papa post mortem meam'.

13. Gimundus[l] et Wolframmus[m] dicunt, se audisse[n] ab ore episcopi Sabinensis, quod libenter rediret ad domnum Victorem, sed ita adiuratione astrictus est, quod sine periurio non potest.

14. Episcopus Aletrinus in presentia domni Gwidonis Cremensis cardinalis et Gimundi[l] et Iohannis Gaietani et aliorum multorum dixit: 'Non possum ad domnum Victorem venire, quia talem securitatem feci cancellario et suis aput Anagniam, quod non possum ad eos venire usque ad Kalendas; post[o] Kalendas autem veniam; interim tamen habeo eum pro domino et pastore meo'. Itaque Kalendis transactis cum infirmitate teneretur, misit domno Victori obedientiam per clericum quendam, quem[p] habemus presentem.

15. De omnibus supradictis capitulis testimonium perhibuerunt predicti rectores cleri Romani et VII archipresbiteri supra memorati et alii multi honeste et relligiosi clerici Romani et Petrus Urbis prefectus et Stephanus de Tebaldo[q] et Stephanus Nortmannus et Iohannes de Sancto Stephano et Iohannes Gaietanus et Wolframmus[r] de Gidocica[s] et Gimundus de domo Petri Leonis et multi alii[t] illustres Romani et nobilissimi, qui omnibus his interfuerunt et omnia viderunt et tractaverunt.

## 189. *ENCYCLICA IMPERATORIS DE DECRETIS CONCILII.*
### *(1160) Febr. 16.*

*Damus ex editione Waitziana Gestorum Friderici l. IV, c. 79 (69) p. 262 (rec.* A. B. B*. C) *et* V, *codice Vindobonensi 629 (Ius can. 133) f. 39', quem contulit vir d. Kehr. Legitur etiam in codice Hannoverano XI. 671 saec. XVI. f. 430. — Stumpf, Reg. 3891.* *(P. 123.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectissimo suo Eberhardo[b] venerabili Salzburgensi[c] archiepiscopo et suffraganeis eius, Alberto[d] Frisingensi[e], Hartmanno[f] Brixinensi[g] et Romano[h] Gurcensi venerabilibus episcopis[i] totique provinciae[k] Salzburgensi gratiam suam et omne bonum[l].

(1) Si sacro concilio Papiae celebrato[m] interfuissetis, omnia[n] quae ibidem vel in Romana aecclesia facta sunt oculata fide cognoscere possetis. Ne autem ab his qui pravis delationibus[o] et mendatiis iam totum[p] fere orbem resperserunt veritas possit obnubilari vel vestra sinceritas trahi in contrarium, quanto brevius possumus, seriem totius rei sine aliqua falsitatis commixtione mera veritate vobis significare dignum duximus[q]. Luce clarius constat, quod papa Adriano adhuc vivente Rolandus[r] cancellarius et quidam cardinales non adtendentes illud dominicum: 'Sit sermo vester: est est, non non', conspi- Matth. 5, 37. ratione facta cum Wilhelmo[s] Siculo, prius ab eis excommunicato, et cum caeteris hostibus imperii, Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, ne forte per mortem papae Adriani tam iniqua factio evanesceret, iuramenti vinculo invicem sese constrinxerunt, ut de-

188. l) Gwimund. *B**. m) Golframmus *B 2. B**; Wolfer. *C 2.* n) audivisse *C 2.* o) et post *B 1.* p) quem — presentem *des. B**. q) Thebaldo *B 1.* r) Golframmus *B 2*; Wolfer. *C 2.* s) Gidocicca *B**; Gidoccicia *C 2.* t) alii multi *B 1.*

189. a) F. *A. V.* b) F. *A 2. V*; *corr.* E. *A 1.* c) Salzpurgensi *B*. V.* d) A. *A. V*; Adilberto *B 1. B**. e) episcopo *add. G. Fr.* f) H. *A. V.* g) Brixiensi *G. Fr.* h) R. *A. V.* i) ven. ep. *des. G. Fr.* k) ecclesie *V.* l) gratiam — bonum *des. A.* m) *deest C 2.* n) *reliqua om. A.* o) dilationibus *V.* p) fere totum *C 2.* q) ducimus *V.* r) R. *V semper.* s) W. *V.*

functo papa nullus alius ei[t] substitueretur, nisi qui in eadem conspiratione cum eis convenisset. Hac de causa XII. die post electionem domni Victoris papae, eo sedente in sede beati Petri, iam dicti conspiratores egressi ab Urbe ad Cisternam Neronis, derelinquentes venam aquarum viventium, se contulerunt et ydolum sibi Rolandum cancellarium erexerunt, dicentes, hunc esse Symonem Petrum, qui apostolicae dignitatis apicem tam nefaria invasione attingere presumebat[u]. Quod haec conspiratio facta[v] fuerit et ille iam dictus Rolandus per eam hoc modo intraverit[w], non est ficticium, sed relligiosis viris ab illo qui manifesta[x] facit consilia cordium mirabiliter est declaratum. (2) Dum haec Romae agerentur et nos[y], quid super tanto scismate agendum esset, viros relligiosos, archiepiscopos videlicet et episcopos, consultaremus, supervenerunt, quasi missi a Deo, Tarentasinus archiepiscopus, abbas Clarevallensis, abbas Moremundensis et alii abbates numero decem, postulantes pacem Mediolanensibus. Qui recepto a nobis verbo pacis[z], dum Mediolanenses[a] pro investiganda eorum voluntate adirent[b], acceperunt ab eis tale responsum: 'Domni patres, nos tenemur astricti iuramento domno papae[c] et cardinalibus, quod non debeamus redire ad gratiam imperatoris sine eorum voluntate, et ipsi econtra sine nostra voluntate nullam pacem facere possunt'. Responderunt eis[d] abbates: 'Vos de caetero non tenemini domno papae, quia mortuus est'. Et illi statim subiunxerunt: 'Si mortuus est papa, nos ideo non sumus absoluti, quia nichilominus tenemur cardinalibus, et ipsi tenentur nobis'. Haec predicti patres abbates[e] in responsis a Mediolanensibus accepisse[f] testificati sunt coram multis relligiosis viris. Preter haec multa experimenta factae conspirationis per litteras in via deprehensas accepimus, sicut nuncius iste plenius vidit et audivit. (3) Sane ex concilio[g] orthodoxorum, sicut alia vice meminimus vobis mandasse, generalem conventum relligiosorum Papiae indiximus, ad quem ambos qui se dixerunt Romanos pontifices, non ad iudicium seculare, sicut ora mendacium astruunt, sed ad examen aecclesiae, per duos venerabiles episcopos, Ferdensem[h] videlicet et Bragensem[i], convocavimus. Alter vero[k], eo quod puriorem haberet conscientiam, domnus Victor videlicet, iudicio aecclesiae ultro se obtulit, altero, videlicet Rolando, contumaciter renitente et dicente, quia cum ipse omnes deberet iudicare, ipse a nullo vellet iudicari. Habito itaque venerabili concilio, in quo patriarcha Aquilegensis[l] et multi archiepiscopi et episcopi relligiosi convenerant, per VIII continuos dies maxima gravitate, diligentissima examinatione, semota omni laica[m] persona, tractatum est, quis ex duobus summi pontificatus apicem de iure deberet obtinere. Post longam itaque deliberationem, quia illa nefandissima conspiratio Deo et aecclesiae admodum odibilis manifestis inditiis non solum probata, verum in facie totius aecclesiae coram positae[n] revelata est, et in domno Victore nichil reprehensibile inventum est, nisi quod pauciores numero cardinales omnino a conspiratione illa exortes eum pro bono pacis inter regnum et sacerdotium conciliando elegerunt, et[o] invocata sancti Spiritus gratia, aecclesia Dei Rolandum cancellarium conspiratorem et scismaticum, discordias et lites et periuria[p] bona esse euangelizantem, condempnavit, et domnum Victorem papam in patrem spiritalem et universalem pontificem confirmavit. Quem nos aecclesia duce secuti approbamus et universalis aecclesiae patrem et rectorem, cooperante divina clementia, fore denunciamus. Hoc itaque factum, divinis suffultum presidiis et in apostolica stabilitate supra petram, Christum videlicet, firmiter fundatum, a vestra beatitudine pro pace

**189.** t) *deest V.* u) presumebant *B. B*.* v) *deest B* 1. w) intraverat *B.* x) fac. man. *C* 2. y) nobis *V.* z) *deest G. Fr.* a) Mediolanum *B*? C* 2; ad Mediolanum *V.* b) redirent *C* 2. *V.* c) papa *B* 1. d) ei *B.* e) *deest V.* f) *deest C* 2. g) consilio *V.* h) Fardensem *V.* i) Pra-gensem *V.* k) eorum *add. V.* l) Aquileiensis *C* 2. *V.* m) laicali *B.* n) posita *B.* o) *deest B* 1. *V.* p) periurgia *B. B*. C* 2.

totius aecclesiae et salute imperii approbari et ab omni aecclesia vestrae sanctitati commissa teneri et conservari rogamus et preoptamus.

Data[q] Papiae, XV. Kal. Martii.

## 190. *ENCYCLICA CONCILII.* *(1160. Febr. ex.)*

*Exstat in duabus recensionibus, una ampliore, quae legitur in* V, *codice Valencennensi nr. 442 (P. 5. 54, olim S. Amandi) saec. XII—XIII. fol. 80', ex quo edidit Marteneus 'Thesaurus anecdotorum' I. 447, et in* L, *libro Edwardi Brown 'Appendix ad Fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum Orthuini Gratii sive tomus secundus' (Londini 1690) p. 552, e codice quodam Cottoniano accuratissime, ut videtur, excusa. Textus ille, quamvis duabus non exiguis sententiis careat, non paucas codicis* V *omissiones supplet et menda castigat. Altera recensio abbreviata est ea, quam inseruit Rahewinus Gestis Friderici l. IV, c. 80 (70) ed. Waitz p. 264 (rec.* B. B* C: *pauca verba tantum in* A). *Praesertim in fine et in enumeratione episcoporum et principum, qui decretis concilii consensisse dicuntur, recensiones ab invicem discrepant. At non est quin censeamus, utrumque esse authenticam, neque breviorem ab ampliore decurtatam, neque illum interpolatam esse. Ampliorem iam Otto Morena eiusque continuator in Chronico suo Laudensi ante oculos habuit (SS. XVIII, 620) et ex ea non pauca ad verbum attulit; lectiones eius plus cum textu* L *conveniunt, quam cum codice Valencennensi. Rahewini textus sane episcopis et principibus Teutoniae mittendus erat; alter textus in alias mundi partes diffusus esse videtur. Aliud tamen est, quod iam inter viros doctos constat, in utraque recensione, imprimis in enumeratione episcoporum et principum, inesse multa, quae cum veritate minime consonent. Editionis nostrae haec ratio fuit, ut ea, quibus recensio* V. L *abundat, uncis includeremus, ea autem, quibus Rahewinus excellit, asteriscis notaremus. Recensionem ampliorem ex Marteneo receperunt Mansi 'Collectio conciliorum' XXI, 1133 et Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' II, 483; recensionem breviorem ex editionibus Rahewini Goldastius I, 273 et IV, 1, 69, Labbeus et Cossartius X, 1392, Mansi XXI, 1117.* *(P. 125.)*

[Peregrinus[a] Dei gratia Aquileiensis patriarcha, Arnaldus[b] Moguntinus, Reinaldus[c] Coloniensis. W(ichmannus)[d] Magdeburgensis et Hartvicus[e] Bremensis archiepiscopi et universi episcopi et abbates et viri religiosi in concilio Papiae congregati regibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, marchionibus et omnibus Christi fidelibus ad quos litterae istae pervenerint[f] salutem et orationes in Christo.]

1. Quia sedis apostolicae turbatio christianorum animos admodum sauciavit, nos[g] qui ad resecanda scismata et[h] pacem aecclesiae reformandam Papiae fuimus congregati, qualitatem causae modumque negotii et sacri concilii statutum[i] universitati vestrae plenarie duximus intimandum, quatinus, per scripta presentia mera veritate monstrata, auditorum animi falsitatem, quam forte conceperunt[k], vehementer expellant et ammodo per scripta scismatica non seducantur. Cum igitur orthodoxorum Papiae congregatorum universitas in[l] nomine Domini consedisset, causa per VII continuos dies, remoto[m] omni[n] seculari iudicio, legittime et canonice agitata ac diligenter inspecta, sufficienter et canonice in conspectu concilii per testes idoneos est comprobatum: domnum papam Victorem et nullum alium in basilica beati Petri a saniori[o]

**189.** q) Data — Martii *des. B*.*

**190.** a) I. *leg. V; uncis inclusa des. G. Fr.* b) Ar. *V.* c) R. *leg. V.* d) W. *leg. V;* Wi. Magd. *des. L.* e) H. *leg. V.* f) perveniunt *V.* g) *reliqua om. rec. A;* et *add. L.* h) et — reformandam *des. V.* i) dispensationem *G. Fr.* k) conceperant *G. Fr.;* perceperunt *L.* l) in nom. Domini *des. V.* m) *in rasura V.* n) dies continuos omni remoto *G. Fr.* o) seniori *L.*

parte cardinalium petitione populi *et* consensu ac desiderio cleri [Romani[p]] fuisse electum et sollempniter inmantatum, [et] quod[q], presente et non[r] contradicente Rollando quondam cancellario, in kathedra beati Petri fuerit collocatus, et quod ibi[s] ei[t] a cardinalibus et clero Romano 'Te Deum laudamus' gloriose [est] decantatum, et inde ad palatium cum bandis[u] et aliis papalibus insignibus est deductus.

2. [Probatum est[v], quod eo tempore quo electio Romae celebrabatur, erant in Urbe tantummodo XXII cardinales, ex quibus cum dominus Victor, tunc Octavianus, et Rollandus segregati fuissent, remanserunt tantummodo XX electores, ex quibus VIIII sanioris consilii et nulla coniuratione foederati, quorum vox prima erat in electione, una[w] cum capitulo beati Petri, petitione populi, consensu et[x] desiderio cleri, annuente ordine senatorum et nobilioribus Romanis[y], dominum Victorem[z] elegerunt.]

3. Et clerus et populus secundum consuetudinem interrogatus[a] per scriniarium, si placeret, tribus vicibus clara voce[b] respondit[c]: 'Placet'. Probatum[d] est etiam[e], quod Rollandus[f] post domni Victoris promotionem XII.[g] die ab Urbe egressus, apud Cisternam, *in qua Nero imperator quondam ab Urbe profugus latitavit,* [in finibus terrae Siculi[h] in loco non celebri] primo est inmantatus. Probatum[i] est[k], quod in secunda[l] die post promotionem domni Victoris Rollandus interrogatus a rectoribus[m] cleri Romani et a[n] clericis de sua cardinalia[o], si domno Victori esset obediendum, expresse confessus est, se numquam fuisse inmantatum, et expresse dixit: 'Ite et[p] obedite ei, quem inmantatum esse videtis'. Super his capitulis fuerunt testes et sub stola tactis sacrosanctis euvangeliis iuraverunt domnus Petrus Christianus decanus basilicae beati Petri

*V. L.*

cum duobus fratribus suis, in persona sua et totius capituli beati Petri, ubi corpus ipsius apostolorum principis requiescit, quae est mater nostra et caput omnium ecclesiarum, cuius etiam litteras[q] et plenum testimonium habebamus. Similiter iuraverunt religiosi et honestissimi[r] rectores et praelati cleri Romanae urbis, qui omnia viderunt et tractaverunt, quorum nomina sunt haec: dominus Blasius[s] archipresbyter, dominus Mainerius[t] archipresbyter, Ioannes[u] archipresbyter, Aimerardus archipresbyter[v], Bernardus[w] archipresbyter, item Ioannes[u] archipresbyter, Gentilis presbyter, Tholomeus[x] archipresbyter, Benedictus diaconus[y], magister Gerardus, Nicholaus et alii religiosi et honesti clerici Romani.

*G. Fr.*

et in persona sua et omnium fratrum suorum. Iuraverunt etiam venerabiles archipresbiteri et rectores cleri Romani Blasius et Manerius, presbiter[z] Iohannes, presbiter Gentilis, Aimeradus archipresbiter, Berardus archipresbiter, Iohannes archipresbiter, Benedictus diaconus, magister Tolomeus[a] archipresbiter, magister Gerardus[b] et Nycolaus et alii honesti clerici Romani.

**190.** *) *asteriscis notata des. V. L.* p) Romae *L.* q) quia *V.* r) *deest L.* s) *deest V.* t) *deest L.* u) bannis *L.* v) *deest V.* w) unaque *L.* x) ac *L.* y) nobilibus Romanorum *L.* z) *in margine, sed signo huc ductum V.* a) *deest B.* b) voce clara *L.* c) responderunt *V.* d) Probatum — inmantatus *des. L.* e) *in margine V.* f) XII. die *ponunt hoc loco G. Fr.* g) III. *V.* h) Sicilii *V.* i) *e correctura V.* k) etiam *add. L.* l) secundo *G. Fr.* m) et *add. B* 1; rectoribus et clero Romano *B* 2? *C* 2. n) *loco* et a *G. Fr.:* ac. o) cardinalitate *V;* de sua card. *des. L.* p) *deest B* 1. q) *deest V;* literas et testimonium plenum habeamus *L.* r) honesti *L.* s) Basilius *V.* t) Maīnus *V;* Mamerius *L.* u) I. *L.* v) Aim. arch. *des. L.* w) B. *L.* x) Ptolomaeus *L.* y) decanus *L.* z) presbiteri *codd.;* M. et I. pr. g. et alia archipresbiteri Aim. Bernhardus *B**. a) Toloneus *B* 1. *B**; Tolonensis *B* 2; Ptolemęus *C* 2. b) Gerhardus *B* 1.

Preterea Petrus[c] illustris Urbis praefectus, Stephanus de Tebaldo[d], Stephanus Normannus[e], Guimundus filius[f] Petri Leonis, Ioannes[g] de Stephano et alii principes et nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi imperatoris venerant, in conspectu concilii super iam dictis capitulis omnes pariter testimonium[h] similiter[i] perhibuerunt et iurare voluerunt. Sed nos quia[k] relligiosorum archipresbyterorum[l] multorum [et capituli beati Petri] testimonium sufficiens et abundantissimum habebamus[m], duximus laicis in[n] hac parte parcendum.

4. Deinde venerabiles episcopi Hermannus Verdensis, Daniel Pragensis *et* Otto palatinus comes et *magister* Herbertus[o] prepositus, quos domnus imperator ex consilio XXII[p] episcoporum et multorum religiosorum[q] abbatum aliorumque relligiosorum tunc presentium Romam[r] delegaverat, ut partes ante concilii presentiam Papiam evocarent[s], in conspectu conciliii testimonium perhibuerunt, quod Rollandum[t] cancellarium et partem eius trinis[u] edictis per intervalla [temporum] peremptorie et sollempniter[v] ad presentiam aecclesiae Papiae [tunc] congregandae, remoto omni seculari iudicio, vocaverunt, et quod Rollandus cancellarius et sui cardinales viva voce et ore proprio iudicium vel examen aliquod[w] aecclesiae se nolle recipere manifeste dixerunt.

5. [Ostensum est, quod idem legati Rollando suisque[x] sequacibus securissimum conductum sub fide sacramenti in eundo ad concilium et redeundo praestare voluerunt. Ad maioris quoque securitatis plenitudinem dominus papa Victor arces et castella et fratres ac nepotes suos obsides eis obtulit, si in facie aecclesie secum in[y] iudicio sistere voluissent. Rollandus vero, qui ante huiusmodi vocationem instanter[z] per litteras et per legatos suos iudicium multotiens postulaverat, has omnes vocationes et securitatis promissiones contumaciter et superbe contempsit. Praeterea coniurationem inter Rollandum et suos sequaces cardinales cum[a] Mediolanensibus et Siculo nefandissime perpetratam et[y] per ipsos coniuratores et per litteras Rollandi Mediolanensibus[b] directas et aliis manifestissimis argumentis[c] deprehendimus et cognovimus. Cuius coniurationis tenor et continentia talis erat, ut numquam alter sine altero cum Romano imperio pacem teneret, et si[d] interim papam Adrianum mori contingeret, unum de illis cardinalibus et non alium in papam eligerent, qui eadem coniuratione teneretur. Per scripta etiam Rollandi suo sigillo bullata et in orbe transmissa et in conspectu concilii recitata, mendacia manifestissima ac detestabilia deprehendimus in haec verba: 'Testamur Deum, quem nullum latet secretum, quod non mendacium fingimus, sed meram sicut est loquimur veritatem, quia duo tantum elegerunt Octavianum, Iohannes[e] Sancti Martini et Guido[f] Cremensis cardinales, ceteri vero omnes[z] in nostram personam convenerunt'. In his itaque verbis[g] venerabile concilium non solum mendacia[h] manifestissima deprehendit, sed etiam detestabile periurium recognovit. Praeter eos namque duos[i] cardinales, quos dominum Victorem elegisse Rollandus asseruit, habuimus in facie concilii electorem et consecratorem domini papae Victoris, domnum[g] Imarum venerabilem Tusculanum[k] scilicet episcopum, omnium cardinalium priorem[l] et antiquiorem, cuius erat prima vox in electione pontificis. Habuimus et praesentem domnum W. cardinalem Sancti Petri ad Vincula, quem advocati

**190.** c) P. *L.* d) Thebaldo *B. C;* Thebis *L.* e) Nortmannus *G. Fr.* f) Gimundus de domo *G. Fr.* g) I. *L.* h) *loco* omnium p. test. *G. Fr.:* ex maxima parte testimonium. i) *deest V;* sim. exhibuere *L.* k) quia nos *G. Fr.* l) presbiterorum *G. Fr.* m) hab. et abund. *V.* n) *bis V.* o) Herb. *L;* Heribertus *G. Fr.* p) XII. *V.* q) *loco* multorum religiosorum *G. Fr.:* Cisterciensis et Clarevallensis. r) Romae *L.* s) revocarent *V.* t) R. *V. saepius.* u) ternis *V.* v) solicite *L.* w) aliquid *L.* x) et suis *L.* y) *deest L.* z) *deest V.* a) cum — Siculo *des. L.* b) Mediolanum *L.* c) indiciis *L.* d) *supra lin. add. V.* e) I. *L.* f) G. *V.* g) *deest L.* h) mend. solum *L.* i) duos *des. V.* k) Y. venuscii *V;* scilicet *deest L.* l) primum *L.*

domni papae Victoris in praesentia omnium domnum Victorem se[m] elegisse affirmaverunt, et ipse W. in medio concilii hoc audivit et non negavit. Item domnus C. cardinalis Sancti Adriani[n] infirmitate detentus per cyrographum nobis voluntatem suam exposuit et per nuntium iurare praecepit, domnum Victorem se elegisse et ei obedisse et eum et non alium in dominum et papam velle se habere[o]. Magister etiam[p] Rodbertus[q] cardinalis Sanctae Mariae in Via lata, sicut pro certo cognovimus, eum elegit et[r] ei obedivit. Propter quod etiam, dum ad concilium tenderet, a fautoribus Rollandi Pisis captus est et fustibus[p] crudeiissime verberatus et in carcerem trusus. G. Sabinensis[s] episcopus et Ar.[t] cardinalis et alii multi obedierunt domino Victori, qui ut accepimus[u] varia spe pecuniarum seducti postea abierunt retrorsum. Praeterea nos antiquorum patrum vestigia et Romanae ecclesiae consuetudinem imitantes, Librum de vita et ordinatione Romanorum pontificum super similibus causis et dissensionibus[v] in medio concilio fecimus recitari, ubi manifeste comperimus, quod in huiusmodi negotiis illum semper sancta aeccelesia[w] statuit praeferendum, qui petitione populi, consensu et desiderio cleri a cardinalibus prior est inmantatus et[x] in cathedra beati Petri collocatus. Illud etiam, quod de Anacleto et domino Innocentio nostris temporibus accidisse recolimus, ad memoriam concilii nichilominus est revocatum, quod[y] licet una et eadem die ambo inmantati fuissent, ille potius est ab aecclesia approbatus, cuius inmantatio aliqua diei parte praecessit. A saeculo non est auditum, quod post unius inmantationem die transacta alius postea fuerit inmantatus. Rollandus autem non una tantum, sed undecima transacta die post inmantationem domini Victoris fuit inmantatus.]

6. Praeterea vidimus[z] scripta Henrici Pisani cardinalis ad domnum imperatorem directa, in quibus expresse continebatur, quod nullum vellent aecclesiae subire iudicium vel examen. Super haec omnia idem Henricus et Otto cardinalis Sancti Nicolai in[a] Carcere Tulliano, qui tempore concilii et ante aput Ianuam morabantur, et Ioannes Anagninus[b] *cardinalis* et Ioannes Pitutus[c] *sanctae Romanae aecclesiae subdiaconi*, qui [a Rollando transmissi] tunc aput Placentiam morabantur[d], per VIII [continuos] dies a toto concilio[e] sunt expectati et per litteras et[f] nuncios concilii sunt vocati, et contempserunt venire.

7. Ex his igitur nobis[g] sufficienter instructis[h] et[i] veritate hinc inde plenarie declarata, placuit reverendo concilio, ut electio domni Victoris, qui tamquam agnus mansuetus et innocens venerat[k] aecclesiae iudicium humiliter suscepturus, approbaretur et confirmaretur, et electio Rollandi penitus cassaretur. Et factum est ita. Electione itaque domni Victoris, remoto omni seculari iudicio, sancti Spiritus gratia invocata, confirmata et[l] recepta, christianissimus imperator [noster] post omnes episcopos et post omnem clerum ultimus, [ex] consilio et petitione concilii electionem domni Victoris recepit et approbavit, et post eum omnes principes [eius] et innumerabilis hominum multitudo quae presens erat, [et] interrogata tribus vicibus[m], si ei[n] placeret, respondit cum gaudio magna voce: 'Placet'. Sequenti die proxima, id est prima VI.
Feb. 11. feria quadragesimae, domnus Victor cum processione ab aecclesia sancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat hospitatus[o], ad cathedralem[p] ecclesiam gloriose deductus est. Ibi relligiosissimus imperator ante ianuas aecclesiae eum suscepit et descendenti[q]

**190.** m) *supra lin. add. V; deest L.* n) A. *L.* o) se hab. velle *L.* p) *deest V.* q) Ro. *V.* r) *loco* et ei ob. Pr. quod *L*: qui. s) Sabiniensis *V.* t) A. *L.* u) cepimus *L.* v) et diss. *des. V.* w) *corr. ex* statuit aeccl. *V*; sancta eccl. illum semper statuit *L.* x) inm. et *des. V.* y) quia *L.* z) Vidimus etiam *G. Fr.*; Praeterea vidimus — contempserunt venire *des. L.* a) de *G. Fr.* b) *corr. ex* Agninus *V.* c) Iohannes Piozutus *G. Fr.* d) erant *G. Fr.* e) conc. toto *G. Fr.* f) ac *B. B*. C 1.* g) omnibus *G. Fr.* h) instructi *G. Fr.* i) *loco* nobis suff. instr. et *L*: auctoritatibus et rationibus. k) aecclesiae iud. venerat *V.* l) atque *L.* m) trib. vic. interr. *G. Fr.* n) eis *G. Fr.* o) hospicium eius *G. Fr.* p) catholicam *male G. Fr.* q) *corr. ex* descenti *V*; descendente *B. B**.

de equo strepam humiliter tenuit et apprehensum per manum usque ad altare conduxit et pedes eius est osculatus[r], et nos omnes, patriarcha, archiepiscopi, episcopi et[s] abbates et omnes principes cum universa multitudine quae presens erat pedes apostolicos osculati sumus[t].

8. Proxima autem[u] die sequenti, id est sabbato, habito generali concilio, domnus Feb. 12.
papa[v] et nos cum illo Rollandum [olim] cancellarium, [nunc] scismaticum, et principales eius[w] fautores accensis candelis anathematizavimus et tradidimus eum sathanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.

9. *Illud[1] etiam discretionis vestrae prudentiam volumus non latere, manifeste esse deprehensum, quod Rolandus cancellarius et eius sequaces quidam cardinales, vivente adhuc papa Adriano, coniuraverunt. Fuit autem tenor coniurationis: quod, si eis viventibus papam Adrianum mori contingeret, cardinalem unum de illis eligerent qui in eadem coniuratione esset astrictus.*

10. De caetero ex parte Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum et virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad resecanda[x] scismata convenerunt, universitatem vestram *humiliter* imploramus et monemus in Christo, ut ea quae aecclesia Dei Papiae congregata ad honorem Creatoris et sponsae suae matris vestrae[y] sacrosanctae Romanae aecclesiae tranquillitatem et ad[s] salutem omnium christianorum fideliter ordinavit, vos omni dubio et ambiguitate remota irrefragabiliter rata firmaque[z] teneatis; orantes, ut redemptor noster Iesus Christus[a] universalem pontificem et papam *nostrum* Victorem, de cuius sanctitate et relligione omnimodo[b] confidimus, per tempora longa conservet et prestet ei omnimodam tranquillitatem et pacem, ita quod[c] per eum Deus omnipotens honoretur, et aecclesia Romana omnisque[d] christiana relligio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem[e] omnis nostra[f] actio plenius legentibus elucescat, dignum[s] duximus, ut omnium nostrum consensus[g] et nomina subscribantur.

*V. L.*

Ego Peregrinus Aquileiensis patriarcha cum fratribus suffraganeis interfui et consensi. Ego Arnaldus Moguntinus[h], ego[i] Reinoldus Coloniensis, ego Wiemannus[k] Magdeburgensis[l], ego Ardwiens[m] Bremensis archiepiscopi interfuimus et cum omnibus suffraganeis nostris consensimus[n]. Hellinus[o] Treverensis archiepiscopus, Ebrardus[p] Salzburgensis archiepiscopus, Arelatensis archiepiscopus, Viennae archiepiscopus, G. electus Ravennas, omnes per legatos et litteras suas[q] consenserunt.

*G. Fr.*

Ego Peregrinus Aquilegensis[r] patriarcha cum meis suffraganeis interfui et consensi. Ego Arnaldus[s] Maguntinus[t] archiepiscopus cum XIIII suffraganeis interfui et consensi. Ego Hartwicus[u] Bremensis archiepiscopus cum suffraganeis meis interfui[v] et consensi. Ego Hellinus[w] Treverensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. Ego Reinaldus[x] Coloniensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. Ego Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi.

**190.** r) osc. est *L.* s) *deest L.* t) sumus oscul. *G. Fr.* u) a *V.* v) Victor *add. L.* w) eius princ. *G. Fr.* x) rescindenda *G. Fr.* y) nostrae *L.* z) ratum firmumque *L*; rata et firma *C*; ratum et firmum *B. B**. a) Chr. Ies. *G. Fr. excepto B* 1. b) omnino *G. Fr.* c) ut *L.* d) omnis et *V.* e) Utinam *V.* f) *deest V.* g) *corr. ex* cons. nostrum *V.* h) Arnoldus Maguntinus *V.* i) ego R. Col. *des. L.* k) Wimanus *L.* l) Maldeburgensis *V.* m) A. *L.* n) interf. cum omn. suffr. n. et cons. *L.* o) Beluinus *V*; Helwinus *L.* p) Ebbardus *L.* q) *deest L.* r) Aquileiensis *C* 2. s) Arnoldus *B. B**. t) Magont. *B* 1. *B**; arch. M. *C* 2. u) Hartuwicus *B**. v) interfui et *des. B.* w) Ellinus *B* 1. *B**. x) Reinoldus *B* 1; Reginnaldus *B**.

1) *Quae in hoc textus Rahewini capitulo continentur, insunt in cap. 5 alterius recensionis.*

Rex[y] Ungarorum, rex Danorum, rex Boemie per legatos et litteras suas consenserunt. Archiepiscopus et dux Poloniae per legatos et litteras suas[z] consenserunt. Episcopus Ripensis[a], episcopus Augustidunensis[b], episcopus Tridentinus, episcopus Paduanus, episcopus Feltrensis[c], episcopus Tarvisinus[d], episcopus Mantuanus, Faventinus, Veronensis[e], Pergamenus, Imolensis[f], Mutinus[z], Laudensis, Firmanus, Ferentinus, Terdonensis, Aquensis, Astensis, Taurinus, Vercellensis, Iporiensis[g], Cumanus, Novariensis, Cremonensis[h], Gebennensis[i], Tulensis, Virdunensis, Basileensis[k], Argentinus[z], Wormaciensis[l], Traiectensis[m], Verdensis, Abelenbergensis, Pragensis[n], Ratisponensis, Pataviensis, item Augustensis[o], Babenbergensis, Melfitanus; hi omnes episcopi[p] interfuerunt et consenserunt. Est autem numerus archiepiscoporum et episcoporum, qui praesentes fuerunt et qui litteris suis consensum praebuerunt, centum LIII. Abbatum vero et archipresbyterorum[q] et praepositorum multorum regnorum inaestimabilis multitudo interfuit et cum desiderio consensit. Interfuit etiam dux Saxoniae[r] et Bawariae, dux Welfo[s], dux Zaringiae[t], dux Suevorum, comes[u] palatinus de Reno, comes[p] palatinus de Saxonia, comes palatinus[v] de Bawaria et alii marchiones et comites, quorum numerum[w] ignoramus.

Bizuntinus archiepiscopus per legatum[x] et episcopum Basiliensem consensit. Arelatensis archiepiscopus consensit. Lugdunensis archiepiscopus cum[y] suis suffraganeis consensit. Viennensis archiepiscopus cum suis suffraganeis consensit. Heinricus rex Anglorum per legatos et litteras suas[z] consensit. Rex Ungarorum per litteras et legatos suos consensit. Rex Boemorum consensit. Rex Danorum[a] consensit. Gwido electus Ravennatensis consensit. Episcopus Firminus consensit. Episcopus Ferentinus consensit. Mantuanus consensit. Pergamensis consensit. Faventinus consensit. Abbatum vero et archipresbiterorum multitudo innumerabilis multorum regnorum interfuit et consensit. Longobardorum inestimabilis multitudo interfuit et consensit. Universi fere[b] principes Romani imperii, tam Teutonici quam Italici, tam in Urbe quam extra Urbem, interfuerunt et assensum cum ingenti desiderio prebuerunt.

---

# 191–193. SCRIPTA DE EXPUGNATIONE CREMAE.

## 1159. Sept. 18. – 1160. Ian. 27.

### 191. *PROSCRIPTIO CREMENSIUM. 1159. Sept. 18.*

*Damus e* 1) *Zacharia 'Cremonensium episcoporum series' (Mediolani 1749) p. 122, qui hausit e libro privilegiorum episcopatus Cremonensis; quam editionem recudi fecit*

**190.** y) Rex — consenserunt *des. L.* z) *deest L.* a) Ep. Rip. *des. L.* b) Augustensis *L.* c) Flectrensis *L.* d) Telginsinus *V*; Celwinus *L.* e) Verogensis *V*; Veten. *L.* f) Inglonensis *L.* g) Proporiensis *L.* h) Germonensis *V*; Cremensis *L.* i) Gebentinus *V.* k) Basileū *V.* l) Warmacensis *V.* m) Trect. *L.* n) Pragensis — Melfitanus *des. L.* o) Augāsteñ *V.* p) *deest V.* q) archidiaconorum *V.* r) Saxonum *L.* s) Wlfo *V*; Guello *L.* t) Thuringiae *L.* u) et *add. L.* v) com. pal. *des. V.* w) nomina *V.* x) suum *add. B* 1. y) cons. cum suis suffr. *B* 1. z) per litteras et legatos suos *C* 2. a) Dagnorum *B.* b) princ. fere *B* 1.

*Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 100 nr. 107; et 2) ex Benvenuti 'Storia di Crema' (Milano 1859) I, 77, qui provocat ad opus 'Storia di Crema di M. Pietro Terni'. Fragmentum praecepti iam dedit Goldastius III, 338. De forma huius scripti insolita vide quae adnotata sunt in Actis imperii selectis. — Stumpf, Reg. 3866. (P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator[a] augustus. Notum esse credimus universis imperii fidelibus, quod ex divina providentia super omnes mortales ad hoc constituti sumus, ut fidelibus et benemerentibus de nobis digna premia rependamus[b] et secundum iustitiam hostibus imperii iustam penam[c] infligamus. Ea propter cum ob rebellionem Cremensium ipsum castrum Creme obsedissemus et cum principibus nostris die quadam sub papilione ducis Henrici nepotis nostri consedissemus, consilio et iuditio principum nostrorum et omnium Lombardorum, qui nobiscum aderant, ipsos Cremenses hostes imperii iudicavimus et de ipsis talem legem promulgavimus: Quoniam Crema et omnes Cremenses sub nostro sunt banno positi, statuimus et imperiali auctoritate nostra confirmamus, ut omnes tam Cremenses, quam Mediolanenses seu Brixienses sive cetere undecunque[d] sint persone, que in tempore hoc in Crema sunt, tam feudum quam etiam[e] allodium totum amittant; et feudum ad dominos revertatur, et domini liberam amodo habeant potestatem feudum intromittendi[f] nostra auctoritate ac tenendi et quiete possidendi. Nos enim[g] et personas eorum et bona publicavimus. Illi vero[h], qui sunt de ecclesiarum familiis, et feudum et allodium amittant, et eorum domini utrumque nostra auctoritate intrent et teneant. Liberorum vero allodia ad nos spectare decernimus.

Actum[i] est hoc anno dominice incarnationis mill. cent. LVIIII[k], indict. VIIII[l], die Veneris que fuit XIIII. Kal.[m] Octobris.

## 192. *ENCYCLICA DE CREMA EXPUGNATA.* *(1160. Ian. ex.)*

*Legitur in Gestis Friderici l. IV, c. 73 (63) ed. Waitz p. 253 (in recensionibus* A. B. C*), et specialiter Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi scripta, additis nonnullis sententiis, in codicibus* V, *Vindobonensi 629 (Ius can. 133) f. 39, ex quo exscripsit iam olim vir cl. Wattenbach, et* H, *codice epistolari Hannoverano XI. 671 sacc. XVI. f. 425. — Stumpf, Reg. 3879. (P. 120.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus [dilecto et fideli principi suo E(berhardo) venerabili Salzpurgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.][b]

Scire credimus prudentiam tuam[c], quod tantum divinae gratiae donum ad laudem et gloriam nominis Christi honori nostro tam evidenter collatum occultari vel abscondi tamquam res privata non potest. Quod ideo tuae dilectioni[d] ac desiderio significamus sicut[e] karissimo, quia te participem honoris et gaudiorum credimus. Sequenti itaque die[f] post conversionem sancti Pauli plenam victoriam de Crema nobis Deus[g] contulit, Ian. 26.
sicque gloriose ex ipsa triumphavimus, quod tamen miserae genti, quae in ea fuit,

**191.** a) et semper *add.* 2. b) respondeamus 2. c) iustas poenas 2. d) undequaque 2. e) *deest* 2. f) intermittendi 2. g) vero 2. h) enim 2. i) factum 2. k) millesimo centesimo quinquagesimo octavo 2. l) indictione nona 2. m) decimo quarto Kalendas 2.

**192.** a) F. *A.* F; Frider. *H.* b) *uncis inclusa des. G. Fr.* c) vestram *G. Fr.* d) dilectioni vestrae *G. Fr.* e) *loco* sicut — credimus *G. Fr.*: ut sicut karissimos et fideles vos participes honoris et gaudiorum habeamus. f) die *deest V. H;* Proxima siquidem die *G. Fr.* g) Deus nobis *A* 1; Deus *deest A* 2.

vitam concessimus. Leges enim tam divinae quam humanae summam clementiam in principe semper[h] esse debere testantur.

[Preterea tuae sinceritati super hoc quod nobis transmisisti maximas et dignas agimus grates. De cetero quoniam tota ecclesia tam Teutonica quam Italica pro controversia Romanae ecclesiae in unum Papiae congregata est, rogamus et propensius te monemus, certi immo certissimi de tua dilectione esse volentes, ut quicquid ecclesia tota iudicaverit, tu quoque nobiscum teneas et ratum habeas. Orationibus tuis apud Deum nos commendato[i].]

## 193. *EPISTOLA IMPERATORIS AD ROMANUM EPISCOPUM GURCENSEM.*
*(1160.) Ian. 27.*

*Legitur in codice Vindobonensi 629 f. 39, quem contulit vir d. Kehr. Adest etiam in codice Hannoverano XI. 671 f. 429. — Stumpf, Reg. 3880. (P. 120.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto suo R(omano) Gurcensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

Ian. 27. Dilectioni tuae significare dignum duximus, quod Cremam VI. Kal. Febr.[1], divina nobis auxiliante dextera, devictam funditus destruximus, ita tamen quod habitatoribus suis vitam tantum suppliciter a nobis postulantibus in propria persona pepercimus. Quod quia tibi gratum esse indubitanter scimus, mandamus tibi quam intime rogantes, quatenus una nobiscum omnipotenti Deo grates condignas agas et, ut is, qui dat salutem regibus, hostium victoriam nobis tribuat incessanter, implores. Preterea te scire volumus, quod in omnibus gravaminibus et adversitatibus tuis tibi tanquam dilecto ac fideli nostro condolemus et in reditu nostro, vita comite, omnia mala tibi adversantia sedare intendimus.

Data in triumpho Cremae VI. Kal. Febr.

---

# 194. SENTENTIA DE MONETA ABSQUE LICENTIA EPISCOPI NON CUDENDA.

1160 — 1176.

*Repetimus editionem novissimam viri cl. Schmidt 'Urkundenbuch der Bischöfe von Halberstadt' I, p. 241 nr. 280, quae ut iam priores, chartario episcopatus Halberstadensis cod. 60 saec. XIV. f. 19 in bibliotheca gymnasii asservato usa est, ubi insertum est mandatum transsumto Adolfi regis dato a. 1295 Ian. 9. — Stumpf, Reg. 4558. (P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus omnibus beneficiatis, ministerialibus et ceteris fidelibus in epischopatu Halberstadensi constitutis gratiam suam et omne bonum.

192. h) summam semper cl. in principe *B. C.* i) commendatos *V. H.*

1) *Eundem diem praebet Rahewinus l. IV, c. 72 (62).*

Per presentes nostre auctoritatis apices ad vestram noticiam hoc deducimus, in presentia curie nostre ab omnibus principibus iudicatum esse, quod in epischopatu alicuius episcopi nullus omnino aliquam monetam veram vel falsam absque conscientia et voluntate episcopi, cuius ipsa dyocesis est, facere potest vel habere. Quod quia in epischopatu fidelis et dilecti principis nostri G(eronis) Halberstadensis episcopi nova quadam insolentia et presumptione temeraria factum esse de moneta cognovimus, dolemus quidem et plurimum inde exacerbati sumus. Eapropter nostra imperiali auctoritate et sub pena gratie nostre statuimus ac precepimus, quod nulla de cetero persona absque episcopi predicti consensu et gratia aliquam monetam in episcopatu Halb(erstadensi) cudere vel formare vel aliquo modo adulterare presumat.

---

# 195. 196. MANDATA DE EXPEDITIONE MEDIOLANENSI FACIENDA.

(1160. Aug. ex.)

*Expeditio iurata est a principibus, absente imperatore in Italia, in curia Erfurti a. 1160. Iul. 25 habita, testantibus Annalibus S. Petri Erphesfurdensibus (SS. XVI, 22)*[1].

## 195. *MANDATUM ARCHIEPISCOPO SALZBURGENSI MISSUM.*

*Legitur in* 1) *codice Vindobonensi 629 (Ius can. 133) saec. XII, qui codicem epistolarem Eberhardi archiepiscopi continet, fol. 42', quem excussit vir d. Kehr;* 2) *codice Hannoverano epistolari XI. 671 saec. XVI, olim Flacii Illyrici, fol. 440, qui forte pendet a codice 1. E codice 1 edidit Tengnagel 'Vetera monumenta contra schismaticos' p. 396 nr. 42. — Stumpf, Reg. 3898.* *(P. 129.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, E(berhardo)[b] Salzpurgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Tuam experienciam minime latere credimus, qualiter non pro cumulandis diviciis ad usum nostrum aut filiorum nostrorum, sed solummodo ad pacis reformacionem et augmentum imperii, dispendio tam rerum nostrarum, quam fidelium nostrorum instancia, eciam attricione proprii corporis incessanter laborassemus[c]. Nunc vero, quia contumacia Mediolanensium, a primevo pacis inimicorum et ecclesiarum temeratorum, bono nostro proposito, instinctu diaboli, obstare pro viribus nititur, te una cum aliis principibus ceterisque imperii fidelibus in subsidium nostrum evocare decrevimus. Unde dilectioni tuae mandamus atque sub debito fidelitatis praecipimus, quatinus omni occasione postposita, cum membrum imperii censearis et hactenus sibi fidelis extitisti, ne regnum aliquatenus in tempore nostro vacillet et diminucionem senciat, cum milicia tua XIIII. die post pascha Papie exercitui nostro accedas. Nam quicunque nobis in auxilium occurrerint, nos et successores nostros ditare et sublimare diligenter inten- 1161 Apr. 30.

**195.** a) F. 1. b) F. 2. c) laborassemus incessanter *corr.* 1.

1) *Qui tempus VII. Kal. Aug. praebent; at VIII. Kal. Aug. legendum esse docet Chronicon Sanpetrinum ed. Stübel p. 31. Ceterum cf. quae exposui in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' VII, 127, ubi tamen p. 128 not. 2 perperam legitur Mart. 17 pro Apr. 30.*

dere incunctanter scias, quia finem toti negocio nostro cum victoria brevi ut arbitramur Dei nutu imponemus. Si quis autem se nunc temporis aliquatinus subtraxerit, hunc nec nobis nec imperio nostro fidelem esse censemus.

## 196. *MANDATUM PATRIARCHAE AQUILEIENSI MISSUM.*

*Datum est post proelium apud Carcanum factum (Aug. 9) et exstat in codicibus iisdem ut supra* 1) *fol. 42;* 2) *fol. 438. Ex 1 dedit Tengnagel p. 394 nr. 41. — Stumpf, Reg. 3897.* *(P. 129.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto et fideli suo P(eregrino) venerabili Aquileiensi[b] patriarchae gratiam suam et omne bonum.

Litteras a tua dilectione nobis transmissas ea qua decuit benignitate suscepimus, quarum tenore diligencius inspecto, tue devocionis desiderio satisfacientes, de statu nostro tibi rescribimus et eventu, ut si forte aliter, quam res acciderit, apud te divulgatum fuit, veritatem tu ipse cognoscas et referas. Sumus itaque per gratiam Dei in bono statu, quia salus et vita et prosperitas nos et nostra cum gaudio comitantur. Quia vero secundum varium eventum belli diversi diversa referunt, hanc veritatem rei de nobis accipias: Quod Mediolanenses castrum quoddam nomine Carkanum[c], situm iuxta Cumas, cum sua fortitudine obsederunt[d], et nos fideles nostros qui in castro erant liberare volentes, congregata multitudine Longobardorum infinita, ad locum accessimus eosque qui nostros obsederant ex omni latere obsedimus, ita quod nullatenus manus nostras evadere poterant, nisi forte ex desperacione vel ex periculo mortis per nos et per medium exercitum nostrum impetum facerent et transire fugientes Aug. 9. temptarent. Quod et ita contigit. Mane enim in vigilia beati Laurentii ipsi armati per medios nostros irruperunt et quasdam acies nostrorum Longobardorum violenter penetraverunt. Quibus nos cum Teutonicis nostris quamvis paucis, adiunctis et aliquibus Longobardis, audacter[e] et viriliter resistentes obviam venimus, ibique[f] ex utraque parte multi corruentes interierunt. Preterea vexillum eorum, quod in curru superbe erexerant, in lutum deiecimus et destruximus, ibique plusquam XXX eorum milites, qui ad custodiam solius vexilli fuerant deputati, truncavimus, ipsosque per Dei adiutorium viribus nostris in fugam convertimus et ad castra sua retro cedere compulimus campumque cum honore et victoria retinuimus. Quamvis Longobardi innumerabiles a latere nostro per fugam recessissent, quamvis eciam interfectis aliquibus de nostris magnum dampnum recepissemus, illi profecto tot et tanta dampna suorum acceperunt, quod nos dampna nostra, respectu illorum, nulla reputavimus. Cum enim corpora suorum occisorum ipsi recolligerent, LXXV currus ad civitatem Mediolanensium transferrent, non fuit currus aliquis in quo tres vel IIII mortui non iacerent. Sic hostibus fugatis nos ad Cumanam civitatem cum multis captivis reversi sumus. Qui aliter de nobis praedicant, scias non esse euangelii quod euangelizatur.

Quicunque eciam statum reverentissimi papae Victoris minorari et attenuari praedicant, scias omnino falsum esse, quia iam multa regna, Hyspaniae, Ungarie, Dacie, Boemie, comes quoque Barzelonensis[g] et comes Sancti Egidii cum tota Provincia et Burgundia ei obediunt, et de die in diem dilatatur et crescit. Scire praeterea debet tua dilectio, quod omnes principes Alemannie expedicionem nostram promiserunt et iuraverunt omnemque ornatum grisiorum et variorum communi consilio postposuerunt, solis cibariis et armis in ipsa expedicione contenti[h]. Unde quia sicut persona tua

196. a) F. 1; Frider. 2. b) aq̄l 1; Aquil 2. c) Sarkanum 2. d) *in margine suppletum* 1. e) audacter *bis* 1. f) *sic legendum videtur in* 1, *ubi scriptura fere evanuit;* ubi ergo 2. g) barzol' 1; Bartzol' 2. h) contenti in ipsa expedicione *corr.* 1.

grata nobis est, ita et necessaria, mandamus dilectioni tuae et fidem tuam monemus, ut de honore imperii nostri sicut alii principes et fideles nostri cogites et disponas et XIIII. die post pascha cum honesta milicia ad nos Papie venias, certus existens, quod nulli principum expedicionem remittemus, quamvis multi querant absolvi, et quicunque remanebit, contra nostram voluntatem remanebit. Si vero ante hunc terminum nos videre volueris, gratum valde est nobis. Veruntamen hoc pro constanti habere debes et tenere, quod ab expedicione tuam personam nullo modo absolvemus. 1161 Apr. 30.

# 197. 198. MANDATUM DE CURIA VISITANDA.

(1161. Mai. – Iun.)

## 197. *MANDATUM IMPERATORIS ARCHIEPISCOPO SALZBURGENSI MISSUM.*

*Datum post diem Maii 21 et ante concilium Laudae celebratum (Iun. 19–22)*[1] *legitur in* 1) *codice Vindobonensi 629 saec. XII. fol. 45;* 2) *codice Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 149. Ex 1 edidit Tengnagel p. 400 nr. 45. — Stumpf, Reg. 3906.*

*(P. 128.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus fideli suo E(berhardo)[b] venerabili Salzburgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Quanto maiori largitate antecessorum nostrorum regum et imperatorum ecclesiam Salzpurgensem decoratam fuisse cognovimus, eo maiori pietate et ampliori dilectione dignitatem Salzpurgensis ecclesie semper confovere studuimus et modis omnibus promovere. Inde cum nos de te, tanquam de excellentiori et karissimo principe nostro, plurimum speraremus et de tue sanctitatis reverentia in necessitatibus sancte ecclesie Dei et imperii non modicam fiduciam haberemus, cum status ecclesie Dei in pendulo nutaret, ad Papiensem curiam, ubi tam ecclesiastici principes quam seculares pro gloria Dei et honore imperii promovendo sollenniter convenerant, tuam personam sacris apicibus nostris[2] et nunciis evocavimus et, quare non veneris, admodum nos admirati sumus. Praeterea indicto generali concilio pro necessitatibus imperii et ecclesie celebrando in dominica Vocem iocunditatis[3] tuam sanctitatem, tuam reverentiam scriptis Mai. 21. et nunciis iterato sollicitavimus et attentissime rogavimus, ut diligentissime[c] perspectis scismatibus et pressuris, in quibus sancta Dei ecclesia fluctuans laborabat, tuam laudabilem praesentiam sacro conventui exhiberes et ad tollenda de medio tanti mali scandala prudentie tue consilium opemque necessariam negotio tam arduo non negares; sed nec sic tuam personam evocare valuimus. Unde quia tua res agitur, paries cum proximus ardet[4], et quia publica res ista fuit, non privata, ubi de animarum salute agebatur, miramur nos primitus, mirantur et universi[d] principes nostri tam seculares quam ecclesiastici, qui ad excolendam vineam Dei non timuerunt portare pondus diei et estus, quare te subtraxeris, et magna suspicione te suspectum habent, quod in

**197.** a) F. 1; Frider. 2. b) F. 2. c) diligentis 1. d) vnuuinersi 1.

1) *Cf. 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' VII, 145.* 2) *Supra nr. 186.* 3) *Concilium celebrandum erat hoc die Cremonae, sed prorogatum et denique Laudae Iun. 19 habitum est. Cf. epistolam invitatoriam Victoris papae infra in Appendice.* 4) *Cf. Horatii Ep. I, 18, 84.*

tempore tribulationis te ipsum quasi murum inexpugnabilem pro domo Israel non opposueris. Mandamus itaque tue discretioni, monentes et studiosius te rogantes, ut remota omni occasione et dilatione tuam ipsius praesentiam in proxima nativitate
Sept. 8. sancte Dei genetricis Marie nobis et curiae nostrae exhibere non differas Chremone, assumpto tecum fideli nostro venerabili episcopo Brixiense.

### 198. *EPISTOLA EXCUSATORIA ARCHIEPISCOPI SALZBURGENSIS.*

*Ex iisdem codicibus* 1) *fol. 45'*; 2) *fol. 450. Ex 1 edidit Tengnagel p. 401 nr. 46.* *(P. 128.)*

Friderico[a] Romanorum imperatori et semper augusto, E(berhardus) Iuvavensis ecclesie minister indignus tam devotum quam debitum servitii et orationis affectum.

Litteras dignationis vestrae nuper accepimus, in quibus respectum gratie vestre circa nos cognovimus, in quibus etiam vestre maiestatis excellentia praesentiam personae nostrae sibi mandavit exhiberi. Nos igitur considerantes auctoritatem mandati vestri et difficultatem executionis eiusdem, utrobique coartamur, ne vel ausu temerario videamur imperiali contraire mandato vel difficultatum pressi pondere ab eiusdem executione retrahamur. Denique ut omittamus cetera, locus et tempus, quando et ubi praesentiam nostram[b] vobis sumus exhibituri, valde sunt nobis contraria. Preterea tota nostra provincia sic subitanea calamitate bellorum et incendiorum opprimitur, ut nisi divina gratia et vestra imperiali sublevetur auctoritate, in desolationem tota redigatur. Veruntamen per omnia hec iter quidem nostrum retardari necesse est, sed non impediri, nisi divina nobis voluntas obstiterit, ullo modo putamus, si tamen per vestram excellentiam securum habere poterimus conductum. Ad cuius rei certitudinem cognoscendam praemittemus ante nos nuncium nostrum. Dominus ad tuendam et conservandam pacem et unitatem aecclesiae suae[c] illustratione spiritus sui cor vestrum inclinare et confortare dignetur.

# 199–202. MANDATA ITERATA DE EXPEDITIONE MEDIOLANENSI FACIENDA.

(1161. Sept. – 1162. Ian.)

*De his tractatibus inter imperatorem et Eberhardum archiepiscopum Salzburgensem actis conferenda est Burcardi nuntii imperatoris, qui mandata nr. 199. 200. insinuarit, epistola ad Nicolaum abbatem Sigburgensem a. 1161 Dec. ex. data, quam edidit Sudendorf 'Registrum' II, p. 136 nr. 55. De ordine chronologico cf. quae disserui 'Forschungen' VII, 144—147.*

### 199. *MANDATUM MONITORIUM DE HOSTE FACIENDA.*

*(1161. Sept. Oct.)*

*Legitur in* 1) *codice Vindobonensi 629 saec. XII. fol. 46 et* 2) *codice Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 451. E codice 1 edidit Tengnagel p. 401 nr. 47. — Stumpf, Reg. 3920.* *(P. 130.)*

198. a) F. 1; Frider. 2. b) nra 1. c) cor *add.* 1.

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. E(berhardo)[b] venerabili Salzburgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Cum sacri imperii nostri dispositio consilio principum, et maxime religiosorum, frequenter indigeat[c], cur totiens rogatus a nobis et diligenter invitatus, semel saltem ad festum beate Marie[1] venire nolueris, de prudentia tua satis mirari non possumus, *Sept. 8.* sed et universis principibus inperii admodum videtur extraneum. Preterea cum Salzburgensis aecclesia tanto amplioris servitii debito teneatur imperio, quanto amplius ab imperiali munificentia prae ceteris ditata et exaltata collatis sibi beneficiis et honoribus gaudere dinoscitur, miramur et de ratione non videmus, quare in summis imperii necessitatibus, quibus tanto iam tempore tam fortiter auxiliante Deo insudavimus et insudamus, tanti servitii intolerabilem defectum perferre debeamus. Cum igitur quantumcunque religiosus ab ipsa veritate que sunt cesaris cesari reddere iubeatur, et tua dignitas non solum qualicunque pecunia, sed et personis et armatura laboribus nostris adesse debeat, per haec inperialia scripta tue fidelitati tam praecipiendo quam rogando mandamus, quatenus ad proximum pascha pro magnitudine facultatis et debiti cum militia nobis succurras et XV. die post diem paschae in campo Verone cum reliquis *1162 Apr. 23.* exercitibus te praesentes, teque ita facturum, nunc statim in manum praesentium latoris, capellani et nuncii nostri Burcardi Coloniensis[d], fideli et firma promissione certificare non differas. Quod si animum prudentie tuae ab his averteris et omnino venire nolueris[e], indubitanter scire te volumus, quod nos, favente et semper nos praecedente Dei clementia, cum consilio principum et religiosorum ita de Salzburgensi ecclesia ordinabimus, ut et honor Dei et religio non imminuatur et debitum servitium imperio de cetero rationabiliter exsolvatur.

## 200. *MANDATUM IMPERATORIS EPISCOPO GURCENSI MISSUM.*

*(1161. Sept. Oct.)*

*Exstat in iisdem codicibus* 1) *fol. 46' et* 2) *fol. 152. Ex 1 dedit Tengnagel p. 402 nr. 48. — Stumpf, Reg. 3921.* *(P. 130.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus fideli suo R(omano) venerabili Gurcensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

Cum ab ipsa veritate omnis homo, sed et quantumcunque religiosus, quae sunt cesaris cesari reddere iubeatur, et Salzburgensis ecclesia quam maximi servitii debito sacro teneatur imperio, mirari non sufficimus, quare[b] archiepiscopus Salzburgensis[c], tociens rogatus et vocatus, nec[d] ad consilium nec[d] ad expeditionis auxilium venire noluerit et terminum, quem per proprium capellanum suum nobiscum in festum beate *Sept. 8.* Marie condixerat, tam incurate neglexerit. Nunc autem per praesentium latorem, fidelem capellanum nostrum B(urcardum) Coloniensem, iterum ad expeditionis auxilium cum personis et armaturis ipsum evocamus et, ut tua diligentia ad id faciendum eum studiose commoneat, sollerter et intentissime rogamus. Quod si pro consuetudine sua venire noluerit, de contemptu et iniuria tam tue dilectioni conquerimur, quam et omnibus imperii principibus ibi conqueri necessarium habemus. Nos autem, si necesse fuerit, de Salzburgense aecclesia ita cum consilio principum et religiosorum ordinabimus, quod et honor Dei non minuetur et religio aecclesie non subvertetur, si Deo volente im-

**199.** a) F. 1; Frider. 2. b) E. 1; F. 2. c) īdigett 1. d) Burč coloñ 1; Bureñ Coloñ 2. e) *corr. ex* nolueris venire 1.

**200.** a) F. 1; Frider. 2. b) qualiter 2. c) archiepo salzb̃gi 1; aepo Saltzp. et Brig. 2. d) ne 1.

1) *Cremonam; cf. supra nr. 197.*

perio debitum servitium exsolvetur. Novit Deus, qui corda scrutatur, quod nos virtutem in quolibet homine, magis autem in eo cuius propositum est[e] virtutibus decorari, diligimus et reveremur et, nisi supremis iniuriis coacti, ad molestiam cuiusquam non nisi multum inviti provocamur. De cetero praefatum capellanum nostrum dilectioni tuae committimus, ut ex parte nostra diligenter audias et ad ea, quae ei dedimus in praeceptis, ipsum consiliis et conductu adiuves, quatenus et pro his et pro omnibus fidelibus servitiis tuis et multa dilectione tua nobis ad promerendum semper simus attenti.

## 201. *EPISTOLA EXCUSATORIA ARCHIEPISCOPI SALZBURGENSIS.*
*(1161. ante Dec. 25.)*

*Ex iisdem codicibus* 1) *fol. 53 et* 2) *fol. 474. Ex 1 Tengnagel p. 424 nr. 61.* *(P. deest.)*

Friderico[a] victoriosissimo et excellentissimo Romanorum imperatori et semper augusto E(berhardus)[b] Iuvavensis ecclesie minister indignus fideles orationes et promptum servicium.

Litteras imperialis maiestatis vestrae cum debita reverentia suscepimus, in quibus de exhibendo et non exhibito debito servitio conventi sumus, propositis nobis beneficiis quibus ecclesia nostra a vestris praedecessoribus honorata et sublimata est. Non est ingrata ecclesia nostra munificentiae vestrae et praedecessorum vestrorum imperatorum; servivit enim hactenus fideliter et devote et nos non minus fideliter et devote servivimus et servituri sumus pro facultate nostra et possibilitate. Non negamus praedecessores nostros ditatos et honoratos multis et magnis beneficiis á vestris praedecessoribus, sed non omnia pervenerunt usque ad nos, sed abalienata sunt et translata sunt á nobis violentia et invasione vicinorum ante annos plurimos, apud nos tantum remanentibus cartulis et privilegiis cum non multis possessionibus. Porro laborem expeditionis cum gratia vestra nos excepisse putabamus cum taxatione pecuniae, quam dignatio vestra nobis voluit imponere. Sed si forte minus factum est, non erit nobis grave, pro obtinenda gratia vestra pro nostra possibilitate supplere. De exhibenda vero persona nostra in opus expeditionis omnino difficile nobis est, tum propter corporis debilitatem, tum propter monasticae disciplinae professionem, ut salva gratia vestra utrobique servemus equalitatem et reddendo cesari quae cesaris sunt et Deo quae Dei sunt. Misimus itaque ad pedes maiestatis vestre fidelem et dilectum nuncium nostrum S., qui cum intercessione principum et fidelium vestrorum nos excipiat ab expeditionis labore, imposito nobis alio servitio a vestra dignatione. Quocumque vero Deus, in cuius manu corda regum sunt, animum vestrum inclinaverit, nos tamen pro debito nostro salutem et honorem vestrum semper optabimus.

## 202. *RESPONSUM IMPERATORIS. (1162. Ian.)*

*Ex iisdem codicibus* 1) *fol. 47 et* 2) *fol. 453. Ex 1 dedit Tengnagel p. 403 nr. 49. — Stumpf, Reg. 3924.* *(P. 131.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus E(berhardo)[b] venerabili Salzburgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Inter anxias et innumeras tribulationes, quibus exigentibus peccatis hominum iam diu universalis laborat ecclesia, consilium religionis tuae multo tempore requisivimus, ut

**200.** e) in 1. 2.
**201.** a) F. 1; Frider. 2. b) F. 2.
**202.** a) F. 1; Frider. 2. b) *deest* 2.

discretio tua, que directo tramite ad summum bonum attingere nititur, iter salutis nobis ostenderet et ab errore minus eruditorum animos declinaret. Non solum autem praesentiam tuam admodum necessariam imperio subtraxisti, verum nos et omnes principes et fideles nostros, secus quam decet honestatem tuam, immoderatis verbis cum offensione aggravasti. Sane cum legationis tue nuncius ad nos venisset et servitium pecuniae tuae pro redemptione expeditionis nobis obtulisset, nos communicato cum principibus nostris consilio pecuniam tuam cum honore non potuimus accipere, quia nostre consuetudinis non est, alicuius pecuniam accipere et odium contra eum[c] in mente retinere. Cum autem, sicut decet imperialem excellentiam, nobis personam tuam exhibueris, tunc nos magis de tuo adventu gaudere poterimus et de instanti necessitate imperii et ecclesiae tecum et cum ceteris imperii principibus tuo consilio salubrius tractare poterimus et ordinare.

---

# 203. 204. ENCYCLICAE DE DEDITIONE MEDIOLANI.

1162. Mart.

*De huius deditionis normis conferenda est epistola Burcardi notarii imperatoris ad Nicolaum abbatem Sigburgensem data (Freher 'Rerum Germanicarum Scriptores' I, 236), quae haec continet:* Conventio talis erat: Totum fossatum planare, muros et omnes turres destruere; trecentos obsides dare quoscunque eligeret imperator, et ut hi per tres annos in captivitate tenerentur; potestatem quam vellet imperator sive Teutonicum sive Lombardicum recipere; omnia regalia dimittere; pecuniam solvere; imperatori palatium, quantum et ubi vellet, sive infra sive extra civitatem suis expensis levare; nec unquam de cetero fossatum vel murum sine verbo imperatoris facere; nec cum aliqua civitate aut populo confederari aut iurare; tria millia hominum extra civitatem eicere; et imperatorem cum exercitu suo intra civitatem quamdiu velit recipere.

## 203. *ENCYCLICA AD TEUTONICOS ET ITALOS.*

*Praesto est tribus in formis, quae tamen ita inter se cohaerent, ut eas in unum textum coniungi licuerit.* S *epistolam ad Eberhardum archiepiscopum Salzburgensem datam, quae in fine sententia singulari ad solum archiepiscopum attinente abundat, repetimus ex editione Chronici Reicherspergensi Gewoldiana (Monachii 1611) p. 206, quae parata est ope codicis Reichersbergensis iam deperditi, ubi epistola exarata erat in membrana assuta*[1]. — *Secundam formam continet* P *epistola ad Pisanos data, quae fere tota cum* S *convenit; superstes est in codice Parisino Bibliothèque de l'Arsénal Hist. 80 saec. XIII. in. fol. 4, quem excussit b. m. Bethmann; inde edita est a Stumpfio 'Acta imperii adhuc inedita' p. 190 nr. 144. — Tertia forma est* G *epistolae ad Romanum episcopum Gurcensem datae, quae media parte caret; cuius duos codices adhibuimus* 1) *Vindobonensem 629 (Ius. can. 133) saec. XII. fol. 48 a viro d. Kehr collatum, ex quo edidit Tengnagel 'Vetera monumenta adversus schismaticos' p. 406 nr. 54, et* 2) *Hannoveranum XI. 671 saec. XVI. fol. 461, qui fortasse a Vindobonensi pendet. — Stumpf. Reg. 3933. 3938. 3934.*

*(P. 131.)*

**202.** c) in mente eum 1. 2.

1) *Cf. SS. XVII, 468 not. 95.*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Eberhardo[b] Salzburgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Dignum estimamus, ut hii[c], qui tribulationibus nostris et imperii personarum servitio[d] et rerum dispendio[e] hactenus fideliter communicaverunt, a Domino[f], qui consolatur nos in[g] tribulatione nostra, consolationis gaudia recipiant et felicissimis eventibus[h] nostris ac[i] gloriosissimis triumphis, quales[k] nulli antecessorum nostrorum[l] concessos esse credimus, grata vicissitudine[m] participent et conglorientur[n]. Tue[o] igitur[p] dilectioni[q], quam[r] omnem honorem nostrum sitibundo pectore anhelare luce clarius[s] constat, significandum duximus[t], quod[u] in[v] virtute Dei, per quem[w] reges regnant et potentes faciunt iusticiam, felicem et gloriosam de Mediolano[x] victoriam cum[y] plenitudine honoris[z] adepti sumus.

Mart. 1. In Kalendis enim[a] Marcii, prima videlicet[b] die mensis, hostes imperii Mediolanenses, summota omni simulatione fraudis qua in prima deditione dolose[c] nos circumvenerunt[d], summa necessitate famis et inediae coacti ad curiam nostram apud Laudam venerunt et nudos gladios in cervicibus suis ferentes[e] et maiestatis[f] nostrae[g] reos se esse[h] profitentes, personas, res ipsamque civitatem absque omni tenore et sine aliqua[i] conditione interposita[k] in nostram potestatem[l] cum plena[m] deditione reddidere[n].

Mart. 4. Praeterea[o] IIII. Nonas eiusdem mensis Mediolanenses cum omni militia et viribus civitatis ad nos redeuntes, vexilla et universa signa bellica clavesque civitatis et[p] consulatus dignitates maiestati nostrae resignaverunt, refutantes omnia genera armorum[q] omnemque[r] potestatem, nisi quam cum gratia et permissione nostra possent obtinere; iuraverunt insuper[s] quaecunque[t] eos iurare fecimus, scilicet quod universa mandata nostra, quecumque[u] de personis et rebus et de ipsa civitate ordinaremus[v], bona fide et sine fraude observarent; et de his omnibus observandis quattuor centum obsides meliores et maiores de civitate nobis dederunt.

Ex sententia igitur[w] divina, cuius iuditia abyssus multa, qui frangit omnem[x] superbum[y], ne de cetero praedictis hostibus occasio malignandi et[z] facultas rebellandi praestetur, fossata complanamus, muros subvertimus, turres omnes[a] destruimus ipsamque[b] civitatem in ruinam et desolationem ponimus[c], sicque ad promovenda[a] alia[d] negotia et ad plenariam imperii reformationem exercitum nostrum et victrices aquilas feliciter[e] convertemus.

De[f] caetero dilectos et fideles nostros nuncios O. Veronensem episcopum et C. capellanum nostrum in occursum tibi[g] apud Tridentum transmittimus, qui iuxta magnificentiam imperii et honorem tuum ad curiam nostram te perducant.

**203.** a) F. *G* 1; Frider. *G* 2; Fredericus *P*. b) dilecto suo R. Gurcensi episcopo *G*; fidelibus suis consulibus Pisanorum, consiliariis et omni populo *P*. c) *loco* hii — personarum servitio *P*: fideles imperii qui necessitatibus nostris huc usque compassione animi. d) periculo *G*. e) dispendiis *P*. f) ab eo *G. P*. g) omni *add. G. P*. h) cunctis *male P*. i) et *P*. k) quales — grata vicissitudine *des. P*. l) antecessores nostri *G* 2. m) necessitudine *G* 2. n) congratulentur *S*. o) Vestre *P*. p) ergo *S*. q) fidelitati *P*. r) quae *S*; quō *G* 1; quomodo *G* 2. s) luce cl. anhelare *P*. t) dux. sign. *P*. u) quia *S*. v) *deest P*. w) quam *G* 2. x) Mediolanis *P*. y) omni *add. P. G*. z) honor *G* 1; honore *G* 2; honori *S*. a) *deest P*. b) vid. prima *P. G*. c) *deest G*. d) circumvenit *S*. e) deferentes *S*. f) maiestati *S*. g) *deest P. G*. h) *deest P. G*. i) *deest G*. k) interp. con. *P*. l) partem *G*; pot. nostram *P*. m) plenaria *G*. n) reddiderunt *P. G*. o) Praeterea — de civitate nobis dederunt *des. G*; Praeterea *deest P*. p) *pro* et *P*: nobis dederunt. q) arm. genera *P*. r) omnem *S*. s) insuper iur. *P*. t) quicumque *P*. u) sicut *S*. v) faceremus *P*. w) ergo *S*. x) omne *G* 1; frangratione *G* 2. y) superbium *G* 2. z) vel *G. P*. a) *deest P*. b) omnemque *P*; et totam *G*. c) *deest S*. d) imperii *add. P*. e) *deest P*; et aquilas triumphales prout voluerimus convertemus *G*. f) De — te perducant *des. G. P*. g) sibi *S*.

## 204. *EPISTOLA AD COMITEM SUESSIONENSEM.*

*Epistolam, quae fere eadem iisdemque verbis continet atque encyclica formae primae et secundae, proliriore tamen narratione abundat, damus ex* 1) *codice civitatis Valenceennensis 442 (P. 5. 54, olim Elnonensi) fol. 77', a viris cl. b. m. Bethmann et Heller collato, quem adhibuit editio Martenei in 'Thesauro anecdotorum' I, 473;* 2) *ex editione Dacherii in 'Spicilegio' V, 568 (ed. II. in folio III, 536). Quae cum encyclica conveniunt, litteris minoribus exprimi fecimus. — Stumpf, Reg. 3933a. (P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus I(ohanni)[b] comiti Suessionensi, dilecto suo, salutem cum intima dilectione.

Dilectioni tuae uberrimas grates agimus quod, sicut multorum relatione didicimus, circa honorem imperii promovendum fervens desiderium semper habuisti. Inde est, quod inter principales amicos te connumerantes, felicissimis eventibus et gloriosissimis triumphis nostris, quos nulli antecessorum nostrorum concessos esse credimus, tanquam carissimum nostrum participare volumus. Tuae igitur dilectioni, quam honorem nostrum sitibundo pectore anhelare luce clarius constat, significandum duximus, quod in virtute Dei, per quem[c] reges regnant et potentes faciunt iustitiam, felicem et gloriosam de Mediolanensibus victoriam cum omni plenitudine honoris adepti sumus. In Kalendis enim Martii, prima videlicet (Mart. 1.) die mensis, hostes imperii Mediolanenses, summota omni simulatione fraudis qua in prima deditione dolose nos[d] circumvenerant, summa necessitate famis et inediae coacti ad curiam nostram apud Laudam venerunt et nudos gladios in cervicibus suis deferentes et maiestati nostrae reos se fore profitentes, personas, res ipsamque civitatem absque ullo tenore et sine aliqua conditione interposita in nostram potestatem cum plena deditione reddiderunt.

Praeterea IIII. Nonas eiusdem mensis Mediolanenses cum omni militia et viribus civitatis (Mart. 4.) ad nos redeuntes, vexilla et universa signa bellica clavesque civitatis et consulatus dignitates maiestati nostrae resignaverunt, refutantes omnia genera armorum omnemque potestatem, nisi quam cum gratia et permissione nostra possent obtinere; iuraverunt insuper quecunque eos iurare fecimus, scilicet quod universa mandata nostra* bona fide et sine fraude observarent; et de his omnibus observandis quadringentos obsides meliores et maiores de civitate nobis dederunt.

Sane ne quid deesse posset ad complementum imperialis gloriae vel omnimodam deditionem inimicorum, pridie Nonas praedicti mensis universus populus civitatis cum (Mart. 6.) vexillo sancti Ambrosii, quod miro artificio egregiae molis et altitudinis ferebant in karrotio[e], quem iuga boum non pauca trahebant, necnon cum universis vexillis suis, eo ordine quo ad bellum procedere solebant, ad curiam nostram venerunt, non iudicium vel iustitiam postulantes, sed quia crucem meruerant, per crucem quam quisque manu gestabat misericordiam suppliciter implorabant. Ex indultu igitur[f] imperialis clementiae, quae nullum magis quam imperatorem et principem decet, universos Mediolanenses vitae munere donavimus, a vinculo imperialis banni absolvimus, deputatis in exilium patriam concessimus, rebus omnibus et libertate privatis, allodia quae iuste videbantur contraxisse restituimus et uniuersa regalia nostra, quae ipsi hactenus per rapinam possederant, fisco nostro applicuimus.

Porro ex sententia divina, cuius iudicia abyssus multa, qui frangit omne superbum, ne de cetero praedictis hostibus occasio malignandi vel facultas rebellandi praestetur, fossata complanamus, muros subvertimus, turres omnes destruimus et totam civitatem in ruinam et desolationem ponimus; sicque ad promovenda alia negotia et ad plenariam imperii reformationem exercitum nostrum et victrices aquilas feliciter convertemus.

**204.** a) Fredericus 1. b) I. 1; *lacuna* 2. c) quam 2. d) *deest* 2. e) kārotio 1; carrocio 2. f) ergo 2.

# 205. CONVENTIO CUM PISANIS.

1162. Apr. 6.

*Praebemus ex autographo, quod iam asservatur in tabulario regio Pisano; cuius bulla aurea deperdita est, filis sericis rubri coloris relictis. In dorso legitur:* A. A. Nr. 1 *et manu saec. XV:* Privilegium pis̄ a dn̄o Frederico imperatore concessum de frachisiis et honoribus. *Textus totus una eademque manu exaratus est; in imo margine laevo pars parva pergamenae abscissa est. Adnotandum est etiam hoc loco, in linea, quam signi vocant, post monogramma alio atramento et alia manu, saeculi XV. ut mihi videtur, saeculi XII. tamen scripturam imitari conante, scripta esse:* † EGO Reinaldus Romani imperii archicancellarius recognovi et ss. *Exemplatum est diploma nostrum in Libro privilegiorum civitatis Pisanae*[1] *codicis universitatis Bononiensis 2385 saec. XIV. fol. 1. Privilegium patris repetivit Heinricus VI. a. 1191. Mart. 1 (v. infra). — Stumpf, Reg. 3936. (P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. (1) Decet[a] imperialem excellentiam votis omnium ac peticionibus fidelium suorum ⁞ clementer annuere, illorum precipue, quorum fides et devotio circa sublimationem imperii et nostram ita liquido resplenduit, quod ipsorum preclara et honesta servicia pre sui magnitudine et multitudine aliis imitanda proponuntur. Congruum enim et rationabile videtur, nos eorum fidelibus obsequiis ex nostra imperiali largicione et ex beneficiorum gratuita collatione ita gratanter respondere, quod huius nostrę pietatis exemplo minus fidelium animos ad serviendum fideliter imperio alacrius provocemus. Quanto enim potiora bene merentes de nobis beneficia recipiunt, tanto maiorem coronę nostrę gloriam accrescere credimus et provenire. (2) Unde quia universi cives Pisani nostri fidelissimi et imperio semper devotissimi pro suis magnificis et multiplicibus serviciis, que ad probationem et commendationem fidei suę nobis et imperio frequentius exhibuerunt, ampliorem dilectionis et gratię favorem apud nostram maiestatem sibi thesaurizaverunt, omnium fidelium tam futurorum quam presentium viderit ętas et cognoscat, quanta benignitate, quam largiflua imperiali munificentia Pisanorum merita merito respeximus, presertim cum per suam industriam et virium potentiam honorem et gloriam imperii atque statum rei publicę ipsi pre ceteris gloriose semper adauxerint et semper augere proposuerint. Quanta enim fidelitate et probitate Pisana civitas a prima sui fundatione caput suum inter alias civitates extulerit, quanta etiam constantia divis antecessoribus nostris regibus Romanorum[b] et imperatoribus fidelissime serviendo perseveranter adheserit, nos per multa scripta et relationes sepius audivimus, et insuper ex ipsorum operum attestatione id ipsum luce clarius constat. Placet igitur nostrę clementię, ut Pisanus populus pro sua fide ac devotione honestissimum de nobis semper accipiat emolumentum, ut eo ferventiores ad promerendum honorem imperii semper existant, quo fidem et strennuitatem patrum suorum honestis moribus et perspicuis virtutum operibus emulantur. (3) Inde est, quod nos siquidem Fridericus Dei gratia Romanorum[b] imperator augustus damus et concedimus in feodum vobis Lamberto consuli Pisano et Villano et Heinrico et Blozio et Sigerio et Opizoni legatis cum eo, recipientibus pro civitate vestra, totum

205. a) *in littera D eodem atramento facies hominis barbati depicta est.* b) Rom̄ *or.*

1) *Cf. 'Archiv' XII, 578.*

quod prefata civitas vel quelibet persona habet et tenet de rebus regni et totum quod regno et imperio pertinet sive de marchia vel alio modo, quoquo iure vel consuetudine, vel pertinuit retro a XXX$^{ta}$ annis vel pertinebit, in civitate Pisana et eius districtu per terras et insulas. Et concedimus et damus in feodum vobis comitatum vestro districtui, sicut tenet turris Benni ad Arnum et ad Cannetum, et inde ad Barbiallam, et sicut trahit ab Ebula ad Montem Tiniosum et ad Burrianum et Quercetum et ad Castrum Cornię, inde ad Scerlinum, et sicut trahit marina ad Portum Ereulis; ab alia parte fluminis Arni, sicut trahit Planesule et comprehendit curiam Cintorię et sicut trahunt confinia inter vos et Lucenses usque ad pontem Mogionię, et inde sicut sunt confinia districtus Pisanę civitatis. (4) Et ut Pisani et hii qui de eorum districtu sunt et eorum res sint liberi, etiam sub consulatu et iudicibus et potestatibus de se ipsis libere, sicut eis placuerit. Et Pisana civitas habeat plenam iurisdicionem et potestatem faciendi iusticiam et etiam vindictam et dandi tutores et mundualdos et alia, que iudex ordinarius vel quilibet potestate preditus ab imperatore habere debet ex sua iurisdicione in suo districtu et in suos, quos concessimus ei et concedemus. Et Pisani et qui de eorum districtu sunt a nulla persona debeant foderari neque hospitari; et Pisani potestatem habeant ducendi eos in expedicionem et ad omnem districtum suum. Et quicumque negociatorum voluerit transire ad eos causa negociandi, sive per terram sive per aquam, secure vadat et a nullo aliquo ingenio impediatur, nisi sint in banno domini imperatoris. Negociatores autem Pisani per Siciliam et Calabriam et Apuliam et Principata[c] et per totum imperium nostrum libere sint et vadant per terram et aquam absque omni pedagio et drittura, nec cogantur emere vel vendere ultra suum velle, nec alius quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Pisanis emere. (5) Et concedimus et damus vobis in feodum litus maris et tantum iuxta hoc, quod libere Pisani in eo facere naves et galeas et exercere suas mercationes possint, et quod in eo nobis pertinet a Ciuitauecla usque ad Portum Ueneris; et quod nullus possit in eo vel faucibus aquarum infra terminum contentis facere portum vel applicare cum mercibus contra voluntatem Pisanorum. Preterea damus et concedimus vobis similiter in feodum medietatem Palermi et Messane[d] et Salernię et Neapolim[e] cum medietate eorum districtus et cum medietate agrorum et portuum vel aliorum quę excoluntur ab ipsis civitatibus, et totam Gaetam et Mazari et Trapoli cum totis agris et ceteris, quę suprascripta sunt, et in unaquaque alia civitate, quam Guillelmus[f] detinet, rugam unam cum domibus convenientem Pisanis mercatoribus. (6) Volumus quoque et statuimus et faciemus iurare episcopum Lunensem, qui investituram regalium et comitatus a nobis receperit, vel quicumque alius pro nobis tenuerit, ut faciat Pisanos securos et res eorum per sacramentum, quod personę et res eorum salvę sint in omni districtu suo per se et per omnes suos. Hęc supradicta omnia damus in feodum et concedimus communi Pisanorum et per presentis privilegii paginam confirmamus, quam subtus aurea bulla nostra signari iussimus. Et de supradictis investivimus Pisanos per ensem, quem manu tenebamus; dantes eis terciam partem thesauri Gvillelmi dicti regis, ut sit eorum.

(7) Hoc[g] est sacramentum quod prestabunt principes domini imperatoris Pisanis: 'In nomine Domini, amen. Principes, qui ibunt vel erunt in expedicione supra regem Guillelmum[f] vel eius successorem vel aliquem qui terram eius tenuerit iurabunt, quod vivam guerram facient sine malo ingenio et dolo et Pisanos et eorum res per bonam fidem salvabunt et eos non derelinquent, nisi iusto Dei impedimento remanserit, sine fraude et malo ingenio, et quod nec imperator nec ipsi facient pacem vel finem vel treugam vel guerram recredutam — sine parabola omnium consulum Pisanorum vel eorum maioris partis, qui in expedicione erunt, data sine vi — cum rege Guillelmo[h] vel eius

**205.** c) *sic or.* d) Pal 7 Meff *or.* e) Neapoli *or.* f) Guill *or.* g) *nova linea in or.* h) Guillo *or.*

successore vel cum alio qui illam terram tenuerit, et sine fraude, donec in expedicione erunt. Preceptum et conventum factum Pisanis a domino Friderico Romanorum imperatore salvare iuvabunt et firmum tenebunt nec erunt aliquo tempore in consilio vel facto ibi vel alibi ut rumpatur, immo ut salvum fiat. Et omnes rectores, quos imperator vel ipsi in partibus illis constituerint, iurabunt, quod totum quod imperator Pisanis dat et concedit ibi, sicut in precepto continetur, firmum tenebunt, nec tollent vel minuent per se vel per alios, et si aliquis voluerit tollere vel minuere, adiuvabunt eos inde per bonam fidem, ita ut omnes rectores, quos Pisani ibi constituerint, iurent adiuvare rectores quos imperator ibi habuerit similiter'.

(8) Hec[i] est securitas Pisanorum, quam dominus Fridericus imperator Romanorum prestitit eis per sacramentum fidelium suorum ex suo mandato factum in presentia sua: 'In nomine Domini, amen. Imperator dominus Fridericus nec per se nec per alium faciet finem vel pacem vel treguam vel guerram recredutam sine concordia omnium consulum Pisanorum vel eorum maioris partis facta sine vi, et quod principes, qui ibunt in expedicionem, antequam ad expedicionem moveant, iurare faciet, ut dictum est. Et faciet exercitum et vivam guerram supra regem Guillelmum[k] vel eius successorem vel contra omnem hominem, qui eam terram tenuerit contra eius voluntatem; in quo exercitu erit ipse vel magni principes Alamannię cum exercitu bona fide et sine fraude. Et erit ille exercitus in Apulia ante Kal. Septemb. proxime venientis, si
Mai. 27. nunciaverit Pisanis ab hodie usque ad proximum pascha pentecosten[l], eos velle facere ostem ad Kal. Septemb. Et si Pisanis ad predictum terminum pentecostes nunciatum non fuerit, tunc postea Pisani debent prescire, si fieri debet in sequenti estate, usque
Aug. 15. ad festum sanctę Marię medii Augusti. Et si tunc presciverint Pisani, movebunt per totum proximum Madium postea absque fraude vel quocumque aliorum mensium voluerit dominus imperator usque ad Kal. Septemb., ita quod ex tempore medii Augusti presignet mensem. Et si in sequenti estate tunc non fuerit, debent prescire per unum annum tempus motionis, et tunc in capite anni motio fieri debet, dum tamen fiat a Kal. Madii usque ad Kal. Septemb. Et imperator per se vel, ut dictum est, per suos principes cum exercitu intrabit Apuliam, antequam Pisani movere debeant. Et si imperator non venerit in ostem, non exiet de Italia, donec Pisani erunt in expedicione, et si opus fuerit eis vel civitati eorum, eis absque fraude succurret vel civitati. Hoc observabit, nisi Dei impedimento remanserit. Quo transacto, sine fraude recuperabit, vel nisi remanserit concordia utriusque partis. Et quod totum quod dat et concedit, sicut in precepto continetur, firmum tenebit nec tollet vel minuet per se vel per alium id vobis Pisanis; et si aliquis voluerit hoc facere, vos inde adiuvabit. Et si de feodo, quod vobis dat et concedit, litem vel molestiam a Welfone vel eius filio vel eorum successore vel ab aliqua persona pro eis habueritis, vos et civitatem vestram inde adiuvabit per bonam fidem usque ad finem factam. Et si vos stando in servicio imperatoris vel faciendo guerram pro eo vel postea ea occasione aliquis homo vel civitas fecerit vobis guerram, inde vos adiuvabit per bonam fidem usque ad pacem factam, nec faciet finem sine vobis. Et si Pisani fecerint guerram precepto imperatoris cum Ianuensibus vel pro eis ostem, vel palam fuerit eos guerram eis pro eo facere, vel palam guerram eis indixerint precepto imperatoris, imperator non faciet cum eis pacem vel finem vel treugam vel guerram recredutam sine concordia omnium consulum Pisanorum vel eorum maioris partis, facta sine vi et absque mala voluntate, et super eos faciet ostem et ibit ad obsidionem; ita si Pisani viderint, eum sine fraude sine gravissimo impedimento hoc facere non posse, tunc non teneatur. Et eo tempore, quo viderint, eum sine fraude facere posse, teneatur. Et non faciet cum eis finem, quod Ianuenses

**205.** i) *nova linea in or.* k) Guillm *or.* l) *sic or.*

castrum Portus Ueneris non dent ei, et tunc vel si ante ceperit illud, ipse dabit Pisanis illud castrum disbrigatum cum suo iure et pertinentia in feodum et per preceptum suum confirmabit. Et VIII diebus antequam exercitus Pisanorum esse debeat ad obsidionem, ipse erit ad obsidionem Ianuę, et postea vivam guerram faciet Ianuensibus. Et Pisanos et eorum res et eorum ostem salvabit et eos non derelinquet, nisi iusto Dei impedimento remanserit, sine fraude et malo ingenio. Et faciet iurare marchiones de Monteferrato et de Gaui et de Wasto et marchiones de Busco et Opizonem Malaspinam et comites de Lauania, quos poterit sine fraude, ut Pisani sint securi in eorum fortia cum suis rebus: et si Ianuenses fecerint Pisanis guerram aliqua occasione ex supradictis, quod inde eos adiuvabunt usque ad pacem factam et vivam guerram facient Ianuensibus. Et si imperator Ianuam ceperit vel sine condicione se reddiderit ei, Portus Ueneris castrum disbrigatum Pisanis in feodum dabit, ut dictum est. Et si contingerit eam destrui, homines de Ianua, qui ibi pro habitantia remanserint vel in eius districtu iuxta marinam, et alios, qui in castris et villis iuxta marinam pro habitantia fuerint usque ad Portum Ueneris, Pisanis iurare coget ad ostem et adiutorium et guerram eorum, et non reddere malum meritum eis, etiam si solummodo guerram vel ostem ex precepto domini imperatoris Pisani fecerint'.

(9) Hii vero sunt qui hoc sacramentum fecerunt: dominus Cunradus videlicet illustris palatinus comes Rheni, Odalricus dux, Gebehardus comes de Luggenberge et frater eius comes Marquardus, Burckardus de Hasenburc[m].

(10) Hoc[n] est iuramentum, quod Lambertus consul Pisanorum fecit, et quod facient omnes consules Pisani et commune civitatis domino Friderico Romanorum imperatori, scilicet consules, quicumque modo sunt, et futuri, quicumque de cetero erunt, debent facere: 'In nomine Domini, amen. Ego Lambertus consul iuro, quod ab hac hora inantea fidelis ero domino Friderico Romanorum imperatori sicut de iure debeo domino et imperatori meo, et non ero in facto vel consilio, quod perdat vitam suam vel membra vel imperium vel honorem suum, et iuvabo eum retinere coronam suam et imperium et honorem, quo navigio ire potero, et in illis terris que sunt iuxta marinam, et nominatim civitatem Pisanam cum comitatu suo et districtu contra omnes homines: et si perdiderit, iuvabo eum recuperare bona fide. Et iuro, quod commune Pisanorum faciet ostem et expedicionem per mare cum sua fortia, postquam imperatoris exercitus intrabit Apuliam et movebit per illos terminos, qui sunt in scripto facto inter Pisanos et imperatorem, et ibit ad exercitum imperatoris, quantocius poterit, sine fraude et malo ingenio, et iuvabit dominum imperatorem conquistare Siciliam et Apuliam et Calabriam et principatum Capuę, quo suo poterit navigio et in illis terris quę sunt iuxta marinam. Et si acquisita fuerit Sicilia vel Apulia vel Calabria vel principatus Capuę, iuvabunt Pisani eum retinere, et si perdiderit, recuperare bona fide contra omnes homines et nominatim contra Guilielmum[o] Siculum et eius successores vel quemcumque, qui aliquam harum terrarum occupabit vel tenebit contra voluntatem domini imperatoris; et vivam guerram facient et non facient finem neque pacem neque treugam neque guerram recredutam cum eodem Willelmo[p] Siculo vel eius successoribus vel cum aliquo tenente aliquam supradictarum terrarum contra voluntatem imperatoris et absque eius parabola. Et iuro, quod faciam iurare Pisanos propria manu hoc sacramentum fidelitatis et pacti, secundum quod consules consueti sunt facere iurare populum sub consulatu, et quod iuvabunt eum retinere, et si perdiderit, recuperare totam marinam ab Arelata[q] usque ad Montem Sancti Angeli. Et postquam exercitus Pisanorum se moverit ad ostem et expeditionem, non derelinquet exercitum imperatoris, nisi iustum Dei impedimentum intercesserit. Et iuro, quod quicumque

**205.** m) *posthac duae lineae vacuae in or.* n) *littera* H *permagna in or.* o) Guillm *or.* p) Willo *or.* q) *sic or.*

civis Pisanus iurabit sub meo consulatu in sacramento populi, ipse iurabit, quod ipsam fidelitatem, quam consules imperatori iurant, itidem per se observabit, et faciam eum iurare, quod pactum et concordiam, que inter dominum Fridericum Romanorum imperatorem et Pisanos est, similiter observabit bona fide absque fraude et malo ingenio. Item iuro, quod si imperator preceperit Pisanis, ipsi facient guerram Ianuensibus, et non facient pacem vel treugam vel guerram recredutam cum eis sine parabola domini imperatoris. Et si imperator preceperit, hoc anno Pisani venient in obsidionem Ianuę cum fortia sua mense Iunii, Iulii vel Augusti, si fecerit eos prescire usque ad octavam pentecosten. Et non derelinquent exercitum imperatoris nec movebunt se de obsidione nec treugam facient vel pacem cum Ianuensibus sine parabola imperatoris vel ante captionem Ianuę. Et hęc supradicta omnia, ut dicta sunt, observabo toto tempore mei consulatus et non recipiam aliquem in consulatum, qui hoc sacramentum non faciat. Hęc omnia observabo sine fraude et malo ingenio, nisi iusto Dei impedimento remanserit vel concordia utriusque partis'.

(11) Isti iuraverunt: Lambertus consul, Villanus, Heinricus, Bozius, Sigerius et Opizo.

(12) Hęc[r] est conventio facta inter dominum Fridericum Romanorum imperatorem et Lambertum consulem Pisanum: 'In nomine Domini, amen. Ego Lambertus consul cum legatis Pisanis, qui mecum sunt, pro civitate nostra paciscor et convenio cum domino Friderico Romanorum imperatore, quod fidelitatem, quam ei facio, et sacramentum omnes Pisani consules, qui modo sunt, iurabunt unusquisque propria manu; et quicumque aliquo tempore futuri sunt seu aliquis qui regimen habebit civitatis et Pisani debent facere. Pisani et eorum consules semper facient et observabunt omnibus successoribus eius regibus et imperatoribus, quando requisitum fuerit ab eis per imperatorem seu regem aut per se aut per suos certos nuncios, et firmaverint preceptum factum a domino Friderico Romanorum imperatore, sicut ab ipso factum et firmatum est, quod facere debent. Si autem aliquis futurorum regum seu imperatorum expetierit a Pisanis ostem vel eos guerram facere voluerit, secundum quod de domino Friderico Romanorum imperatore dictum est, faciet eos securos, quemadmodum dominus Fridericus Romanorum imperator fecit'.

Testium[r], in quorum presentia supradicta omnia hinc inde ordinata et confirmata sunt iuxta tenorem presentis paginę, nomina hęc sunt: dominus Reinaldus Coloniensis archiepiscopus et archicancellarius, Eberhardus Babenbergensis episcopus, Heinricus Leodiensis episcopus, Ortliebus Basiliensis episcopus, Gero Halberstadensis episcopus, Erlebaldus Stabulensis abbas, Vdalricus cancellarius, Heinricus prothonotarius, Stephanus capellanus, Fridericus dux Sueuorum filius illustris regis Cunradi, Cunradus palatinus comes Reni, marchio Theodericus de Saxonia, marchio Albertus de Saxonia, Dietboldus dux Boemię, comes Teto, dux Udalricus, comes Rudolfus de Phullendorf, comes Vlricus de Lenzeburc, Willelmus[s] marchio Montisferrati, Menfredus marchio de Wasto, Hugo Magnus marchio de Wasto, marchio Opizo Malaspina, Wido comes de Blandrato, Marquardus de Grumbach, comes Vdalricus de Hurningen, comes Gebehardus de Luggenberge, Cunradus burgrauius de Nůrenberc, Marquardus de Luggenberge, Bernhardus de Hurstmere, Degenhardus de Helenstein, Arnoldus de Biberbach, Egelolfus de Urselingen, Burkardus de Hasenburc, Cunradus de Ballenhusen, Bertolfus triscamerarius, Hartmannus camerarius et filius eius Rudegerus camerarius, Heinricus mariscalcus, Lupoldus de Grindelaha, Vlricus de Salhaha, Sigeboto camerarius.

‡ Signum domini Friderici Romanorum imperatoris ac triumphatoris invictissimi. ‡ (M.)[t]

**205.** r) *nova linea in or.* s) Willm' *or.* t) *sequuntur in ipsa signi linea alia manu:* † EGO Reinaldus Romani imperii archicancellarius recognovi et ss.

[E]go Odalricus cancellarius vice Reinaldi Coloniensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

[Ac]ta sunt hec anno dominicę incarnationis MCLXII, indictione X, regnante domino Friderico Romanorum [im]peratore gloriosissimo, anno regni eius X, imperii vero VII.

Datum Papię post destructionem Mediolani, VIII. Idus Aprilis; feliciter amen.

## 206. RECONCILIATIO PLACENTIAE.

(1162. Mai.)

*Autographon, quod adhuc b. m. Bethmann in arca magna lignea tabularii S. Antonini Placentiae viderat[1], vir cl. Holder-Egger a. 1891 neque in hac arca neque alibi repperit. Cum vero scriptum reconciliationis in neutro Registrorum tabularii municipalis exemplatum sit, nos editionem principem repetere oportet, quam instruxit Boselli 'Delle storie Piacentine libri XII' I, 313 (= Böhmer 'Acta imperii selecta' 597 nr. 886 et Vignati 'Storia della Lega Lombarda' 75) ex autographo, cuius sigillum iam tunc deperditum erat, filis sericis relictis. — Stumpf, Reg. 3943.* *(P. deest.)*

In nomine Domini, amen. Hec est concordia per quam Placentini in gratiam domni imperatoris Friderici redierunt.

1. Placentini planabunt totum fossatum in circuitu civitatis et destruent totum murum civitatis et suburbii in circuitu. De turribus destruendis non sunt districti per sacramentum nec per obsides, sed imperator habet potestatem de eis faciendi quicquid ei placuerit et quandocumque voluerit.

2. Placentini dimittent et resignabunt domno imperatori Friderico omnia regalia sua tam infra civitatem Placentiam quam extra per totum episcopatum et comitatum et virtutem ipsorum et adiuvabunt eum bona fide retinere, et si perdiderit, recuperare, ut libere habeat et possideat.

3. Et adiuvabunt eum retinere coronam suam et imperium et Italiam et Lombardiam, specialiter autem et nominatim civitatem Placentiam et totum episcopatum et comitatum, contra omnem hominem bona fide sine fraude et malo ingenio, nec erunt in consilio vel in facto, quod perdat membrum vel vitam vel honorem vel imperium vel regalia sua vel civitatem Placentiam vel comitatum vel episcopatum, et si perdiderit, adiuvabunt eum recuperare.

4. Et iurabunt omnes fidelitatem domno imperatori Friderico et suis successoribus a XV annis supra et a LXX infra. Omnes castellani per episcopatum et comitatum Placentinum constituti iurabunt fidelitatem domno imperatori Friderico sicut cives Placentini et facient ei securitatem de castellis suis, et si facere contempserint, Placentini habebunt eos hostes et facient eis vivam werram et facient contra eos hostem et obsidionem iuxta mandatum domni imperatoris et legatorum suorum cum omni fortia et virtute eorum, donec distringant eos facere mandatum domni imperatoris.

5. [Et Pla][a]centini reddent in manus et potestatem domni imperatoris et legatorum suorum omnia castella Placentini episcopatus et omnia bona et possessiones

206. a) *suppleta a Böhmero.*

1) *Cf. 'Archiv' XII, 694 et supra p. 238.*

eius tam infra civitatem quam extra per totum episcopatum et comitatum, si episcopus iuxta beneplacitum domni imperatoris et consilium principum in gratiam eius non redierit a proxima dominica usque ad VIII dies. Et si in hoc facto aliquis domno imper[atori et Plac][a]entinis contrarius vel rebellis extiterit, Placentini iuxta mandatum domni imperatoris et legatorum suorum cum omni fortia sua facient vivam guerram et obsidionem, quousque domnus imperator castella episcopi et possessiones et bona libere et quiete possideat. Quod si episcopus infra predictum terminum ad gratiam imperatoris non redierit, Placentini eic[ient eum extra][a] episcopatum suum nec deinceps eum recipient sine parabola domni imperatoris. Et domnus imperator dabit episcopo et personis, que cum eo ierint, [et][a] omnibus rebus eorum securum conductum a Placentia usque Venetias vel usque Ianuam vel usque in regnum Frankorum per dietam unam, quacumque via ire voluerint per fortiam domini imperatoris.

6. Placentini persolvent domno imperatori et domne imperatrici et curie VI millia marcarum examinati et puri argenti vel pro unaquaque marca IIII libras Papiensium denariorum vel tantum de alia moneta unde possit emi marca puri argenti vel IIII libre Papiensium, ita ut eorum sit electio. Hanc pecuniam persolvent statutis terminis, videlicet II millia marcarum ante diem pentecostes, II millia in festo sancti Iacobi apostoli, II millia in assumptione sancte Marie, si non remanserit per parabolam domini imperatoris. (Mai. 27. Iul. 25. Aug. 15.)

7. Item Placentini recipient potestatem vel potestates, quem vel quos domnus imperator ibidem ordinare voluerit, sive Teutonicos sive Lombardos, et iurabunt stare ad mandatum illius vel illorum et ad mandatum domini imperatoris.

8. Domnus imperator cernet per suam electionem quingentos obsides, et de illis dabunt Placentini domno imperatori LXX, quoscumque ipse elegerit; et illos tenebit domnus imperator per III menses; finitis III mensibus domnus imperator cernet per suam electionem alios LXX obsides et illos tenebit per alios tres menses; quibus finitis, cernet alios LXX; et per huiusmodi successiones terminorum tenebit obsides domnus imperator, donec universa pecunia soluta fuerit et donec fossata complanata fuerint et muri funditus destructi, iuxta voluntatem et mandatum domni imperatoris et legatorum suorum per quos domnus imperator viderit eos posse facere. Si quis Placentinus iuxta electionem domni imperatoris obses esse noluerit et refutaverit, distringent eum iuxta eorum posse; quod si distringere eum non poterint, eicient eum extra civitatem et episcopatum et omnia bona sua, tam mobilia quam imobilia, fisco applicabunt, et domnus imperator alium eliget, quemcumque voluerit. Postquam autem universa pecunia soluta fuerit et fossata complanata et muri fuerint funditus destructi, domnus imperator tunc omnes obsides benigne absolvet.

9. Si Amizo Sacco Amizonem Bataliam vel aliquos alios appelaverit de morte filiorum suorum, et illi ad curiam venire noluerint facturi et recepturi iusticiam, erunt in banno domni imperatoris et Placentini eos eicient extra civitatem et episcopatum eorum et persequentur eos tamquam hostes, et omnia bona eorum mobilia et imobilia fisco applicabuntur.

10. Placentini facient pacem et guerram, ubicumque imperator voluerit, et facient hostem et obsidionem per Lombardiam iuxta mandatum domini imperatoris.

11. Prepositus maioris ecclesie in Placentia et milites et pedites sive quicumque fuerint secum in consilio et auxilio, ut spoliaretur episcopus Tusculanus, pecunia et rebus suis universa ablata reddent in integrum domno imperatori, unusquisque per se tantum quantum de rapina illa habuit, ita quod evidenter se purgare possit iureiurando, si miles est, si autem pedes est, iuxta legem condicionis sue purgabitur. Quod si oblata restituere noluerint, Placentini capient personam prepositi et presentabunt domno imperatori et omnia bona sua et eicient omnes alias personas extra civitatem

et episcopatum et comitatum Placentinum, et omnia bona eorum tam mobilia quam immobilia fisco applicabunt, nec eos deinceps recipient sine parabola domni imperatoris.

12. Hec supradicta omnia observabunt Placentini domno imperatori Friderico, domne imperatrici et principibus et legatis domni imperatoris bona fide sine fraude et malo ingenio, si non remaneat per parabolam domni imperatoris. Pro supradictis his omnibus, ut compleantur, recipiet domnus imperator Placentinos in gratiam suam et bonam voluntatem et absolvet eos de banno, et salva erit civitas et secura, et omnes persone et res eiusdem civitatis salve sunt et secure, exceptis que in conventione et pacto continentur. Similiter salve sunt persone et res et possessiones per totum episcopatum et comitatum Placentinum, et Placentini libere habeant suas possessiones in civitate[b] et extra civitatem per episcopatum et comitatum, salvis regalibus domni imperatoris et salva uniuscuiusque iusticia. [Pro][c] maleficiis peractis[d] in guerra quicquid de iure in eos posset vindicari, imperialis clementia eis remisit.

13. Placentini accipiant collettam in civitate et per totum episcopatum pro solvenda tamtumodo supradicta pecunia ab omnibus personis, exceptis his qui erant in parte domni imperatoris in guerra vel qui redierunt in gratiam domni imperatoris, antequam consul Placentinus de concordia iurasset, et exceptis hominibus illorum qui ad Placentinos non spectant; quod si utriusque partis communes fuerint, Placentini pro sua portione collectam accipient sicut ab aliis vicinis.

# 207–210. ENCYCLICAE DE CONCILIO APUD LAONAM CELEBRANDO.

(1162. Mai. Iun.)

## 207. *EPISTOLA AD REGEM FRANCIAE PRO FOEDERE. Mai. 31.*

*Damus e codice Vaticano Christin. 179 saec. XII. fol. 49', quem excussit vir cl. Holder-Egger. — Stumpf, Reg. 3944.* *(P. deest.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto consanguineo suo L(udewico) illustri Francorum regi salutem et sincere dilectionis affectum.

Litteras et legatum nobilitatis tue qua debuimus alacritate suscepimus, benigne imperiales aures accommodantes his que a sinceritate tua nobis nunciata sunt. Placet igitur sublimitati nostre, ut inter nos tanquam consanguineos et inter cognata regna nostra, deterso tocius rancoris nebulo, sincere dilectionis splendor refulgeat et fedus amicicie, quod facit utraque unum, indissolubilem semper conservet amorem. Sane quecumque necessaria sunt ad conservandam inter nos mutue dilectionis integritatem cum dilecto consanguineo nostro, fideli[a] tuo H(enrico) comite Trecarum amice et plenarie ordinavimus et sicut condictum est inviolabiliter observare curabimus.

Datum Papie post destructionem Mediolani II. Kal. Iunii.

**206.** b) civitatem *ed.* c) c P *ed.* d) qoactis *ed.*

**207.** a) fidele *cod.*

## 208. *ENCYCLICA EPISCOPIS TEUTONICIS MISSA.*

*Adhibuimus* 1) *codicem Vaticanum Christin. 179 saec. XII. fol. 47, ubi ad archiepiscopum quendam data est, et* 2) *codicem Vindobonensem 629 saec. XII. fol. 59 a viro d. Kehr descripto, quo usa est editio Tengnagelii p. 437 nr. 76; inscribitur Conrado episcopo Augustano et sententia finali abundat; qui textus exstat etiam in codice Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 481, cuius tamen lectiones, quippe quae nonnisi depravationes continent, respuimus. — Stumpf, Reg. 3945. 3948.* *(P. 132.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto suo . .[a] archiepiscopo[b] gratiam suam et omne bonum.

Inter innumeras et tumescentes tempestatum procellas, quibus iam diu navicula beati Petri quassata, et inter pressuras diversas, quibus sancta Dei ecclesia frequenter afflicta et tribulata est, tandem verus ille mediator Dei et hominum Christus Iesus, qui ecclesiam suam, velut unicam sponsam, proprio caractere sui pretiosi sanguinis insignivit et redemit, consolationis gratiam[c], quam ascendens in celum fidelibus suis
Matth. 28, 20. repromisit inquiens: 'non relinquam vos orphanos, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi', evidentibus et manifestis declarat indiciis.
Eccl. 50, 6. Ipse enim sicut stella matutina in medio nebule[d] oriens, solita pietate ecclesiam
Matth. 8, 26. suam in tribulatione respexit et surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna.

Pro illa siquidem controversia, que inter nos et regem Francorum pro scismate Romane ecclesie iam diu agitabatur, aspirante Spiritus sancti[e] gratia, que facit habitare unanimes in domo Domini[f], mediantibus hinc inde legatis, tandem pari voluntate et unanimi consensu inter nos convenit: quod nos videlicet una cum archiepiscopis, episcopis et patribus orthodoxis ac viris religiosis, baronibus et universis utriusque regni[g]
Aug. 29. principibus IIII. Kal. Sept. in die videlicet decollationis sancti Iohannis baptiste super fluvium Saonam in episcopatu Bisuntino concilium generale pariter celebraturi sumus. In quo rex Francorum, dilectus consanguineus noster, cum universis archiepiscopis[h], episcopis et cum omnibus regni sui principibus et tota Gallicana ecclesia reverendum patrem nostrum, dominum papam Victorem[i], sicut per sacramenta et firmissimas securitates preordinatum est, in apostolicum et universalem sancte Dei ecclesie pontificem recipiet et debitam ei exhibebit reverentiam[k]. Verum quia hoc negotium tam arduum tamque salubre et tam necessarium, ubi de reconciliatione sancte Dei ecclesie et totius christianitatis in commune agitur, sine tue discretionis ceterorumque[l] principum ac Christi fidelium presentia consummari nec debet nec potest, exoramus te et monemus in ea fide, quam debes imperio et sancte Dei ecclesie et anime tue[m], quatinus omni occasione summota cum sapientioribus et magis idoneis et
Aug. 25. litteratis[n] personis tui episcopatus[o] aput Bisuntium[p] IIII. die ante predictum terminum familiariter more curie nobis occurras, ad concilium nobiscum processurus. Et quia habundans cautela non nocet, milites tui, quos tecum adduces, in armis et clipeis sint muniti; insuper et tentoria[q] deferas, que propter domorum raritatem necessaria erunt. Ibi enim per gratiam Dei totum negotium domini pape Victoris[r] ad gloriam Dei et ad pacem et unitatem sancte Dei[s] ecclesie et omnimodum honorem imperii honesto fine terminabitur.

Denique[t] omnibus in ordine clericali constitutis suadendo et rogando scribimus, quatenus ad prefatum concilium veniant aut euntibus rebus suis succurrant.

**208.** a) *spatium vacuum* 1. b) fideli suo C. Augustensi episcopo 2. c) grā 2. d) ne. 2. e) sancti Sp. 2. f) Idd 2. g) regni utriusque 2. h) suis *add.* 1. i) V. papam 2. k) rev. exh. 2. l) cetorumque 2. m) quam imperio — tue debes 2. n) et litteratis *des.* 2. o) tue diocesis 2. p) *corr. ex* Bisuntinum 1. q) insuper temptoria 1. r) V. pape 2. s) *deest* 1. t) *reliqua des.* 1.

## 209. *ENCYCLICA PRINCIPIBUS SAECULARIBUS MISSA.*

*Hanc Matheo duci Lotharingiae inscriptam servavit codex Vaticanus Christin. 179 saec. XII. fol. 51, quem contulit Holder-Egger. — Stumpf, Reg. 3946. (P. 133.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus fideli suo M(atheo) duci Lotharingie gratiam suam et omne bonum.

Quoniam in scismate, quod est in Romana ecclesia, universus orbis in se ipsum divisus est et tota christianitas non modica turbatione concutitur, nos tota animi compassione sancte Dei ecclesie doloribus condolemus, tocius consilii et auxilii propensiorem curam et sollicitudinem adhibere cupientes, ut totius dissensionis discrimine sublato ecclesia Dei sicut in unitate fidei, ita sub unius pastoris regimine in unum ovile congregetur.

Inde est, quod ex consilio principum cum dilecto consanguineo nostro L(udewico) illustri rege Francorum. IIII. Kal. Septemb. in die videlicet decollationis sancti Iohannis (Aug. 29.) baptiste super fluvium Sáonam concilium celebrare statuimus, in quo aspirante Spiritu sancto, qui facit unanimes habitare in domo Domini, speramus, ut ecclesiastice pacis et unitatis status reformetur et dominus papa Victor apostolice sedis gubernacula debeat obtinere. Verum quia hoc negotium tam arduum tamque salubre et tam necessarium, ubi de reconciliatione sancte ecclesie et salute tocius christianitatis in commune agitur, sine tue discretionis presentia consummari nec debet nec potest, exorantes commonemus te in ea fide, quam debes imperio et sancte Dei ecclesie et anime tue, quatinus omni occasione summota apud Bisuntium IIII. die ante predictum terminum (Aug. 25) familiariter more curie nobis occurras, ad concilium nobiscum processurus.

## 210. *EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM.*

*Legitur et ipsa in codice Vaticano Christin. 179 fol. 50. — Stumpf, Reg. 3947. (P. 133.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto suo E(raclio) venerabili Lugdunensi[a] archiepiscopo et primati Galliarum gratiam suam et omne bonum.

Imperialis nostre sollicitudinis propositum, quod Lugdunensem[a] ecclesiam ac civitatem a diutinis laboribus suis exuere et in antique dignitatis sue statum reformare decrevimus, pro tua fideli erga nos devotione in pectore nostro incessanter vigilat, quoadusque Deo opitulante debitum sortiatur effectum. Unde et propitia divinitas, que piis omnium consiliis interesse et ea promovere consuevit, congruam nobis hoc tempore oportunitatem optulit, ut partes Burgundie, immo ipsam civitatem Lugdunensem[a], in propria maiestatis nostre persona quantotius adeamus ac ruinas eius in status sui decorem cooperante Domino erigamus. Comes siquidem Henricus Trecensis cum ad curiam nostram in legationem domini sui regis Francorum venisset et reverendum patrem nostrum papam Victorem humili veneratione honorasset, studiose a nobis postulavit, quatenus ad colloquium inter nos et eum regem habendum accederemus, tantumque huic verbo institit, quoadusque universorum nostrorum principum consilio, colloquium indiximus IIII. Kal. Septembr. ad pontem Saone, inter Divionem et Dolum, cum (Aug. 29) archiepiscopis, [episcopis], abbatibus aliisque cleri nostri prioribus illo venturi. Quia ergo tua diligens prudentia in eodem colloquio nobis plurimum necessaria est, venerabilitati tue studiose mandando iniungimus, quatenus ad idem colloquium omnes suffra-

**210.** a) Lugd. *cod.*

ganeos tuos evoces et cum universis prioribus, abbatibus et cleri celebritate omni remota occasione venias, quia nos ibidem divina gratia promovente super ecclesie Dei restituenda unitate et super domini pape Victoris confirmatione finem imponemus. Interea vero consilium non fuit, ut miliciam prout dictum erat transmitteremus, quia quecunque sunt in bellicis[b] rebus agenda seu disponenda per presentiam nostram convenientius adimplere curabimus. Dominus quidem papa nobiscum aderit; et oportebit propter defectum domorum in tentoriis habitare.

---

# 211. CONVENTIO CUM IANUENSIBUS.

1162. Iun. 9.

*Privilegium imperatoris Ianuensibus datum continet et capitula conventionis principalis et formam iuramenti a Ianuensibus praestandi (c. 18) et alteram conventionem accessoriam (c. 19). Subsidia editionis nobis praesto erant: 1) codex universitatis seu Athenaei Ianuensis B. IX. 2, membranaceus, folio maximo, foliorum 520, una eademque manu Rollandini de Richardo notarii circa a. 1296—1301 exaratus, qui continet Librum iurium reipublicae Ianuensis: fol. 52'—53' legitur privilegium nostrum exemplatum e transsumto quod a. 1229 mense Augusto fecerat Symon Donati notarius; ipse contuli;* 2) *editio Monumentorum historiae patriae, Liber iurium reipublicae Genuensis I, 207—213 nr. 236—238*[1]*, quae nititur duobus codicibus Libri iurium tunc in Athenaeo asservatis, quorum unus, quem editores signaverunt A, noster codex 1 est, alter signatus C, in quo privilegium legebatur fol. 20—22', in bibliotheca Athenaei iam non exstat*[2]; 3) *raro adhibuimus editionem Muratorii in Antiquitatibus Italiae IV, 253, quae quonam codice nitatur nescimus; caret capitibus 18 et 19. Privilegium patris a filio Heinrico VI. a. 1191. Mai. 30 mutatis mutandis innovatum est; v. infra. — Stumpf, Reg. 3949.*

*(P. deest.)*

(C.) In[a] nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. (1) Licet ad decorem et honorem imperii et ad nostram simul gloriam spectet, universos imperii nostri fideles confovere et tueri, diligere et amplecti, ad illorum tamen precipue tutelam propensius studium et vigilantiorem[b] curam merito debemus adhibere, de quorum devotione, de quorum servitio et labore circa exaltationem nostre corone melior spes nobis incipit arridere et fidutia provenire. Congruum igitur et rationabile videtur, nos eorum obsequia fidelia[c] cum largiflua benignitate et imperiali munificentia ad servitium et honorem imperii benignius applicare[d], quorum industria et virium potentia ad conservandum rei publice

**210.** b) ibecillis *cod.*

**211.** a) In — Trinitatis *literis elongatis in* 1. b) vigilatiorem 1. c) fid. obs. 2. d) de *add.* 1.

1) *Haec editio privilegium in tres partes diruit, primo loco positis capitibus 1—16, secundo loco positis capitibus 19 et 20 cum eschatocollo, tertio loco posito capite 18.* 2) *Nam codex B. IX. 3, nobis a bibliothecae praefecto, professore Achille Neri, oblatus, privilegium non continet. Est et ipse membranaceus, folio maximo, saec. XIV. ex., foliorum 281, in primo folio non numerato leguntur manu saec. XVI:* Copia libri 2. magni iurium reipublicae sub hoc signo 2. Copia libri. *Errore librarii post folium 20 sequitur folium 31; at folia nulla desiderantur.*

statum pre ceteris gloriosum conferre potest incrementum. (2) Unde quia Ianuensem civitatem a prima sui fondatione caput suum inter alias civitates maritimas altius extulisse et perspicuis virtutum atque multarum probitatum operibus terra marique omni tempore prepollere[e] veraciter audivimus, placuit nostre maiestati tantorum virorum, omnium videlicet Ianuensium fidelitatem eligere, tenere et cum omni benivolentia pre aliis conservare eosque in commune congruis inde[f] honoribus et amplioribus benefitiis semper honorare, presertim cum nos ipsorum servitiis et strenuis laboribus gratanter uti maxime in mari navalibus bellis velimus, iuxta illud nostre voluntatis propositum, quo non solum in terra sed etiam in mari gloriam et honorem Romani imperii dilatare modis omnibus et corroborare intendimus ac desideramus. Eapropter cognoscant universi fideles imperii presentes et futuri, quanto gratie nostre et honoris titulo, quanta omnium[g] benefitiorum collatione, quanto dilectionis emolumento civitatem Ianue[h] exaltandam digne duximus et honorandam. (3) Concedimus enim et donamus consulibus et communi Ianue[h] in feudum, ut quociens ostem vel expeditionem aut exercitum facere voluerint, salva tamen fidelitate imperiali, habeant totam maritimam a Portu Monachi usque ad Portum Veneris in illo oste, exercitu vel expeditione; sane hoc statuentes, ut propter hoc in ceteris iustitia comitum aut marchionum non minuatur. (4) Item donamus et concedimus in feudum consulibus et communi Ianue[h] liberam potestatem eligendi ex se ipsis, firmandi et habendi consules et eis utendi, qui habeant ius et facultatem liberam faciendi iustitiam et puniendi malefitia in civitate et districtu suo bona fide, legitime et secundum bonos mores ipsius civitatis. Et eis aliam potestatem non inponemus. (5) Preterea castra omnia, portus, regalia, possessiones, iura et res universas, quas in citramarinis vel[i] ultramarinis partibus tenent, habent vel possident, vel[k] alius eorum nomine, eis concedimus et donamus in feudum et de gratia nostra in perpetuum imperiali auctoritate modis omnibus confirmamus. Proprietates autem et allodia eorum eis libere concedimus. (6) Item concedimus et damus eis in feudum Siracusanam civitatem cum pertinentiis suis omnibus et ducentas quinquaginta caballarias terre in valle Noth ad caballariam illius terre; et si forte ibi deerit, in terra comitis Simonis quod defuerit compleatur. Preterea concedimus et damus eis in feudum in unaquaque civitate maritima, que propitia divinitate a nobis capta fuerit vel nobis reddita deinde, rugam unam eorum negotiatoribus convenientem[l] cum ecclesia, balneo, fundico et furno. (7) Concedimus quoque eis, ut in aliqua terra, quam de cetero auctore Deo[m] conquisierimus eorum auxilio[n] assistente, nullum drictum, nullum pedaticum, datitam[o] quamlibet, usaticam vel impositionem dent homines eorum, etiam si abhinc nobis reddita fuerit. (8) Concedimus quoque et damus consulibus et communi Ianue[h] liberam potestatem expellendi Provintiales et Francigenas euntes per mare vel reddeuntes a negotiatione totius Sicilie et totius Maritime et Calabrie et Apulie et omnis Principatus; Venetorum etiam, nisi ipsi Veneti gratiam nostram et bonam voluntatem fuerint consecuti. (9) Et damus eis, quod in terris, quibus negotiatum iverint, homines eorum habeant unum vel duos vel plures Ianuenses[h], qui inter eos iustitiam fatiant et rationem, et quod mercatores eorum ubique libere possint habere suum pondus[p] et suam mensuram, quibus inter se res mercesque suas recognoscant. (10) Item concedimus et damus eis, quod, si quis adversus aliquem Ianuensem vel homines districtus eorum, qui sit Ianuensis[h], vel in terris quas eis concessimus querimoniam fecerit, non teneatur Ianuensis vel homo districtus eorum conquerenti facere rationem, nisi ante Ianuenses iudices; ibi quidem secundum leges nostras Romanas et bonas consuetudines eorum iustitiam faciant conquerenti. Et si nos preceperimus, alicui faciendam esse insticiam, infra terminum convenientem ei iustitiam faciant Ianuenses[h]

**211.** e) ppolľe 1. f) *deest* 2. g) omē 1; omne 2. h) Iañ 1. i) *bis scr.* 1. k) aut 2. l) conveniente 1. m) Deo auctore 2. n) ausilio 1. o) dacitum 2. p) pondus 1.

iudices secundum quod predictum est; quod si noluerint, ante nos ipsa iustitia fiat. (11) Et concedimus eis, ut omnium mobilium, sicut in auro, argento, monetis et pannis sericis preter incisos, que ceperint Ianuenses ipsi, medietatem nos[q] et alteram medietatem habeant ipsi Ianuenses, ita tamen quod consules bona fide laborent, ut ipsa mobilia in ipsorum deveniant potestate, et sic disponantur. Reliqua[r] omnia ex nostra liberalitate eis[q] concedimus. Preterea quartam partem totius pecunie palacii preter gemmas, que ad nos pervenerit vel reddita fuerit, ipsis Ianuensibus imperiali liberalitate concedimus et bona fide studebimus, ut in nostram potestatem deveniat[s] ipsa pecunia, et sic disponatur sine fraude. Item voluntarie concedimus eis ut, si a proxime
Apr. 8. preterito festo pasce, ex quo die de gratia nostra adipiscenda Ianuenses studuerunt[t], eorum pecunia capta vel detenta est a Siculo vel aliqua persona per eum terra vel mari vel[u] deinceps capta fuerit vel impedita, habeant ipsi Ianuenses vigesimam totius capte pecunie que ad nos et[v] eos pervenerit, si damnum tantum fuerit; si vero minus fuerit, pro ratione amisse pecunie restitutio minuatur, ita tamen quod damnum amisse pecunie per iuramentum illorum, qui damnum passi fuerint, cognoscatur vel consulum sub sua credulitate hoc iuramentum [facientium][w] sine fraude. (12) Item generali edicto et banno speciali auctoritate imperatoria sanctiemus, ut nulla persona maior[x], minor vel media aliquatenus Ianuenses[y] vel illos qui cum eis fuerint in rebus vel personis offendat. Et si quis temerario ausu contra facere presumpserit, vindictam inde et iustitiam faciemus secundum quod in edicto et banno expressum fuerit, nisi quantum per parabolam non coactam illius qui iniuriam passus fuerit aut Ianuensium consulum remanserit. (13) Nec cogemus exercitum Ianuensem alio ire nisi nominatim ad terras inter nos et eos expressas et nominatas absque eorum[z] bona voluntate. Nec cogentur Ianuenses facere nobis ostem vel expeditionem aliam preter istam, nisi si perdiderimus quod absit civitatem aliquam de maritimis aut maritimam ab Arelate usque ad Montem sancti Angeli et in Apulia atque Calabria vel Sicilia, quatenus ad eas partes poterunt navigio pervenire; tunc bona fide adiuvabunt nos perdita recuperare. Nec distringentur amodo Ianuenses dare obsides vel pecuniam ipsi vel homines eorum districtus contra suam voluntatem. (14) Et faciemus iurare consules Papie, Placentie, Terdone et Aste sive potestates earum civitatum et marchionem de Monteferrato et Enricum Guercium marchionem et marchiones de Bosco[a] et marchionem Malamspinam[b], quod quamdiu Ianuenses fuerint in expeditione nostra, nullam offensionem vel iniuriam facient Ianuensi[y] civitati vel in eius districtu vel hominibus de Ianuensi[y] districtu aut in rebus eorum in aliqua parte, ubi habeant potestatem. Et si quis contra facere presumpserit, bona fide eos defendent et adiuvabunt. Et hoc totum[c] in debito fidelitatis eis iniungemus. Et si ipsi offenderint, quod hoc bona fide emendent[d]. (15) Nostro quoque privilegio firmamus, quod nullus archiepiscopus, nullus episcopus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus gastaldo[e], nulla magna vel parva imperii nostri persona in his, que Ianuensibus[y] consulibus et communi Ianue[y] concessimus tam in civitate Ianue[y] quam extra vel que Deo auctore in futurum concedemus, inquietare, molestare, offendere vel disvestire presumat; et si quis contra facere presumpserit, penam mille librarum auri puri componat, medietatem camere nostre et alteram medietatem ipsis Ianuensibus inferendam[f]. (16) Et ab hac die inantea non faciemus nec consentiemus fieri pacem, finem, treugam aut guerram recredutam cum Willelmo[g] Siculo vel successore eius aut aliquo alio sine parabola non coacta omnium Ianuensium consulum vel maioris partis que[h] tunc temporis fuerit.

**211.** q) *deest* 1. r) Regalia 1. s) deveniant *corr.* 1. t) studuer̃t 1; studuerunt 2. u) *inserui; deest* 1. 2. v) vel 1. w) *sic* 3; *deest* 1. 2. x) vel *add.* 2; ul *deletum* 1. y) iañ 1. z) *deest* 1. a) Busco 2. b) Malaspinam 2. c) tantum 2. d) emendet 1. e) gastaldus 2. f) conferendam 1. g) W'mo 1; Guilielmo 2. h) que 2.

(17) Ut autem auctore Domino ista sint perpetuo valitura, Guillelmus advocatus Aquisgrani per nostram parabolam et per nostrum preceptum iuravit super nos quod hec omnia observabimus.

(18) Hoc[i] est sacramentum quod consules et cives Ianuenses, qui modo sunt et futuri sunt, facient domino Friderico Romanorum imperatori et semper augusto: 'In nomine Domini, amen. Ego iuro quod ab hac hora inantea ero fidelis domino Friderico Romanorum imperatori et semper augusto, sicut de iure debeo[k] domino et imperatori meo; et non ero[l] in facto vel consilio quod perdat vitam suam vel membrum, coronam vel imperium vel honorem suum aut civitatem Ianuensem[m] vel comitatum vel eius districtum; et si perdiderit, quod absit, iuvabo eum recuperare bona fide et retinere sine fraude contra omnes homines. Et iuro quod commune Ianuense[m] faciet expeditionem ei et ostem per mare cum sua fortia bona fide absque fraude et malo ingenio: et iuvabo dominum imperatorem conquistare Siciliam et Apuliam et Calabriam et principatum Capue, quatenus ad eas partes navigio potest perveniri, et civitates adiacentes littoribus in partibus illis. Et si placuerit domino imperatori, anno presenti scilicet in Kal. Sept. vel sequenti anno per totum Madium commune Ianuense[m] faciet Sept. 1. 1163. Mai.
ei ostem et expeditionem illam cum sua forcia bona fide. Et si anno sequenti quod Deus avertat iusto et evidenti impedimento expeditionem hanc complere non poterit, postea debemus prescire[n] per annum tempus motionis, ita tamen quod fiat a Kal. Madii usque ad Kal. Sept., ita quod tunc movebit et quantotius poterit bona fide veniet ad exercitum domini imperatoris et postea non relinquet exercitum illum, nisi iustum et evidens Dei impedimentum[o] intercesserit, vel acquisitis terris supradictis aut redditis, vel licentia domini imperatoris aut eius certi missi ad hoc destinati. Et si acquisita fuerit Sicilia vel Apulia vel Calabria vel principatus Capue, iuvabunt Ianuenses[m] eum retinere, ita tamen quod non cogantur stare ibi; et si perdiderit, quod absit, imperator, recuperare bona fide contra omnes homines et nominatim contra Guillelmum Siculum et eius successores vel alium quemlibet qui aliquam illarum terrarum occupabit vel tenebit contra voluntatem domini imperatoris. Et non fatiam finem neque pacem neque treugam nec guerram recredutam cum eodem Willelmo[p] Siculo vel successoribus suis vel cum aliquo tenente aliquam supradictarum terrarum contra voluntatem domini imperatoris et absque eius parabola, et guerram inde fatiam. Et iuro, quod fatiam iurare bona fide et absque malo ingenio omnes Ianuenses[m] cives a XVI[q] annis supra et a LXX infra bona fide manu propria hoc sacramentum fidelitatis et pacti, et quod bona fide et absque fraude et[r] malo ingenio hoc observabunt, et quod iuvabunt eum bona fide retinere et, si perdiderit, recuperare totam maritimam ab Arelate usque ad Montem sancti Angeli, et quod ipsam fidelitatem observabunt domino imperatori, quam consules iurant. Et[s] iuro, quod nullum recipiam in consulatu Ianuensi[m] qui hoc sacramentum omne[t] non[u] iuraverit; et quicunque Ianuensis[m] civis sub nostro consulatu iurabit in sacramento populi, ipse iurabit, quod ipsam fidelitatem, quam consules domino imperatori iurant, itidem[u*] per se observabit. Hoc sane intellecto, quod consules Ianuenses[m] ordinare debeant de expeditione bona fide, qui ire debeant aut[v] pro civitate remanere, et sic fiat. Et omni quarto anno hoc iuramentum ab hominibus[w] Ianue[m] renovabitur, qui illud non iuraverint. Et si sciero aliquem[x] hoc iuramentum non prestitisse, consulibus communis Ianue[m] hoc manifestabo. Hec observabo bona fide, nisi quantum remanserit iusto[y] dei impedimento vel licentia domini imperatoris aut eius certi nuncii ad hec sacramenta recipienda destinati. Vassalli

**211.** i) Hoc — facient ei hominium *capita 18 et 19 des.* 3. k) debeam 1. l) *deest* 1. m) ian 1. n) scire 1. o) Dei *add.* 1. p) W° 1. q) XV 1. r) fraude et *des.* 1. s) Ego 2. t) omē 1; *deest* 2. u) *deest* 1. u*) ut idem 1. 2. v) au 1. w) omnibus 1. x) aliquam 1. y) iuxto 1.

Siculi vel omne hoc iurent vel a consulatu abstineant ex nune, donec predictus exercitus fuerit consumatus'. Ut autem auctore Domino ista sint perpetuo valitura, hoc iuramentum fecerunt Papie apud Sanctum Salvatorem in palatio imperatoris consules Ianuenses[z] Ingo de Uolta et Niuclonus et cum eis legati Ianuenses[z] nobiles viri. videlicet Lanfrancus Piper, Rogeronus de Castro, Bertramus de Marino, Ydo Guntardus et Bonusvassallus Bulferius[a], Iohannes quoque scriba eorum.

(19) Hec est conventio facta inter domnum Fridericum Romanorum imperatorem et consules Ianuenses[z], videlicet Ingonem de Uolta et[b] Niuclonem. 'In nomine Domini, amen. Ego Ingo et ego Niuclonus consules Ianuenses[z] cum legatis Ianue[z], viris nobilibus qui nobiscum sunt, videlicet Lanfranco Pipere, Rogerono de Castro, Bertramo[c] de Marino, Ydone Guntardo et Bonovassallo Bulferio[a], pro civitate nostra paciscimur et convenimus cum domino Frederico Romanorum imperatore, quod fidelitatem quam ei fecerimus et sacramentum pacti omnes Ianuenses[z] consules, qui modo sunt, iurabunt unusquisque propria manu et quicunque futuri sunt[d]. Et Ianuenses et eorum consules semper facient et observabunt omnibus successoribus eius regibus et imperatoribus Romanis, quando requisitum fuerit eis a regibus vel imperatoribus Romanis per se aut certos nuntios suos, ita quod ipsi concedant eis et confirment quemadmodum dominus imperator nobis concessit et confirmavit. Et quandocunque domino imperatori divinitus fuerit inspiratum ire contra Sarracenos in toto regno Lupi et regis Maiorice et Minorice[e], expleto octenio termino, videlicet pacis promisse ipsi regi Maiorice, commune Ianuense[z] faciet ei ostem cum sua fortia et iuvabit eum bona fide absque fraude et malo ingenio ad subiugandum[f] ea ad honorem Dei et imperii Romani, ita tamen quod totius terre et pecunie propterea capte vel[g] reddite terciam partem habeamus. Et omnes, quos dominus imperator voluerit[h], facient ei hominium'.

(20) Hec sunt nomina testium in quorum presentia hec acta sunt: Reinaldus Coloniensis archiepiscopus, Henricus Leodiensis episcopus, Ordliebus[i] Basiliensis episcopus, Hermannus Constantiensis episcopus, Hermannus Fardensis episcopus, Uto Nuwenburgensis episcopus, Hermannus Hildenesheimensis episcopis, Garsendonius Mantuanus episcopus, Ydalricus Augensis[k] abbas, Hermannus Herisfeldensis abbas, Henricus prothonotarius, Cůnradus palatinus comes Rheni frater domini imperatoris, Henricus dux Austrie[l] patruus domini imperatoris, Teodericus marchio, Otto palatinus comes de Witelinesbac, comes Albertus de Saxonia, comes Rodulfus de Phullendorf, comes Ydalricus de Lenzeburch[m], Burcardus[n] castellanus de Magdeburch, comes Emecho, Guilielmus marchio Montisferrati, marchio Obizo[o] Malaspina, Henricus Wercius marchio, comes Guido de Blandrato, Ydalricus de Hurningen, Gebeardus de Luggenberge, Marquardus frater eius, Cunradus de Aminenberc[p], Henricus mariscalcus, Bertoldus triscamerarius, Cuno camerarius, Guillelmus advocatus Aquisgrani, Hartimannus camerarius, Radegerus[q] camerarius, Sigeboto camerarius, Ubertus de Oleuale, Guido de Sancto Nazario[r], Allo vexillifer[s], Gillio de Duuara[t], Otto de Persico, Obizo[o] Bucafol et alii quam plures.

Signum[u] domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Ydalricus cancellarius vice Reinaldi Coloniensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

**211.** z) iañ 1. a) Bufferius 2, *similia.* b) *deest* 1. c) Bertrammo 1. d) sint 1. e) Mironice 1. f) subiugandam *corr.* 1. g) et 1. h) *deest* 1. i) Ordiebus 1. 2. k) augensis 1. l) dus Austurie 1. m) Lenheburch 1; Lonheburch 2. n) *sic* 3; Bucardus 1; Buccardus 2. o) Obiho 1. p) Ammenberc 2. q) Rogerus 1. r) Hahario 1. s) vexilifer 1. t) Giliodunara 1. u) Signum — imperatoris *literis elongatis* 1.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCLXII, indictione[v] X, regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius X, imperii vero VII. Datum Papie aput Sanctum Salvatorem in palatio imperatoris, post destructionem Mediolani et deditionem Brixie et Placentie[w], V. Idus Iunii: feliciter amen.

## 212. CONVENTIO CUM CREMONENSIBUS.

### 1162. Iun. 13.

*Dedit vir d. Laurentius Astegiano professor Cremonensis e codice tabularii municipalis sign. † p. 32—35 nr. 23, qui, viro cl. Holder-Egger teste, est fragmentum trium quaternionum Registri cuiusdam Cremonensis civitatis saec. XII. ex. a compluribus librariis exarati. Exemplari, quod fecerat Hippolytus Cereda b. m., usi sunt editores priores, Stumpf 'Acta imperii inedita' 192 nr. 146 et Prutz 'Kaiser Friedrich I.' I, 444 nr. 16. — Stumpf, Reg. 3952. (P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus divina favente elementia Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis, omni comuni Cremonensium et consulibus eorum, tam presentibus quam futuris in perpetuum. (1) Provocant nostre benignitatis studium devota nostrorum obsequia fidelium, quatenus circa eos propensiori simus provisione soliciti[a], qui nobis promptiori servitii semper extiterunt fidelitate obligati. Proinde quia vos consules et totum commune Cremonensium inter alias Ytalie civitates in sacratissimi imperii nostri servitio excellenter enituistis, placuit nostro serenitati, confirmationem concordie, que inter nos et civitatem vestram facta est, ad posterorum notitiam presentis scripture[b] ministerio transmittere. (2) Statuimus siquidem et convenimus vobiscum, ut quamdiu in Lombardia[c] fuerimus, quando[d] consules vestri mutandi sunt, si placuerit nobis, mittemus nuncium nostrum, qui consilio sapientium eligi faciat consules ad honorem imperii et salvamentum civitatis vestre, ac postea omnes electi consules investituram a nostra maiestate recipient. Si vero transalpinaverimus aut ultra Apenninum seu marchiam Anchone transierimus, concedimus vobis, ut secundum arbitrium vestrum cernatis consules ad servitium imperii et salvamentum civitatis, et tunc unus aut duo ex his ad presentiam nostram venient vice omnium investiendi. Et omnia regalia tam in civitate quam extra per totum episcopatum vestrum sive in aquis séu in terris seu in personis, sicut nunc habetis vel ante obsidionem Creme habuistis, in theloneis, pedaticis, ripaticis, in fodro, moneta, in banno, in omni iure regalium, et auctoritatem faciendi iustitiam unicuique infra civitatem et per totum episcopatum secundum leges et bonos mores ad concordiam civitatis — hec videlicet omnia de manu imperiali recipient, et nominatim castra hec: Suncinum et Sanctum Bassianum et Pizumguitonem et Castellum Novum, quod est in episcopatu Laudensi. (3) Sane ut pro his regalibus omnibus vos consules presentes et quicunque futuri estis nobis et successoribus universis nostris regibus et imperatoribus ducentas marchas argenti boni in festo sancti Martini annuatim persolvatis atque, ubi requisierimus ac mandaverimus in Lombardia[c], nunciis nostris certis bona fide presentetis[e], excepto eo

**211.** v) indic̃. 1. w) placẽnt 1.
**212.** a) soleiti c. b) presenti scriptura c. c) Lobardia c. d) quado c. e) presentes c.

anno quando imperiale fodrum per Lombardiam accipiemus et per Cremonensem episcopatum similiter id colligemus; tunc prescripte pecunie id est ducentarum[f] marcarum dationem non prestabitis. Pro fidelitate autem vestra fodrum infra muros vestre civitatis et suburbio eius vobis in perpetuum concedimus. (4) Instituimus[g] etiam, ut successores nostri reges et imperatores eandem concordiam et idem pactum, quod nos vobiscum facimus, firmum et stabile conservent ac scriptis suis corroborent: et vos similiter eadem fidelitate et conventione, que inter nos et vos firmata est, illis perpetuo teneamini. (5) Nullus autem apud vos in consolatu[h] accipiatur, qui non iuret, se hanc pensionem in suo consulatu et termino prescripto soluturum, quando per certum nuncium fuerit requisitum, et in consolatu nemo recipiatur, nisi nobis aut successoribus nostris regibus seu imperatoribus fidelitatem iuret, si necdum iuraverit. (6) Quicumque vero iurat sacramentum in introitu consulatus, hoc nominatim iurabit, ut guidabit et reget populum Cremonensem intus et foris ad fidelitatem et honorem ac servitium nostrum et salvamentum civitatis: et semper interseretur in sacramento et consulum et aliorum, quod fidelitatem servabunt nobis sine fraude et malo ingenio, et fraude non omittent[i], quin mandata, que fecerimus per debitum fidelitatis vel per nos vel per certas nostras literas, bona fide attendant. (7) Volumus etiam, ut cum nulla civitate coniurationem sine parabola nostra faciatis: et quolibet quinto anno sacramentum fidelitatis nostre renovari faciatis ab illis qui nondum fecerunt. (8) Pro fidelitate autem et servitio, quod vos Cremonenses gloriose nostro exhibuistis imperio, hoc vobis munifica largitate concedimus, quod milites et burgenses, qui in castello Creme habitant imperio rebellantes et quos in banno nostro posuimus, nunquam a banno nostro absolvemus nec in gratiam nostram eos vel heredes eorum recipiemus, nisi in presentia nostra et consulum Cremone iurent, quod inter Ticinum et Adduam non habitabunt, nec in his civitatibus et episcopatibus subnotatis, videlicet Pergamensi, Brixiensi, Mantuano, Parmensi, Placentino, nec in episcopatu Cremone nec in terra Cremensi unquam habitabunt, nisi per parabolam nostram datam ex voluntate consulum Cremonensium, qui nunc sunt vel futuri sunt, ita quod hanc publice in contione pronuncient. (9) Villas autem omnes, quas habebant Cremenses, in nostro habebimus dominicatu et potestate atque dominio, excepto castello et burgo Creme, quod nostra vobis munificentia concedimus. Quod si episcopus Cremone aut civis aliquis Cremone de aliqua villarum ipsarum querimonia habet, nos ei iustitiam pro debito faciemus. Porro ville omnes ille iurabunt stare ad mandatum nostrum aut certi nostri missi ad hoc destinati. Murum quoque nec fossatum nec fortiam neque burgum novum in toto episcopatu Cremonensium facient. Omnes autem villani prenominati in presentia missi nostri et consulum Cremonensium iurabunt, quod personas et res Cremonensium per totam suam terram salvabunt et non erunt in consilio vel facto, quod Crema vel aliquod castellum seu fortia infra terminos in Cremonensium privilegio designatos relevetur aut rehedificetur vel de novo construatur. Si [quis] autem hoc facere temptaverit[k], bona fide iurabunt defendere. (10) Quod si aliquis militum Cremensium per parabolam nostram datam ut supra Cremone habitaverit, de terra Cremensium nullo modo se intromittet, nec consules id sine nostra permittent parabola. (11) Imperiali quoque magnificentia nostra sancimus, a prefatis villanis eadem sacramenta quolibet quinto anno renovari, et econtra personis ac rebus ipsorum villanorum pacem firmissimam per consules Cremonenses in publica contione iurari: utque homines de Suncino et de Pizeguitono et de Sancto Bassiano ac de ceteris burgis ac villis Cremonensium, que vicine sunt, similiter faciant, imperatoria iussione nostra decernimus. (12) Statuimus ergo et imperialis nostre auctoritatis confirmatione roboramus, quatenus hec a

212. f) ducetarum c. g) investimus c. h) cosolatu c. i) emittent c. k) temtaverit c.

nobis inter imperium et civitatem vestram facta atque corroborata concordia perpetuo rata et inconvulsa permaneat. Et de omnibus suprascriptis commune Cremone et consules investimus ita, ut quod in hac pagina prescriptum est, a nobis ac successoribus nostris regibus et imperatoribus vobis ac civitati vestre stabiliter conservetur, et vos ac vestra civitas nobis ac nostris successoribus regibus et imperatoribus in his, que similiter prescripta sunt, tam in pactione quam fidelitate perpetuo sitis obligati. (13) Et ut hec nostre serenitatis preceptio perpetuum sue firmitatis robur obtineat, presentem huius attestationis paginam manu propria roborantes maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri.

(14) Nomina hec sunt consulum Cremonensium, qui investituram hanc nomine totius communis Cremone ac ceterorum consulum a manu imperiali receperunt: Gilius de Dovaria, Oto de Persico, Bernardus Pizinus. Aliorum consulum nomina hec sunt: Anselmus de Dovaire, Oto Brugnolus, Ponzius Girordi, Marchisius Marianus, Iaginus de Persico, Pizo de Burgo, Marchius Vetulus.

(15) Hec autem nomina sunt testium, principum videlicet et baronum ac militum, qui huic investiture interfuerunt: dominus Reinaldus Coloniensis[l] archiepiscopus et Ytalie archicancellarius, episcopus Verdensis, marchio Albertus de Saxonia, comes Immicho[m], castellanus Magdaburgensis[n], comes Gevehardus de Luchenberch, Bernardus de Hurstmere, marchio Montisferrati Guilielmus, marchio Opizo Malaspina, Guilielmus frater eius, comes Blandratensis Guido, Rainerius et Assalinus de Sancto Nazario, Opizo Bucafol, Roierius Catas, Albericus Ermizonis, Albertonus Serenus, Muniginus de Tizingo, Pegora, Albertus Bonusfilius, Ribaldinus de Sancta Agatha.

Signum domini Frederici (M.) Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Reinaldus Coloniensis[o] electus archiepiscopus et Italie archicancellarius recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo secundo, indictione decima, regnante domno Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius decimo, imperii vero septimo.

Data Ydibus Iunii, extra portas civitatis Papiensis apud Sanctum Salvatorem, ubi capella domni imperatoris erat. In nomine Domini: feliciter amen.

## 213. CONVENTIO CUM RAVENNATIBUS.

1162. Iun. 26.

*Dederunt* (B) *Bethmann ex transsumto coaevo, quod scripsit* Milanensis Dei gratia Ravennas tabellio et notarius comunis civitatis Ravennae. *tabularii S. Apollinaris Classensis iam in bibliotheca publica Ravennate servati, et* (F) *Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 171 nr. 130, et ipse e transsumto coaevo eiusdem proventus, sed nescio, an ex eodem. — Stumpf, Reg. 3955. (P. deest.)*

(C.) In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. (1) Dignitas et excellentia Romani imperii, quae ab ipso pietatis fonte manavit, pie semper agere consuevit, et imperatorem vel prin-

212. l) colonesis c. m) Immido c. n) Magdab c. o) Colonosensis c.

cipem nichil magis quam clemencia decet, cuius consilia, cuius opera in omnibus et per omnia ex clemenciae dulcedine semper debent exuberare. Nos igitur nostrorum antecessorum divorum augustorum regum et imperatorum honesta exempla sequentes, qui civitates preclaras, quas imperio et sibi fideles ipsarum rerum experientia fuisse didicerant, maiori affectu dilexerunt et congruis honoribus semper ditaverunt, idem sapere, id ipsum et facere pio[a] zelo intendimus, ipsasque civitates, quas[b] fides commendat et perseverantiae constancia illustrat, non minori gratia fovere amplecti et diligere decrevimus. (2) Inter quas quoniam civitatem Ravennam temporum antiquitate et honorum dignitate et operum strenuitate fideique sinceritate pre cunctis civitatibus Italiae gloriosam et famosam semper fuisse audivimus, et circa exaltationem imperialis coronae fide, meritis[c] et preclara operum exibicione prepotentem et ferventiorem ab antiquo claruisse veraciter persensimus, ipsam civitatem Ravennam ex cara cariorem deinceps habere[d] cupimus eiusque concives[e] universos tanta dilectionis et gratie prerogativa duximus honorandos, ut sicut ipsa civitas Ravenna inter alias urbes Italie caput suum per titulos honoris magnificentius extulit, ita etiam largitiones imperiales et beneficiorum donaria in ea splendidius eluceant. (3) Eapropter cognoscant universi fideles imperii presentes et futuri, quod Ravennates omnes, capitanei, valvasores et omnes, qui non iuraverunt fidelitatem domno imperatori Friderico[f], debent iurare sicut illi qui iuraverunt. Et isti consules, qui modo positi sunt in Ravenna, et qui in posterum ponendi sunt, auctoritate domni imperatoris semper debent poni et stare. (4) Ravennates quoque debent eligere consules in presentia legati domni imperatoris, si apud eos fuerit, ad honorem et servitium domni imperatoris et salvamentum terre: quos legatus domni imperatoris debet confirmare. Si vero imperator fuerit in Romania vel in Feraria, maior pars consulum debet ire ad curiam domni imperatoris et debet accipere investituram consulatus ab imperatore. Quod si in Romania vel in Feraria non fuerit, ubicumque fuerit in Italia, duo de consulibus debent ad eum ire et debent ab eo accipere investituram. Quod si inperator fuerit in Alamania, non ibunt ad ipsum pro consulatu. (5) Et consules electi debent placitum et districtum per domnum imperatorum tenere secundum bonum usum terrae et secundum quod inferius declarabitur. Et si forte illi, qui consules fuerint positi, non iuraverunt fidelitatem domno imperatori, iurare debent. Et sacramentum fidelitatis in quinto anno semper debent renovare a XV annis supra et a LXX infra. Et debent iurare, omnia regalia et iustitiam et civitatem Ravennam ad serviciun et honorem[g] et fidelitatem domni imperatoris conservare, exceptis regalibus quae per iustum feudum vel per iustum privilegium tenent ecclesiae Ravennae et capitanei Ravennae et alii Ravennates, tam in Ravenna quam extra, exceptis domibus quae in civitate et suburbiis in regalibus posite sunt. Cetera omnia regalia, quae tenent Ravennates in civitate et foris, resignabunt domno imperatori, quae pertinent ad districtum Ravenne, et iuvabunt bona fide recuperare et ad servitium domni imperatoris tenere. (6) Maltollectum[h] licet domnus imperator ex toto pro regali iustitia exieret[i], tamen pro peticione principum et dilecti Ravennatis electi et capitaneorum et amore Ravenne dimidiam partem comuni civitatis Ravenne dimisit, alteram autem partem ad specialem suum fiscum sibi retinuit. Pensionem vero ecclesiarum et[k] aliorum Ravennatum, quam[l] per neglegenciam sive per violenciam Ravennates usque modo non solverunt, in integrum solvant, caput[m] tantum et quod[n] non solverunt domnus imperator eis relaxat, ita quod non noceat racionibus eorum; eo tamen tenore, quod de cetero iura enfiteosis et cuius-

213. a) pro *F.* b) ipsamque civitatem quam *B.* c) m̄tis (mentis?) *B.* d) abere *F.* e) civitatis *B.* f) Frid. imp. *F.* g) onorem *F.* h) maltolettum *F.* i) *sic pro* exigeret. k) quam *F.* l) quae *B. F.* m) *sic F;* cap̄ *B, quod solvit in* capitanei. n) qui *B.*

cumque[o] contractus rectum cursum suum et in posicionibus[p] et in renovacionibus secundum tenorem instrumenti teneant. (7) Item possessiones, quas per violentiam non detinent, concedit domnus imperator Ravennatibus renovare[q]. Quod si renovare contemserint, liceat dominis ab eis iusticiam exiere. De cautionibus vero secundum quod in eorum instrumentis continetur, ita teneatur[r]. Novae autem cartae, quae de possessionibus Ravennatum in contencione sunt, nulli prosint nec obsint. (8) Domnus vero imperator promisit coram principibus curiae et capitaneis, quod rationem et iusticiam faciet[s] Ravennatibus ecclesiis et capitaneis et ceteris Ravennatibus de Feraria et Placentia et Faventia et Forolivii et Foropompilii et Cesena ac[t] Bretenoro et Arimino et de aliis terris sibi violenter ablatis. Similiter vero iusticiam faciet[s] prefatis terris, si aliquam iustam querimoniam habuerint adversus Ravennam. (9) Quod si forte domnus imperator ad partes Ravennae cum exercitu venerit, non debet cum exercitu in possessionibus eorum et ecclesiarum hospitari a strata inferius, set si voluerit, cum domna imperatrice et cum principibus suis sine exercitu Ravennam et alias possessiones Ravennatum intrare: cum debito honore et reverencia sicut in domo propria suscipietur. (10) Insuper domnus imperator stratam aquae Padi versus Ravennam expediet, quando potuerit. Si vero illi, qui eam clauserunt, pro precepto domni imperatoris aperire noluerint, domnus imperator eos in banno suo quasi hostes[u] imperii ponet.

Haec sunt nomina principum in quorum presencia haec acta sunt: Rainaldus Coloniensis archiepiscopus et Italiae archicancellarius, Conradus Maguntinus electus, Ulricus patriarcha Aquileie, Guido Ravennas electus, Henricus Leodiensis episcopus, Hermannus Verdensis episcopus, Hermannus Hildenesheimensis[v] electus, Hermannus Heresveldensis abbas, Aichardus Parmensis episcopus, Conradus palatinus comes Reni frater domni imperatoris, Henricus dux Austrie vitricus domni imperatoris, Fridericus dux Suevorum regis Conradi filius, Hermannus dux Karinthie[w], marchio Albertus, Otto palatinus comes de Witelinesbac, comes Emerco[x] de Liningen, dux Udalricus, dux Bolezlaus, Burcardus castellanus Magdeburgensis, comes Conradus de Albech, comes Diepuldus de Leskemunde[y], comes Gebehardus[z] de Luckenberg et frater eius Marcualdus, Ulricus de Urningen[a], Henricus mariscalcus, Bertuldus triscamerarius, Cono camerarius de Minzenberg[b], Hermannus camerarius, Rodigerius camerarius, Sigibodus[c] camerarius, et alii quamplures.

Signum domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi (M.).

Ego Udalricus cancellarius vice Rainaldi Coloniensis[d] [archiepiscopi et] archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCLXII, ind. X, regnante Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius X, imperii vero VIII. Dat.[e] in territorio Mutinensi, in plano castri Savignani, post destructionem Mediolani, VI. Kal. Iulii: feliciter amen.

**213.** o) cuiusque *F.* p) pensionibus *F.* q) renovari *B.* r) teneant *B.* s) faciat *F.* t) et *F.* u) ostes *F.* v) Hildeneshemiensis *B. F.* w) Hermandus dux Car. *F.* x) Enerco *B.* y) Kemunde *B.* z) Geberadus *B*; Gebardus *F.* a) Uringen *B.* b) Mingenberg *F.* c) Sigibertus *B.* d) Coloñ *B*; archiepiscopi et *des. B. F.* e) Datum *F.*

# 214. CONVENTIO CUM LUCENSIBUS.

1162. Iul. 9.

*Damus e duobus libris copiariis civitatis Lucensis, iam in tabulario regio asservatis*[1], *qui sunt 1) liber folii maximi sign. Capitoli I. membr., foliorum 48 diversae indolis, saec. XIII. et XIV. diversis manibus exaratus; folia 17—24' continent praecepta imperatorum usque ad Ottonem IV. manu saec. XIII. ex., quae scripturam diplomatum imitatur, scilicet Aliotti notarii, exemplata e Registro communis Lucani; fol. 17 legitur privilegium nostrum; 2) liber membranaceus in 4° sign. Capitoli II, foliorum octo, una manu saec. XIII. ex. exaratus, qui continet diplomata imperatorum eadem, quae leguntur in codice 1 fol. 17—24' et praeterea diplomata Friderici II. imperatoris, inter quae ultimum datum est a. 1248. m. Dec. Vercellis (Böhmer, Reg. imp. V, 3745). Neuter codicum ab altero pendet. Praetermisimus apographa recentiora, quae exstant in codice tabularii regii sign. Capitoli IV saec. XVI.*[2] *et in tribus libris bibliothecae publicae Lucensis*[3]. *Editio Barsochinii 'Memorie e documenti del principato Lucchese' I, 186 codicem 2 adhibuisse videtur. — Stumpf, Reg. 3958.* *(P. deest.)*

⁞ In[a] nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. ⁞ Dilectis fidelibus suis consulibus Lucanis et universo populo tam presentibus quam futuris imperpetuum. (1) Sinceritas eximie vestre fidelitatis, qua[b] inter ceteras imperii nostri[c] civitates hactenus erga nos excellenter enituistis[d], nos invitat ad futurorum memoriam scripture ministerio declarare[e], qualiter in conspectu[f] nostri dilecti Rainaldi Coloniensis archiepiscopi electi et Ytalie archicancellarii et imperatorie nostre maiestatis legati in Burgo qui dicitur Sancti Genesii, in ecclesia sancti Christofori, Rossus, Guadardus et Guillelmus[g] maiores Lucane[h] civitatis consules quisque per se ad sancta Dei euangelia iuravit ita:

(2) 'Ego ab hac hora inantea fidelis ero domino Frederico[i] Romanorum imperatori[k], sicut de iure debeo domino imperatori meo, et non ero in facto vel in consilio sive auxilio, quod perdat vitam vel membra sua vel coronam vel imperium seu honorem suum, vel[l] in captione aliqua contra voluntatem suam teneatur; et bona fide iuvabo eum retinere coronam et[m] honorem suum, et nominatim civitatem Lucam et eius comitatum, et quecumque regalia de iure in ea debet habere intus vel foris. Hec omnia contra omnem hominem[n] adiuvabo eum retinere bona fide, et si perdiderit, recuperare, et credentias suas, quas per se vel per suum certum missum vel suas certas litteras michi significaverit, bona fide celabo, et precepta eius[o], que michi fecerit de pace servanda vel guerra in Tuscia facienda sive de regalibus suis, adimplebo, nisi per parabolam domini[p] imperatoris vel domini archicancellarii vel eius certi missi remanserit. Et fodrum ei per episcopatum et comitatum Lucanum bona fide recolligi iuvabo, cum ab eius certo misso ad hoc destinato requisitus fuero. Et homines civitatis Lucane idem sacramentum fidelitatis domini[q] imperatoris pro posse meo iurare faciam bona fide. Et stratam non offendam et ne ab aliquo offendatur bona fide pro

214. a) In — augustus *literis elongatis in* 1. b) quam *corr.* 2. c) nostre *corr.* 2. d) inienistis 1; inituistis 2. e) declarares *corr.* 2. f) cospectu 2, *sequitur* dñi *deletum.* g) Guillus 1. 2. h) lucañ 1. 2. i) dñi Frederici 1; dñi F. 2. k) imperatoris 1. l) quod *add.* 1. m) et hon. suum *des.* 1. n) hominem *deest* 1. o) eius *corr. ex* meius 2. p) dõni 1; domni 2. q) dompni 1; dõni 2.

1) *Cf. 'Neues Archiv' III, 112.* 2) *V. ibid. 113.* 3) *Mss. 46; V, 4 et liber impressus XXXII, 2; v. 'Archiv' XII, 712. 715. 717.*

posse meo defendam et vindicabo. Et dabo domino imperatori Frederico[r] in expeditione versus Romam et Apuliam et Calabriam milites viginti, et ad illos terminos, quos dominus imperator per se vel per certum suum[s] missum ad hoc nobis[t] destinatum imposuerit michi[u]. Et conventionem factam de pecunia quadringentarum librarum annuatim solvenda observabo. Et nullum recipiam in consulatu qui hoc sacramentum de pecunia solvenda non iuret. Hec omnia observabo, nisi quatenus[v] remanserit per parabolam domini[w] imperatoris vel domini archicancellarii vel alterius sui certi missi nominatim ad hoc destinati. Que[x] quidem omnia acta sunt in presentia comitis Gerardi et comitis Aldibrandrini et comitis Alberti et quorumdam consulum Pisanorum, Florentinorum[y] et Pistoriensium et aliorum multorum, anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo secundo[z], sexto Ydus[a] Iunii[b], indictione decima. Iun. 8.

(3) Postea in eodem mense et anno aliquantis diebus interpositis, videlicet Ydus[a] Iun. 13. Iunii[b], Lambertus filius Solatte et Guiduccius et Catollus[c] maiores Lucane civitatis consules eodem modo et ordine infra Lucanam civitatem in publico parlamento, in presentia prelibati[d] archicancellarii et[d] aliorum quamplurium prope ecclesiam et canonicam sancti Martini Lucani episcopatus totum suprascriptum fecerunt.

(4) Concordia vero inter nos et Lucanos[d] consules quomodo sit vel esse debeat[e], per eumdem[f] Rainaldum[g] Coloniensem electum et archicancellarium Ytaliae atque imperatorie maiestatis legatum facta talis est: videlicet quod ipsi[d] consules a proximis Kalendis Augusti usque ad sex annos debent omnia regalia, que habent tam in civitate Aug. 1. quam extra, salvo[h] fodro domini[d] imperatoris extra civitatem, libere tenere, dando in purificatione beate Marie in unoquoque anno domino Frederico[i] Romanorum imperatori Feb. 2. vel suo certo misso nominatim ad hoc delegato quadringentas libras Lucane monete publice probate: et ipsis sex annis transactis ipsa prelibata regalia prelibato domino[k] imperatori reassignabunt[l] et libere dimittent. Et hec omnia observabuntur, nisi in[m] quantum remanserit per parabolam predicti Frederici[n] imperatoris vel eiusdem Rainaldi[o] Coloniensis electi et Ytaliae archicancellarii vel sui certi missi ad hoc destinati.

(5) Preterea dominus imperator concedit civitati Lucane, ut eligant[p] omni anno ex se consules quos voluerint, qui debeant iurare ita videlicet, quod guidabunt et regent populum et civitatem Lucanam ad honorem Dei et servitium domini imperatoris Frederici[n] et ad ipsius civitatis salvamentum. Et ex ipsis[d] consulibus, qui electi fuerint, ibunt omni anno in presentia ipsius domini Frederici[q] imperatoris, si in Ytalia fuerit[r], aut unus si in Alamania fuerit, recepturi investituram a domino imperatore vice omnium. Et si domino[d] imperatori placuerit, quod Luce solvant .. duci[1] solidos[s] mille[t], quos convenerunt, tanto minus domino[d] imperatori de[u] predicta pecunia usque ad predictum terminum solvere debent: alias secundum predictum ordinem totam solvere debent. Item[d] consules, qui fuerunt electi[v] omni anno, si non habuerint iuratam domino imperatori[w] fidelitatem, eam iurare debent.

(6) Et hanc totam conventionem per nostrum mandatum et auctoritatem ab eodem Coloniensi electo et Ytalie archicancellario factam presentis pagine scripto corroboramus ac sigillo nostre maiestatis confirmamus. Hec autem omnis concordia firmata et habita est inter nos et Lucanam civitatem per Rainaldum[x] Coloniensem electum[y]

**214.** r) F. 2. s) suum certum 2. t) nobis *deest* 1. u) michi imp. 2. v) *alia manu corr. ex* quantum 2. w) dompni 1. 2. x) Quem *corr.* 2. y) *sequitur iterum* Pisanorum *iam deletum* 2. z) LXII 2. a) Idus 2. b) Iulii 1. 2. c) Catolus 2. d) . . *add.* 1. e) debent 2. f) eūdem 1. g) R. 2. h) salvos *corr.* 2. i) F. 2. k) dōno 2. l) resignabunt 2. m) ī *alio atramento intercalatum* 2. n) Federici 1; F. 2. o) R. 2. p) elligant 1. 2. q) F. 2. r) fuerint *corr.* 2. s) ſ· 1. 2. t) M. 2. u) de — terminum *des.* 1. v) ellecti 2. w) dñi imperatoris 1. 2. x) R. 2. y) ellectum 2.

1) *Welfoni.*

legatum nostrum et prenominatos Lambertum et Guillelmum Lucane civitatis consules pro[z] se et sociis suis consulibus in predicto Burgo sancti Genesii, in domo Rambotti, in presentia Rolandi de Octauo, Tignosi causidicorum, Dati quondam Cherinchi, Malusi, Uberti Sandei et aliorum: dominice incarnationis anno millesimo centesimo sexagesimo secundo, septimo Ydus[a] Iulii, indictione[b] decima.

§ Signum[c] domini Frederici Romanorum (M.)[d] imperatoris invictissimi. §

---

# 215. 216. CONCORDIA CUM COMITIBUS BARCINONAE ET PROVINCIAE.

## 1162. (Iul. – Aug. 18.).

### 215. *FORMA CONCORDIAE. (c. Iul.)*

*Damus ex autographo in tabulario Massiliensi asservato (Chambre des comptes B. 285) a viro d. Arndt descripto, collata editione Stumpfii in 'Actis imperii adhuc ineditis' p. 728 nr. 523, quae nititur exemplari viri cl. Ficker. In adnotatione capitis 7 laudata est secundum Stumpfium apographon sacc. XII. eiusdem tabularii, quod lapsum calami autographi emendare videtur. Raimundum Berengarium IV. comitem Barcinonae et gubernatorem regni Arragoniae, priusquam fratruelis Raimundus comes Provinciae feoda per pactum promissa ab imperatore recepisset, a. 1162. Aug. 6 mortuum esse, e Cafari Ianuensis Annalibus (SS. XVIII, 34) docemur. Edita est forma a Petro de Marca 'Marca Hispanica' c. 1331. — Stumpf, Reg. 4537a. (P. deest.)*

Hec est concordia facta inter imperatorem Romanorum F. et comitem Barcilonensem R. et filium fratris eius comitem Provincię R.

1. Imperator concedit et dat in feodum comitatum Provincię, sicut tenet nunc comes Barchilonensis et predecessores eius tenuerunt, a Durentia scilicet usque ad mare et ab Alpibus usque ad Rodanum, et sicut divisit cum comite Amfuso. et quod habet ultra Durentiam sive in Aviniona seu aliis castris cum omnibus pertinentiis suis et pertinentibus ad regale seu imperiale servicium.

2. Insuper dat ei in feodum civitatem Arelatensem ita, ut omnes cives sint ad eius fidelitatem et servicium, sicut esse deberent ad servicium ipsius imperatoris, tam milites quam populares, ita quod omnia regalia ipsius sint, tam in monetis quam in portubus et in ripaticis, pratis, pascuis, salinis et omnibus aquis aquarumque decursibus, et omnino omnia hec quę ad ius imperiale spectant, excepto eo quod archiepiscopus et ecclesia Arelatensis habet vel habuit a centum annis retro in ea.

3. Preterea dat ei in feodum comitatum de Forochalkerii cum omnibus regalibus suis pertinentibus ad comitatum, ita quod idem comes de Forochalkerii faciat hominium et fidelitatem comiti Provincię quemadmodum deberet imperatori, et si noluerit, perdat comitatum.

4.[a] Comes Provincię iurabit fidelitatem domino imperatori F. contra omnes homines et hominium faciet ei et servicium faciet imperio pro supradicto feodo. Pro regalibus

214. z) et pro 2. a) MCLXII. VII. Idus 2. b) ind. 2. c) *lit. el. in* 1. 2. d) *signum in* 2 *post vocem* imperatoris.

215. a) *abhinc ante cuiusque capitis initium est signum* § *in or.*

autem, que concedit ei tam in Arelate quam in supradicto feodo, dabit singulis annis in purificacione sancte Marię apud Arelatum tam ipse quam eius successores imperatori eiusque successoribus regibus et imperatoribus quindecim marcas auri boni ad iustum pondus Coloniense. Et comes faciet nuncium eius secure conduci et ei bene serviri per totam terram suam. Et cum placuerit imperatori intrare Provinciam seu civitatem Arelatensem, tam comes quam comitatus et civitas et tota terra sint ad eius fidelitatem et servicium et mandatum.

5. Comes etiam Provincię dabit domino imperatori duodecim milia marbutinorum bonorum et dominę imperatrici II milia et curię mille usque ad nativitatem Domini. *Dec. 25.*

6. Comes quoque Provincię dominum papam Vic(torem) recipiet et per totam terram suam tanquam catholicum et universalem papam recipi faciet, et obediet et ei obediri faciet bona fide absque fraude et malo ingenio, et legatos suos recipiet. Et si aliquem episcopum dominus papa Vic(tor) deposuerit, comes eum non manutenebit, et laborabit bona fide, quod alius substituatur qui ei obediat. Rolandum autem et eius cardinales ceterosque nuncios eius terram suam intrare non permittet, et ubicumque poterit bona fide capiet eos et tanquam hostes tractabit. Si quos etiam dominus imperator in banno suo posuerit, eos comes Provincię tanquam hostes persequetur.

7. Postquam comes Provincię investitus fuerit a domino imperatore de his que suprascripta sunt et fidelitatem iuraverit et hominium prestiterit secundum quod suprascriptum est, tunc si placuerit comiti Barzilonensi et nepoti eius comiti Provincię, inpetere Hugonem de Balzio de periurio et hominio[b], et Hugo se defendere noluerit aut confessus fuerit, dominus imperator de hoc insticiam faciet secundum quod curia eius dictaverit. Si autem de tradicione et felonia eum appellaverint, et Hugo se defendere per pugnam in propria persona contra suum parem ad laudamentum curię noluerit vel si in pugna victus fuerit vel confessus in pugna vel extra pugnam, dominus imperator Balzium dabit in feodum comiti Provincię, et Hugo terram suam et honorem amittet, et imperator eum de cetero non manutenebit, nec in hoc negocio matrem vel fratres Hugonis manutenebit. Si autem Hugo se per pugnam defenderit, comes Barchilonensis et comes Provincię facient iusticiam Hugoni in curia domini imperatoris. Balzium autem nunc reddent in potestatem nunciorum domini imperatoris, quos ad hoc destinaverit, et nec ipsi per se nec per alios auferent a potestate domini imperatoris vel nunciorum suorum, et si necesse fuerit, adiuvabunt eos retinere bona fide.

8. Quecumque vero a comite Provincię domino imperatori promissa sunt et in sacramento fidelitatis non firmantur, hec et alia, quęcunque in supradictis promissa sunt, in complemento concordię securitatibus convenientibus domino imperatori firmabuntur. In proximis vero Kalendis Augusti comes Barzilonensis et comes Provincię *Aug. 1.* venient ad curiam et supradicta complebuntur. Statuimus etiam, quod nepti nostrę R.[1] nunc comitissę Provincię semper dos eius salva permaneat.

## 216. *INFEODATIO COMITIS PROVINCIAE.* *Aug. 18.*

*Autographo in tabulario Massiliensi non iam exstante, vir d. Arndt in hoc tabulario exscripsit seu contulit* 1) *transsumtum factum* in claustro S. Salvatoris de Aquis anno Domini MCCLXXIII. XVI. Kal. Aprilis, *cuius in fine bulla aurea describitur;* 2) *apographon in Libro aureo saec. XIV. fol. 86, quod fere totum adhibitis chimicis corruptum*

215. b) homicidio *apographon saec. XII.*

1) *sc. Richildi filiae Wladislai II. ducis Poloniae et Agnetis sororis germanae Conradi III. regis, viduae Alfonsi II. regis Castellae, iam nuptae Raimundo comiti Provinciae; cf. Ep. Wibaldi nr. 391 apud Jaffé 'Bibl. rer. Germ.' I, 523.*

*est*[1]. *His subsidiis et ope editionum* 3) *Martenei 'Collectio amplissima' I, 860 e codice quodam Colbertino*[2] *et* 4) *H. Bouche 'Histoire chronologique de Provence' II, 132, qui autographo tabularii regii Aquensis usus esse videtur et ipse bullam auream descripsit, textum sincerum restituere confisi, adnotavimus nimirum potiores lectiones* 5) *editionis quae est in Monumentis historiae patriae 'Leges municipales' p. 41, quae Libro Statutorum civitatis Niciae niti videtur et* 6) *apographi tabularii camerae rationum Taurinensis (camera de' conti), Registro Titoli per Feudi, Mazzo P. vol. 22 nr. 58, nescio cuius saeculi, iam olim a viro b. m. Bethmann comparati. Textus 6 et editionis 5 satis variatus et imprimis in nominibus testium vitiatus est. Privilegium transscripsit partem Formae concordiae, quam litteris minoribus insigniri iussimus. — Stumpf, Reg. 3963.* *(P. deest.)*

In[a] nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia[b] Romanorum imperator augustus. (1) Cum Romani imperii dignitas, sicut nulli mortalium in dubium venit, per se principaliter ac singulariter nullo nisi divino innixa podio[c] totius honestatis omniumque virtutum sit adornata fulgoribus, tanto[d] conparacione solis, quam habet ad alia sydera, excellentiori gloria et magnitudine[e] omnia regna et reliquas potestates vel dignitates videtur precellere, quanto illustrium principum ac sapientum virorum, qui portant orbem, ampliori numero et merito decoratur. Unde nos, qui divino munere Romani orbis regimus[f] habenas, preclara merita fidelium, devocionem ac fidem amicorum pre[g] oculis semper habentes et imperialibus beneficiis, que vel immeritis prestari consueverint[h], remunerare cupientes, sub taciturnitate et silencio velut ingrati nec debemus preterire nec possumus. (2) Verum per presentes apices ad noticiam universorum imperii fidelium deducere[i] et dignum ducimus palam omnibus declarare, quam sincera, quam diligens[k], quam prona et quam fervens circa gloriam et honorem imperii et circa nostram dilectionem fides et devotio nostri karissimi Raimundi Barcilonensis[l] comitis et illustrissimi principis extiterit. Et revera magnifica eius obsequia et preclara opera subsecuta apertius[m] declarassent, quante fidei ac devotionis circa nostram personam fuerit, nisi divina vocante gratia, que aufert spiritum principum, de medio ipse sublatus fuisset. De cuius indigno obitu non possumus in perpetuum non dolere. Huc accedit[n] quod nostra precordialis dilectio erga tantum ac talem[o] amicum ociosa esse nullatenus potuit, presertim cum eius amorem sincerum et studium circa personam et honorem karissime neptis nostre Richildis[p] Spaniarum[q] regine oculata fide perspexerimus[r] et ipso rerum effectu veraciter esse probaverimus. (3) Eapropter cognoscant universi fideles imperii presentes et futuri, quod nos ob[s] memoriam tante fidei ac dilectionis, que a nostro corde nunquam[t] recedet, eiusdem prefati comitis, karissimi amici nostri, nepotem Raimundum scilicet predicte neptis nostre illustrem maritum vice patrui cum plenitudine dilectionis et gratie amplectimur[u] et diligimus eique sicut dilecto et fideli principi nostro eiusque heredibus omnibus comitatum Provincie concessimus et in feudum dedimus, sicut tenuit eum comes Barchilonensis[v] et predecessores eius incliti principes tenuerunt, a Durencia scilicet usque ad mare et ab

**216.** a) In — Trinitatis *des.* 3. b) gratia 3. 4. c) nixa presidio 5; tuta presidio 6. d) tanta 1. 2. 5. 6. e) celsitudine 5. 6. f) regiminis 1. 2. 6; gerimus 3. g) pro 1. 2. h) prestare (portare 3) consuevimus 3—6. i) *deest* 4. k) quam preclara *add.* 5. 6. l) Barchinon. 3. 4 *semper.* m) *deest* 5. 6. n) Hinc accidit 3. o) talem ac (et 4. 5) tantum 3—6. p) *sic* 3. 4; Rich' 1. 2. 5; Rech' 6. q) Hispaniarum 3. 4. r) perspeximus 3—5. s) *deest* 3. t) *deest* 5. 6. u) amplectamur 1. 2. v) Barcinonensis 2.

1) *Praeterea exstat privilegium, Arndtio teste, in chartulario B 2 membr. saec. XIV. fol. 18' et iterum in 'Libro aureo fol. 457 manu saec. XV.* 2) *Cuius scripturas viliores adnotare supersedimus. Editionem Martenei repetivit Brussel 'Nouv. examen des fiefs' I, 79. C. F. Bouche 'Essai sur l'hist. de Provence' II, 132 neque nostrum neque alia diplomata continet. Marca 'Marca Hispanica' c. 1331 praebet Formam concordiae.*

Alpibus usque ad antiquum Rodanum, et sicut divisit cum comite Amphuso[w], et quod habuit ultra Durenciam, sive in Aviniona[x] seu[y] aliis castris, cum omnibus pertinenciis suis[z] et[a] pertinentibus[b] ad regale seu[c] imperiale servicium. (4) Insuper concessimus ei[d] in feudum civitatem Arelatensem, ita ut omnes cives sint ad eius fidelitatem et servicium, sicut[e] esse deberent ad servicium nostrum, tam milites quam populares, et quod res et[f] omnia regalia ipsius sint tam in monetis quam portibus, ripaticis, pratis, pascuis, salinis et omnibus aquis aquarumque decursibus et omnia omnino[g] hec que ad ius imperiale spectant, excepto eo quod archiepiscopus et ecclesia Arelatensis habet vel habuit a C annis retro in eadem civitate. (5) Preterea damus ei in feudum comitatum Forchalcherii[h] cum omnibus[i] regalibus suis pertinentibus ad comitatum, ita quod idem comes de Forchalcherio[h] faciat hominium et fidelitatem comiti Provincie quemadmodum nobis deberet; quod si facere noluerit, perdat comitatum. (6) Hoc ideo de Forchalcherii[h] comite[k] fecimus, quoniam ex quo Romani imperii diadema divinitus adepti sumus ad curiam nostram venire et beneficium suum a manu nostra recipere[l] contumaciter supersedit. Cuius comitatus iusto iudicio ita nobis adiudicatus est, quod inde faciamus quicquid nobis placuerit. (7) Predictus vero Raimundus illustris comes Provincie iuravit nobis fidelitatem contra omnes homines et hominium prestitit et faciet servicium nobis et imperio pro predicto feudo. Pro regalibus autem, que concessimus ei[m] tam in Arelate[n] quam in supradicto feudo, dabit nobis seu successoribus nostris regibus et imperatoribus singulis annis in purificatione sancte[o] Marie apud Arelatem tam ipse quam successores legitimi heredes cuncti XV marchas auri boni ad iustum pondus Coloniense[p]. Et comes faciet legatum vel legatos nostros nostrorumque successorum secure conduci et ei vel eis, prout decet et convenit, honeste serviri per totam terram suam[q]. Si autem placuerit nobis seu[r] nostris successoribus aliquo tempore intrare Provinciam seu civitatem Arelatensem, tam comes quam comitatus et civitas et tota terra[s] erunt ad nostram fidelitatem et servitium et mandatum vel successorum nostrorum. (8) Sane ne contra hanc nostram donationem seu confirmacionem quis temere[t] venire presumat vel aliquod rescriptum presenti pagine obviare vel refragari valeat, omni corroboracionis[u] munimine eam confirmamus. Veniens enim ad presenciam nostram apud Taurinum Hugo de Baucio duo privilegia aureis bullis signata attulit, unum videlicet dive[v] memorie Conradi[w] regis dilectissimi patrui nostri[1] et aliud nostrum[2], in quibus continebatur, quod patruus noster et nos concessimus ei omnem terram quam tenebat quondam Gislebertus[x] avus eius et avia eius. Occasione autem verborum illorum nitebatur probare, marchiam et totum comitatum Provincie ab utroque sibi esse concessum. Cuius probationem utpote frivolam et omni veritate vacuam verborumque illorum iniustam interpretationem in presentia principum et totius curie cassavimus. Et quod comitatus Provincie seu marchia predictorum privilegiorum auctoritate nullo modo ad prefatum Hugonem de Baucio spectare deberet, hac ratione promulgavimus: ex uno quod regem Conradum dilectissimum nostrum patruum nunquam oculis suis vidit[y] nec corporalem investituram alicuius terre[z] ab eo unquam suscepit: ex alio vero

**216.** w) Amphonso 3; Amphoso 4; Alphonso 5; Arripuso 6. x) Avinione 3—6. y) sive in 5. 6. z) *deest* 1. 2. 5. 6. a) iuribus suis *add.* 5. 6. b) *deest* 6. c) vel 3. 4. d) *deest* 4; et 3. 6. e) sicut — servicium *des.* 3. f) res et *des.* 1. 3—6. g) *pro* omnino hec 4: alia. h) Forchachiliensem 2; de forch' 1; Forocalquerii 3. 4; Forcalquerii 5. 6; *similia infra.* i) *deest* 1. 2. k) comitem 1. 2; com. For. 5. 6. l) *deest* 1. 2. m) et 1. 2. n) Arelatensi 1. 2. o) beate 4—6. p) Coloniae 3. 4; Toloni 5; Tolonense 6. q) per — suam *des.* 5. 6. r) nobis seu *des.* 5. 6. s) erit et *add.* 3. t) *deest* 4. 5. 6. u) roboracionis 1. 2. v) divine 1. 2; digne 4. 5. w) Conrardi 1. 2; *al. al.* x) Guislabertus 3; Gislabertus 4; Gilibertus 5. 6. y) videt 1. 2. z) al. terre *des.* 5. 6.

1) *Raimundo de Baucio datum a. 1145 Aug. 10 ed. Stumpf 'Acta imperii' nr. 332 (Stumpf, Reg. 3495).*
2) *Hugoni et eius fratribus datum, laudatum ad a. 1160 a Papon 'Hist. de Provence' II, preuves 15 (Stumpf, Reg. 3894), at forte ad a. 1155 relegandum, cum in libro 'Histoire du Languedoc' legamus, hoc anno imperatorem Hugonem de Baucio comitatu Provinciae infeodasse.*

quia[a], cum[b] investituram terre avi sui et avie sue a nobis peteret, de comitatu vel marchia Provincie nullam mentionem fecit, neque nos eundem comitatum neque marchiam illo vel aliquo tempore ei concessimus. Si ergo predictus Hugo de Baucio eadem privilegia ad reiterandam probacionem suam pro obtinenda marchia vel comitatu Provincie aliquo tempore protulerit, frivola sit et omni carens vigore predictorum privilegiorum interpretatio. (9) Quem nos[c] supradicto illustri comiti Raimundo specialiter et nominatim cum omni iure et honore concessimus et presentis privilegii auctoritate confirmamus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec sunt[d]: Conradus Maguntine ecclesie electus, Uodalricus[e] Aquilegiensis ecclesie electus, Hermannus Fardensis episcopus, Henricus[f] Leodiensis episcopus, Udo[g] Cicensis episcopus, Hermannus Hildeneshemensis[h] episcopus, Uiucio[i] Vercellensis episcopus, Hermannus Herisfeldensis abbas, Erleboldus[k] Stabulensis abbas, Fredericus dux Suevorum filius regis Conradi, Conradus palatinus comes Rheni germanus domini imperatoris, Ladizlaus dux Polonorum, Udalricus dux Boemorum, Albertus marchio Saxonie, Otto[l] palatinus comes de Witelinesbach[m], Burkardus castellanus Magdeburgensis[n], Ulricus de Hurningen[o], Willelmus[p] marchio de Monteferrato, Menfredus marchio de Wasto[q], Hugo Magnus marchio de Wasto[q], Henricus Werze[r] marchio de Wasto[q]; Humbertus[s] comes de Blandrato, Marquardus de Grumbach, Gebehardus[t] de Lukenberga[u], Conradus de Balnhusen[v], Rudolphus dapifer, Hartmannus[w] camerarius, Bertholfus triscamerarius et alii quamplures.

Signum[x] domini Friderici[y] Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Rainaldus archicancellarius et sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXII, indictione X, regnante domino Friderico[y] Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius X, imperii vero VIII. Datum[z] apud Taurinum post destructionem Mediolani, XV. Kalendas Septembris.

---

# 217. EDICTUM DE BANNIS REGIIS.

(1162.) Sept. 1.

*Ex autographo tabularii Leodiensis, cui sigillum iam deperditum appensum erat. edidit Stumpf 'Acta imperii adhuc inedita' p. 682 nr. 485, quam editionem secuti sumus. — Stumpf, Reg. 3963b.* *(P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator augustus. Ad hoc divina gratia nos advocatum et defensorem ecclesiarum Dei prefecit, ut eas et earum iura integra et illesa sub nostra imperiali protectione defendamus nec in possessionibus sive in privilegiis a predecessoribus nostris regibus et imperatoribus aecclesiis Dei collatis

**216.** a) *deest* 5. 6. b) dum 3. 4. c) *deest* 4. d) sunt hec 3—6. e) Uodalricus — electus *des.* 3. f) Henr. Leod. ep. *des.* 3. g) Hugo 2. h) Ildeshemensis 1. 2. i) *pro* Ugucio; Vinetio 1. 2; Unicio 3; Vincio 4; Uncio 5. 6. k) *sic* 1. 3. l) Oto 1. 2. m) *sic* 3. n) *sic* 3. o) *correxi:* Urningen 1. 2; Huringen 3. p) *sic* 1. 3; Guillelmus 2. q) *sic* 3. 4; Waseo 1. 2. r) *sic* 3; Weze 4; de Werhe 1. 2. s) Umbertus 2. t) *sic* 3; Gebebardus 1. 2; Gebeardus 4. u) Luchemberga 3. 4. v) *sic* 4; Baluhusen 3; Balbusen 1; Banbuxen 2. w) Harrimannus 2; Hartiniannus 1; Hermannus 3. 4. x) Sig(†)num 3; Signum † 4. y) Fred. 2. z) Data 1. 2; Dat. 4.

aliquatenus eas diminui patiamur. Unde quia quosdam perversae[a] voluntatis homines in parochia Leodiensi bannos ab antecessoribus nostris aecclesiis Dei collatos imminuere velle audivimus, sicut[b] ius habet et consuetudo ipsa exigit, III libras et X solidos pro banno nostro solvendos determinamus: imperiali auctoritate statuentes et precipientes, ut si quis de caetero dux, marchio, comes, advocatus, sculthetus, scabinus vel aliqua aecclesiastica sive laicalis persona bannos nostros ex antiquo constitutos infringere vel diminuere presumpserit, X libras auri pro pena camerae nostrae persolvat.

Datum super Saonum fluvium, Kalendas Septembris.

---

# 218. CONVENTIO CUM EUGUBINIS.

## 1163. Nov. 8.

*Dedit b. m. Bethmann 'ex membrana autographa municipii Eugubini, formae maximae, litteris splendide exaratis; litterae diductae in subscriptione imperatoris et archicancellarii altiores quam unquam alibi vidi; sigillum membranae impressum cereum iam decidit: verba versus finem (c. 9)* Et has sexaginta — placuerit *postmodum demum conscripto iam diplomati adiecta sunt inter penultimam atque ultimam lineam, atramento paulo alio, ab ipso tamen qui privilegium scripsit; genuina itaque sed post reliquam transactionem conventa'*[1]. — *Stumpf, Reg. 3990.* *(P. deest.)*

(C.) In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. (1) Quoniam ea quae inter homines geruntur tum successiva et multiplici temporum mutabilitate, tum ex rarissima humanae vitae diuturnitate, ex diversarum quoque occupationum et negotiorum numerositate ab hominum facillime memoria elabuntur, ea quae perpetuo vigere ac valere cupimus, scripturae ministerio memoriali perhennitati commendare dignum ducimus. (2) Ideoque universis sacratissimi imperii nostri fidelibus praesentibus ac futuris cupientes innotescere conventionem Eugubinae civitatis et civium suorum de servitio nostro, quam fecerunt Bonactus ecclesiae Eugubinae electus et Benedictus prior eiusdem ecclesiae maioris, Offredus abbas monasterii sancti Petri de eadem civitate, Rainaldus Ugonis Petri consul Eugubinus et Ugo Ranucii pro aliis consulibus, scilicet Albertino et Rainaldo de Serra et Rainaldo de Honesto, pro tota civitate et universo populo, vice nostra cum glorioso imperii nostri principe, videlicet domno Rainaldo Coloniensi electo et Italiae archicancellario, astante domno Ottone comite palatino maiore de Witlinisbach et Burcardo burcgravio Magdaburgensi, Arnaldo Barbavaria potestate Placentinorum et aliis plurimis viris honorabilibus, eandem conventionem scripturae iussimus vinculis innodari. (3) Videlicet ut ipsa civitas et homines habitantes in ea et in suis appenditiis cum suis possessionibus una cum ecclesiis suis et suis tenimentis, quae nunc iuste habent vel inantea iustis modis acquirent, hoc est canonica sancti Mariani et episcopatus, monasterium sancti Petri et monasterium sancti Donati

**217.** a) pervenae *ed.* b) sic *ed.*

1) *Hoc loco provocat Bethmann ad privilegium Heinrici VI. 1191. Ian. 5 (Stumpf. Reg. 4703). Cf. quae de c. 9 disputavit Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 48.*

cum ecclesiis et castellis suisque pertinentiis ad episcopatum predictum et ecclesias prenotatas attinentibus, quorum hec sunt nomina: Mons episcopi, Agnanum, Monstanaldi, Monstulianus, Montecelli, Sanvictorin, Montefragaio, Laturre, Collepalumbi, Glomisso, Monte sanctae Mariae, Clesi, Petroio, Lasclizza, Collis casalis, — convenimus ut ipsa civitas cum ecclesiis et castellis predictis neque duci neque marchioni alicui et nulli unquam personae magnae vel parvae in aliquo respondeant, nisi legitime. (4) Insuper neque in fodro neque in collecta nec in aliquo[a] cuiquam respondeant nisi tantum nobis vel generali nostro nuncio, qui iurisdictionem ad hoc habeat. (5) Consules quoque, qui in ea civitate sunt vel pro tempore erunt, facere debent iustitiam in civitate et in districtu eius atque in predictis castellis, si episcopo et prelatis supradictarum ecclesiarum placuerit. Et si facere non poterunt, imperialis nostri nuncii auxilium petant et secum pariter faciant. (6) Preterea consules et cives supradictae civitatis nuncium nostrum imperiale fodrum nostrum colligere bona fide iuvabunt infra et extra comitatum Eugubinum, si ipse nuncius noster eos rogaverit. (7) Nichil autem aliud consules predicti vel cives nuncio nostro ex debito occasione nostri facere debent, pro eo quod in presenti ad felicem nostram expeditionem in Apuliam vel quocumque voluerimus centum libras denariorum Lucensium vel Pisanorum nobis dare debent et in posterum singulis annis sexaginta libras Lucensium vel Pisanorum de civitate et ecclesiis cum possessionibus suis ac pertinentiis et castellis predictis. Sed insuper iuvabunt sine fraude et bona fide nuncium nostrum acquirere residuum fodrum nostrum de anno preterito. (8) Si quis autem hanc conventionem infregerit, penae mille librarum auri subiaceat. (9) Et has sexaginta libras annuatim in festo sancti Martini apud Sanctum Miniatum aut ubi iusserimus nobis persolvent, nisi eo anno quando fodrum imperiale per totam Italiam et similiter ab ipsis nobis tollere placuerit. (10) Que omnia ut verius a cunctis credantur ac perpetuo diligentius observentur, presentem paginam manu propria roborantes maiestatis nostrae sigillo precepimus insigniri.

⁞ Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi. ⁞ (M.)

⁞ Ego Rainaldus sanctae Coloniensis ecclesiae electus Italiae archicancellarius recognovi. ⁞ (L. S.)

Data VI. Ydus Novembris anno dominicae incarnationis MCLXIII, indict. XII, imperante domno Frederico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius XII, imperii VIIII. Actum Laude. In Dei nomine: feliciter amen.

## 219. MANDATUM DE LITE DUCIS AUSTRIAE ET EPISCOPI PATAVIENSIS DIRIMENDA.

(1164. Mart. 18. – Iun. 21.)

*Epistolam imperatoris ad Eberhardum archiepiscopum Salzburgensem datam, quam Pertz minus apte sub rubrica* Curia Parmensis *ad aestatem a. 1159 inseruit, ad a. 1164 pertinere discimus ex Annalibus Ianuensibus (SS. XVIII, 57. 58), qui narrant, eo anno*

218. a) *sequitur lacuna septem seu octo literarum spatium obtinens.*

*circa mediam quadragesimam (Mart. 18) curiam Parmae celebratam esse, et Gestis archiepiscoporum Salisburgensium (SS. XI, 82 c. 10), quae referunt, a. 1164 controversiam inter ducem et episcopum graviter actam esse et Eberhardum, qui obiit Ian. 21, pro pace laborasse. Quin ea, quae ad a. 1160 de curia Parmae habita narrat Chronica regia Coloniensis (ed. Waitz p. 104), ad quam provocaverat Pertz, pro parte ad curiam a. 1164 pertineant, mihi haud dubium est. Epistolam edidit primus Pertz e codice epistolari Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 521. — Stumpf, Reg. 3862.* (P. 116.)

Friderichus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto suo E(berhardo) Iuvaviensis ecclesiae metropolitano gratiam suam et omne bonum.

Quanto tempore inextinguibilis discordia et controversia inter patruum nostrum episcopum Patavinum et patruum nostrum ducem Austriae iam fuerit, scimus quod a memoria tua non excidit. In tantum itaque eorum inimicitiae accreverunt, quod etiam in generali curia nostra Parmae universi regni nostri principes non modicum commoti sunt et, ut manum nostram imperialem apponere maturaremus, communi voto petierunt. Quorum iustis petitionibus acquiescentes, tum quia lege naturae nobis astricti sunt, tum quia fidelitate qua imperio nostro tenentur, ad hoc devenimus, quod te, qui assertor es veritatis et amator concordiae et pacis, in iudicem eis praefigeremus. Inde est quod tuam industriam monemus devote rogantes et firmiter praecipientes, quatenus assumptis viris[a] catholicis, episcopis[b] videlicet Brixiensi et Gurcensi et, si etiam fieri potest, marchione[c] de Styria, locum convenientem, diem certum et congruum praedicto Patavino episcopo et duci praefigas et, auditis utriusque partis allegacionibus, plene et praelucide abominabiles et execrabiles lites eorum et contentiones, si umquam fieri potest, toto nisu, omni cordis et mentis affectu decisas radicitus extirpare deliberes. Et si hoc nulla arte, nullo ingenio promovere potes, firmissima eorum securitate recepta et data treugua, pacem inter ipsos [statuas][d], usque nos cum paucis ad ipsos in brevi procedamus vel ipsi, secundum quod mandatum a nobis acceperint, in confiniis Marchiae nobis occurrant.

## 220. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

(1164. c. Apr.)

*Mandatum, quod Pertzius anno 1162 attribuit, a viro d. W. Schmidt ('Archiv für Kunde österreich. Geschichts-Quellen' XXXIV, 57) edocti iam ineunti anno 1164 vindicamus, quia epistola duarum modo civitatum rebellium mentionem facit et civitas Terrisina, ubi exercitus coadunari iussus est, mox et ipsa ab imperatore descivit. Mandatum servavit solus codex Hannoveranus XI. 671 saec. XVI. fol. 519', quem iterum contuli. — Stumpf, Reg. 4002.* (P. 131.)

Friderichus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto et fideli suo E(berhardo) venerabili Saltzburgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

219. a) uſs (vestris) *cod.* b) episcopo *cod.* c) marchionem *cod.* d) *inserendum duxit P.*

Tuae fidelitatis exhibitio, quam in promovendis imperii negociis saepe experti sumus, plurimam de te nobis fiduciam administrat, ut in his, quae contra honorem coronae nostrae aliquo modo emergant, tuum consilium et auxilium aliorumque nostrorum fidelium diligentius requiramus. Unde quia duae civitates in Marchia, Padua et Vincentia, cornua rebellionis et superbiae contra nos et imperium erexerunt[a] et ex[b] fidelibus infideles effecti in periurium contra nos lapsi sunt, scire volumus fidelitatem tuam, quod nos super easdem civitates ad retundendam eorum superbiam validam expeditionem nostram indiximus et confirmavimus. Tua igitur ope opus habentes, tuam fidelitatem maxime hoc tempore sollicitamus et summopere commonemus, ex habundantia cordis nostri rogantes, quatenus honorem imperii et nostram dilectionem, qua te semper amplectimur, ante oculos mentis tuae modo reponas et ad vindicandas iniurias imperio et nobis sine culpa nostra irrogatas contumaciter apud Tarvisium in
Mai. 31. penthecosten cum quantis potes viribus ad nos venias, ita quod hoc servitium erga te semper debeamus promereri.

## 221. CONVENTIO CUM MANTUANIS.

### (1164.) Mai. 27.

*Subsidia fuere 1) apographum coaevum, quod formam praecepti imperialis imitatum est, asservatum in tabulario regio Mantuano nominato 'Gonzaga' seu 'ducale detto secreto' inter 'Privileggi e ordini imperiali B. I. Nr. 8', quod edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' 110 nr. 119 et recognovit vir d. Simonsfeld*[1]*; et 2) Liber privilegiorum civitatis saec. XIV. fol. 7', qui in eodem tabulario asservatur, sign. B. XXXIII; quem exemplavit vir d. Simonsfeld; edita est conventio ex hoc libro a Muratorio in Antiquitatibus Italicis IV, 259. Praecepto imperatoris, cuius eschatocollon mancum est, succedunt in codice 1 eadem manu exarata nomina Mantuanorum illorum, qui imperatori sacramentum praestiterunt, in codice 2 autem notitia de sacramento, quod Christianus cancellarius Mantuanis iuravit. Utrumque additamentum non convenire praecepto imperiali, sed postea a consulibus Mantuanis in rei gestae memoriam factum esse, persuasum habeo. — Stumpf. Reg. 4016.*

*(P. deest.)*

⁞ Fredericus Dei gratia Romanorum imperator augustus. ⁞ Tantę clementię nostri imperii dignitas semper fuit, quod fidelium suorum votis et precibus aures benignitatis nunquam negavit, sed eum omni favore et plena gratia atque dilectione ad omnimodam ipsorum voluntatem benignum omni tempore inclinavit assensum, sicut ipsarum rerum effectus frequenter declaravit. Nos enim constantiam fidei et fervorem[a] amoris fidelium nostrorum omnium Mantuanorum circa honorem imperii et nostrum diligentius considerantes eorumque multa et preclara servitia in memoria et pre oculis nostris habentes, quę ipsi bona fide et alacri devotione semper imperio exhibuerunt[b], quod etiam a nostra fidelitate nec pretio nec promissionibus unquam recesserunt, ex

**220.** a) exercent *cod.* b) *deest cod.*

**221.** a) favorem 2. b) exibuerunt 2.

1) *Membranam autographum nequaquam esse, cum Bohmero vir d. Simonsfeld asserit contra virum d. Schum 'Neues Archiv' I, 128. Sigillum nunquam aderat. Post vocem* augustus *ad explendum primam lineam positae sunt quinque punctorum series, hoc modo* ⁞⁞⁞⁞⁞.

nostra imperiali largitate et clementia. interventu eciam ac[c] petitione venerabilis atque dilecti nostri episcopi Mantuani Garsendonii, quem circa nos semper fidelem invenimus, ea beneficia quę in sequentibus declarantur predictis fidelibus nostris Mantuanis cum omni benivolentia[d] concedimus et donamus: Fictum regalium centum librarum et ipsa regalia eis remittimus et amplius non repetemus. Expeditionem Romanam et Apulię, Sicilię et Calabrię similiter eis remittimus. Expeditionem quoque et guerram contra Veronenses et Venetos, Paduanos et Vicentinos similiter eis remittimus. Promittimus etiam, quod nec nos nec[e] nostri habitationem faciemus in civitate Mantuę vel in episcopatu ad faciendam[f] guerram supradictis civitatibus contra voluntatem communis Mantuę. Statum quoque et honorem Mantuanorum[g] et bonas consuetudines, quas habebant ante introitum nostrum[e] in Ytaliam, seu etiam[e] possessiones ab eis possessas conservabimus[h]. Civitatem Mantuę et suburbia non destruemus nec destrui permittemus, sed illesa conservabimus. Et si aliquando contigerit[i], ipsos Mantuanos intrare guerram pro nobis contra Veronenses et contra predictas civitates, eos iuvabimus sicut bonos fideles nec sine ipsis pacem vel concordiam cum illis faciemus. Et hec tria extrema capitula inferiora Coloniensis archiepiscopus Reinaldus et Otto maior palatinus sacramento super euangelia firmari fecerunt, quod a nobis debeant observari.

Huius rei testes sunt: R. Coloniensis archiepiscopus et Henricus Leodiensis episcopus, Otto maior palatinus, Henricus marscalcus, Conradus pincerna, Marquardus de Grumbac[k], Rodingerus camerarius, Rodulfus Mantuanus imperialis curię[l] iudex, Ugo Azonis Henrici, Sigefridus[m] de Sancta Agatha.

Datum Papię aput Sanctum Salvatorem, VI. Kal. Iunii.

*Additamentum codicis 1.*

§ Ugo de Bonello, Rabaldus[n], Vittus, Petrus Bonus iudex, Aldericus de Goso, Oddo de Geça, Ottobonus de Bonacosa, Albertus de Oliva, Iohannes Bonus de Rufino, Albertus de Turri, Ravasius, Ugo de Bona, Ubaldus vicedominus, Blandinus, Arlotus, Albertus de Burbasio, Arnaldus Peliciarius, Piço, Albertus Rubeus, Paço, Pegolotus, Aldevrandus de Puteo Baroncio[o], Albertus de Grosa, Sigefredus de Sancta Agatha, Rodulfus iudex, Viguicionus[p] de Bosone, Adelardus, Vgo de Balduino, Albertus vicedominus, Ugo Açonis Henrici, Anselmus de Ardeçone, Cincignonus, Boscellus de Grosa, Albertus Açonis Henrici, Oltikerius, Albertus de Opiçone, Ubaldus de Ripalta, Malvitius iudex. Isti omnes iuraverunt, se nullam pactionem vel societatem fecisse cum Veronensibus, Paduanis, Vicentinis seu Venetis, nec comune Mantuę, nec de cetero se facturos, nec etiam comune, donec guerra durabit. Et quotienscunque consules mutabuntur et ponentur, tale sacramentum prestare debent, donec guerra durabit.

*Additamentum codicis 2.*

Sicut Raynaldus Coloniensis archiepiscopus iuravit, ita Cristianus imperialis aule cançelarius[q] iuravit, presentibus comite Lantelino, Malvicio et Agnello sacri palacii iudice et Adhelardo. Anno milesimo centesimo sexagesimo quinto, indic. duodecima[1].

221. c) et 2. d) benevolentia 2. e) *deest* 2. f) faciendum 2. g) Mañt 2. h) eis conservabimus 2. i) contingerit 2. k) Marq̃s̃'us de Grumbac, Conr. pincerna 2. l) camere 2. m) Sigifredus 2. n) Ribaldus *B*. o) Baroncio *B*. p) Uguicionus *B*. q) cançel' 2.

1) *Indictio XII. quadrat ad annum 1164.*

# 222. MANDATUM DE CURIA BABENBERGENSI VISITANDA.

(1164. Nov. 18.)

*Litterae ad clerum, vassallos, ministeriales Salzburgenses datae e codice Hannoverano XI. 671 saec. XVI, quem iterum contulimus, fol. 508, proponuntur. Ad res Salzburgenses pertinet etiam epistola imperatoris ad ministeriales missa in Sudendorfii 'Registro' I, p. 78 nr. 32, ex eodem codice desumpta, qua docemur, imperatorem electo et clero alteram curiam indixisse Wormatiae (1165. mense Sept.). — Stumpf, Reg. 4036.*
*(P. 134.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus clero Salzburgensi gratiam suam salvo iure imperiali, beneficiatis vero et ministerialibus gratiam suam et omne bonum.

Scire debet universitas vestra, quod nos montana Lombardiae feliciter transivimus et usque Ulmam gloriose et prospere pervenimus. Ibi accepto consilio principum, (Nov. 18.) curiam solennem apud Pabenberch in octava sancti Martini celebrandam indiximus, ad quam universitatem vestram vocamus, ut illuc una cum dilecto patruo nostro electo vestro[1] veniatis, et quicquid archiepiscoporum et episcoporum sententia super ecclesiae vestrae negocio indicaverit recipiatis. Vobis quoque omnibus tam clericis quam laicis, excepto maiore praeposito, qui nos et imperium graviter offendit, ad praedictam curiam veniendi, manendi et ibi agendi et redeundi securum conductum [per][a] patruum nostrum electum vestrum donamus, vel quemcunque alium de principibus volueritis.

---

# 223–226. CURIA WIRZBURGENSIS.

1165. Mai. 23.

## 223. *ENCYCLICA PRINCIPIBUS EXTERIS MISSA.* *Iun. 1.*

*Adhibuimus* 1) *editionem Duchesnii 'Historiae Francorum scriptores' IV, 726 ep. 153 codice quodam epistolari Alexandri Petacii innixam, ubi inscripta erat epistola Heinrico comiti Trecensi; rationem scribendi et nominum propriorum mutuavimus e* 2) *codice Musaei Britannici add. mscr. 25438, in monasterio Parcensi prope Lovanium exarato, qui Vitam Gregorii Magni continet, in cuius folium 102' manus saec. XII. ex. epistolam intulit, quam exemplavit iam olim b. m. Bethmann, cum codex esset Leopoldi van Alstein civis Gandavensis. Codices* 3—5 *sunt codices collectionis epistolarum Thomae Becket ab Alano Tewkesburiensi congestae, quibus usi sumus in editione viri cl. Robertson 'Materials for the history of Thomas Becket' V, 191 nr. 100; sunt quidem* 3) *cod. Vaticanus 1220, quo*

**222.** a) *excidit aliquid; pro* per *forte legendum est* eiusque fideiussorem.

1) *Conrado II. episcopo Pataviensi.*

*usus est Lupus 'Epistolae et Vita S. Thomae Cantuariensis' (Bruxellis 1682) I, p. 107 (l. I, ep. 70) et ut videtur etiam Baronius in Annalibus ecclesiasticis XII, 525 ad a. 1166:* 4) *cod. Bodleianus 937;* 5) *cod. Cottonianus Claud. B. II. Praeter codices* 4 *et* 5 *atque editionem Lupi alios quoque codices se inspexisse dicit vir rev. Giles, qui epistolam recepit in Opera S. Thomae Cantuariensis tom. VI (inter Gilberti Foliot epistolas tom. II, 315 ep. 511)*[1]. *Reliqui editores editionem Baronii repetiverunt. — Stumpf, Reg. 4045.*

*(P. 135.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto[b] fideli et consanguineo suo Henrico comiti Trecarum gratiam suam et omne bonum.

(1) Cunctis populis, quos clementie nostre regit imperium, iam dudum innotuisse credimus, qualiter exorta quondam inter ecclesie Romane cardinales de apostolatu discordia in reges et regna impetu pestifero est diffusa. Pro qua ad optabile pacis bonum[c] revocanda quantos post beate memorie pape Victoris electionem ac confirmationem catholicam Papie, Laude[d], Mediolani, Laone atque in diversis imperii finibus in corpore nostro labores tam nos quam invicti principes nostri pertulerimus, quantas rerum copias zelo iustitie impenderimus, in extremis quoque mundi partibus iam auditum non dubitamus. Denique beatissimo papa Victore ad paradisi gaudia feliciter[e] assumpto et in eius locum ab episcopis ac[f] cardinalibus alme sedis apostolice domno Pascali, viro christianissimo, in presentia episcoporum et religiosorum Longobardiae ac Tusciae[g], illustris quoque praefecti urbis Romae ac multorum nobilium Romanorum catholice substituto, ipsum etiam domnum Pascalem ex ecclesiae ac principum imperii iudicio atque consilio in papam et patrem catholicum solempniter recepimus debitoque[h] honore venerari semper intendimus. Proinde obstinata scismaticorum perfidia, mortem viri iusti suis successibus[i] aperta fronte asscribens, syreneis suis blanditiis fidelium quorumdam[k] nostrorum animos adeo molita est de novo[l] immutare, ut nisi morbis novis nova maturius remedia obicerentur, pars nostrorum non modica videretur ex fiducia[m] nostre lenitatis seducenda[n]. (2) Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accensi, cum regem Francorum, qui nulla nostra culpa preeunte una cum Rolando imperii nostri hoste publico eiusque sequacibus[o] imperialem nostrum honorem manifeste molitur auferre, post multos nostros ammonitus irrevocabilem persensissemus, universis imperii nostri[p] principibus in sancto[q] pentecosten curiam generalem Mai. 23.
Wirzeburc indiximus. Quorum cetu celeberrimo ibidem solempniter presidente, ecclesie Dei statum ac domni Pascalis pape negotium serio ac magnifice duximus roborandum. (3) Invocata igitur devotissime[r] Spiritus sancti gratia et universorum qui aderant consilio altius[s] communicato, ad removendam pro parte nostra omnem prorsus ambiguitatem ipsi nos manu propria super sanctorum reliquias iuramentum publice prestitimus: quod Rolandum scismaticum vel eius successorem, quem pars ipsius elegerit, in papam nunquam recipiemus nec ad eum recipiendum assensum umquam alicui prebebimus. Nulli etiam fautorum eius gratiam nostram umquam reddemus, nisi ab errore vie sue ad unitatem ecclesie fuerit conversus. Domnum vero Pascalem papam manutenebimus semper atque[t] promovebimus eique tamquam patri catholico et universali pontifici obedientiam, honorem ac reverentiam exhibebimus et ab ipso eiusque parte vita comite numquam recedemus[u]. Electos quoque, qui sub eo aut eius successore, quem pars

**223.** a) F. 2. b) dilecto — bonum *des.* 2—5. c) bonum pacis 3—5. d) *deest* 3—5. e) *deest* 1. f) et 3—5; *deest* 1. g) Tucie 2. h) debito quoque 2. i) successoribus 2. k) q. fid. 3—5. l) denuo 3—5. m) fidua 2. n) seducanda 2. o) sequentibus 3. p) *deest* 2—5. q) festo 1. r) *deest* 3. s) *deest* 2. t) ac 2; et 3—5. u) cedemus electos quoque qui *iam abscisa in* 2.

1) *V. ibid. p. 340 sub voce 'Iamdudum'.*

ipsius elegerit, consecrationem receperunt vel[v] adhuc receperint honore aut ordinibus suis pro eius obedientia[w] privari numquam permittemus. Et[x] huius absolutionem sacramenti nunquam requiremus nec oblatam recipiemus. Preterea[y] noster in imperio successor, quem principes universi elegerint, hunc honorem ecclesie Dei et imperii et hanc partem nostram sub eodem iuramento tuebitur semper atque tenebit. (4) Idem quoque iuramentum archiepiscopi omnes et episcopi atque electi, qui interfuerunt numero quadraginta, super sancta Dei euangelia manu propria[z], unusquisque sub stola sua, prestiterunt et publice firmaverunt. Nichilominus principes seculares universi, dux videlicet Saxonum[a] ac Bauvariorum[b], marchio Albertus senior, Conradus palatinus comes[c] de Rehno, et Lodowicus lantgravius, ac reliqui omnes super sanctorum reliquias publice[d] id[e] ipsum iuraverunt. Repente autem Spiritus sanctus mentes omnium adeo unius effecit voluntatis, quod electi omnes qui[f] presentes aderant, primo Reinoldus
Mai. 29. illustris[g] Coloniensis electus et Italie archicancellarius, dein ceteri omnes in sabbato quattuor temporum ad laudem Dei et honorem imperii sacros ordines devotissime susceperunt. Firmiter quoque a nobis et ab universis decretum est, ut quicumque supersunt[h] ordinandi in proximis[i] quattuor temporibus similiter exequantur, alioquin dignitatis ad quam electi sunt honore, omni remota dilatione, priventur. (5) Ad hoc honorabiles legati illustris amici nostri Henrici[k] gloriosi Anglorum regis, ad nos ab ipso transmissi, in totius curie nostre presentia super sanctorum reliquias ex parte regis Anglie publice nobis iuraverunt[l], quod rex ipse cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit, domnum papam[m] Pascalem, quem nos tenemus, nobiscum[n] tenebit, de Rolando autem scismatico manutenendo nullatenus de cetero[o] se[o] intromittet. (6) Quia vero iustitie, quam hostes ecclesie Dei[p] ac nostri sive[q] superbia sive ex cause sue[r] diffidentia devitarunt, nos semper hactenus stare parati, nunc tandem ad insolita sacramenta ex eorum manifesta obstinatione sumus impulsi, a scismaticorum communione omnis homo omnisque[s] ordo caveat. Favor[t] enim illorum[u] etsi hactenus[v] aliquo modo visus est venialis, in posterum prorsus erit irremissibilis. Ad perfectum quoque[w] huius negotii firmamentum ex totius Herbipolensis[x] concilii decreto firmissime precipimus, ut si quis ad sui mandatum antistitis aut[y] presidis provincie vel domini sui sacramentum supradictum[z] non prestiterit, si clericus sit aut monachus, ecclesiastico privetur honore ac beneficio[a], si laicus, allodia et beneficia quecunque possidet nostra ipsi auctoritate a suo iudice vel domino prorsus adimantur.

Dat.[b] Wirceburh Kal. Iunii[c].

## 224. *ENCYCLICA OMNIBUS IMPERII FIDELIBUS MISSA.* *(Iun. 2.)*

*Hanc eiusdem fere tenoris ac priorem, quae nonnisi in fine ab altera discrepat, proponimus ex* 1) *codice Pommersfeldensi 2802 saec. XIII. fol. 100; exscripsit b. m. Iaffé; et* 2) *editione Originum Guelficarum III. 482 'e veteri codice manuscripto' derivata. Signum temporis* VI. Nonas Iunii, *cum absurdum sit, in* IV. Nonas Iunii *emendandum esse videtur; cf. tamen id quod disseruit Ficker in 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 203. Ea, quae cum encyclica priore concordant, litteris minoribus excusa sunt. — Stumpf, Reg. 4046.* *(P. 137.)*

**223.** v) vel — eius *item abscisa in* 2. w) per eius obedientiam 3. x) et — oblatam *item abscisa in* 2. y) Propterea 2. z) prop. manu 3—5. a) Saxonie 1. 5. b) Bavarie 1. 5; *compendium in* 3. 4. c) *deest* 2. d) *deest* 3—5. e) ad 1. f) qui — ceteri omnes *des.* 3—5. g) *deest* 1. h) supersint 2. i) primis 3—5. k) H. 2. l) iur. nobis 3—5. m) *deest* 3—5. n) semper *add.* 3—5. o) *deest* 3—5; se de cetero 2. p) *deest* 1. q) ex *add.* 3—5. r) *deest* 3. s) que *deest* 1. t) Furor 3—5. u) eorum 3—5. v) *deest* 1. w) vero 1. x) Erbopolensis 2. y) aut — sui *des.* 2—5. z) suprascriptum 2—5. a) ac beneficio *des.* 1. b) *reliqua des.* 1; Data 3—5. c) Iulii 3—5.

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, ducibus, marchionibus, comitibus et omnibus fidelibus[b] suis salutem et omne bonum.

(1) Cunctis populis[c], quos clementie nostre regit imperium, iam dudum innotuisse credimus, qualiter exorta quondam inter ecclesiae Romanae cardinales de apostolicatu discordia in reges ac regna impetu pestifero est diffusa. Pro qua ad optabile pacis bonum revocanda quantos post beate memorie pape Victoris electionem ac confirmationem catholicam Papie, Laude, Mediolani, Laone atque in diversis imperii finibus in corpore nostro labores tam nos quam invicti[d] principes nostri pertulerimus, quantas rerum copias zelo iustitie impenderimus, in extremis quoque mundi partibus iam auditum non dubitamus. Denique beatissimo papa Victore ad paradisi gaudia assumpto et in eius locum ab episcopis ac cardinalibus alme sedis apostolice domino Pascali, viro christianissimo, in presentia episcoporum et religiosorum Longobardie ac Tuscie, illustris quoque prefecti urbis Rome ac multorum nobilium Romanorum catholice substituto, ipsum etiam dominum Paschalem ex ecclesie ac principum imperii iudicio atque consilio in papam et patrem catholicum sollempniter recepimus debitoque honore semper venerari intendimus. Proinde obstinata scismaticorum perfidia, mortem viri iusti suis successibus aperta fronte[e] asscribens[f], sireneis suis blandiciis fidelium quorundam animos adeo molita est de novo immutare, ut nisi morbis novis nova remedia maturius obicerentur, pars quorundam nostrorum non immodica videretur ex fiducia nostre lenitatis seducenda. (2) Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accensi, cum regem Francorum, qui nulla nostra culpa praeeunte una cum Rolando imperii nostri hoste publico eiusque sequacibus imperialem nostrum honorem manifeste molitur auferre, post multos nostros ammonitus irrevocabilem persensimus, universis nostri imperii principibus in sancto pentecoste curiam generalem Wirzeburch[g] indiximus. Quorum cetu celeberrimo ibidem Mai. 23. solempniter celebrato, ecclesie Dei statum ac domini pape Pascalis negotium serio ac magnifice duximus roborandum. (3) Invocata igitur devotissime Spiritus sancti gratia et universorum qui aderant consilio altius communicato, ad removendam omnem prorsus ambiguitatem ipsi nos manu propria super sanctorum reliquias iuramentum publice prestitimus: quod Rolandum scismaticum vel eum[h], quem pars ipsius elegerit, in papam[i] nunquam recipiemus nec ad eum recipiendum alicui unquam assensum prebebimus. Nulli etiam fautorum eius gratiam nostram unquam reddemus, nisi ab errore vie sue ad unitatem ecclesie fuerit conversus. Dominum Pascalem papam manutenebimus semper atque promovebimus eique tamquam patri catholico et universali pastori obedientiam, honorem atque reverentiam exhibebimus et ab ipso eiusque parte vita comite nunquam recedemus. Electos quoque, qui sub eo aut eius successore, quem pars ipsius elegerit[k], consecrationem[l] receperunt vel adhuc receperint, honore aut ordinibus suis pro eius obedientia nunquam privari permittemus. Et huius absolutionem sacramenti nunquam requiremus nec oblatam recipiemus. Preterea nostri imperii successor, quem principes universi elegerint, hunc honorem Dei ecclesie atque imperii et hanc partem nostram sub eodem iuramento tuebitur semper atque tenebit. (4) Idem quoque iuramentum archiepiscopi omnes, episcopi atque electi, qui fuerunt numero XL, super sancta Dei euangelia manu propria, unusquisque sub stola sua, prestiterunt et publice firmaverunt. Nichilominus universi principes seculares, dux scilicet Saxonie ac Bavarie, marchio Adelbertus senior, Conradus palatinus comes Rheni[m] et Lodoycus lantgravius[n] ac reliqui omnes super reliquias sanctorum id ipsum iuraverunt. Repente autem Spiritus sanctus mentes omnium adeo fecit unius voluntatis, quod electi qui presentes aderant, primo Raynaldus Coloniensis electus et Ytalie archicanzellarius, deinde ceteri[o] omnes in sabbato Mai. 29. quatuor temporum ad laudem Dei et honorem imperii sacros ordines devotissime susceperunt. Firmiter quoque a nobis et ab universis decretum est, ut quicunque supersunt ordinandi in proximis quatuor temporibus similiter exequantur; alioquin dignitatis* honore, omni remota dila-

**224.** a) Fredericus 1. b) *deest* 1. c) *pro* populis — credimus 2: notum est populis. d) incliti 2. e) aperta *abundat* 1. f) ascribens 1: anhelans 2. g) Virzeburch 1. h) eius 1. i) propria 2. k) electione et 1. 2. l) consecratione 1. 2. m) retio 1. n) langravius 1. o) cuncti 1. 2.

tione, priventur. (5) Ad hoc[p] honorabiles legati[q] illustris amici nostri Henrici gloriosi Anglorum regis, ad nos ab ipso transmissi, in totius nostre curie presentia super sanctorum reliquias ex parte regis Anglie nobis iuraverunt publice, quod rex ipse cum toto suo regno in parte nostra fideliter stabit, dominum papam Pascalem, quem nos tenemus, nobiscum tenebit, de Rolando autem manutenendo se de cetero non intromittet. (6) Nos vero in tua dilectione et fidelitate plurimam fiduciam habentes mandamus, attentius monentes et postulantes, quatenus, convocatis in unum omnibus ecclesie fidelibus, clero videlicet, beneficiatis et ministerialibus, abbatibus et prepositis, prelatis et presbyteris parrochianis, hoc idem predictum iuramentum, quod[r] nos propria manu nostra coram principibus et[s] ipsi principes iuraverunt et confirmaverunt, ipse coram omnibus publice facias, tuos quoque archydiachonos et prepositos et ecclesiarum prelatos et abbates et omnes villarum presbyteros de toto episcopatu tuo hoc ipsum iuramentum districte[t] iurare facias, et in publica eorum missa, sicut edictum est et sancitum a nobis et a principibus, publicam orationem pro domino papa Pascali nominatim et assidue facias recitari. Edictum quoque et statutum est, ut hec omnia iuramenta infra sex ebdomadas ab omnibus compleantur. Quod si aliquis clericorum vel laycorum huic confirmationi et edicto nostro aliquo modo se opponendo contradixerit, ex totius Herbipolensis concilii decreto firmissime precipimus ut, si quis ad sui mandatum[u] antistitis aut provincie presidis vel domini sui sacramentum non prestiterit, si clericus sit vel monachus, ecclesiastico privetur honore*, si laycus, allodia et beneficia quecunque possidet nostra[v] ipsi auctoritate a suo iudice vel domino prorsus adimantur, et de[w] toto imperio nostro eiciatur.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini nostri Iesu[x] Christi MCLXV.[y] apud Wirzeburg[z], VI.[a] Nonas Iunii.

## 225. *EPISTOLAE AD ABBATEM STABULENSEM ET AD CLERUM PATAVIENSEM.*

*Hae ita inter se conveniunt, ut eas uno textu coniungi liceat. Epistola abbati Erleboldo destinata* (S), *quae sententia finali abundat, servata est in tribus codicibus collectionis epistolarum Thomae Becket, quos secundum editionem viri cl. Robertson V, 182 nr. 97 in usus vertimus, nempe* 1) *Vaticano 1220*[1]; 2) *Bodleiano 937*[2]; 3) *Cottoniano Claud. B. II; praeter hos praesto erat* 4) *editio Continuationis Sigeberti Aquicinctina, quae ad a. 1163 (SS. VI, 410) epistolam recepit. Epistola altera ad clerum Pataviensem data* (P) *legitur in solo codice Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 490, quem iterum contuli. Textus satis convenit cum textu nr. 224, ut plerumque abbreviatus et variatus est. Quae concordant cum illo, ea litteris minoribus exprimenda curavimus. — Stumpf, Reg. 4047.* *(P. 135.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto[b] et fideli suo (Erleboldo)[c] abbati Sancti Remacli gratiam suam et omne bonum.

**224.** p) hec 1. q) legat 1. r) quod — principibus *des.* 2. s) ut 2. t) distincte 2. u) mand. sui 2. v) nostra — adimantur *in* 1 *sequuntur post* eiciatur. w) *deest* 2. x) Yhesu 1. y) MCLXVI 1. 2. z) Vurzeburch 1. a) *legendum videtur* IV.

**225.** a) *pro* Fridericus — omne bonum *rubrum in S* 1—3: Fredericus imperator abbati Stablensi *(al. al. pro* Stabulensi*)*. b) *pro* dilecto — Remacli *P*: fidelibus suis choro et omni clero Patauino, abbatibus, praepositis, presbyteris et parrochianis, beneficiatis quoque ministerialibus Patau. c) N. *S* 4.

* 1) *Ex hoc paravit editionem Lupus I, p. 109 l. 1, ep. 71 (= Mansi XXI, 1221).* 2) *Hoc praeter editionem Lupi usus est Giles l. c. p. 319 nr. 512.*

(1) Sicut novit dilectio tua[d], ad[e] curiam Wirziburch[f], quam in pentecosten indiximus[g], nos una cum principibus universis, tam secularibus quam ecclesiasticis, gloriose convenimus. Ubi[h] inter cetera de sanctae ecclesiae statu[i] et praecipue de negocio domini Paschalis papae, quod in cordibus multorum dubium habebatur[k], communicato universorum consilio, principum videlicet et omnium clericorum atque laicorum qui aderant, feliciter et magnifice roboravimus. (2) Invocata enim[l] Spiritus sancti gratia, dominum papam Paschalem[m] et[n] eius honorem in hunc modum stabilivimus et confirmavimus, quod nos propria manu nostra super sanctorum reliquias publice iuramentum fecimus[o]: quod de cetero Rolandum scismaticum* nunquam pro papa recipiemus, et si ipse decesserit, eius successorem, quem pars adversa substituet, similiter nunquam recipiemus. Dominum vero Paschalem papam de cetero sicut universalem et catholicum patrem cum obedientia et honore et reverentia habebimus et tenebimus et ab ipso eiusque[p] parte nunquam recedemus, quamdiu ipse vivet et nos vivemus. Si autem ab hac vita nos decedere contigerit[q], noster successor, quem principes universi substituent[r], hunc honorem* imperii[s] et hanc partem nostram sub eodem iuramento[t] tuebitur semper atque tenebit. (3) Hoc idem iuramentum omnes archiepiscopi et[s] episcopi nostri[u] et electi, qui interfuerunt[v] numero quadraginta, super sancta Dei euangelia manu propria, unusquisque sub stola sua, fecerunt et publice firmaverunt. Et ad removendam pro parte nostra omnem ambiguitatem, omnes electi, primus Coloniensis, deinde[w] ceteri, sacros ordines in sabbato quatuor temporum ad laudem Dei[x] et[y] honorem imperii Wirziburch cum omni devotione susceperunt. Similiter universi[z] principes seculares, dux Saxoniae et Albertus[a] marchio senior et palatinus comes de Rheno[b], landgravius et reliqui omnes super sanctorum reliquias publice[c] ad ipsum[d] iuraverunt. (4) Honorabiles quoque legati regis Anglici[e] amici nostri, ab ipso ad nos transmissi, in praesentia totius curiae nostrae super sanctorum reliquias ex parte regis Anglici[f] et[g] baronum eius iuramentum apud Wirzeburg iuraverunt, quod et ipse rex Anglicus cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit et dominum papam Paschalem[m], quem nos tenemus[h], et ipse[i] tenebit et nostram partem manutenebit et de Rolando schismatico vel eius parte[k] amplius de cetero se non intromittet. (5) Nos itaque in[l] tua[m] dilectione et fidelitate confidentes[n] et plurimam fiduciam habentes, mandamus tibi[o] attentius monentes ac[p] praecipientes, ut[q] praedictum iuramentum, quod nos propria manu nostra coram principibus iuravimus et ipsi principes iuraverunt et firmaverunt, ipse[r] cum omnibus ecclesiae tuae fidelibus publice[s] iures et observes[t] et singulis dominicis diebus et festis in[u] publica missa, sicut edictum est et sancitum a nobis et a principibus[v], publicam orationem pro domino papa Paschali nominatim et assidue intus et foris praecipias[w] recitari. Edictum quoque[x] est et[y] statutum, ut haec omnia iuramenta infra sex hebdomadas ab omnibus[z] compleantur. Quod si aliquis monachorum, clericorum, laicorum[a] in imperio nostro huic confirmationi et edicto nostro aliquo modo

Mai. 23. — Mai. 29.

**225.** d) Sicut dilectio vestra novit *P.* e) *deest P.* f) Wirzib' *P*; Wizeburch *S* 4; *al. al.* g) indixeramus *P.* h) ut *P.* i) *pro* de — statu *P*: de statu ecclesiae sanctae; *S* 1: sanctae eccl. statutum est; *S* 2: s e. statum est; *S* 3. 4: s. e. statum. k) habeatur *S* 1. l) etiam *S* 4. m) Pasch. papam *P.* n) et eius honorem *des. P.* o) *pro* iuramentum fecimus *P*: iuravimus. p) que *deest S* 1. q) contingeret *P.* r) in imperium *add. P.* s) *deest P.* t) sub eodem iuramento *des. P.* u) *deest S* 4. *P.* v) intererant *S* 4. w) dein *P.* x) *deest S* 1—3. y) ad *add. S* 4. *P.* z) omnes *S* 4. a) A. *P.* b) et *add. P.* c) *deest S* 4. d) ad ipsum *des. S* 1—3. e) Anglie *S* 4. *P.* f) Anglie *P*: *deest S* 4. g) *pro* et — Anglicus *S* 4: iuraverunt quod ipse rex; *desunt omnino P.* h) retinemus *S* 4. i) *pro* et ipse *S* 4. *P*: nobiscum. k) vel eius parte *des. P.* l) de *S* 2. m) vestra *P.* n) *deest S* 4; *pro* confidentes — fiduciam *P*: fiduciam quam plurimam. o) vobis *P.* p) et *S* 4. *P.* q) quatenus *S* 4. *P.* r) *deest P.* s) *deest S* 2. 4. *P.* t) *pro* omnibus — observes *P*: universis fidelibus ecclesiae vestrae faciatis et teneatis. u) *pro* et singulis — in *P*: in omni etiam. v) *pro* edictum — principibus *P*: a nobis et a principibus edictum et sancitum est. w) assidue faciatis *P.* x) itaque *S* 4. y) *pro* est et *P*: et sancitum est et statutum. z) ab omnibus *des. S* 4. a) cler. vel mon. vel laicorum *S* 4; mon. cler. laicorum *des. P.*

se opponendo contradixerit, certum sit apud te[b], quod sicut publicus hostis Dei et[c] imperii absque omni[d] spe recuperationis iudicatus est et dampnatus, et[e] ab omni officio et honore et[f] beneficio destitutus.

(6) Literas quidem vocationis tibi transmisimus; et quia secundum prudentiam tuam nobis in curia[g] necessarius valde fuisses, quod literae nostrae ad te non pervenerunt[h] valde dolemus. Interim in[i] partibus tuis praesentiam nostram praestolaberis[k]. Ibi enim[l] cum viciniores erimus, si quid iustitiae tibi defuerit, per omnia complebimus. Vale[l].

## 226. *MANDATUM AD EPISCOPUM CAMERACENSEM DE IURAMENTO PRAESTANDO ET DE ABBATIS CONSECRATIONE. (Oct. Nov.)*

*Proponimus ex* 1) *codice civitatis Valencenensis 442 saec. XII. fol. 85, quem contulerunt Bethmann et Heller;* 2) *editione Dacherii in Spicilegio V, 570 (ed. II. III, 537 = Bouquet XVI, 693). — Stumpf, Reg. 4542.* *(P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator augustus fideli suo Nicolao[b] Cameracensis ecclesiae venerabili episcopo gratiam et omne bonum.

Audivimus et ex multorum de partibus Cameracensis episcopatus relatione fidelium auribus nostris iam sepius insonuit, quod in partibus tuis nec debitus honor ut deceret imperio impendatur nec obedientia seu etiam reverentia domino[c] papae Paschali prout expediret exhibeatur; praesertim cum multi clericorum et praelatorum, immo etiam religiosorum tua nimia patientia abutentes per episcopatum Cameracensem debitum iuramentum nondum praestiterint. Super quo plurimum ammiramur, mirantur et universi qui vident et audiunt. In quo liquido patet nobisque manifeste datur intelligi, quod circa negotium domini papae Paschalis fidelitas tua non sincere se gerit[d] vel moderatur. Quia vero super his omnibus cotidie ammirari non cessamus et omnis mora seu dilatio semper ad se trahit periculum, huius rei causa honorabilem curiae nostrae principem E(rleboldum)[e] Stabulensis ecclesiae abbatem, virum discretum et prudentem, cum plena auctoritate nostrae legationis ad universum Cameracensem episcopatum transmittimus eumque tuae fidei et dilectioni attentius commendamus, monentes summopere atque rogantes, quatinus in omni parte tui episcopatus, ubicunque tua ope opus habuerit[f], fideliter et viriliter ei assistas et ad promovenda imperii et domini papae negotia contra rebelles clericos vel abbates seu alios praelatos tuum auxilium diligenti opera studeas adhibere. A nostra enim maiestate in mandatis accepit, quod nulli rebelli clerico vel monacho in toto episcopatu tuo oculus eius parcat vel lingua, sed in eius praesentia et tua eos, qui nondum iuraverunt domino papae Paschali, iurare faciat, nolentes autem et contradicentes nostra iussione et auctoritate ab episcopatu Cameracensi prorsus eliminet atque eiciat.

De caetero maxima ducimur admiratione super negotio dilecti et fidelis nostri G(ossichini)[g] abbatis Sancti Gisleni, qua videlicet occasione, qua intentione manum consecrationis ei imponere distuleris, praesertim cum eum a nobis honoratum atque investitum et cum plenitudine honoris et gratiae tibi et ecclesiae tuae remissum cognoveris et acceperis, maxime cum nobis et imperio ipse fidelis habeatur et utilis ac

225. b) vos *P.* c) Dei et *des. S* 1—3. d) *deest S* 4. *P.* e) et — Vale *des. P.* f) atque *S* 4. g) in curia *des. S* 1—3. h) pervenerint *S* 1. i) etiam *S* 1. k) prestolabis *S* 2; prestolare *S* 4. l) *deest S* 1—3.

226. a) F. 1. b) N. 1, *alia manus superscripsit* Nicholao. c) domini 1. d) regit 1. e) E. 1; et 2. f) *ex corr.* 1. g) G. 1; *deest* 2.

devotus tibi et ecclesiae Cameracensi semper debeat inveniri, praecipue etiam cum in eius literatura et honestate nichil quod sit dignum repudio inesse veraciter cognoscamus. Mandamus itaque tuae fidelitati et monendo praecipue rogamus, quatenus praedicto abbati, quem tuae discretioni remittimus, omni occasione et dilatione remota, sicut iure debes, manum consecrationis statim imponas eiusque personam et ecclesiam et bona ecclesiae nostrae pertinentia, prout de te confidimus, omni studio cures defensare. Quod si aliquo impedimento legitimo interveniente hoc promovere distuleris, rogamus et[h] volumus, ut abbati Stabulensi potestatem et licentiam concedas, quod ipsum abbatem consecrandum ex tua permissione Leodiensi episcopo repraesentet, qui ei manum imponat. Volumus enim absque omni dubio, ut sicut in temporalibus nostris plenitudinem honoris a nobis accepit, ita et plenitudinem officii in spiritualibus consequatur et habeat.

# 227. CONSTITUTIO DE TESTAMENTIFACTIONE CLERICORUM.

## 1165. Sept. 26.

*Exemplar Boehmeri iterum contulit cum Libro privilegiorum ecclesiae Wormatiensis in tabulario Darmstadiensi asservato, membr. saec. XV. in. fol. 55, vir cl. Wyss. Ex eodem codice ediderunt Bresslau 'Diplomata centum' p. 130 nr. 81 et Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, nr. 81. — Stumpf. Reg. 4053. (P. 138.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. (1) Quemadmodum divinis humanisque legibus[a] inretractabiliter obnoxius tenetur quisquis vel tyranica violencia vel aliqua detestabili versucia sancte Dei ecclesie, que nos in divine adoptionis hereditatem parit, dampna aliqua vel detrimentum molitur, sic omnis, qui defensioni provectionique eius ac libertati consulit, certam remunerationis fiduciam apud illum tremendum iudicem sibi prospicit. Eapropter noverit omnium Christi imperiique[b] nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas, qualiter quidam canonicus Sancti Pauli in Wormacia nomine Wernherus in lecto infirmitatis sue positus, cum iam de vita desperaret et supreme voluntatis iam instaret articulus, convocatis aliquibus concanonicis suis et matre et ceteris propinquis, testamentum suum fecit et unicuique ecclesie in Wormacia et matri sue et cuicunque volebat persone, tum pro remedio anime sue, tum[c] pro humanitatis officio, mobilia bona sua distribuit et, nemine hanc donacionem contradicente, ipse in fata concessit. Contigit postmodum, ut Gundolffus vitricus defuncti, maritus scilicet matris eius, nomine hereditatis[d] que matri[e] contingebat, cuius ipse legitimus procurator extitit, cuncta prius in testamento ordinata studio malignandi repeteret et testamentum modis omnibus infringere laboraret, asserens, dictante iusticia neminem in lecto infirmitatis sue aliquid de bonis suis vel mobilibus preter quinque solidos erogare posse[f] sine consensu heredum suorum. Unde sepenumero contra ecclesiam Wormaciensem

226. h) rogamus et *supra lin. add.* 1.

227. a) laudibus *cod.* b) que *deest cod.* c) cum *cod.* d) hereditat' *cod.* e) m̄r *cod.* f) aliquid *male cod.*

querimonia mota decisa non fuit. (2) Tandem nobis Wormacie existentibus et curiam sollempnem celebrantibus, predicta causa inter clericos[g] et laycos, diversa hinc inde sencientes, coram nobis diu ventilata est; et quesita sententia a clerico et layco, clericus ultimam voluntatem cleri de rebus mobilibus ratam et irrefragibilem esse asseruit, quam senteneiam laicus penitus contradixit. Post longam itaque huius cause disceptacionem et diutinam tam inplicite rei ambiguitatem[h], clerus ex sanctione canonum, ex legibus divorum augustorum, ex decretis Romanorum pontificum predictam sentenciam ratam et nulla refragacione evacuandam comprobavit.

(3) Nos igitur predecessorum nostrorum divorum imperatorum, magni Constantini videlicet et Iustiniani et Valentiniani necnon Karoli et Ludowici vestigiis inherentes et sacras leges eorum tamquam divina oracula venerantes, imitari non erubescimus Constantinum imperatorem de sacrosanctis ecclesiis et rebus et privilegiis eorum constituentem ac dicentem[1]: ‘Habeat unusquisque licenciam decedens bonorum quod optaverit relinquere, et non sint cassa iudicia. Nichil est enim, quod magis hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus et licitum, quod iterum non redit, arbitrium’.

(4) Item sacratissimam legem Valentiniani imperatoris prefecto pretorio[i] Palladio conscriptam[k, 2] recolimus: ‘Verum sive testamento quocunque iure facto seu codicillo vel sola nuncupacione, legato sive fideicommisso, aut mortis causa aut alio quocunque ultimo arbitrio aut certe inter viventes habita largitate, sive contractu vendicionis sive donacionis, aut alio quocunque tytulo, quisque ad prefatam venerabilem ecclesiam patrimonium suum partemve certam patrimonii in fundis, prediis seu domibus vel annonis, mancipiis vel colonis eorumque[l] peculiis voluerit[m] pertinere: inconcussa sine ulla penitus immutacione conserventur’[n].

(5) Hiis sacris legibus et Karoli et Lodoici, quibus par circa cultum divine religionis et catholice fidei studium fuit, institucionibus eruditi sentenciam, venerabilis cleri Wormaciensis ecclesie decedenti bonorum suorum mobilium quod optaverit cuilibet ecclesie seu persone in ultima voluntate relinquere aut pro remedio anime sue vel alio quovis respectu tribuere et testamentum facere sub testimonio adminus duorum confratrum suorum — sane huic libertati perpetuam[o] tribuimus firmitatem.

(6) Et ne hec nostre perhennitatis statuta audaci spiritu et mente sacrilega quisquam hominum temeranda crediderit[p], presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, pena mille librarum auri et banni nostri huius sacre legis violatorem condempnantes, adhibitis ydoneis testibus quorum nomina hec sunt: Cuonradus episcopus, Sifridus prepositus de domo, Henricus decanus, Henricus cantor, Ulricus magister scolarum, Albertus custos, Conradus de Nuenhusen[q] prepositus, Emicho prepositus Sancti Pauli, Conradus prepositus Sancti Andree, Syfridus prepositus Sancti Martini, Hermannus abbas Fuldensis, Ulricus dux Boemorum, Marquardus de Grunbac, Symon comes de Sarebruggen, Emicho comes de Lyningen, Ulricus de Horningen, Folmarus comes de Sarewerde, Gotefridus comes de Sponheim, Walterus de Huse, Bertholdus de Scouenburc, Wernherus de Bonelande, Syfridus vicedominus, Borchardus frater eius, Wernherus theolonarius et Gislebertus frater eius, Gerlacus et Rikezo scultetus, Dudo et fratres eius Rumandus et Wichnandus, Syfridus, Wichnandus.

Ego Henricus imperialis aule prothonotarius vice Cristiani Moguntinensis electi et archicancellarii recognovi.

227. g) cleros *cod.* h) ambiguitate *cod.* i) pape *librarius qui sigla* p.p. *falso explicavit.* k) conscrip̄ *cod.* l) eorum *cod.* m) voluerint *cod.* n) conservent *Cod. Iust.* o) perpetuum *cod.* p) credidit *cod.* q) Hiselhuse *cod.*, *emendavit Böhmer.*

1) *I. Cod. II, 1.* 2) *I. Cod. II, 14 cum inscriptione c. 13.*

Dat. Wormacie VI. Kalendas Octobris, anno dominice incarnacionis MCLXV, indictione XIII, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XIII, imperii vero XI. Actum in Christo: feliciter amen.

# 228. CONSTITUTIO DE CORRECTIONE RHENI.

## 1165. (Nov.)

*Autographi fragmentum* (1) *asservatur in tabulario regni Nederlandici Hague Comitum, quod accuratissime exemplavit vir d. A. Felting eidem tabulario adscriptus, contulit praefectus Th. H. F. van Riemsdyk. Lacunas supplevimus ope* (1*) *Libri donationum ecclesiae Traiectensis saec. XIII. pars II, fol. 67, in tabulario archiepiscopali Traiectensi asservati, quem iam olim exemplavit Karolus Pertz iterumque contulit vir cl. S. Muller Traiectensis. Quae nonnisi in hoc Libro leguntur, ea uncis includenda curavimus. Ex eo editiones paraverunt minus correctas nuper Höhlbaum 'Hansisches Urkundenbuch' I, 11 secundum exemplar Guilelmi Junghans b. m. et Sloet van de Beele 'Oorkondenboek van Gelre' I, 308 nr. 313. — Stumpf, Reg. 4056.* *(P. deest.)*

⁞ (In no)mine sancte et individue Trinitatis. Fredericus divina (favente clementia Roma)norum imperator et semper augustus. ⁞ (Dignitas imperii Romani) hoc exigit et ad hoc imperialis hon(oris cu)lmen regendum a Deo suscepimus, ut necessitates rei publice semper pre[a] oculis et manibus habeamus et in cunc(tis) operib(us iusticie ipsa clementia), sine qua Deo (pl)a(cere) non possu(mu)s, omni tempore nos comitetur. Tunc enim honor (imperii) recto tramite (incedit et in meliorem statum) ro(bor)atur[b], quando et saluti totius patrie utiliter (provide)tur et necessita(tibus pauperum) misericorditer subvenitur. Eapropter cognoscant universi fideles imperii presentes et futuri, quod nos (primi)tus amore Dei, deinde pro peticione fidelium principum nostrorum, Godefridi videlicet episcopi Traiectensis et Florentii comitis Hollandie, Heinrici eciam comitis Gelrensis et Theoderici comitis de Cleue, et pro fideli (servici)o aliorum hominum plurimorum de episcopatu Traiectensi, quibus cotidie in terris et bonis eorum gravis (de)structio (et into)lerabilis vastatio per assiduas aquarum inundationes quasi mors cotidiana imminebat, ipsis hominibus predictis sic afflictis tamquam[c] miserabiliter ad nichilum redactis, hanc gratiam indulsimus eisque nostra (imperiali auctor)itate benigne concessimus, ut terra illa, que vulgo Noda dicitur, ad faciendum aqueductum ab incolis provincie, qui tanto dampno et periculo aquarum subiacebant, ita perfodiatur, quod aqua Rhen(i per eumdem meat)um affluens[d] in mare, quod ibi vicinum est, sine lesione in perpetuum fluat et decurrat. Q(uod) nos imperiali auctoritate nostra confirmamus et ut in perpetuum ita permaneat et observetur presenti privilegio (roboramus.) Preterea obstructionem (illam Rheni), que vulgo dicitur D(am), prope villam sive in villa que appellatur Wich, que ad removendam (tam) gravem aquarum perniciem antiquitus facta est, nos pro peticione (predictorum principum et pro fideli) servitio hominum illorum, qui huic[e] generali malo aquarum participabant, ratam habe-

228. a) *superscriptum manu saec. XVI. in* 1*. b) tramite inceres . . . ro . . atur 1; *an* increscendo roboratur? c) tamque 1*, *quod sensus exigit.* d) effluens 1*. e) *manus saec. XVI. superscripsit in* 1*.

mus et nostro imperiali edicto confirmamus et, ut eternaliter inconcussa in eodem statu (per)maneat et conserve(tur, presen)ti iussione decrevimus[f]. Aliam quoque obstructionem Rheni, quam comes Hollandie in loco qui dicitur Stechede[g] sive Suadeburg iniuste et violenter erexerat et fecerat, per quam eciam innum(erabilium hominum et) locorum submersiones frequenter evenerunt, nos ex iudicio curie nostre cassavimus et penitus destrui precepimus[h], statuentes et imperiali iussione confirmantes, quatinus predicta clausura (destructa, aqua) Rheni, (libera et regia) strata, sine omni obstaculo (ibidem) omni t(empore fluat) et decurrat, sicut antiquitus solebat. Quod ut verius credatur et ab (omnibus) diligencius observetur, (presentem inde paginam conscribi et sig)illi nostri impressione (in)signiri iussimus, (ad)hibitis idoneis testibus quorum nomina sunt: Hermannus Fardensis episcopus, Eurardus (Ratisponensis electus), Philippus (decanus maioris ecclesie in Colonia, A)rnoldus prepositus ecclesie[i] sancti Andree, Ado(lous) Go(sla)riensis prepositus, Reignardus prepositus, Vlricus dux de Boemia, Marqua(rdus de Grumbach, comes Emicho de Liningen, comes) Folmarus de Sarewerde. Henr(ic)us marescalcus de Papeneheim, Cůnradus Colbo pincerna, Willelmus Skelvwe, (Rodulfus de Stenvorde, Constantinus de Berge, Cuono camerarius, Bertolfus tri)scamerarius, (Cuno de) Malberg, Henricus Friso, Meynardus comes de Nvemage, Folbertus, (Gerardus Traiectensis scultetus, Willelmus de Scalkewic, Lutbertus de Odike. Helyas, Egbertus de Amestel, Hermannus de Wordene et frater Godescalcus et alii. Theodericus[k] de Iudifax, Albertus Pavo et alii quam plures clerici) et laici.

(Signum domni Frederici Roman)orum imperatoris invictiss(imi).

Ego Christianus Magontine[l] sedis electus et sacri palatii archicancellarius re(cognovi.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXV, indictione XIII, regnante[m] domno Frederico Romanorum imperatore victoriosissimo, anno regni eius XIII, imperii vero XI; feliciter amen.

# 229. PACTUM CUM ROMANIS.

## (1167. Iul.)

*Repetimus editionem novissimam Chronicae regiae Coloniensis a Waitzio paratam, cui insertum est p. 118. — Stumpf, Reg. 4087.* *(P. 140.)*

Pactum[a] quod pepigerunt Romani cum imperatore[b] Friderico.

(1) Iuraverunt presentes et iurabunt futuri senatores et totus populus Romanus domno Friderico imperatori fidelitatem, et quod iuvabunt eum coronam imperii Romani retinere et defendere[c] contra omnes homines, et iusticias suas tam infra Urbem quam extra Urbem iuvabunt eum retinere, et quod nunquam erunt nec[d] in consilio nec[e] in facto,

228. f) decernimus 1*. g) Steckede 1*. h) precipimus 1*. i) *in marg. add. manu saec. XVI. in* 1*. k) *in margine manu saec. XVI. suppletum in* 1*. l) Moguntine 1* *a manu saec. XVI. corr. in* Magontine. m) regn. 1*, *quod manus saec. XVI. correxit in* regnante.

229. a) Pactum — Friderico *des. A* 2 *spatio vacuo relicto; C* 1. b) domno F. imperatore et semper augusto *B* 1. *C* 2. c) eum *add. B* 1. *C* 2. d) *deest C* 2; tam *B* 1; non *C* 1. e) quam *B* 1; et facto *C* 2.

ubi domnus imperator mala captione capiatur vel membrum perdat vel aliquod detrimentum in persona paciatur, et quod senatum nonnisi per eum vel[f] nuntium suum ordinabunt; et haec observabunt sine fraude et malo ingenio. (2) Domnus[g] imperator confirmabit senatum perpetuo in eo vigore, in quo nunc est, et augebit illum[h] tali tenore, ut senatus per eum ordinetur et ei subiectus fiat, et faciet inde privilegium cum sigillo auri, in quo contineantur haec, videlicet confirmatio senatus, et quod faciet salva omnia iusta tenementa populi Romani, quantum ad imperatorem pertinet, quod ea illis non auferet, et bonos usus[i] Urbis et locationes, libellos tertii et quarti generis conservabit, et precipiet in eodem privilegio non auferri Romanis in toto imperio suo plateaticum, portaticum, pedagium[k] aut ripaticum, et[l] si [quis] auferre presumpserit, incidat in penam C librarum auri. Haec omnia cum subscriptione principum curiae fient.

# 230. ENCYCLICA DE LOMBARDORUM REBELLIONE.

(1167. ex.)

*Epistolae ad Albertum episcopum Frisingensem datae fragmentum, quod Pertz sub rubrica 'Curia Roncaliae' anno 1159 m. Maio attribuit, quamvis insit in codice epistolari Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis (a. 1164. Iun. 22. mortui), ad annum demum 1167 exeuntem pertinere, ex iis quae continet elucet. Civitates enim Lombardiae, hoc tempore seditionem moventes, Sept. 21, testante Anonymo Laudensi (SS. XVIII, 656), ab imperatore proscriptae sunt. De encyclica nostra agere videtur Appendix Rahewini ad a. 1168 (potius 1167; ed. Waitz p. 279):* Imperator cladem suorum, rebellionem Italorum litteris per omnem imperii latitudinem declamat. *Edimus e codice Vindobonensi 629 (Ius can. 133) f. 25'. quem contulit vir d. Kehr. Legitur etiam in codice Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 408. — Stumpf. Reg. 3862; cf. 'Zusätze und Berichtigungen' p. 546.* *(P. 116.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto suo A(lberto) Frisingensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

Cum celi stupeant[a] et totus orbis contremiscat[b] et cuncta turbari constet elementa a facie scelestissime perfidiae, a voce piacularis malicie, ab auditu nefandissime traditionis, quam quedam civitates Longobardiae, Mediolanum scilicet, Placentia, Cremona, Pergamum, Brissia, Parma, Mantua et marchia Veronensis contra nostram maiestatem, contra imperii honorem, sine causa, sine aliqua praecedenti culpa commiserunt, super re tam horrida credimus nimirum fidem tuam condolere et omnia viscera tua conturbari. Non enim in nostram solummodo redundat rebellio personam, quia, iugo dominationis nostre proiecto, Teutonicorum imperium, quod multo labore multisque dispendiis ac plurimorum principum et illustrium virorum sanguine emptum et hactenus conservatum [est], refutare et exterminare conantur, dicentes: 'nolumus hunc regnare super

**229.** f) per *add. B. C*; ordinabunt vel nuntium suum *A 1*. g) Romanus *A 2*. h) eum *B. C.* i) Urbis usus *C 2*. k) ped. aut *des. B. C*; ripaticum aut pedagium *A 1*. l) set *A 2*.
**230.** a) stupēt *cod.* b) contremse *cod.*

nos, nec Teutonici amplius dominabuntur nostri'. Quia vero, antequam nostris temporibus imperium destrui patiamur et in posteros nostros tante confusionis et iacture dispendia transmittamus, maluimus honestam mortem inter hostes . . . . . . . .

## 231–233. MANDATA DE ELECTIONE CAMERACENSI DISCORDI.

(1167. ex.)

*De his quae gesta sunt Nicolao I. episcopo Cameracensi a. 1166. Iul. 1 mortuo*[1] *usque ad iteratam Petri e comitibus Flandriae electionem a. 1167. Dec. 9 celebratam cf. Annales Cameracenses SS. XVI, p. 539—544. Quorum narrationi epistolae nostrae gratissimum supplementum afferunt. Ex quibus sane praxis curialis, qua Fridericus I. in electionibus discordibus utebatur, clarissime perspicitur.*

### 231. *MANDATUM CLERO ET BENEFICIATIS CAMERACENSIBUS MISSUM.*

*Mandatum quod Erlcboldus abbas Stabulensis, testantibus Annalibus p. 544, a. 1167. Oct. 29 Cameracensibus obtulit, damus ope* 1) *codicis Cameracensis civitatis 437 membr. fol. saec. XII. Angelomi commentarium super libros regum continentis, in quem cum sequentibus epistolis folio vacuo manu saec. XII. illatum est; contulit omnes iam olim b. m. Bethmann;* 2) *codicis bibliothecae coetus legislativi Parisinae (bibliothèque du corps législatif) collectionem canonum continentis, quem excussit b. m. Waitz;* 3) *codicis bibliothecae publicae Parisinae, Baluze armoir 2 pag. 1 nr. 1 saec. XVI. cum inscriptione:* Cambray. Le P. Sirm. *i. e. Sirmond; hoc Baluzii apographon a neutro codicum ceterorum pendere videtur; contulit b. m. Bethmann. Edidit e codice* 2 *Bouquet XVI, 695. — Stumpf, Reg. 4545.* *(P. deest.)*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus[b] suis, venerabili clero, beneficiatis Cameracensis ecclesie, gratiam suam et omne bonum.

Cum firmissime domus decor et firmamentum[c] immobilibus et solidis columpnis innititur[d], cum Romani imperii supereminens gloria illustrissimorum principum sustentatione fulcitur, utriusque status servatur incolumis et difficile alieni destructioni vel[e] ruinose calamitati poterit subiacere. Quia vero dilectus princeps[f] noster N(icolaus) episcopus vester iuxta relationem venerabilis abbatis Sancti Gisleni[g, 2] aliorumque nuntiorum vestrorum in fata concessit, nimirum de amissione tanti viri tocius Romani imperii dolet monarchia, cuius devotionis studio, saluberrime prudentie consilio, mire strenuitatis auxilio quasi inmutabilis[h] columpne podio fuit hactenus sustentata. In

231. a) F. 1. b) filiis 2. 3. c) et firmamentum *des.* 2. 3. d) innitatur 3. e) aut 3. f) *deest* 2. 3. g) Gilleni 2. 3. h) immobilis 2; immutabilis 3.

1) *Nicolaum a. 1166 obiisse ex ipsis Annalibus elucet, qui legatos Cameracensium imperatorem Papiae hiemantem invenisse narrant. Nam hieme a. 1166—1167, non vero a. 1167—1168 imperator in his regionibus versatus est. Cave ergo, ne Annalistae confidas, qui et p. 539 et expressis verbis p. 540 episcopum a. 1167 obiisse contendit.* 2) *Gossichini; cf. Ann. Camerac. SS. XVI, 541 et supra p. 320.*

tanto itaque nobilissime Cameracensis ecclesie dampno resarciendo et insanabili vulnere, quod mors eius nobis[i] inflixit, novo et salubri medicamine curando, tanto debebat ecclesia vestra propensiori sollicitudine et[k] ferventioris animi devotione viriliter assurgere, quanto diuturnis laboribus, gravissimis tribulationibus, que invenerunt[l] eam nimis quasi in[m] ultimis finibus imperii[n] positam, vehementius ingemiscere et pernitiosius succumbere[o] nulli in dubium venit. Inde est quod, auditis et plenius intellectis nunciis et litteris vestris[p] seorsim[q] et in celebri conventu principum, mirari non suffecimus[r] et[k] graviter doluimus, quod tam illustrium virorum numerositas, tam sacri clericorum collegii supereminens honestas preiacenti et nimis urgenti necessitati salutare non poterat conferre remedium, quod libertas electionis, quae optatum semper proventum sortiri debet[s], per divisiones partium tam nocivum habuit impedimentum, et quod discordia membrorum capitis, in quo tota salus eorum consistit, unitatem et tante rei frugalitatem conturbavit. Licet enim, vobis discordantibus[t], de iure imperii quamlibet personam idoneam vobis subrogare possemus et quia iura imperii, qualem alibi nunquam[u] iacturam vel ignominiam recepimus, apud vos nobis[v] negata sunt, scilicet quod[w] res episcopales decedente episcopo ad eamdem manum non redierunt de cuius munere eas constat[x] descendisse — deberet[y] in detrimentum libertatis vestre redundare, nisi et imperiali clementia, quae vel immeritis benefacere consuevit, dignam emendationem vestram expectaremus. Ex indultu itaque misericordie, que humane nature preciosissimum est ornamentum, et[z] ex generali consilio principum tam ecclesiasticorum quam secularium, una cum nuntiis vestris honorabiles legatos nostros[a] E(rleboldum)[b] Stabulensem abbatem magnum principem nostrum et R.[c] decanum Aquensem et S. familiarem capellanum nostrum, viros discretos et honestos, ad universitatem vestram transmittimus et[d], ut saluti ecclesie vestre in commune[e] consulatis, attentius prudentiam vestram commonemus, eam electionis libertatem vobis[f] donantes, quatinus ab illa die, qua prefati legati nostri ad vos intraverint et hanc sacram vobis legendam presentaverint, usque ad sex septimanas, personam Deo placentem et imperio, ecclesie et imperii servitiis idoneam, in divinis et humanis legibus eruditam, morum honestate et maturitate conspicuam, unanimiter in dominum et pastorem eligatis, per quam imperio debitum reddatur obsequium et commissa ei ecclesia gratum Domino accipiat incrementum: talem scilicet qualem deceat honestatem vestram nobis[g] presentare et nostram maiestatem deceat[h] episcopali dignitate sublimare. Quod si infra indultum a nostra pietate[i] tanti[g] temporis spacium concordi electione, paribus votis in unum convenire non poteritis[k], nos de superabundanti iure imperii personam, quam ex divino arbitrio et consilio principum elegerimus, idoneam tamen[l], vobis in dominum et episcopum ex tunc[g] preficiemus. Ceterum quicquid prefati honorabiles apochrisarii[m] nostri apud vos ordinaverint, nos[g] ratum habebimus.

## 232. *EPISTOLA AD COMITES FLANDRIAE.*

*Epistola eodem fere tempore ac mandatum scripta in iisdem codicibus 1—3 servata est. Edita est e codice 2 a Bouquetio XVI, 694. — Stumpf, Reg. 4546.*

*(P. deest.)*

231. i) vobis 2. k) *deest* 1. l) nos vel *add.* 3. m) in *deest* 3; pro nimis quasi in 2: in usque. n) imp. finibus 2. o) incumbere 2. 3. p) vestris et litteris 2. 3. q) seorsum 2. 3. r) sufficimus 2. 3. s) sortiri debet *des.* 2. 3. t) disc. vobis 2. 3. u) nunq. alibi 2. 3. v) vobis 3. w) et *add.* 2. 3. x) constat eas 3. y) debent 1. 3. z) *deest* 2. 3. a) leg. nost. hon. 2. 3. b) E. 1. 2; F. 3. c) E. 2. d) *deest* 3. e) in commune *des.* 2. 3. f) vobis lib. 2. 3. g) *deest* 2. 3. h) dec. mai. 2. 3. i) potestate 3. k) potueritis 2. l) tum 3. m) apocrisiarii 2. 3.

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis[b] suis Theodorico[c] et Philippo[d] comitibus Flandrensibus, viris illustribus, gratiam suam[b] et omne bonum.

Literas benignitatis vestrae et honorabiles nuntios qua debuimus humanitate suscepimus et peticiones vestras benigno affectu volebamus admittere, si cum Deo, quem in omnibus factis nostris sollicitius intueri debemus, et de ordine rationis fieri potuisset. Testis enim nobis est Deus, quod pro vestra dilectione et dilecte consortis nostre crebra ammonitione filium vestrum libenter[b] promovissemus, nisi iniuriam ecclesie irrogare[e] timeremus, cuius libertatem electionis semper illibatam conservavimus. Misimus itaque legatos nostros ad ecclesiam Cameracensem, ut infra legitimum electionis spatium, summota partium[f] contrarietate, in unam Deo et imperio idoneam personam conveniant. Alioquin nos ex consilio principum eis, sicut iusticia nostra exigit, episcopum subrogabimus.

## 233. *MANDATUM CANONICIS ET CASTELLANO CAMERACENSIBUS MISSA.*

*Mandatum adhuc ineditum, quod solus codex 1 servavit, cuius in Annalibus mentio non fit, mense Novembri a. 1167 oblatum esse videtur. — Stumpf, Reg. deest.*
*(P. deest.)*

F(redericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus T. archidiacono et preposito Cameracensi, P. archidiacono, E. et O. archidiaconis, H. decano, An. thesaurario, G. cancellario, G. cantori, S. castellano gratiam suam et omne bonum.

Literas benignitatis vestre, quas nobis transmisistis, suscipientes audivimus et earum tenorem diligenter intellegimus. Noverit itaque discretio vestra, quod peticio illa, quam nobis porrexistis pro persona P(etri) filii dilecti nostri comitis Flandrie, plurimum placet nobis, tum quia consanguineus est consortis nostre imperatricis, tum quia scimus, quod de promotione ipsius magnus honor imperio et utilitas ecclesie Cameracensi debeat provenire. Quia iuxta peticionem vestram in verbo vestro convenimus et prefatum dilectum nostrum ad episcopalem dignitatem desideramus et volumus promovere, monemus industriam vestram, quatinus in proposito vestro constanter perseveretis. Et quod peticionem vestram clementer admiserimus et velimus modis omnibus promovere, fidelibus imperii et ecclesie intimare curate ut, cum desiderium nostrum claris inditiis vobis innotuerit, universorum voluntates nobis concordes inveniamus. Ad huius tam ardui negotii promotionem mittimus ad vos de latere nostro virum secundum cor nostrum Ar. sancte Aquensis ecclesie prepositum, qui in fastigia Cameracensis episcopatus P(etrum) filium comitis Flandrensis per canonicam electionem, que magis indultu clementie quam ex debito iusticie exibenda est, promoveat, et si quid in electione ipso presente defuerit, ipse imperiali auctoritate suppleat. Quamvis enim sine electione, dictante iusticia, in quamlibet personam hunc honorem conferre possemus, ecclesie tamen vestre deferimus et dilectum nostrum P(etrum) et non alium per sollempnitatem electionis maluimus sublimare, quam de imperiali iusticia in huius dignitatis apicem collocare. Patienter igitur expectet legatum et mandatum nostrum cupientis anime fervens vestra devotio, quousque cum plena deliberatione benignitatis nostre prefatus legatus noster ad vos perveniat.

232. a) F. I. b) *deest* 2. 3. c) T. 1. d) Ph. 1. e) arrogare 1. f) *deest* 1.

# 234. MANDATUM DE ELECTIONE RATISBONENSI.

(1167. post Oct. 17.)

*Adhibuimus 1) codicem latinum Monacensem 13100 (Rat. civ. 100), cui fol. 134 manu saec. XII. illatum est, et 2) editionem Riedii in Codice diplomatico Ratisbonensi I, p. 242 nr. 263 e diplomatario quodam desumptam. — Stumpf, Reg. deest.* *(P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus venerabili clero, beneficiatis et[b] ministerialibus Ratisponensis ecclesiae gratiam suam et omne bonum. Honorabiles legatos vestros ad nostram maiestatem venientes qua debuimus benignitate suscepimus et, legatione eorum tum vive vocis tum litterarum vestrarum relatione diligenter intellecta, electionem, qua[c] pari voto, unanimi consensu in personam[d] dilecti nostri Chounrado[e] de Reitenbuch preordinante Spiritus sancti gratia convenistis, ex imperialis favore clementiae et prudentum nostrorum consilio, et quia iusticia suffragatur, modis omnibus approbamus. Quia vero ecclesia vestra multis miseriis magnaeque desolationis erumpnis repente destituta subiacet et fere supremae calamitatis et paupertatis miserias sustinet, divino credimus evenisse consilio, quod in hac tribulatione tam idoneus vobis episcopus substituitur, qui sua prudentia et nostra cooperante clementia dispersa congregare, perdita recuperare, lapsa relevare, deformata in meliorem statum reformare sufficiat. Ut autem noveritis, nos devotionis vestrae servitia pre oculis mentis habere et in omnibus necessitatibus vestris oportuna impertiri velle suffragia, peticiones vestras, licet a consuetudine curiae nostrae discordare videantur, benigne admisimus et dilecto nostro Chounrado[e] electo vestro, ut de palatiis nostris et omnibus redditibus et honoribus et dignitatibus et castris et curtibus episcopatus se intromittat et pro voluntate sua dispenset et legitime ordinet et aliena restauret, liberam facultatem tribuimus.

# 235. SENTENTIA DE DOTE ECCLESIARUM CONTRA ADVOCATOS.

1170. Iun. 23.

*Prodit ex copiario ecclesiae Verdensis in tabulario Hannoverano asservato mbr. saec. XIV. sign. II. 125 nr. 24, ubi rubrum:* Ne advocati aliquod ius habeant in dote sacerdotis. — *Stumpf, Reg. 4115.* *(P. 141.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator augustus. Imperatorie maiestatis est officium, negotiis imperii iuxta legum instituta et canonum decreta pacem et iustitiam providere, et precipue ecclesie Dei, cuius precibus et oratione promoveri speramus et in Domino confidentius regnare. Eapropter notum facimus universis imperii nostri

234. a) F. 1. b) *deest* 1. c) quam 1. 2. d) persona 2. e) C. 1.

fidelibus tam futuris quam presentibus, quod dilectus ac fidelis noster imperii princeps Hugo venerabilis ecclesie Verdensis episcopus ad curiam nostram veniens sententiam requisivit, utrum cuiquam advocato liceat aliquod ius posse vel debere exercere in dotem alicuius ecclesie vel[a] clerici in ea manentis vel in rebus suis, vivi seu morientis. Habita itaque super huius questione diligenti principum deliberatione, in presentia ipsorum a marchione Ottone de Misna super huius rei negotio iudicium requisivimus. Ipse igitur, habito universorum principum et nobilium atque aliorum sapientum consilio, generalem in generali curia sententiam protulit: nullum prorsus advocatum aliquod ius habere in dotem alicuius ecclesie nec in rebus clerici in ea manentis, nec in vita nec in morte. Cui omnes applauserunt et unanimi acclamatione rationabilem assensum prebuerunt. Quocirca eidem sententie auctoritatis nostre maiestatem clementer applicantes statuimus et firmiter sancimus, ne aliquis persona humilis vel magna vel ecclesiastica seu secularis audeat obviare huic iudicio tam sollempniter et rationabiliter celebrato. Unde et presentem paginam[b] conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo corroborari. Quicumque ergo eam infregerit vel saltem infringere temptaverit, maiestatis nostre reus et a gratia nostra proscriptus erit, rebus et persona publicatis[c]. Ipse vero episcopus ecclesiastico iure poterit et debebit anathematis gladio eos ferire. Quod ratum habebimus et usque ad condignam satisfactionem inconvulsum.

Datum Herbsfordie, anno dominice incarnationis MCLXX, indict. III, IX. Kal. Iulii.

## 236. SENTENTIA DE SUPELLECTILI EPISCOPORUM ET DE IURE BENEFICIALI PRAEBENDARUM.

(? 1170. Iun.)

*Mandatum hoc, cuius textui emendatione magna mederi conati sumus, sententiae nr. 235 adiunximus, quamquam omni indicio chronologico destitutum est et in spatio annorum 1155—1180 datum esse potest. Nam sigla* H. *et episcopum Hugonem 1167—1180 et eius antecessorem Hermannum significare potest. Certe nullo iure a Pertzio ad a. 1168. Iul. relegatum est. Inest in copiario Verdensi saec. XIV. supra ad nr. 235 memorato sub nr. 26*[1] *et rubro insignitum est hoc:* Ne episcopus respondeat heredibus antecessoris sui. — *Stumpf, Reg. 4096.* *(P. 140.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universo clero, beneficiatis et ministerialibus Verdensis ecclesie gratiam suam et omne bonum.

Notum facimus universitati vestre, quod dilectus et fidelis noster H. episcopus vester quasdam questiones in facie curie nostre coram nobis deposuit, de quibus universalis curie nostre, presentibus principibus et magnatibus regni nostri, sententia hoc dictavit: quod dilectus noster, prefatus episcopus vester, in suppellectile predecessoris

**235.** a) ut *codex.* b) paginē *codex.* c) publicatus *codex.*

1) *Stumpf 'Nachträge' p. 548 dicit, autographon exstare Verdae. Errat tamen viro cl. Ianicke tabulario Hannoverano teste, qui in tabulario civitatis Verdensis autographon nequaquam servatum esse neque aliud tabularium Verdae exstare nos docuit.*

sui heredibus ipsius niehil hereditarii iuris [concedere debet et] secularesª controversiam nusquam nisi in curia nostra ad discutiendum debent transferre. Ius quoque beneficiale in prebenda fratrum memorate ecclesie et ius beneficiale in plebanis ecclesiis post mortem concessoris cessatum esse iudicamus. Universitati ergo vestre firmiter mandando precipimus, ut prefatas curie nostre sententias ratas teneatis et illibatas semper observetis.

# 237. CONVENTIO CUM LUDOVICO VII. REGE FRANCIAE CONTRA BRABANTIONES.

(1171. Febr. 14.)

*Damus e codice civitatis Atrebatensis 713 (olim S. Vedasti) saec. XIII. in., Alexandri III. epistolas ad Henricum archiepiscopum Remensem datas continente; exscripsit b. m. Bethmann. Ex eodem codice edidit Martene in Collectione amplissima II, 880 (= Bouquet XVI, 697). Tempus definitur a viro cl. Scheffer-Boichorst ope epistolae cuiusdam Willelmi ad Hugonem episcopum Dunelmensem datae (ed. Robertson 'Materials for the history of Thomas Becket' VII. nr. 742 p. 445) ubi haec:* De domino rege Francorum hoc vobis duxi nuntiandum, quoniam proxima die Iovis post conversionem beati Pauli *(Ian. 28)* profectus est ad colloquium inter ipsum et imperatorem petitione ipsius imperatoris habendum dominica qua cantabitur Invocavit *(Febr. 14)*, in confinio regni et imperii versus Mechisi *(al.* Meturhisi*)*, ubi speratur de reformanda unitate et pace ecclesiastica esse tractandum et inter ipsos tum coniugiis tum aliis pacis foederibus amicitiam esse firmandam — *et ope epistolae Alexandri III. a. 1171. Ian. 1 ad archiepiscopum Remensem datae (Jaffé, Reg. pont. ed. II. 11894), ubi mentio fit colloquii* quod nuper Ludovicus Francorum rex cum F. dicto imperatore habuisse dignoscatur. *Locum Mechisi, inter Toul et Vaucouleurs situm, putat esse Maxey-sur-Vaise vir cl. Pfister in periodico 'Revue historique' XXVI, 187 (1892. Mart. 7). — Stumpf, Reg. 4120. (P. 141.)*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fredericus Dei gratia Romanorum imperator augustus omnibus imperpetuum. Amicus noster karissimus Lodowicus Francorum rex et nos inter Tullum et Vallemcolorum pro negotiis regni et imperii convenimus, ubi ex utraque parte habuimus magnam baronum copiam. Inter cetera de expellendis maleficis hominibus, qui Braubantiones sive Coterelli dicuntur, tale fecimus utrinque pactumª et statutum. Nullos videlicet Brabantiones vel Coterellos, equites seu pedites, in totis terris nostris, regni scilicet aut imperii infra Renum et Alpes et civitatem Parisius, aliqua occasione aut werra retinebimus ammodo, neque nos neque homines nostri, nisi forte aliqui in terra alicuius baronis infra hos terminos iam uxorem duxerint aut aliquis baronum aliquem secum ante istam conventionem in perpetuum retinuerit. Quod ut inviolabiliter omni tempore observetur, nos pro nobis fecimus Matheum ducem Lotharingiae hoc fiduciare, et rex ipse comitem Trecensem Henricum. Set archiepiscopi et episcopi et ceteri barones, qui affuerunt, quisque pro se hoc fiduciaverunt, et a reliquis archiepiscopis, episcopis et laicis infra prescriptos terminos constitutis[b], qui tunc non affuerunt, eandem accepimus securitatem,

236. a) secularis *cod.*

237. a) factum *c.* b) constitutos *c.*

tali condicione, quod si quis maleficos illos homines amodo retinuerit, archiepiscopus vel episcopus suus illum nominatim excommunicabit et totam terram suam tenebit sub interdicto, donec illi, cui malum per eos fecerit, dampnum suum ad probationem suam restituat et episcopo dignam faciat emendationem: et tam archiepiscopi quam episcopi quam barones cum armis contra ipsum et super terram suam ad destruendum ibunt infra quadraginta dies postquam inde fuerint commoniti, donec illi, cui malum factum erit, dampnum suum fuerit restitutum et domino terre digne fuerit emendatum. Si quis etiam maleficos illos retinuerit, pro legitimo in nulla curia vel causa recipietur, donec, sicut prediximus, rem emendaverit. Si quis etiam eandem securitatem voluerit, eandem similiter subibit sententiam. Si vero malefactor adeo potens fuerit, ut a vicinis constringi non possit, nos de nostro et rex similiter de suo in propria persona sumemus vindictam, et quam cito vocabit, in eum cum armis insurgemus.

# 238. CONVENTIO CUM PISANIS PER CHRISTIANUM MOGUNTINUM FACTA.

## 1173. Mai. 23.

*Conventionem praeviam de pace inter Pisanos et Florentinos ex una parte et Ianuenses et Lucanos ex altera ineunda dedit vir cl. Holder-Egger ex autographo quod asservatur in tabulario regio Florentino, 'Riformazioni Atti pubblici 1173 28. Maggio', quod sigillo omnino caret. Quo etiam niti videtur editio minus accurata, quam paravit dal Borgo 'Raccolta di scelti diplomi Pisani' 309.* *(P. deest.)*

† In nomine Dei eterni. Anno ab incarnatione eiusdem MCLXXIII, indictione V, X. Kal. Iunii.

1. Consules Pisane civitatis cum quattuor Lucensibus captivis pro ipsis et aliis representabunt se coram domno[a] Cristiano Macuntine ecclesie archiepiscopo et dabunt iamdictos captivos in manibus eius et in eum pro se et suis aiutoribus, quibus iuramento tenentur, se ponent et iurabunt stare mandato suo et mandatis super pace ista facienda et tenenda, que inter ipsos, scilicet Pisanos et Florentinos et eorum aiutores, et Lucenses et Ianuenses et eorum aiutores, quibus sacramento tenentur, tractent vel tractabitur; et hoc quoque similiter Florentini iurabunt.

2. Quibus peractis domnus archiepiscopus incontinenti absolvet eos a banno[b] et ipsos in omnem plenitudinem[c] prioris status in integrum restituet; et hoc totum faciet in plena curia. Et si consules Pisane civitatis voluerint eandem[d] restitutionem fieri, faciet ab inperatore infra terminum conpetentem ad voluntatem Pisanorum consulum: quo peracto, hos quattuor Lucenses captivos statim comittet[e] Florentinorum consulibus.

3. Deinde Pisanorum consules Pisas revertentes, reliquos captivos Lucenses, qui Pisis capti sunt, pro se, id est pro Pisanis, consulibus Florentinorum commendabunt, accepto ab eis iuramento, quod si pax completa non fuerit, reddent eos Pisanorum consulibus in securo loco in supradictorum Pisanorum fortia; et Florentini aliquos ex eis de melioribus Lucam ire patientur, receptis pro eis bonis stadicis et sacramentalibus et aliis firmis securitatibus.

238. a) dñō *similia fere semper c.* b) ab anno *c.* c) plenitudine *c.* d) eādem *c.* e) comittēt, *signo compendii tamen deleto c.*

4. Hoc tamen pacto omnia supra[f] et infra scripta peragi debent, quod iamdictus archiepiscopus cum consensu et assensu consulum Pisane et Florentine civitatis duos bonos homines de Pisa et alios duos de Florentia civitate, super hoc facto convenientes, pro pace tractanda et complenda eliget, et alios duos de Lucana civitate et duos de Ianuensi eodem modo eliget. Qui omnes[g] octo in presentia domni archiepiscopi et supradictarum civitatum consulum iurabunt ad santa Dei euangelia, quod bona fide et sine omni fraude inter iamdictas civitates et eorum aiutores, quibus iuramento tenentur, pacem atque concordiam tractabunt et ordinabunt atque complebunt infra terminum et terminos ab archiepiscopo et partibus constituendum vel constituendos, ad honorem Dei et imperatoris et salvamentum predictarum[h] civitatum et suorum aiutorum.

5. Et si ex omni parte concordaverint, bene erit. Sin autem contingerit eos omnes vel aliquos ex eis vel aliquem in totum partemve disscordare, tunc duo arbitri, scilicet comes Gerardus Pisanus et Guido de Montemagno, assumentur, qui duos eligant[i] homines super hoc facto convenientes, qui bona fide et sine omni fraude omnia ea, in quibus iamdicti octo disscordes arbitri fuerint, discernant et cognoscant et sic ad concordiam reducant; et quod ipsi concordaverint, firmum et stabile sine omni fraude supradicte civitates teneant.

6. Et postquam paex facta fuerit, Florentini omnes captivos Lucenses infra XV dies post pacis compositionem in manibus archiepiscopi apud Sanctum Miniatum dabunt. Pisani vero captivi, qui sunt Ianue vel Luce, interim dum paex componitur, erunt apud archiepiscopum aut apud Lucenses, prout Pisanorum consules voluerint, ita ut stadicent cum bonis securitatibus et cum bonis sacramentalibus. Pace vero perfecta, erunt liberi. Et si in supradictis pactis et conventionibus et iuramentis placuerit addere vel diminuere archiepiscopo, possit hoc facere cum consensu utriusque partis, et hoc sine omni fraude et malo ingenio.

7. Et sic postmodum Gerardus de Rangone et Guido de Sancto Nazaro in ecclesia beati Andree in Chintica de Casaiuulia[k] iuraverunt corporaliter tactis sacrosantis euangeliis, quod parabolam habuerunt ab archiepiscopo Maguntino, et postquam habuerunt, nullo modo fuit eis ablata, quod omnia suprascripta[l], quecumque in hoc instrumento scripta sunt ex parte iamdicti archiepiscopi et Pisanis et Florentinis conventa, bona fide et sine omni fraude observabit[m] atque conplebit. Et sic ut suprascripta sunt et conventa ad sanum et bonum intellectum super animam iamdicti archiepiscopi iuraverunt, et tanto plus super animam eius, scilicet archiepiscopi, iuraverunt, quod hoc totum quod in cartula suprascripta[n] scriptum est, iamdictus archiepiscopus iterum, quando Pisanorum et Florentinorum consulibus placuerit, iurabit et tot bonos homines de melioribus de sua curia faciet illud idem iurare, quot Pisanorum et Florentinorum consulibus placuerit.

8. Et similiter et Florentinorum consules, scilicet Iohannes Donati et Mannus, et Pisanorum, scilicet Rainerius Gaitani et Alcherius et Benectus et Albizellus et Gualfredus iuraverunt, quod omnia, que in hac cartula scripta sunt ab eis facienda, bona fide et sine omni fraude servabunt, hoc scilicet pacto, si archiepiscopus observaverit omnia que in hoc instrumento scripta sunt, [sicut] iuravit Gerardus de Rangone et Guido de Sancto Nazaro super animam iamdicti archiepiscopi.

9. Facta sunt hec omnia suprascripta[l] in presentia comitis Gerardi et Albertini quondam Sigerii Gualandi et Forensis de Caupi et Cavalcantis quondam Boncisignis et Abatis quondam Ildebrandi et Albonecti quondam Bagloni et aliorum plurium.

Et sic postea VII. Kal. Iunii in domo filiorum Petronis apud Santum[o] Genesium iamdictus archiepiscopus iterum iuravit in presentia Herici quondam Canis et Albertini[p]

**238.** f) sup̄ *c.* g) qōs *c.* h) p̄dictorum *c.* i) elegant *corr.* eligant *c.* k) *seu* Casaunilia; casaiuulia *c.* l) is̄ta *c.* m) obseruab̄ *c.* n) is̄ta *c.* o) santu *c.* p) albt̄ā *c.*

quondam Sigerii et Abatis quondam Ildebrandi et Forensis de Canpi et Guidonis de Sancto Nazaro et aliorum plurium.

† Ego Iacobus domni Federici Romanorum imperatoris notarius hoc totum mandato Ildebrandi Familiati iudicis et eius vice scripsi.

† Ego[q] Ildebrandus Familiatus, dum predicta omnia fierent, interfui ideoque mea vice a predicto Iacobo notario scribi feci et in omnibus conpletionem inposui et subscripsi.

---

# 239. CONVENTIO CUM COMITE FLANDRIAE DE MERCATORIBUS ET DE MONETA.

## 1173. Mai. 29.

*Exscripsit iam olim b. m. Bethmann ex* 1) *libro privilegiorum civitatis Gandensis 'Witte Boek' nuncupato saec. XV. med. fol. 75. collato cum* 2) *altero chartulario saec. XV. 'Wetten en costumen van de Nederlanden' inscripto, quod e bibliotheca Lammensiana iam devenit in tabularium civitatis Gandensis. E codice* 1 *ediderunt Warnkönig 'Flandrische Rechtsgeschichte' I, appendix 38 et Höhlbaum 'Hansisches Urkundenbuch' I, p. 13 nr. 23. — Stumpf, Reg. 4146.* *(P. deest.)*

Fredericus Dei gracia Romanorum imperator[a] augustus. (1) Notum facimus imperii fidelibus, quod nos[a] ex peticione dilecti nostri Philippi comitis Flandrie quattuor fora mercatoribus Flandrensibus[b] statuimus, duo quidem apud Aquisgrani per terram et alia duo apud Dusburch per aquam certis temporibus observanda. (2) Initium autem unius erit fori apud Dusburch in festo beati Bartholomei, et per quattuordecim dies perdurabit; et[a] alterius erit initium Letare Iherusalem, et per totidem dies[a] observabitur. Aquisgrani vero aliud forum habebit initium in capite ieiunii, per quattuordecim dies observandum; et[a] aliud in festo sancti Michaelis totidem diebus frequentandum. Finitis singulis quattuordecim diebus, Flandrenses et ceteri mercatores postmodum quieti maneant per alios quattuordecim dies, nichil de pannis suis vendentes; deinde vero post illum terminum omnia licenter vendant, solventes apud Dusburch tale theloneum, quale solent Colonie persolvere, et precium dent de libra sive trutina. (3) Ut autem mercatores melius habeant commodum, novam monetam apud Dusburch cudi precipimus in denariis et apud Aquisgrani in obolis, quorum marcha preponderabit uno denario Coloniensis[c] monete. Hos etiam denarios et obolos comes Flandrensis per terram suam dandos esse precipiet. (4) Quicumque mercatores, sive Flandrenses sive alii, bona sua cuiquam crediderint, coram iudice et scabinis hoc faciant, qui testimonium rei credite perhibeant; et mercator ita faciens per testimonium iudicis et scabinorum bona credita sine contradictione recipiet. Sed si super bonis creditis testimonium iudicis et scabinorum non habuerit ille a quo bona requiruntur, sacramento sine[d] vara se expurget, quod bonorum debitor non extiterit. (5) Cuiuscumque terre mercator bona sua per testimonium iudicis et scabinorum credita rehabere non potuerit, a iudice et scabinis illius loci quem debitor inhabitat iusticiam requirat et petat, ut inde debitor transmittatur ad iudicem et scabinos qui bonis creditis interfuerunt; coram

238. q) *reliqua alia manu exarata sunt c.*

239. a) *deest* 1. b) flandrie 1. c) coloniensi 1. d) *ita* 2; sine 1.

quibus debitorem convincat. Quodsi insticiam requisitam non invenerit, deinde illius loci mercatoribus, ubi negata est ei iusticia, pignus auferat, donec iusticiam consequatur, et ob hanc causam loci alterius mercatores[e] non infestet. (6) Si quis insecutus fuerit mercatorem de maiori loco ad minorem, imponens ei aliquod malum, si querimoniam prosequi voluerit, revertatur cum mercatore ad locum in quo malum sibi fatetur esse illatum et coram iudice iusticiam consequatur. Prius tamen quam revertatur conquerens, fideiussionem faciat mercatori, quod querimoniam suam in maiori loco prosequi velit. Quam si non fuerit exsecutus et defecerit secundum fideiussionem prius factam, mercatorem pro gravamine per satisfactionem sibi consiliet. Sed si prius fideiussionem mercatori de prosequenda querimonia non fecerit, mercatorem non gravabit, sed in pace dimittet. (7) Si quis mercator senserit se gravari contra iusticiam in loco minori, licentiam habeat appellationem faciendi ad maiorem locum, a quo minor locus iusticie sue leges acceperat. (8) Nemo mercatorem de Flandria duello provocabit; sed si quid in eum habet dicere, iuramentum illius absque vara recipiat. (9) Idem mercatores sub nostro conductu salvis rebus et personis habebunt ascensum et descensum in Reno et in aliis aquis sive terris in imperio nostro constitutis; et qui vim aut iniuriam eis inferre[f] presumpserit, a gracia nostra sit exclusus. Ut igitur omnia supradicta permaneant inconvulsa, sigillum nostre maiestatis presenti pagine cum sigillo dilecti[g] nostri Philippi comitis Flandrie precepimus apponi.

Acta sunt hec omnia anno dominice incarnacionis MCLXXIII, indictione VI. Datum apud Fuldam IIII. Kal. Iunii; feliciter amen.

# 240. SENTENTIA DE BONIS CLERICORUM DECEDENTIUM.

## 1173. Iul. 2.

*Proferimus ex autographo iam in bibliotheca civitatis Moguntinae asservato, a viro d. Schwalm collato. Sigilli vestigium nullum. — Stumpf, Reg. 4149.* *(P. 142.)*

(C.) ⁞ In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia imperator Romanorum et semper augustus. ⁞ (1) Imperatoria maiestas, que regis regum et domini dominantium vicem gerit in terris, in gubernatione universitatis hominum sue iurisditioni attinentium illis, qui sunt de sorte Domini et de sanctuario Dei, motu pietatis et salutis sue intuitu specialem defensionis et protectionis gratiam debet impendere et iura sua inviolata eis conservare, ut ab omni perturbatione liberi et securi servicio Dei possint vacare, ita ut in monte contemplationis Deo mente excedant et pro his, qui in hac valle plorationis naufragosa tempestate fluctuant, orationibus[a] suis intercedant. (2) Noverit igitur fidelium Christi et imperii nostri presens etas et secutura posteritas, qualiter venerabilis clerus, videlicet prelati et subditi Maguntine civitatis, ad nostram venientes presenciam, querimoniam coram nobis deposuerunt, quod quidam burgenses de civitate sua gravem eis irrogassent iniuriam et iura eorum tam scripta quam consuetudinaria temeraria presumptione violassent.

**239.** e) mercatorem 2. f) conferre 1. g) dicti 1.
**240.** a) oroibq *or.*

Asserebant enim, quendam canonicum Sancti Victoris infirmitatis molestia gravatum iuxta consuetudinem longo et communi usu totius cleri approbatam de mobilibus suis que habebat infra emunitatem donationem in ultima voluntate fecisse et quosdam fratres suos fidecommissarios constituisse, qui eo decedente uti ipse ordinaverat res illas distribuerent. Cum autem canonicus ille diem clausisset extremum, fratres sui ea que fidei eorum commiserat executioni mandare volebant; sed cognati fratris defuncti effectum rei impediebant, asserentes se exheredatos esse per inofficiosum quod factum esset testamentum, et ideo donationem in irritum esse revocandam. Honorabilis vero clerus Maguntinus cum instrumentis suis astabat, probationem suam nobis offerens, quod donatione antecessorum nostrorum divorum augustorum et episcoporum suorum auctorabili concessione per quadraginta annos et amplius sine interruptione talem in emunitatibus suis libertatem optinuissent, quod omnia mobilia sua quolibet tempore cui vellent possent donare; et hoc idem ex scripto iure asseverabant. Laici autem pro parte sua multa in contrarium allegabant; et ita hinc inde lis diu est agitata. (3) Ut ergo hanc litem possemus dirimere et causam debito modo diffinire, placuit nobis a Wormaciense episcopo Cůnrado et aliis episcopis presentibus, cancellario quoque nostro Godefredo, nec non abbatibus et aliis personis ecclesiasticis in iure ecclesiastico peritis veritatem cognoscere. Illi vero cum omnibus ecclesiasticis personis que aderant in presentia nostra testati sunt, illam emunitatis libertatem, quam Maguntinus clerus sibi vendicabat, in multis imperii nostri servari ecclesiis; et item ius scriptum super presenti negocio nobis distinxerunt, asserentes quod clericus, qui tempore ordinationis sue nichil habens aliqua de rebus ecclesie conquisisset, nullum testamentum posset facere, sed post decessum suum omnia ecclesie deberet relinquere. Asseverabant etiam, quod clericus mobilia sua, que vel de proprio vel ex mera alicuius liberalitate vel successione cognationis vel aliquo lucrativo titulo ad eum devenissent, cui vellet posset donare, sive inter vivos sive in ultima voluntate; si vero intestatus moreretur, omnia ad usum ecclesie redirent cui ipse vivens ministrabat; patrimonium autem quod hereditario iure ad clericos devenisset, illis qui in linea agnationis seu cognationis eis essent proximi post mortem suam relinquere deberent. (4) Taliter itaque instructi ab episcopis et ecclesiastici iuris peritis, antecessorum nostrorum divorum augustorum facta et orthodoxorum patrum statuta dignum duximus venerari, et idcirco universum Maguntine civitatis clerum et canonicos in tribus municipiis degentes, videlicet Aschaffenburg, Frankenfurt et Pingia, in libertate emunitatis, quam longa consuetudine optinuerunt et inscripto iure, quod auctoritate Romane ecclesie et sanctorum patrum traditione acceperunt, ob amorem dilectissimi nostri Cristiani archiepiscopi eorum, qui in servicio nostro et imperii diutino et multo labore magnam beneficii gratiam meruisse dinoscitur, auctoritate nostra confirmantes, imperiali lege sanccimus[b], ut mobilia sua, que infra emunitatem habuerint, ecclesiis seu personis pro arbitrio suo inter vivos seu in ultima voluntate donandi liberam habeant facultatem. (5) Pro maiore autem huius nostre confirmationis et sanctionis auctoritate hanc paginam conscribi et aurea bulla nostra iussimus insigniri, pena centum librarum auri et banni nostri huius sacre legis violatores condempnantes, adhibitis idoneis testibus quorum nomina sunt hec: Cůnradus Wormaciensis electus, Růdolfus Argentinensis episcopus, Lůdewicus Basiliensis episcopus, Sigehardus abbas Laurissensis[c], Arnoldus maior prepositus Maguntinus, Wernherus prepositus Sancte Marie in Campis, Heinricus maioris ecclesiae decanus, Hermannus cantor, Ůdalricus magister scolarum in ecclesia sancti Petri, Gernotus magister scolarum[d] in ecclesia sancti Stephani, Arnoldus Spirensis ecclesie decanus, Andreas magister scolarum, Iohannes prepositus Sancti Germani; Cůnradus

**240.** b) *corr.* sancimus *or.* c) Laurīsis *or.* d) *eadem manu supra lin. add. or.*

palatinus comes Rheni, Hugo comes de Dagesburg, Embicho comes de Liningen. Rupertus comes de Nassowa, Otto comes de Huneburc, Godofridus comes de Spanheim; Ulricus de Horningen, Waltherus de Husen, Wernherus de Bonlanden. Waltherus dapifer, Cůnradus pincerna, Wolfram, Heinricus marscalcus. Lůdewicus Colbo. Hunfridus et Heinricus frater eius de Valkenstein. Sifridus de Lapide, Burcardus vicedominus Wormaciensis. Wernherus et Giselbertus frater eius, et plures alii.

⁞ Signum domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi. ⁞ (M.)

Ego Godefredus cancellarius vice domini Cristiani Maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXIII, indictione VI, regnante domno Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXII, imperii vero XX. Data Spire VI. Non. Iulii; feliciter amen.

# 241. SENTENTIA DE NON ALIENANDIS BONIS COMITATUUM.

1174. Dec. 21.

*Adhibeamus oportet editiones 1) Goiffredi († 1692) 'Storia delle Alpi Maritime' l. III. in Monumentis historiae patriae, Scriptorum tom. II, 428; 2) Honorati Bouche S. I. 'Histoire chronologique de Provence' (Aix 1664) II, 134, qui privilegium depromsit ex Historia Ebredunensi manuscripta Patris Fournier S. I. et Fournerium autographon vidisse in tabulario archiepiscopatus Ebredunensis dicit; 3) Iohannis Columbi S. I. 'Opuscula varia' (Lugduni 1668) p. 85; 4) Guichenon 'Bibliotheca Sebusiana' Centuria II nr. 2 ed. princeps (Lugduni 1660) p. 231 (ed. Hofmann 'Nova scriptorum et monumentorum collectio' I, p. 185) 'ex veteri codice manuscripto'. Testium nomina valde corrupta violentis medelis castigari necesse erat, neque omnia absoluta esse fatemur. — Stumpf, Reg. 4173.*
*(P. 144.)*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus divina favente gratia Romanorum imperator semper augustus. Imperialis excellentiae benignitas iustis honestorum petitionibus inclinari consuevit et eas personas beneficiorum gratia obligare, quas ob fidei suae claritatem et nobilitatis praerogativam dignas censuit honorari. Notum sit igitur universis imperii nostri fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod Guilelmus Forcalcherii[a] comes praesentiam nostrae maiestatis adiit, postulans a nobis, ut eum de[b] comitatu Forcalcherii[c] investire dignaremur. Cuius personam, sicut nostram decuit clementiam, honorifice suscipientes et petitionis suae affectum diligenter attendentes, habito cum principibus nostris consilio, praedicti comitatus investituram cum omnibus pertinentiis eius in omni plenitudine honoris, sicut antecessores sui tenuere, in feudum ei solemniter dedimus et concessimus. Ipse vero fecit nobis hominium[d] et fidelitatem iuravit, scilicet[e] quod per[f] collatum beneficium ad omne mandatum nostrum stare proposuit et honorem imperii et coronae nostrae gloriam usquequaque promovere firmissime compromisit. His itaque peractis[g], comes petit[h] sibi dare sententiam.

241. a) Forcalquerii 1—3. b) *deest* 1. 2. c) Forcalquerii 1. 2; Forcalqueriensi 3. d) homagium 1. e) sicut 1—4. f) *deest* 3. g) *sic* 1—4. h) sibi dari petit 4.

si de iure in irritum deberet[i] revocari[k], quidquid ab antecessoribus de iurisdictione et de iure hospitiorum et dignitate comitatus alienatum esse constaret, sive per venditionem, donationem seu per[l] quamlibet subtractionem spontaneam vel violentam[m]. Prolata[n] est[o] igitur sententia in medium a fideli nostro Henrico marchione Wercio de Wasto et ab omnibus unanimiter approbata: quod nequaquam firmum ac stabile deberet aut posset permanere, si quid[p] de comitatus iurisdictione et dignitate ab aliquo supradictorum modorum fuisset alienatum[q] vel diminutum, nulla in praesentibus aut[r] futuris literis[s] defensione seu[t] praescriptione[u] temporis huic[v] restitutioni seu privilegio opponenda. Nos itaque[w] eandem sententiam iustam et ratam esse decernentes, iam dicto fideli nostro Guillelmo comiti comitatus dignitatem, iurisdictionem et regalia cum omni plenitudine honoris et utilitatis, nostra imperiali auctoritate restituimus et in perpetuum, salva imperiali iustitia, confirmamus. Statuentes et sub poena banni nostri firmiter et districte praecipientes, ne qua persona parva vel magna, saecularis vel ecclesiastica, praenominato[x] fideli nostro vim in his seu[y] iniuriam aliquam inferre praesumat; et si facere attentaverit, quinquaginta libras auri pro satisfactione componat, dimidium camerae[z] nostrae et dimidium comiti, cui iniuria cognoscitur esse illata. Ut autem huius[a] donationis gratuita collatio rata semper et inconcussa permaneat, praesentem inde cartam conscribi et sigillo nostrae maiestatis iussimus roborari. Huius rei testes sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus[b], Arnoldus Trevirensis archiepiscopus, Hermannus Bambergensis[c] episcopus, Cono Ratisbonensis[d] episcopus, Hugo Verdensis[e] episcopus, Conradus palatinus comes Rheni[f], Henricus comes de Dieschse[g], Albertus[h] comes de Eberstein[i], Fridericus comes de[k] Altena[l], Henricus[m] de Line[n], Girardus de Randerode[o], Conradus de Balhusen[p], Henricus[q] marchio de Wasto[r], Guilelmus marchio Montisferrati et filius eius, Guilelmus[s] de Palce, Umbertus comes Blandratensis. Guido de Sancto Nazario, Arnaldus[t] Flotte[u], Guilelmus de Bulbone[v], Petrus Grossus Forcalcherii[w] praepositus, Petrus Pelican eiusdem ecclesiae canonicus, Bertrandus de Sancto Maximo, Guilelmus de Fontana[x], Petrus de Mota. Guilelmus[y] de Moroz[z], Guido de Sarmor[a] et alii quam plures.

Signum (M.)[b] domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus[c] cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italici[d] regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCLXXIIII[e], indictione VII, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius[f] XXIII, imperii vero XXI. Datum in episcopatu Papiensi in obsidione Roboreti[g] XII.[h] Kal. Ianuarii[i]; feliciter.

**241.** i) debet 4. k) renovari 1. 2. 3. l) *deest* 1. 2. m) violentiam 4. n) Probata 4. o) igitur est 4. p) sicut 2. 4. q) abalienatum 3. r) *deest* 1. 2. 4. s) litibus 2. 3. 4. t) subscriptione 2. 4; *deest* 3. u) *deest* 2. v) huic — privilegio *des.* 1. w) igitur 1. x) praenominata 2. y) vel 3. z) coronae 3. a) huius autem 3. 4. b) episcopus etc. 3, *ubi desunt* Arnoldus — Verdensis episcopus. c) Ubelgensis 1. 2. 4. d) *pro* Cono Ratisbonensis 1. 2. 4: Cornensis (Conorens. 2; Coronensis 4) Bononiensis. e) Virdunensis 2. f) *deest* 4; etc. *add.* 3, *ubi desunt* Henricus — Nazario. g) Diest 4. h) Arbertus 2. i) Herbestein 1. 4; comes Derbestein 2. k) *deest* 1. 2. l) Altens 1. 2. m) Henricus — Balhusen *des.* 4. n) deline 1; Deline 2. o) Rendenorde 1. 2. p) Bellem 1; Bellemibus 2. q) Enricus 1. r) Vasto 4. s) G. de Palce *des.* 4. t) Arnardus 2; Arnaudus 3. 4. u) Flotta 3. 4. v) Guil. Dulbone 3; G. de Bulbone *des.* 4. w) Forcalquerii 1. 2; Forcalqueriensis 3. x) etc. *add.* 3, *ubi desunt* Petrus — recognovi. y) Guilelmus — Sarmor *des.* 4. z) Moror 2. a) Guidonus de Sarmon 2. b) *signum crucis hic in* 1. 2. c) Gothofredus 4. d) Italiae 4. e) MCLXIIII. 1. 4; millesimo centesimo sexagesimo quarto 2. 3. f) *deest* 1. g) Roberti 1; Robereti 2. h) XXII. 4. i) Iun. 2. 3.

# 242–245. TRACTATUS PACIS CUM LOMBARDIS.

## 1175. Apr. Mai.

*De scriptis, quae ad hunc tractatum spectant et quae a Pertzio pessime discerpta erant, laute egit primus vir cl. Ficker 'Zur Geschichte des Lombardenbundes' in Actis ('Abhandlungen') academiae imperialis Vindobonensis LX, 297 sq., tum nuper vir cl. Tonini 'Archivio storico Lombardo' IV, 218 sq.*

### 242. *CONVENTIO PRAEVIA APUD MONTEBELLUM INITA. Apr. 16. 17.*

*Instrumentum notarii, quod acta dierum Apr. 16 et 17 scripto mandavit, quinque partibus consistit, quas capitulorum numeris distinximus; et quidem c. 1 continet conventionem praeviam de arbitris eligendis, c. 2 treugam a Papiensibus et marchione Montisferrati Alexandrinis servandam, c. 3 pacem ab imperatore per osculum Lombardis praestitam, c. 4 facultatem arbitrorum, cui succedit eschatocollon, c. 5, quod supplementi vigorem habet, securitatem factam Alexandrinis de treuga servanda. Adhibuimus tres codices a viro cl. Holder-Egger collatos:* 1) *Registrum civitatis Placentiae magnum saec. XII. ex. seu XIII. in. fol. 18 in tabulario municipali asservatum; cuius apographon est* 1*) *Registrum nunc dictum parvum (olim 'Registro mezzano' dictum) circa a. 1300 exaratum fol. 11;* 2) *Registrum privilegiorum civitatis Mutinensis saec. XIII. in. exemplatum a Degoldeo notario, quod asservatur in tabulario municipali, fol. 11', ubi inscriptio:* R(*ubrica*) de conpromisso facto inter dominum Fredericum imperatorem et Lonbardos in certo numero hominum. *Hoc libro usus est Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 275—278, a quo omnes posteriores editiones pendent. — Stumpf. Reg. 4175. (P. 145.)*

(S. N.)[a] In nomine Domini.

1. Talis concordia facta est inter dominum Fredericum[b] Dei gratia Romanorum imperatorem et Lonbardos et Marchianos et Venetos atque Romaniam[c] et omnem eorum Societatem tam locorum quam personarum: quod tres persone debent eligi a parte domini imperatoris et tres ex parte civitatum, que persone, visis litteris missis ab imperatore consulibus Cremone et litteris[d] a consulibus civitatum datis consulibus Cremone, Pontio vel eius[e] sociis de pace et concordia imperatoris et eius partis et civitatum omnium et earum partis, debent[f] iurare, quod bona fide et sine fraude visis supradictis litteris concordiam facient inter imperatorem et eius partem et Lonbardos et eorum partes, neque amore neque timore neque odio nec[g] ullo alio modo pretermittent, quin ex[h] utriusque litteris extrahent[i] ea, que eis videantur[k] superflua et incongrua, et adiungent ea, que eis videantur necessaria et magis utilia et congrua ad pacem et concordiam[l] inter dominum imperatorem et Lonbardos et civitates et omnem suam Societatem confirmandam et tenendam. Et imperator et eius curia et civitates et earum[m] partes debent facere securitatem, arbitrio[n] predictorum sex electorum stare: et si dissenserint[o] in aliquo, arbitrio consulum omnium Cremone similiter[p] stare. Et isti sex debent arbitrari predicta usque ad medium Madium. Et si dissenserint in aliquo, tunc consules omnes[p] Cremone debent ea[q] predicta arbitrari de eo, de quo dissenserint, inde[r] ad quindecim dies. Et imperator statim debet facere pacem omnibus

242. a) *signum notarii idem in* 1. 2; *simile in* 1*. b) Federicum 2. c) Romania 2. d) literis *hic* 2. e) aliis 2. f) debet 2. g) vel 2. h) *corr. ex* extrahent 2. i) extrah7 2. k) *corr. ex* inideantur 2. l) confirmandam *add.* 1, *iam deletum.* m) eorum 2. n) in arbitrio 2. o) dis censerint 2. p) *deest* 1. q) *deest* 2. r) usque 2.

civitatibus et earum Societati osculo pacis interveniente. Et ut ita firmum teneatur a civitatibus, decem[s] homines de unaquaque civitate debent iurare, quod ita firmum sit, et habeantur[t] ab ipsis omnibus civitatibus; et ipsi decem tales, quales imperator elegerit, debent[u] esse et facere fidelitatem domino imperatori et filio eius Henrico regi, vasallus sicuti vasallus et[q] civis sicuti civis. Et comes Savoie et ceteri principes imperatoris concordes fuerunt cum domino Ecilino et cum[v] consulibus civitatum et aliis sapientibus civitatum ibidem existentibus, quod quidquid[w] iuretur aut fiat a parte Lonbardie[x] et eius Societatis, non[y] debet[z] esse alicuius momenti nec debet[z] obesse alicui, nisi pax[a] et concordia facta fuerit a domino imperatore[b] et eius parte omnibus civitatibus et locis et personis Societatis Lonbardie, Marchie et[c] Venecie et[c] Romanie. Et isti tunc[d] de unaquaque civitate iuraverunt ita attendere et firmum tenere: De Mediolano Ubertus de Landriano, de Brixia Albericus[e] de Cauriano, de Verona Winianus[f] Advocatorum, de Placentia Wuilielmus[g], de Taruisio[h] Gerardus[i] de Campo sancti Petri, de Vicentia Wuazo de Guazonis[k] potestas, de Bergamo Gibertinus[l] de Carcere potestas, de Parma Niger Grassus[m] potestas, de Lauda[n] Lanfrancus[o], de Vercello Iohannes Benedictus, de Tartona[p] Cassianus, de Novaria Petrus Cavallacius, de Regio Albertus de Bonizo[q], de Ferraria[r] Guidottus[s], de Alexandria[t] Saccus de Strata consul, et dominus Ecilinus et dominus Anselmus de Dovaria[u] rectores Lonbardie. Et hec omnia facta sunt et ordinata in concordia principum electorum a domino imperatore; hii sunt: Colonensis[v] archiepiscopus, frater imperatoris, comes Savoie, Otto palatinus comes, Enricus Guercius, cancellarius imperatoris. Ipsi vero qui capti sunt ab utraque parte debent reddi. Et hoc actum et patratum et
Apr. 16. statutum[w] fuit[x] die Mercurii, qui fuit quintus decimus exeunte Aprilis, in territorio Papie, in campo[y] subtus Montebellum[z] inter exercitum imperatoris et Lonbardie.

Apr. 17. 2. Altera vero die Iovis, qui fuit quartus decimus exeunte Aprilis, in curia imperatoris, Ubertus Clemente[a] consul Papie, per se et verbo Rainerii[b] de Sancto Nazario[c] et Carboni Trovamal[d] consulum Papie, per se[d] omnes et pro aliis suis sociis consulibus Papie et toto communi Papie iuravit tenere et habere firmam treuguam in personis et rebus omnium[e] Alexandrinorum[f], id est illius loci quem Paleam vocant, hinc usque ad medium mensem Iunii. Hoc idem iuravit marchio Guilielmus[g] Montisferrati[h] per se et[i] suos filios et omnes personas, quas mittere et[k] trahere sine fraude potest. Testes qui aderant fuerunt: Otto comes palatinus de Guitilisbach[l], marchio Enricus Guercius, Ubertus de Incisa, dominus Ecilinus[m] de Annara[n], Marcius de Castello et Winianus[o] Advocati consules Verone[p], Maleadobatus de Parma, Sylus iudex Papie, Adam[q], Fatolinus[r], Zeno[s] notarii[t].

3. In campo[u] exercitus imperatoris, erat enim sub castro Montisbelli in territorio Papie. Item in eorumdem presentia et archiepiscopi Colonensis et Treverensis archiepiscopi, comitis Uberti[v] de Savoia[w], Garzapannis[x] Capitislupi de Tervisio, et cancellarii, comitis Schenelle[y], Gerardini de Campo[z] sancti Petri et aliorum multorum.

**242.** s) decem — omnibus civitatibus *des.* 1. t) hant 2. u) debet 1. v) *sic* 1*; con 1; cō 2. w) *bis* 1; quicquid 2. x) Lonbardorum 2. y) *deest* 1. z) debent 2. a) concordia et pax 2. b) ab imperatore 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) Albicus 1; Albricus 2. f) Vivianus 2. g) Guilielmus 2. h) Tervisio 2. i) Gerardinus 2. k) Guaço filius Guaçonis 2. l) Ubertinus 2. m) Crassus 2. n) Laude 2. o) Lanframcus 1. p) Tertona 2. q) Boneço 2. r) Feraria 2. s) Guidoctus 2. t) Alexamdria 1. u) Nouaria 2. v) Colenensis 1. w) statututum 1. x) *deest* 1. y) canpo 2. z) Muntebellum 2. a) de Clemento 2. b) Ranerii 2. c) Naçario 2. d) et *add.* 1. e) *deest* 1. f) Allex. 2; Alexamdr. 1. g) Guillmus 1; Gulielmus 2. h) Montisferati 2. i) per *add.* 2. k) aut 2. l) Guitilbach 2; Winlbach 1. m) Ecelinus 2. n) Anuaria 2; Amara 1*. o) Castello Vivianus 2. p) ueř 1. q) *sequitur punctum* 2. r) Fantolinus 2. s) *deest* 2. t) noř 1. 1*; not. 2. u) canpo 2. v) Oberti 1. w) et *add.* 2. x) Garçapanis 2. y) Schenelli 2. z) Girardini de Canpo 2.

in curia domini[a] imperatoris. Ipse[b] dominus imperator fecit pacem osculo interveniente domino Ecilino et Anselmo de Dovaria, vice et nomine omnium civitatum et locorum et personarum Societatis Lonbardie, Marchie, Venetie et Romanie, et ita ut suprascriptum est, treuguam Alexandrie[c] constituit.

4. Negocium Alexandrie[c] et de tota ea discordia, que inter Lonbardos et ipsum dominum[a] imperatorem est, et de emendatione debet remanere[d] arbitrio illorum sex electorum, qui electi sunt vel electi erunt, et[e] si dissenserint[f] in aliquo, arbitrio omnium consulum[g] Cremone de eo, de quo dissenserint[f].

Factum in territorio Papie suprascriptis locis, anno a nativitate Domini millesimo centesimo[h] septuagesimo quinto, inperante[i] imperatore Frederico[k], anno imperii eius vigesimo, indiçione[l] octava.

Ego Fatolinus[m], notarius domini Guelfonis ducis et ab imperatore Frederico[k] confirmatus postea, rogatus predictis interfui et iussione consulum et rectorum Lonbardie et Marchie et Romanie scripsi*.

5. Enricus[n] Guercius fecit securitatem per manum et osculum, quod imperator Fredericus[o] tenebit firmam treuguam Alexandrinis[p] usque ad medium Iunium; illud[q] idem fecit comes Savoie, et ita: si non tenuerit imperator, quod venient et mittent se in carcere[r] ad Vercellas in potestate Lonbardorum. Otto comes palatinus[s] et cancellarius[t] illud idem fecerunt de treugua tenenda ab imperatore osculo et pace, excepto quod non debent se mittere in carcere Lonbardorum.

(S. N.)[u] Ego Petrus domini Frederici[o] imperatoris notarius autenticum[v] huius exempli vidi, legi et sic in eo continebatur, sicut in hoc legitur exemplo preter litteras plus minusve, et hoc exemplum scripsi**.

*) (S. N.) Ego Albertus de Gavazo Laudensis iudex et missus donni Conradi secundi Romanorum regis auctenticum huius exempli vidi et legi et sic in eo continebatur, sicut in suprascripto legitur exemplo preter litteras plus minusve, et scripsi[w]. (S N.) Ego Tapinus notarius sacri palatii auctenticum huius exempli vidi et legi et sic in eo continebatur, ut in hoc legitur exemplo preter litteras plus minusve, et scripsi[w]. *add.* 1.

**) (S. N.) Ego Albertus de Travazano sacri palatii notarius predictum exemplum vidi et legi, in quo ita continebatur ut supra legitur et meis propriis manibus exemplavi. (S. N.) Ego Iohannes Carmangiarius sacri palatii notarius auctenticum huius exempli vidi et legi, in quo ita continens ut supra legitur manu propria fideliter exemplavi. *add.* 1.

## 243. *IURAMENTUM ARBITRORUM.*

*Scriptum iuramenti, quod Pertz perperam anno 1177 vindicaverat, legitur in Registro Mutinensi saec. XIII. in. fol. 20, ubi presso pede sequitur numerum 244. Eodem codice usus est Muratori l. c. 280.* *(P. 152.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi.

Archiepiscopus Coloniensis[a] et Gualfredus de Ploçasca et Ranerius de Sancto Naçario ex parte imperatoris F(rederici) et ex parte Societatis Albertus de Ganbara Brixiensis et Gerardus Pistus Mediolanensis[b] iuraverunt ad sancta Dei euangelia: quod secundum brevia imperatoris et Societatis firmando, addendo, abstrahendo secun-

**242.** a) *deest* 2. b) Idem 2. c) Alexamdrie 1. d) in *add.* 2. e) *deest* 1. f) discenserint 2. g) cons. omnium 2. h) centsino 1. i) imperante 2. k) Federico 2. l) indiç 1: indic 2. m) Fantolinus 2. n) Enricus — carcere Lonbardorum *sequuntur in* 1 *post sententiam sequentem de Petro notario* (hoc exemplum scripsi). o) Federic. 2. p) Allex. 2; Alexamdrinis 1. q) et illud 2. r) carcerem 2. s) pallatinus comes 2. t) camcellarius 1. u) *est idem notarii signum in* 1. 2, *quod in initio chartoe conspicitur.* v) auctenticum 1. w) ffi 1.

**243.** a) Colon *c.* b) medio. *c.*

dum quod melius eis visum fuerit, bona fide et sine fraude ad honorem Dei concordabunt se, per quod melius pax fieri possit et teneri inter ipsum et Lonbardos et Marchianos[c] atque Veneciam et illos de Romagnola, qui sunt de Societate, dehinc usque ad medium Madium vel ad alium terminum consensu utriusque partis datum. Illud idem iurare debet unus de Verona.

## 244. *PETITIO SOCIETATIS LOMBARDIAE.* *(Apr. ex.)*

*Instrumentum hoc, quod Pertz aeque ad annum 1177 sub nomine 'Conventio praevia' posuerat, praebemus e Registro Mutinensi saec. XIII. in. fol. 19', ubi inscribitur:* R(*ubrica*) peticionis rectorum Lonbardie et Mar. atque Ven. et Romanie a domino imperatore. *Eundem codicem adhibuit Muratori l. c. 277, a quo reliquae editiones pendent*[1]. — *Cf. Stumpf, Reg. ad nr. 4175.* *(P. 151.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi.

1. Societas Lonbardie et Marchie et Romanie et Verone et Venecie optat atque desiderat habere pacem et concordiam et gratiam domini F(rederici) imperatoris hoc modo, videlicet ut dominus imperator habeat pacem et concordiam cum sacrosancta Romana ecclesia, omnium fidelium matre, et eiusdem ecclesie summo pontifice domino Alexandro.

2. Et nos civitates, scilicet Cremona, Mediolanum, Lauda, Pergamum, Feraria, Brixia, Mantua, Verona, Vicencia, Padua, Tarvisium, Venecia, Bononia, Ravenna, Ariminum, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobium, Terdona, Alexandria, Vercelle, Novaria, Opiço marchio Malaspina, comes de Bertenore, Rufinus de Traino[a] et omnes castellani et persone, que sunt in unitate ecclesie Dei et nostra, volumus facere domino imperatori F(rederico), accepta ab eo pace et recuperata eius gratia, omnia que antecessores nostri a tempore mortis posterioris Henrici imperatoris antecessoribus suis sine violentia vel metu fecerunt.

3. Si de hoc orta fuerit questio, quid predicte civitates, marchio et comes et singule persone omnes huius Societatis vel loca vel antecessores nostri eius antecessoribus a predicto tempore fecerint sine violentia vel metu, hoc declararetur sub iuramento per consules illius civitatis, cum qua questionem habuerit. Si cum marchione vel comite vel alia persona eiusdem Societatis nominata vel non nominata vel loco contentionem habuerit, hoc declararetur per consules illius civitatis, de cuius comitatu vel episcopatu fuerit. Et sic[b] de cetero aube partes super his sint contente.

4. Et totum hoc, quod prefate civitates et loca et marchio et comes et cetere persone modo tenent, ut a[c] suprascripto tempore tenuerunt, libere et quiete teneant. Et nominatim consulatum more solito habeant, sub quo homines cuiusque civitatis vel comitatus ad iusticiam faciendam se distringant[d]. Et fodrum et coltam prestent et omnia alia more civitatum faciant. Et restituat ipse dominus imperator omnes possessiones et omnia iura civitatibus et locis, archiepiscopis, episcopis et abbatibus et ceteris clericis nostre partis et marchioni et comiti et Rufino et omnibus aliis personis Societatis que habuerunt; cassatis omnibus privilegiis et datis et cartis et investituris in aliquam civitatem vel locum seu personam[e] de his collatis. Et hec ab ipso domino

243. c) Marchiones *c.*

244. a) Tino *c.* b) si *c.* c) a *eadem manu superscr. c.* d) distinguant *c.* e) pam *c.*

1) *Sigonius 'De regno Italiae' 338 textum praebet decurtatum et suo modo variatum; quem repetiverunt Schiavina 'Annales Alexandrini' in Monumentis hist. patriae XI, 54 et Schilter 'Institutiones iuris publici' I, 459.*

imperatore perpetuo serventur; et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartulis, que aliqua suprascriptarum civitatum vel personarum[f] seu aliquis locus cum eodem imperatore vel eius nuntio fecit, nisi civitas ulla vel locus sive persona conventionem vel datum seu cartulam sponte servare voluerit.

5. Item dominus imperator remittat et remittere faciat omnes offensas, omnia maleficia, que aliqua predictarum civitatum vel aliquis locus vel marchio sive comes aut aliquis clericus vel laicus quocumque tempore quacumque occasione ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit.

6. Et liceat predictis civitatibus et locis et personis municiones civitatum et castrorum et eadem castra habere et tenere et meliora facere et nova edifficare et reficere, salvis conventionibus et concordiis Cremone et aliarum civitatum et personarum et locorum inter se factis; et Alexandria in suo statu, restitutis possessionibus Oberto de Foro et suis convicinis omnibus, perpetuo permanente.

7. Denique civitates petunt insuper omnibus inperpetuum observandis, quod dominus imperator cum omnibus, qui in[g] exercitu suo sunt[h], eisdem civitatibus et locis et personis universis Societatis tam clericis quam laicis plenissimam securitatem faciat. Et ut liceat civitatibus domini imperatoris permissu et aliis omnibus Societatis eandem Societatem firmam tenere et iuramenta quecumque voluerint inter se facere et renovare et semper in unitate ecclesie permanere, ut si quando imperator vel eius successor aut alius contra hanc concordiam venire tentaverit, possint ecclesiam manutenere et se vicissim adiuvare et defendere.

8. Item volumus, ut sententie usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a predictis personis vel rectoribus late nec appellatione suspense, vel si super causam appellationis late fuerint, firma permaneant et ut de criminibus iam commissis criminalis accusatio non fiat. Captivi quoque hinc inde absolvantur et reddantur.

9. Hec sunt ea, que intelligimus dominum imperatorem habere debere et antecessores suos habuisse: scilicet fodrum regale et consuetum et consuetam paratam, cum vadit Romam gratia accipiende corone; et debet habere quietum et consuetum transitum et sufficiens mercatum. Et transeat pacifice, ita ut in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciat. Et fidelitatem a vasallis recipiat, omni offensione remissa, a[i] civibus quoque secundum mores cuiusque civitatis fidelitatem suscipiat, omni offensione remissa. Vasalli etiam expeditionem ei faciant secundum quod soliti sunt et est antiqua consuetudo, cum pergit Romam causa accipiende corone. Regalia vero, que per eum vel antecessores eius tam a clericis quam laicis fuerunt detenta vel per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat nec de cetero inpediat. Consuetudines etiam et comoditates, quas civitates et omnes de Societate habere consueverunt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis canbiatorum et negociatorum, macellis, domibus, quas habent edifficatas in viis publicis vel supra vel iuxta vias publicas, et eternas consuetudines antiquas eisdem civitatibus et omnibus de Societate quiete habere et tenere permittat.

10. Si autem de supradictis aliqua contentio inter imperatorem et civitates vel loca sive personas Societatis orta fuerit, per consules civitatis, cum qua contentio habuerit, vel loca seu personas[k] sui comitatus[l], secundum mores et consuetudines[m] civitatis et loci decidatur, iureiurando prestito ab ipsis consulibus, quod mores et consuetudines tam imperatori quam civitati vel loco seu persone servabunt.

**244.** f) paꝝ *c.* g) *deest c.* h) sr̄ (super) *c.* i) a — remissa *ab eadem manu in marg. suppleta.* k) pas *c.* l) ꝯmitatus *c.* m) cōsuetuetidines *corr.* consuetuedines *c.*

## 245. *ARBITRIUM CONSULUM CREMONENSIUM. (Mai.)*

*Duae exstant formae huius arbitrii, paucis discrepantiis ab invicem abhorrentes, una in membrana Placentina superstes infra edenda, quam vir cl. Tonini recte ad annum 1176 relegavit, altera, quam ingrossatum esse neque ad perfectionem pervenisse opinatus est. At vir cl. b. m. Giesebrecht 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' V, 767 recte mihi indicasse videtur, hanc esse formam arbitrii a. 1175 a consulibus Cremonensibus lati. Quod iudicium fulcitur eo quod ipsa legitur in Registro Mutinensi saec. XIII. fol. 16, cui ingrossatum consulum Cremonensium illatum esse certe miraremur. Inscripta est ibi:* R*(ubrica)* de exenplo laudi inter[a] dominum imperatorem et Lonbardos. *Eodem codice usus est Muratori l. c. 299, a quo reliquae editiones pendent*[1]. *Pertz hoc arbitrium sub nomine 'Petitio societatis' anno 1183 vindicaverat. Numeros capitum Petitionis Lombardorum, quae ad sententias Arbitrii quadrant, in margine adnotavimus.*

*(P. 169.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi amen.

1. Nos sumus in concordia, quod civitates et persone, que sunt in Societate Lon-
bardie et esse intelligimus, sine fraude talem pacem et concordiam habeant[b] cum
c. 2. domino imperatore F(rederico), recuperata eius gratia: scilicet ut imperator habeat
omnia illa, que sui antecessores habuerunt a predictis civitatibus et personis vel suis
antecessoribus sine manifesto metu et violentia a tempore postremi Henrici impera-
c. 9. toris, videlicet fodrum regale et consuetum sive consuetam paratam et consuetum
transitum et sufficiens mercatum. Et debet transire pacifice, ita quod in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciet. Vasalli quoque fidelitatem imperatori et filio eius Henrico regi faciant et expeditionem ei faciant secundum quod soliti sunt et est antiqua consuetudo, remissa omni offensione. A civibus quoque secundum mores civitatum fidelitatem suscipiat ipse et filius eius, remissa omni offensione[c]; et similiter remissa omni offensione civitatibus et locis et personis, que sunt vel fuerunt ex parte imperatoris. Regalia vero, que per eum vel antecessores eius tam clericis quam laicis fuerunt detenta et per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat nec de cetero inpediat. Cetera vero regalia consueta, que fuerint detenta ab antecessoribus eius sine manifesto metu et violentia a tempore[d] postremi regis Henrici, habeat et teneat.

c. 10. 2. Sin autem de predictis rebus vel aliis quibuscumque[e] orta fuerit contentio inter imperatorem et civitates et loca et personas, eligantur sex boni viri et ydonei, tres ex parte imperatoris et tres ex parte civitatum vel civitatis vel locorum vel persone, cum quo vel cum qua civitate imperator contentionem habuerit; qui sex iureiurando prestito causam illam examinent et in veritatem, prout melius poterint, inquirant et illam causam bona fide et sine fraude diffiniant. Et quod dixerint, ab utraque parte teneatur et firmetur.

c. 4. 3. Et nominatim liceat predictis civitatibus et personis singulis habere consulatum vel potestatem more solito, sub quo homines eius civitatis et eius episcopatus et districti se conveniant et distringant ad iusticiam faciendam et punienda delicta, secundum quod a civitatibus statutum est vel fuerit: ita ut predicte civitates et persone ab imperatore, qui pro tempore est vel erit, vel ab eius misso in Lonbardia pro ipso consulatu vel potestate semel investituram accipiant pro comuni[f] civitatis. Et

**245.** a) *bis scriptum c.* b) habebant *c.* c) A civibus — offensione *bis scripta c.* d) a tempore *bis scripta c.* e) quibusgque *c.* f) coī *c.*

1) *Carlini, 'De pace Constantiae' 199 (= Savioli 'Annali Bolognesi' II, 2, 124); Vignati 'Storia della lega Lombarda' 348.*

liceat predictis civitatibus et personis vel rectoribus earum colligere fodrum et facere coltam et alia omnia, sicut consueverunt, sine prohibitione imperatoris vel eius missi, salvo domino imperatori iure appellationum et ordine in sententiis. Consuetudines c. 2. quoque et commoditates, quas civitates et homines de Societate habere consueverunt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis canbiatorum et negociatorum, macellis, domibus, quas habent edifficatas in viis publicis vel supra vel iusta vias publicas, et ceteras consuetudines antiquas eisdem civitatibus et omnibus de Societate quiete habere et tenere permittat. Preterea dominus imperator nullam exactionem pecuniariam habeat in civitatibus Societatis vel suburbiis civitatum vel in civibus.

4. Item dominus imperator remittat et remitti faciat omnes offensas et maleficia, c. [illegible] que aliqua predictarum civitatum vel aliquis locus vel marchio vel comes vel aliqua persona huius Societatis quocumque tempore, quacumque occasione ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit.

5. Et liceat predictis civitatibus, locis et personis municiones civitatum et castrorum c. 6. et eadem castella habere et tenere et meliora facere et nova edifficare et reficere, salvis conventionibus et concordiis Cremone et aliarum civitatum et personarum et locorum inter se factis, et nominatim salvis conventionibus et pactis de Crema non restauranda et de municionibus et castris inter Oleum et Aduam non faciendis, sicuti continetur sine fraude in privilegiis et cartis Cremonensium et a civitatibus et ab imperatore sibi factis.

6. Item sententie usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a predictis c. 8. personis vel rectoribus late nec appellatione vel alia legittima contraditione suspense, vel si super causam appellationis vel contraditionis late fuerint, firme permaneant; et ut de criminibus iam commissis criminalis accusacio non fiat.

7. Item dominus imperator restituat omnes possessiones et omnia iura civitatibus c. 4. et locis et omnibus personis que sunt de Societate, que habuerunt et tenuerunt, si per imperatorem vel eius nuntios vel per interpositam personam occasione sui banni vel sue malivolentie vel aliter malo ordine amiserunt. Similiter civitates et loca et persone Societatis restituant omnes possessiones et iura imperatori vel alicui civitati vel hominibus sue partis ablatas predicto modo, cassatis omnibus privilegiis et datis et cartis et investituris in aliquam civitatem vel locum seu personam de his collatis, salvis datis et privilegiis et pactis comunis[g] Cremone de Crema factis, et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartis, que aliqua suprascriptarum civitatum vel personarum seu aliquis locus cum eodem imperatore vel eius nuntio fecit, nisi civitas illa vel locus seu persona conventionem vel datum sive cartulam sponte servare voluerit.

8. Denique predicte civitates et loca et persone debent habere plenam et ydoneam c. 7. securitatem et sufficientem super his omnibus observandis tam ab ipso imperatore quam ab omnibus principibus qui secum sunt in exercitu. Et debet licere civitatibus et aliis hominibus Societatis sine prohibitione domini imperatoris eandem Societatem firmam tenere et iuramenta, quandocumque voluerint, facere inter se et renovare. Et si quando imperator vel eius successor contra hanc concordiam venerit, liceat civitatibus et personis huius Societatis se vicissim, non obstante sacramento aliquo, adiuvare et defendere. Et econtrario si civitas aliqua vel locus vel persona Societatis voluerit infringere hanc concordiam domino imperatori, possint alie civitates vel loca vel persone adiuvare imperatorem et debeant, non inpediente sacramento Societatis. Cap- c. 8. tivi quoque ab utraque parte absolvantur et reddantur. Semper in unitate ecclesie c. 7. permanere; nec cogat dominus imperator predictas civitates vel loca vel personas Societatis, clericos vel laicos, aliqua ratione de his que spectant ad obedientiam vel

**245.** g) cōis c.

observationem ecclesie vel apostolici, nec ea occasione debeat eis offendere in rebus vel in personis.

9. Item dominus imperator permittat habitatores Allexandrie redire ad sua loca propria cum personis et rebus cum plenissima securitate, et habitent et morentur, sicuti sui antecessores fecerunt.

---

# 246. MANDATUM DE ADIUVANDO EPISCOPO AD EXPEDITIONEM ITALICAM.

(1175. ex.)

*Damus ex autographo tabularii regni Bawarici (Kaiser-Select 526), cui appendet membranae sigilli maxima pars. Spectat ad expeditionem Lombardicam, quae absente imperatore a. 1175 iurata mense Maio anni 1176 movenda erat; cf. quae exposui in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' VII, 128. 133. Cui expeditioni Regenhardum electum Wirzburgensem interfuisse eo elucet, quod obvius est inter testes chartae imperatoris editae Lacomblet I, nr. 467 (Stumpf, Reg. 4287), cuius testes secundum virum cl. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 257 testes rei gestae habendi sunt*[1]. — *Stumpf, Reg. 4165. (P. 144.)*

⁞ Fridericus ⁞ Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus venerabili conventui Wirceburgensis ecclesię et toti familię gratiam suam et omne bonum.

Necessitatis articulus fidem amicorum examinat et universos imperii fideles et amicos ad auxilium suum vocat et invitat. Satis evidenter ad universitatis vestrę pervenit noticiam, quod in transacta nuper expeditione proditores nostros Longobardos adeo rebelles et contumaces invenimus, ut pravis et iniquis machinationibus suis gloriam nominis nostri et excellentiam Romani imperii penitus destruere et ad nichilum reducere fraudulenter attemptarent. Oportuit itaque consuetis eorum periuriis et ingeniis fallacibus non solum sagaci consilio, sed et armis et viribus totius imperii festinanter obviari, ne pestis perfidię, quę totam Ytaliam veneno suo polluerat, Greciam quoque vel Siciliam in partem suam alliceret et ad coronę nostrę detrimentum utranque vel alteram falsis suggestionibus invitaret. His et aliis similibus causis cogentibus, carissimum nostrum R. Wirceburgensem electum, de cuius fide ac dilectione certa nobis extat fiducia, ad succurrendum imperio et nostrę maiestati confidenter vocamus, sicut et alios principes, qui nomen et honorem nostrum diligunt et imperio servire tenentur. Eapropter universitatem vestram attente commonitam et exoratam esse volumus, mandantes et districte precipientes, ut iam dicto dilecto nostro ad expeditionem nostram venire volenti tam fructuosum consilium et auxilium exhibere studeatis, quod ei sit honestum et utile, per quod etiam gratiam nostram vobis multipliciter augeatis. Specialiter autem et precipue rogamus et petimus, ut sine omni hesitatione et dilatione concedatis ei pignora ecclesię, quorum precio pecuniam CCCL marcarum ad instantem expeditionis necessitatem possit mutuare. Quicquid enim de rebus episcopatus pro pignore ecclesię sibi credito vobis nomine pignoris obligaverit, confidenter recipiatis, pro certo scientes, quod nullum amittendi periculum vos oportet timere, quin per

1) *Cum diploma Mon. Boica XXIX, 1, 417 (Stumpf, Reg. 4166) eadem manu exaratum sit qua nostrum, et ipsum huic tempori vindicandum erit.*

ipsum, vel si ipse forte prius quod absit decesserit, per eius successorem sine dubio redimantur. Cuius rei sic exequendę securitatem per nos et filium nostrum H. regem vobis prestamus et per presentem cartam confirmamus.

# 247. 248. TRACTATUS PACIS CUM LOMBARDIS.

(1176. Iun. Iul.)

*Duo scripta e tabulario S. Antonini Placentiae eruit et rationem, quae intercedit inter ea et scripta tractatus anni 1175, exposuit argute Tononi 'Archivio storico Lombardo' IV, 215 sq. Cui consensit Giesebrecht 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' V, 791.*

## 247. *ARBITRIUM CONSULUM CREMONENSIUM.*

*Ex apographo coaevo, cuius scriptura iam pro parte evanuit, quod asservatur in arca magna lignea tabularii S. Antonini Placentiae, edidit Tononi l. c. 218 ectyponque photographicum addidit. Quo acrius inspecto parum plus legimus quam editor; reliqua supplevimus ex Arbitrio anni 1175 (nr. 245), quocum hoc Arbitrium pro maxima parte concordat. Editionem principem repetivit 'Repertorio diplomatico Cremonese' I, 190.*

*(P. deest.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi amen.

1. Nos sum[us in concordia, quod civitates] et persone, que sunt in Societate Lonbardie [et esse intelligimus, sine fraude talem pacem et concordiam habeant cum] domino imperatore F(rederico), rec[uperata] eius gratia: scilicet [ut imperator habeat omnia illa, que sui] antecessores habuerunt a predictis civitatibus [et personis vel suis antecessoribus sine] manifesto metu et violencia a tempore postremi Hen[rici imperatoris, videlicet cum] vadit coronari Rome, fodrum regale et consuetum sive [consuetam paratam et] consuetum transitum et sufficiens mercatum. Et debet transire quiete . . . . . .[a] ita quod in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciat. Vas[alli] quoque fidelitatem imperatori et filio eius Henrico regi faciant et expeditionem fa[ci]ant ei secundum quod soliti sunt et est antiqua consuetudo, remissa omni [offensione.] A civibus quoque secundum mores civitatum fidelitatem suscipiat ipse[b] et filius [eius, re]missa omni offensione: et similiter remissa omni offensione civitatibus et personis et locis, que sunt vel fuerint ex parte imperatoris. Regalia vero, que per eum vel antecessores eius tam clericis quam laicis fuerunt detenta vel per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat nec de cetero impediat. Cetera vero regalia consueta, que fuerint detenta ab antecessoribus eius sine manifesto . . . . metu et violentia a tempore postremi regis Henrici, [hab]eat et teneat.

2. Sin autem de predictis rebus vel aliis quibuscumque orta fuerit contentio inter imperatorem et civitates et loca et personas, eligantur VI viri boni et idonei, tres[c] ex parte imperatoris et tres ex parte civitatum vel civitatis vel locorum vel persone, cum quo vel cum qua civitate imperator contentionem habuerit; qui sex iureiurando prestito causam illam examinent et* veritatem, prout melius poterunt[d], inquirant, et illam causam bona fide et sine fraude diffiniant. Et quod dixerint, ab utraque parte teneatur et firmetur.

**247.** a) *supplendum videtur* et pacifice. b) imperator *Tononi.* c) tres — et *des. Tononi.* d) poter̄ *cod.*

3. Et nominatim liceat predict[is] civitatibus et personis singulis habere consulatum vel potestatem more solito, [sub quo] homines eius civitatis [et eius episcopatus] et districti se conveniant et distringant ad [iustitiam] faciendam et punienda [delicta], secundum quod a civitatibus statutum est vel fuerit; [ita ut predic]te civitates et persone ab imperatore, qui pro tempore est vel erit, vel ab eius [misso in Lonbardia] pro ipso consulatu vel potestate semel investituram accipiant [pro comuni civitatis. Et] liceat predictis civitatibus et personis vel rectoribus earum [colligere fodrum et facere coltam et omnia alia, sicut consueverunt], sine proibitione [imperatoris vel] eius missi.* Con[suetu]dines quoque et commoditates, quas civitates et homines de Societate habere [consueverunt] in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis cambiatorum [et negociatorum], macellis carnium et piscium, domibus, quas habent edificatas in viis [publicis] vel supra vel iuxta vias publicas, et ceteras consuetudines [antiquas] eisdem civitatibus et omnibus de Societate quiete habere et tenere permittat. Preterea dominus imperator nullam exactionem pecuniariam habeat in civitatibus Societatis vel suburbiis civitatum vel in civibus.

4. Item dominus imperator remittat et remitti faciat omnes offensas et maleficia, que aliqua predictarum civitatum [vel aliquis] locus vel marchio seu comes vel aliqua persona huius Societatis quocumque tempore, [quacumque occa]sione ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit.

5. Et liceat predic[tis civitatibus] et locis et personis munitiones civitatum et castrorum et e[adem castella habere] et tenere et meliora facere et nova edificare vel reficere, [salvis conventi]onibus et concordiis Cremone et aliarum civitatum et personarum et [locorum, inter se] factis, et nominatim salvis conventionibus et pactis de Crema non [restau]randa, et de munitionibus et castris inter Oleum et Aduam non facien[dis], sicuti continetur sine fraude in privilegiis et cartis Cremonensium et a civitatibus et ab imperatore sibi factis.

6. Item sententie usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a predictis personis vel rectoribus late nec appellatione vel alia legitima contradictione suspense, vel si super causam appellationis vel contradictionis late fuerint, firme permaneant; et ut de crimi[nibus] iam commissis vel committendis criminalis accusatio non fiat, nisi apud consules ipsos.

7. Item dominus imperator restituat omnes possessiones et omnia iura civitatibus [et] locis et omnibus personis que sunt de Societate, que habuerunt et tenuerunt, si per imperatorem vel eius nuncios vel per interpositam personam occasione sui banni vel sue male voluntatis vel aliquo pacto vel aliter malo ordine amiserunt. Similiter civitates et loca et persone Societatis restituant omnes possessiones et iura imperatori vel alicui civitati vel hominibus sue partis ablatas predicto modo, cassatis omnibus [privi]legiis et datis et cartis et investituris in aliquam civitatem vel locum [seu personam] de his collatis, salvis datis et privilegiis et pactis communis Cre[mone de] Crema factis, et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartis, [que aliqu]a suprascriptarum civitatum vel personarum seu aliquis locus cum eodem imperatore vel [eius nuncio f]ecit, nisi civitas ulla vel locus seu persona voluntate civitatis, in qua .... data existunt, conventionem vel datum sive cartulam sponte serva[re voluerit]; et nominatim ut pons Padi et castrum Arquatum et alia que Arnald[1] .... sunt et ML libre et II samita Placentinis non auferantur.

8. Denique [predicte] civitates et loca et persone debent habere plenam et idoneam securitatem et sufficientem super his omnibus observandis tam ab ipso imperatore quam ab omnibus principibus qui secum in exercitu sunt. Et debet licere civitatibus et aliis hominibus Societatis sine prohibitione domini imperatoris [eandem Socie]tatem firmam tenere et iuramenta, quandocumque voluerint, facere inter se et renovare. Et si quando imperator vel eius successor contra hanc concordiam venerit, liceat civitatibus et personis huius Societatis se vicissim, non obstante sacramento

1) *Certe Arnaldus Barbavaria, qui a. 1158 potestas Placentinis ab imperatore datus, mense Sept. 1164 civitatem deserere coactus est.*

aliquo, adiuvare et defendere. Et econtrario si civitas aliqua vel locus vel persona Societatis voluerit infringere hanc concordiam domino imperatori, possint alie civitates vel loca vel persone adiuvare imperatorem et [deb]eant, non impediente sacramento Societatis. Captivi quoque ex ut[raque part]e absolvantur et reddantur. Semper in unitate ecclesie permanere; nec cogat dominus imperator predictas civitates vel loca vel personas Societatis, cleros vel laicos, aliqua ratione de his que spectant ad obedientiam vel observationem ecclesie vel apostolici, nec ea occasione debeat eos offendere in rebus vel in personis.

9. Et Alexandria in statu civitatis permaneat.

## 248. *RATIHABITIO IMPERATORIS.*

*Ex apographo coaevo ibidem asservato prius edita est minus correcte in Stumpfii Actis imperii adhuc ineditis 522 nr. 366; editionem novam paravit ectyponque photographicum addidit Tononi l. c. 222 (= 'Repertorio dipl. Cremonese' I. 192). — Stumpf. Reg. 4176a.* *(P. deest.)*

F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis civitatum consulibus et toti populo. Notum esse volumus, quod consules Cremone cum magna multitudine populi et militum ante nostre maiestatis presentiam honorifice [se] presentaverunt, summa precum instantia a nobis petentes, quatenus de pace et concordia finienda et firmanda inter nos et civitates Lonbardie, Marchie et Romanie benigne ad honorem imperii et utilitatem Lonbardie, Marchie et[a] Romanie eos audiremus. Quia igitur nostri iuris est et officii, pacem amplecti et diligere et iustis petitionibus fidelium nostrorum acquiescere, dignum duximus, postulationibus eorum consueta benignitate respondere. Reducentes itaque ad memoriam pacem et concordiam inter nos et Lonbardos apud Montembellum ordinatam et iureiurando a multis firmatam, ex consilio principum nostrorum eam tenere volumus. Et si qua concordia de pace fuit composita et ordinata inter nuncios nostros et Lonbardos vel apud Laudam vel apud Morimundum vel apud Grafignanum seu Satizanum vel Nouariam vel in aliis locis, eam ratam et firmam habere volumus. Preterea cartulam, quam predicti Cremonenses[b] nobis obtulerunt, in qua modus et forma pacis continetur, que licet in quibusdam capitulis gravis nobis perniminum videatur, tamen consilio principum nostrorum et fidelium Lonbar[dorum] nobis asistentium et meritis et precibus totius populi Cremonensis firmamus et ea que in ipsa scripta sunt rata tenere volumus.

# 249. 250. PACTUM ANAGNINUM.

## (1176. Oct. Nov.)

*De hoc Pacto celeberrimo, quod consistit scripto pacis praeviae, a legatis imperatoris et cardinalibus communiter ordinato, et scripto promissionis legatorum, et de ratione, quae est inter hoc et Pactum Venetum, nuper laute et argute egit Kehr 'Neues Archiv' XIII, 77 sq. Cuius etiam labori exemplaria instrumentorum sequentium accuratissima et ea quae infra exposituri sumus debemus. Ad supplendam cognitionem tractatuum Anagniae actorum*

248. a) et Marchie c. b) pred. Crem. cartulam quam c.

*duas epistolas Alexandri III. ad cardinales in Lombardia versantes et ad rectores Marchiae datas infra in Appendice Actorum pontificiorum dabimus.*

## 249. *PACTUM PACIS PRAEVIAE.*

*Damus ex apographo coaevo tabularii Vaticani Arm. II. caps. I. nr. 8 in membrana longiore quam latiore, instar instrumentorum notarilium Romanorum, exarato vario atramento, sed ab uno eodemque librario, cui etiam correctiones debentur. Membrana nunc pro parte lacerata et maculis deturpata est, scripturae pars evanuit. Quae coniecturis supplenda erant, uncis includi iussimus. Est apographon authentici illius, quod a legatis imperatoris subscriptum, sigillatum et Romanis insinuatum erat. Nam duo autographa fuisse, haud dubium est: unum a legatis imperatoris corroboratum, alterum a cardinalibus, qui cum eis tractaverant, corroboratum et Teutonicis traditum*[1]. *Editionem principem paravit Kehr l. c. p. 109. — Stumpf. Reg. deest.* *(P. deest.)*

1. Dominus imperator et domina imperatrix et dominus Heinricus rex filius eorum et principes universi exibent ecclesie Romane quod primum et principale est, videlicet quod dominum papam Alexandrum in catholicum et universalem papam recipient[a] et ei debitam reverentiam exibebunt[b], sicut katholici sui antecessores suis catholicis antecessoribus exibuerunt.

2. Et reddet dominus imperator veram pacem tam domino pape Alexandro quam omnibus successoribus suis et toti ecclesie Romane.

3. Et universa regalia et alias possessiones sancti Petri[c] quas ipse abstulit vel sui vel alii favore ipsius[d], quas scilicet Romana ecclesia habuit a tempore Innocentii, domino pape Alexandro et ecclesie Romane restituet et ad retinendum iuvabit.

4. Possessionem quoque prefecture[e] Urbis dominus imperator libere et plenarie restituet domino pape[f] Alexandro et Romane ecclesie. Si autem[g] post optentam plenam restitutionem eius dominus imperator aliquid iuris in ea voluerit requirere[h] a domino papa et ab ecclesia Romana, cum hoc postulaverit, paratus erit dominus papa et ecclesia Romana iustitiam ei exibere.

5. Similiter et universos vasallos ecclesie, quos occasione scismatis[i] imperator abstulit vel recepit, absolvet et domino pape A. et ecclesie Romane restituet.

6. Possessionem etiam terre comitisse Matildis, sicut ecclesia Romana tempore Lotherii imperatoris et domini regis Conradi et eciam[k] tempore huius domini F. imperatoris habuit, domino pape A. et ecclesie Romane[l] restituet, sicut etiam dictum est inter mediatores pacis.

7. Preterea[m] dominus papa et dominus imperator ad honorem et iura ecclesie et imperii[n] conservanda vicissim se iuvabunt, dominus papa ut benignus pater devotum et carissimum filium et imperatorem christianissimum, dominus vero imperator ut

249. a) *corr. ex* recipi. b) *corr. ex* exibebi. c) *praecedit* Pet *iam deletum.* d) *praecedit* ip *iam deletum.* e) quoque prefecture *in rasura.* f) *supra lin. add.* g) *corr. ex* vero. h) *praecedit* require *iam deletum.* i) sismatis *cod.* k) *praecedit* eciam *iam deletum.* l) Rom̄ *supra lin. add.* m) *praecedit* preterea *iam deletum.* n) et imperii *supra lin. add.*

1) *In Promissione legatorum c. 6 et 10 de 'communi scripto' legatorum et cardinalium sermo est ideoque vir d. Kehr l. c. p. 86 not. 2 dubium movit, quonam modo hoc enuntiatum interpretandum sit; de autographo communiter a legatis et cardinalibus insimul corroborato recte cogitare noluit. Mihi hoc enuntiatum non ad chartae formam, sed potius ad eius tenorem tendere et idem significare videtur quod c. 2 'scriptum communiter dispositum' audit.*

devotus filius et christianissimus imperator dilectum et[o] reverendum patrem et beati Petri vicarium.

8. Quecunque autem tempore scismatis vel occasione ipsius aut[p] sine ordine iudiciario ecclesiis a domino imperatore vel suis sunt ablata, eis restituentur.

9. Pacem etiam veram dominus imperator faciet cum Lombardis secundum quod tractabitur per mediatores quos dominus papa et dominus imperator et Lombardi ad perficiendum[q] interposuerint. Et [si], postquam de pace inter dominum papam, ecclesiam et imperatorem dispositum fuerit sufficienter, aliquid in tractatu pacis domini imperatoris et Lombardorum emerserit quod per mediatores componi non possit, arbitrio maioris partis mediatorum, qui ex parte domini pape et domini imperatoris ad id constituti sunt, stabitur. Ipsorum autem mediatorum par numerus erit.

10. Pacem veram reddet dominus imperator regi Cicilie[r] et imperatori Constantinopolitano et universis adiutoribus ecclesie Romane et nullum malum meritum reddet per se vel suos pro[s] servitio collato[t] ecclesie Romane.

11. De querelis autem et controversiis, que ante tempora domini pape Adriani inter ecclesiam et imperatorem vel[u] inter dominum imperatorem et regem Sicilie vertebantur[v], mediatores domini pape et domini imperatoris constituentur, quibus committentur, et eas[w] iudicio vel concordia terminabunt. Interim autem, donec tractatus pacis durabit, hinc inde guerre et offense cessabunt. Si vero predicti mediatores non convenerint, arbitrio domini pape et domini imperatoris vel eius vel eorum, quos ad id elegerint[x], finientur. Interim autem similiter hinc inde offense cessabunt.

12. Cristiano[y] autem dicto cancellario Moguntinus archiepiscopatus, Philippo[z] autem Coloniensis[a] concedentur[b] archiepiscopatus et confirmabuntur cum omni plenitudine archiepiscopalis dignitatis et officii. Et primus archiepiscopatus, qui in regno Teutonico vacabit, domino Conrado auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris assignabitur, qui tamen congruus ei videatur. Interim autem per dominum papam et dominum imperatorem ei honorifice providebitur.

13. Ei autem qui dicitur Calixtus una abbatia dabitur. Illi autem qui dicebantur eius cardinales redibunt ad loca que ante scisma habuerunt, nisi ea sponte vel iudicio dimiserant, et in ordinibus, quos[t] ante scisma perceperunt, relinquentur.

14. Gero autem nunc dictus Halberstadiensis[c] precise deponetur et Vlricus verus Halberstadiensis[d] restituetur. Alienationes a Gerone facte et beneficia data similiter et ab omnibus intrusis auctoritate domini pape et domini imperatoris cassabuntur et suis ecclesiis restituentur.

15. De electione Brandeburgensis episcopi, qui ad Bremensem[e] archiepiscopatum electus erat, cognoscetur et, si canonicum fuerit, ad eandem ecclesiam transferetur. Et quecunque a Baldewino, qui nunc preest Bremensi[f] ecclesie, alienata vel inbeneficiata sunt, sicut canonicum et iustum fuerit, eidem ecclesie restituentur[g].

16. Item que Salseburgensi ecclesie tempore scismatis subtracta sunt, ei plene restituentur.

17. Universi clerici qui sunt de Italia vel aliis regionibus, qui sunt extra Teutonicum regnum, dispositioni et iudicio domini[h] pape A. successorumque[i] eius et Romane ecclesie relinquentur. Si vero domino imperatori rogare placuerit pro ordinibus aliquorum quos canonice perceperunt, usque X vel XII, si instare voluerit, exaudietur.

**249.** o) *praecedit* patrem *iam deletum.* p) *corr. ex* aud. q) ad perficiendum *supra lin. add.* r) e Cicilie *cod.* s) *praecedit* p *iam deletum.* t) *supra lin. add.* u) vel — imperatorem *supra lin. add.* v) vertebatur *cod.* w) eos *cod.* x) *corr. ex* elegerūt. y) Crisī *cod.* z) Ph *cod.* a) Colon̄ *cod.* b) concedetur *cod.* c) Halberstamensis *cod.* d) Halbersī *cod.* e) *praecedit* pre *iam deletum.* f) *praecedit* Brems *iam deletum.* g) *praecedit* res *iam deletum.* h) *praecedit* d *iam deletum.* i) succesorumque *cod.*

18. G. etiam Mantuanus ad episcopatum quondam suum restituetur, ita tamen quod ille, qui nunc est Mantuanus, auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris ad Tridentinum episcopatum transferatur, nisi forte inter dominum papam et dominum imperatorem convenerit, ut in alio ei episcopatu provideatur.

19. Archipresbiter autem de Sacco in archipresbiteratu quondam suo et aliis beneficiis, que ante scisma habuit, cum omni plenitudine restituetur.

20. Universi etiam ordinati a quondam catholicis vel ab ordinatis eorum[k] in Teutonico regno restituentur in ordinibus taliter perceptis.

21. De[l] Argentinensi[m] autem et Basiliensi dictis episcopis, qui ordinati fuerunt a Guidone Cremensi, in eodem regno a[n] predictis mediatoribus committetur vel X vel VIII episcopis quos ipsi elegerint, qui prestito iuramento firmabunt, quod illud consilium de ipsis [Romano] pontifici et domino imperatori dabunt quod viderint[o] se canonice posse dare absque periculo scilicet [animae domini] imperatoris et domini pape et sue, et dominus papa acquiescet consilio eorum.

22. Dominus autem papa et omnes cardinales si[cut receperunt] dominum imperatorem in Rom[anorum et catholicum impera]torem et B. felicem eius uxorem in [catholicam et Romanorum impera]tricem, ita quod ipsa recipiat [coronam a domino papa A. vel a legato ipsius, ita recipient dominum H. filium eorum in] Romanorum et katholicum regem.

23. P[acem etiam vera]m reddent dominus papa A. et cardinales [domino imperatori F. et domine] B. imperatrici[p] et H. regi filio eorum et universis adiutoribus ipsorum[q], salvis que de sp[iritualibus dispositioni] et iudicio domini pape et Romane ecclesie presenti scripto relinquentur et salvo omni iure Romane ec[clesie adversus] detentatores rerum beati Petri et salvis his que scripta sunt tam pro[r] parte domini pape et ecclesie quam pro parte domini imperatoris et imperii.

24. Pacem vero predictam Romanus pontifex promittet se observaturum in verbo veritatis et omnes cardinales, et[s] privilegium inde faciet cum subscriptione omnium cardinalium. Ipsi etiam cardinales scriptum confirmationis predicte pacis facient cum appositione sigillorum suorum.

25. Et dominus papa statim advocato concilio, quale subito advocari potest, cum cardinalibus episcopis aliisque religiosis viris qui interfuerint excommunicationem statuet in omnes qui hanc pacem infringere temptaverint. Deinde in generali concilio idem faciet.

26. Plures etiam de nobilibus Romanis et capitaneis Campanie hanc eandem pacem iuramento firmabunt.

27. Imperator vero pacem ipsam[t] firmabit iuramento suo et principum et confirmationem corroborabit scripto suo cum subscriptione[u] sua et principum.

28. Si forte, quod non sit, dominus papa premoriatur, dominus imperator et dominus Heinricus rex filius eius et principes hanc formam pacis et compositionis firmiter observabunt successoribus suis et cardinalibus universis et toti ecclesie Romane et regi Scicilie et Lombardis et ceteris qui secum sentiunt. Similiter, quod[v] absit, si dominus imperator premoriatur, dominus papa et cardinales et ecclesia Romana iam dictam pacem firmiter observabunt Beatrici felici uxori eius et Heinrico filio eius et omnibus de Teutonico regno et ceteris, sicut scriptum est, adiutoribus suis.

29. Interim autem, donec tractatus pacis durabit, dominus imperator per se vel suos guerram non faciet terre domini pape quam ipse tenet vel rex Scicilie per eum vel alii.

**249.** k) *supra lin. add.* l) *praecedit signum* §. m) *corr.* n) ā *c.* o) viderunt *c.* p) imperatri *c.* q) *praecedit* eorum *iam deletum.* r) *supra lin. add.* s) et — cardinalium *in rasura.* t) *praecedit* hanc *iam deletum.* u) subcriptione *c.* v) *praecedit* d *iam deletum.*

30. Si vero, quod Deus avertat, ab altera parcium renuntiatum fuerit tractatui pacis, postquam eadem renunciatio significata fuerit alteri parti, predicta securitas per tres menses inconvulsa perseveret.

† Ego Wigmannus Madeburgensis archiepiscopus subscripsi.
† E[go Cristianus Mo]guntinus archiepiscopus subscripsi.
† Ego Cunradus Wormaciensis electus subscripsi.
† Ego Arduinus imperialis aule protonotarius subscripsi.

## 250. *PROMISSIO LEGATORUM IMPERIALIUM.*

*Exscripsit Kehr ex autographo tabularii Vaticani Arm. XI caps. VII. nr. 37, quod epistola clausa est et iam maculis multis vitiatum et lectu difficile. Appositum est exemplar Confalonerii praefecti tabularii a. 1629 exaratum, cui nonnulla iam exstincta debentur[1]. Edita est primum a Pagio in 'Critica in Baronii Annales ecclesiasticos' ad a. 1176, tom. IV, 646 ex autographo a. 1632 a Confalonerio exemplato; quam editionem omnes posteriores[2] secutae sunt, et ipsa Pertziana. Deinde Pflugk-Harttung autographon descripsit et vulgavit 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXIII, 208, sed minus correcte.* *(P. 149.)*

Nos legati domini imperatoris C. Maguntinus et W. Mad[eburgensis archiepiscopus et C.] Warmaciensis electus, Arduinus[a] aule imperialis prothonotarius, ad pacem ecclesie et imperii ordinandam des[tinati, promittimus et fidem d]amus: (1) Quod dominus imperator et sui dominum papam A. recipient, reverentiam exhibebunt; et veram pacem red[det dominus im]perator domino pape A. et successoribus suis et toti Romane ecclesie; et prefecturam Urbis et terram comitisse Matildis[b] restituet ei; et quod ordinatum est de Calixto et parte sua observabit; et quantum in se erit, operam dabit efficacem, ut dominus C.[3] assequatur quod a nobis et vobis[4] scripto[5] est ordinatum. (2) Hec omnia faciet dominus imperator, sicut a vobis domini cardinales, qui ad ordinandam pacem ex parte ecclesie estis constituti, et nobis in scripto communiter disposito[5] est ordinatum, pace de ceteris plene disposita, sicut scripto ordinavimus vel ordinaverimus nos vel alii qui ad hec disponenda et complenda fuerint constituti. (3) De regalibus vero beati Petri et aliis possessionibus, quas dominus imperator abstulit vel sui vel alii favore ipsius, iuramus, quod ipsum faciemus iurare, quod scilicet ea, que habet de predictis ipse vel sui, bona fide restituet; de his, que alii habent, bona fide operam dabit studiosam, ut similiter restituantur. (4) Et iuramus quod bona fide operam dabimus, ut ea que iuraverit exequatur, cum pax plene fuerit disposita de rege Sicilie, et Lanbardis[c], sicut ordinavimus vel ordinandum statuerimus. (5) Et de ceteris que in scripto predicto continentur, ut impleantur sicut ordinavimus vel simul ordinaverimus, operam bona fide dabimus. (6) Promittimus etiam et iuramus, quod si dominus imperator, quod absit, mortuus fuerit ante complementum pacis communi scripto[5] disposite, domina B. imperatrix et dominus Henricus rex filius eius et principes formam pacis communi scripto dispositam compleb[unt, confirma]bunt[d] et observabunt, sicut [communi]ter est ordinatum vel commu-

**250.** a) Ard *or.* b) Matild *or.* c) Lanbard *or.* d) iurabunt *leg. Confalonerius, sed spatium maius est.*

1) *Cf. Kehr l. c. p. 103.* 2) *Sunt hac: Lünig 'Codex dipl. Italiae' I, 15; Watterich 'Vitae pont. Rom.' II, 601; Vignati 'Storia della Lega Lombarda' 285.* 3) *i. e. Conradus episcopus Sabinensis.* 4) *i. e. cardinalibus qui cum legatis tractarerunt, quorum nomina ignoramus.* 5) *i. e. Pacto pacis praeviae (c. 12).*

niter ordinabitur a mediatoribus [utriusque partis domino] papa[e] A. et successor[ibus su]is et universis cardinalibus et toti Romane ecclesie.

(7) Preterea domino pape et universis cardinalibus[f] et clericis et famulis et rebus eorum universis in comitatu eorum existentibus firmam et plenam securitatem ex parte domini imperatoris et suorum omnium damus in eundo Venetias vel Rauennam et cetera loca, ad que procedere disposuerint et in quibus fuerint, et manendo et redeundo, sive pax compleatur sive disrumpatur. Et si disrumpatur, quod Deus avertat, iuramus, quod post disruptionem per tres menses firmam treuguam observabit dominus imperator et sui domino pape Alexandro et toti terre sue, quam ipse tenet et rex Sicilie vel alii per eum. Et sicut promittimus et[g] damus, ita iuramus, quod dominus imperator per se et partem suam observab[it, it]a quod nec per se nec per suos aliquod gravamen seu impedimentum eis scienter inferet vel inferri co[nsen]tiet: et si quis eo ignorante intulerit, [bon]a fide emendari faciet. (8) Precipiemus etiam et a domino imperatore districte mandari et precipi faciemus [per] terras suas universales sub pena personarum et rerum balivis suis universis et aliis nobilibus per terras [et castr]a constitutis et per bailivos aliis quibus precipi oportebit, ut nullos ad dominum papam A. vel [cardinales][h] procedentes vel ad eos venientes vel ab eis redeuntes vel quos miserint, offendent vel offendi permittent; et si quis eis ignorantibus offenderit, quam citius poterint, bona fide facient emendari. (9) Faciemus etiam, quod dominus imperator in presentia nuntii, quem dominus papa et cardinales nobiscum direxerint, vel cardinalium[i], quos premiserint[1], faciet iurari in anima sua, quod predictam securitatem et treuguam bona fide, sicut predictum est, observabit et faciet observari. (10) Ceterum postquam dominus imperator iuraverit ea que communiter disposuimus eum iuraturum, nos a iuramento erimus absoluti, excepto quod tenebimur de his, que precise iuravimus, et excepto quod tenebimur iuramento, quod bona fide operam dabimus, ut cetera que in communi scripto continentur impleantur.

---

# 251. CONVENTIO CUM CREMONENSIBUS.

## 1176. Dec. 12.

*Proferimus ex 1) apographo chartaceo saec. XII—XIII. tabularii municipalis Cremonensis sign. nr. 1928 (K 30), quod contulit Holder-Egger*[2]*; 2) editione Böhmeri in Actis imperii selectis 126 nr. 134 e codice bibliothecae Vallicellianae G. 94 saec. XVI. fol. 213 proflua*[3]*. E codice 1 ediderunt Vignati 'Storia della Lega Lombarda' 288 et 'Repertorio diplomatico Cremonese' I, 188. — Stumpf, Reg. 4185.* *(P. deest.)*

(S. N.) Cum Federicus Dei gratia Romanorum imperator et semper[a] augustus cognovit, quod suus Cremonensis populus libentissime ut patrem et dominum amore

**250.** e) *sic or. pro* pape; *ideoque* a domino papa *Conf.* f) card *or.* g) fidem *supplendum est.* h) *sic Conf.* i) *sic legit Denifle;* cardinales *Conf.*
**251.** a) senper 1.

1) *Humbaldi Ostiensis et Rainerii.* 2) *Dubitat vir cl., annon sit haec charta autographa, sed scriptura recentior anno 1176 ei esse videtur.* 3) *Böhmer p. 928 nonnullas varias lectiones, quas Cereda cum ipso communicaverat, e codice 1 et e copiario quodam Cremonensi enotavit. Hae nullius momenti sunt ad textum castigandum.*

et imperii honore ipsummet suscepisset[b] atque etiam[c] debitam reverentiam item et obsequium sibi exhibuisset[d], et hoc existentibus Longobardis suis inimicis[e] contrariis, idcirco sua sanctissima benignitate et humanitate motus et infrascriptorum[f] principum cōnsilio, item et dilectione iamdicti sui populi, ut semper[g] in omnibus et per omnia et fiducialiter possit et debeat ipsi et imperio servire, ipse imperator die quodam dominico, qui fuit duodecimus intrante mense Decembris, et in quodam casamento de ecclesia beate Agathe de burgo Cremone iuravit per sancta Dei euangelia[h] per Conradum de Bellaluce[1], cui ad hec omnia parabolam dedit: Quod non erit[i] in consilio nec in facto, quod civitas Cremone vel episcopatus[k] vel loca, que per Cremonam distringuntur, destruantur vel Cremone auferantur. Et si quis contra ea[l] facere voluerit, bona fide prohibebit et sine fraude et Cremonam adiuvabit. Item si contigerit eum inde, id est[m] per loca iamdicta et episcopatum[n] transire, fraudulenter dampnum nec moram non debet[o] facere. Insuper iuravit, quod bona fide et sine fraude Cremonam de suis guerris adiuvabit, postquam sibi requisitum fuerit; nisi remanserit parabola consulum Cremone data in contione vel in credentia palam; nec pacem nec guerram[p] recredutam[q] faciet cum inimicis Cremone sine parabola consulum[r] data ut legitur supra. Et quod non exibit[s] de Italia nisi parabola suprascriptorum[t] consulum, ut legitur supra, donec Cremona ad pacem cum Longobardis venerit, vel nisi tot et tantos adiutores habuerit, qui possint sufficere ad adiutorium et defensionem Cremone et episcopatus[k] sine fraude, quod discernatur[u] sacramento consulum Cremone. (2) Et facta pace si contigerit[v] quoquo[w] tempore, quod civitates Longobardie, una vel plures[x], cum suis adiutoribus Cremone guerram fecerint[y], ita quod Cremona auxilio imperatoris sine fraude et iusta et probabili causa indigeat, scilicet quod Cremona cum suo adiutorio non videatur sibi sufficere sine fraude posse — quod et similiter debet[z] discerni[a] iamdictorum consulum sacramento — intra sex menses, ex quo imperatori[b] fuerit requisitum[c], debet[d] venire idem imperator cum mille militibus ultramontanis in auxilium Cremone nec inde debet[d] recedere sine consulum iamdictorum parabola ut supra legitur data. Et si hoc infra predictum tempus sex mensium facere non potuerit, debet[d] mittere filium suum vel aliquem de principibus cum trecentis militibus ultramontanis infra iamdictum terminum sine fraude in adiutorium Cremone, exceptis his Longobardis qui sint[e] ex parte et in adiutorium Cremone. Et postea intra[f] anni spatium a tempore requisitionis aut idem imperator vel filium suum mittere debet[d] seu aliquem de principibus cum septingentis militibus absque iamdictis trecentis in adiutorium, nec inde recedet[g] nec prenominatos milites dimittere debet[d] sine parabola iamdictorum consulum ut supra data. (3) Item si Longobardi ad pacem cum imperatore non venerint usque ad Kalendas Iunii proximas, mille milites ultramontanos 1177 Iun. 1. exceptis Longobardis in adiutorium Cremone faciet[h] venire, si Longobardi cum Cremona in discordia[i] vel guerra permanserint. Et si ante Kalendas suprascriptas[k] Iunii Longobardi exercitum contra[l] Cremonam collegerint vel eidem guerram fecerint, bona fide et sine fraude quam citius poterit eam iuvare debebit. (4) Item quod faciet filium suum regem Enricum[m] iurare infra annum a tempore quo sibi requisitum ex parte consulum Cremone fuerit, ex quo annos quattuordecim idem filius habuerit, servare et

**251.** b) suscepisse 1; suscepit 2. c) *deest* 2. d) exhibuisse 1; exhibuit 2. e) innimicis 1. f) et in suorum 2. g) semper 1. h) euuanglia 1. i) ēīt 1. k) episscopatus 1. l) eam 2. m) *pro* inde id est 2: et. n) episscopatum 1. o) debeat 2. p) gueram 1. q) revedutam 2. r) Cremone *add.* 2. s) exhibit 1. t) illorum 2. u) disscernatur 1. v) contingerit 1. w) quocunque 2. x) plura 2. y) facerent 2. z) debeat 2. a) disscerni 1. b) imperator 2. c) requisitus 2. d) debeat 2. e) sunt 2. f) inter 2. g) recedere 2. h) faciat 2. i) disscordia 1. k) predictas 2. l) circa 2. m) Henricum 2.

1) *i. e. Conradus de Baluhusen secundum Ficker, 'Ital. Forschungen' II, 189 not. 10.*

adtendere omnia predicta que leguntur supra, ut continentur in predictis iuramentis, et hoc sine fraude. (5) Et quod faciet iurare idem imperator insuper viginti de suis principibus, quales elegerint[n] vel dixerint[o] consules Cremone, scilicet bona fide et sine fraude operam dare, ut predicta omnia que continentur in imperatoris sacramento, que leguntur supra, firmiter observentur et adtendantur, sicut scriptum est supra. (6) Preterea iuraverunt archiepiscopus[p] de Collogna et cançellarius[q] Gottefredus per suum missum, scilicet[r] Ermannum de Ogia, cui dederunt parabolam[s] ad hoc sacramentum faciendum. Et hoc fuit die lune sequenti suprascriptum[t] diem dominicum iamdicti mensis et in predicto loco. Et Conradus castellanus de Nurinbergo et comes Enricus[u] da[v] Dexe et Conradus da le Maçe[w, 1] et comes Florentius da[x] Ollande. Et ipsi quattuor pro se iuraverunt, quod bona fide et sine[y] fraude operam et consilium [dabunt][z], ut iamdicta omnia que supra scripta sunt firma teneantur et permaneant. Item et Conradus de Bellaluce similiter et pro se iuravit.

Actum est hoc anno Domini nostri MC. septuagesimo sexto[a], indictione[b] decima. Ibi fuerunt Pontius de Ghiroldis et Homobonus da Treço et Bellottus de Bonseris et Osbertus Talamatius et Dodhus de Domafollis[c] Cremoxiani, et comes Girardus et Warniço de Michara[d] et Ambroxius Scandolarie et alii quam plures rogati testes.

(S. N.) Ego Frogerius notarius interfui et rogatus hanc cartam[e] scripsi.

---

# 252. SENTENTIA DE IMMUNITATE DOMORUM CLERICORUM.

(1176. Dec.)

*Repetimus novissimam editionem ex autographo tabularii Monasteriensis paratam a Wilmansio 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' II, p. 332 nr. 238, collata editione Erhardi 'Regesta historiae Westfaliae' Cod. dipl. II, p. 130 nr. 377, quae et ipsa autographo nititur. — Stumpf, Reg. 4186.* *(P. deest.)*

F. Dei gratia Romanorum inperator et semper augustus sanctę Mindensis ecclesię honesto et venerabili clero universo et eiusdem ecclesię fidelibus tam nobilibus quam liberis et ministerialibus omnibus gratiam suam et omne bonum.

Quoniam iustum et honestum est, quod omnis qui principatum amministrat principatus officia non negligat, ideo nos quantum longa et gravis occupacio nostra et inportuna bellorum tempestas patitur et in quantum illa benignissima auctoris omnium pietas cooperari dignabitur, paci omnium ecclesiarum providere cupimus et intendimus. Eas vero, quas nobis devociores et imperio ad serviendum promciores cognoscimus, plus ceteris honorare debemus et volumus. Inde igitur est, quod Mindensem ecclesiam, que devotum obsequium cum sincera et debita hactenus nobis fidelitate

**251.** n) ellegerint 1. o) dicerent 2. p) archiepisscopus 1. q) canc. 2. r) *deest* 2. s) parabola 2. t) ipsum 2. u) Henricus 2. v) de 2. w) da lemaçe 1; de Lemaze 2. x) de 2. y) et sine *bis scr.* 1. z) *deest* 1. 2. a) septuag̃ sesto 1; secundo 2. b) inditione 1. c) Dodhus et Domafollis 1; Dodus de Domasollis 2. d) Gir. de Warnizo de Micara 2. e) cart̃ 1.

1) *i. e. Conradus Kolbo seu de Schipfe pincerna imperialis, qui etiam de Maziis audit.* FICKER.

exhibuit, favorali et sereno gratię nostrę amplexamur affectu. Pro rogatu et voluntate fidelis et dilecti nostri Annonis episcopi vestri, maxime cogente nos rigore iusticię que nulli neganda est, vobis et omnibus comprovincialibus vestris hanc maiestatis nostrę dirigimus paginam. Inperatorię itaque maiestatis nostrę auctoritate districte precipimus et observari omnino volumus, ne ullus comes vel advocatus, nobilis vel ministerialis, servus aut liber canonicis in domibus et areis claustralibus et sacerdotibus in domibus et areis dotalibus aliquas omnino iniurias irrogare presumat et ne aliquis ex his quos pretaxavimus in predictis domibus et areis aliquid sibi iuris addicat. Si quis autem huius tam districtę quam iustę precepcionis nostrę violator extiterit presumptuosus, ipsum maiestatis inperatorię reum constituimus. Ne autem quis putet, quod in hac tam racionabili quam necessaria pacis clericorum roboracione steterit pro racione voluntas, et magis presencia et instancia domni episcopi quam iusticia valuerit[a], hoc vobis contestando scribimus, quod predictam sentenciam Tidericus marchio de Lusiz in palacio nostro apud Cremonam approbantibus et confirmantibus inperii nostri principibus edidit.

# 253–257. CONCILIUM RAVENNAS.

## (1177. Ian. 25 – Febr.)

*De hoc concilio, quod celebrandum esse ab utriusque partis pontificibus imperator et sui simularunt, v. imprimis ea quae disseruit vir d. Simonsfeld 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 425 sq. Terminum concilii diem Ian. 25 a. 1177 primum constitutum fuisse, ex epistola nostra prima docemur; deinde prorogatum ad diem Febr. 2 epistola secunda patefacit; tum epistola quarta illum iterum prorogatum esse et locum celebrationis de novo incertum fuisse, Ravennam seu Venetias, demonstrat.*

### 253. *MANDATUM PRIMUM AD PATRIARCHAM AQUILEIENSEM.*

*(1176. Nov. ex.)*

*Sistimus e codice latino Monacensi 19411 (Teg. 1411) saec. XIII. in. fol. 84' (p. 170), e quo editum est a Pezio in Thesauro anecdotorum VI, 1, 411. — Stumpf, Reg. 4184. (P. 150.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto suo fideli O(udalrico) patriarche Aquilegiensi[a] gratiam suam et omne bonum.

Sicut liquido universis imperii principibus et fidelibus constat, ad sopiendum scismatis periculum perseveranter intendere non cessavimus[b] ab eo inquam tempore, quo id ad inficiendum corpus aecclesiae universalis primum cepit pullulare. Pluribus itaque viis hinc inde pretemptatis hactenus, consentientibus tandem nobis utrimque tam domni C(alixti)[c] pape, quam eius quem Alexandrum nominant partem foventibus, universos imperii ecclesiasticos principes proxime ad concilium evocavimus[d]. Intervenientibus autem necessariis et fere inevitabilibus impedimentis, terminum eiusdem concilii, communicato utriusque partis consilio, prorogare decrevimus, presertim ut his, qui de remotis terrarum spaciis venturi sunt, prudenti provideremus remedio. Noverit

252. a) voluerit *male* W.

253. a) Aq *c.* b) *corr.* cessamus *c.* c) C. *c.* d) *corr.* evocamus *c.*

itaque tue fidelitatis dilectio, quoniam eliminato universo scismatis errore, pax et unitas aecclesiae reformata, tam iuramentis quam scriptis hinc inde sigillatis, inconvulsa
Ian. 25. firmitate roborata est. Que utique in concilio Ravenne[e] in conversione sancti Pauli celebrando, presente utriusque partis principali capite, toti aecclesiae promulganda est. Ad huius ergo venerabilis concilii conventum tue prudentie presentiam exhiberi desiderantes, fidelitati tue in bona fide consulimus et precipiendo mandamus, quatenus, si prius non potes, saltem in conversione sancti Pauli omni dubitatione remota, Ravennam[f] venias, quia tue prudentie consilium in hoc salutari negotio perficiendo necessarium habemus.

## 254. *MANDATUM SECUNDUM INVITATORIUM.* *(1176. Dec.)*

*Ex eodem codice fol. 84' (p. 170); Pez l. c. p. 415. — Stumpf, Reg. 4187.* *(P. 150.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto et fideli suo O(udalrico) Aquilegiensi[a] patriarche gratiam suam et bonam voluntatem.

Sicut dudum per litteras nostras dilectioni tue mandavimus[b], ita per nuncium
Feb. 2. tuum iterum te certificamus, quod concilium in festo beate Marie purificationis apud Ravennam[c] indubitanter[d] est celebrandum. Dilectioni tue, de qua bene confidimus, mandamus monentes et attente rogantes, quatinus, assumptis tecum prelatis tui principatus et ceteris religiosis ac prudentibus et discretis viris quoscunque habere poteris, remota omni occasione ad predictum concilium venias, sciens quod in tam arduo aecclesiae negotio presentiam tuam necessariam habebimus. De allodio, de quo nobis scripsisti, libenter te manutenere curabimus, quia aecclesiae tue quoque meliora cupimus[e].

## 255. *RESPONSUM PATRIARCHAE.* *(1177. Ian.)*

*Ex eodem codice fol. 85' (p. 172); Pez l. c. p. 419 nr. 1.* *(P. deest.)*

Inclito et glorioso domino suo F(riderico) gloriosissimo Romanorum imperatori semper augusto O(udalricus) Dei gratia sancte Aquilegiensis[a] ecclesie patriarcha devotum cum orationum instantia[b] servitium.

Placuit excellentie vestre, pacem ecclesie Dei firmatam, scriptis quoque ac iuramentis hinc inde sigillatis esse corroboratam, nobis significare et ad concilium super
Feb. 2. ipsa promulganda Ravenne celebrandum in proxima purificatione sancte Marie nos vocare. Unde nos iuxta vocationis vestre mandatum iter arripientes, una cum venerabilibus fratribus nostris episcopis aliisque ecclesie nostre prelatis ac religiosis viris necnon et fidelibus nostris ad idem venerabile concilium processuri Venetiam intravimus. Sane ibi cognoscentes, dominos cardinales, Hostiensem videlicet episcopum et Reinerium, ad vos accessisse vosque una cum ipsis de loco et tempore memorati concilii audientes aliter disposuisse, rei veritatem super his consequi cupientes, presentium latorem maiestati vestre transmittimus, affectuose suplicantes, quatenus quid super concilio cum prefatis cardinalibus vestra statuerit serenitas, sacris apicibus vestris nos certificare dignemini.

Ad hoc clementie vestre significamus quod, cum in itinere ad vos veniendi essemus, comes H. de Frantenhusen se nobis[c] ex inopinato adiunxit, humiliter expostulans[d], ut eum ad presentiam vestram adduceremus[e] et in recuperanda gratia vestra cum interventu nostro iuvaremus. Quid igitur super hoc serene voluntati vestre sedeat, sacris litteris vestris nos certificare dignemini.

253. e) Ra. *c.* f) Raū *c.*
254. a) Aq *c.* b) *corr.* mandamus *c.* c) Rauen̄ *c.* d) indubidandum *c.* e) cubimus *c.*
255. a) Aq *c.* b) instantiam *c.* c) frantenh̄ſe nobis *c.* d) expostulam' *c.* e) auceremus *c.*

### 256. *EPISTOLA CHRISTIANI MAGUNTINI AD PATRIARCHAM.* *(1177. Ian. ex.)*

*Repetimus editionem principem viri d. Simonsfeld l. c. 430, quae eodem codice Tegernseensi p. 163 nititur. Eum qui epistolam miserit Christianum, non vero Conradum Wittelsbacensem fuisse, v. infra in adnotationibus.* *(P. deest.)*

O(udalrico) Dei gratia venerabili Aquilegiensi[a] patriarche[b] C(ristianus)[1] Mag(untine) sedis humilis minister devotum cum orationum suffragio servitium.

Vestre sanctitati significandum duximus, quod super pace ecclesie Dei et imperii ac Lonbardorum certissimam spem habemus, et concilium sollempne celebrandum Ravenne seu Venetie inde est irrevocabiliter constitutum. Ad quod licet sciamus quod ab utraque parte vocabimini, tanquam una de maximis ecclesie et imperii columpna, tamen vestram dilectionem preterire nolumus non ammonitam. Unde consilium nostrum est et nostra peticio, ut vos ad idem concilium preparetis et discrete dispensationis vestre beatas et sollicitas partes interponatis. Pro latore presentium, illustri comite Dyonisio[2], benignitatem vestram exoramus, ut nostre intercessionis et sue nobilitatis intuitu usque in Austriam conduci eum faciatis.

### 257. *IMPERATORIS MANDATUM TERTIUM (1177. Ian. ex.).*

*Ex eodem codice fol. 85 (p. 171); Pez l. c. p. 417 nr. 21. — Stumpf, Reg. deest.* *(P. deest.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto fideli suo O(udalrico) Aquilegiensi[a] patriarche gratiam suam et bonam voluntatem.

Sicut per M(aguntinum)[b, 3] archiepiscopum dilectum nostrum[c], ita et per scripta presentia tue dilectioni rogantes mandamus, quatenus omni mora remota, quantocius poteris, ad nos venire non differas.

## 258. MANDATUM DE SUBSIDIO SOLVENDO. (1177. in.)

*Damus e codice latino Monacensi 19411 (Teg. 1411) saec. XIII. in. p. 17, e quo etiam edidit Pez in Thesauro anecdotorum VI, 1, 407. Pace nondum perfecta id emanavisse patet. — Stumpf, Reg. 4227.* *(P. 151.)*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum[a] imperator et semper augustus fideli suo abbati Campidonensi gratiam suam et omne bonum.

Noverit tua discretio, quod ad firmam ecclesiae unitatis consummationem in illo pacis tractatu, per viros magnos et discretos plurimis laboribus et expensis composito,

**256.** a) Aq. *c.* b) patriarchie *c.*
**257.** a) Aq² *c.* b) Mgđ *c.* c) dilectionem nostram *c.*
**258.** a) Romanus *c.*

1) *Sic siglum* C *solvendum esse, v. infra not. 3.* 2) *Comes Ungaricus, v. Simonsfeld l. c. p. 432.* 3) *Sic legendum esse, non vero* Magdeburgensem, *ex epistola praecedente elucet, itaque in illa siglum* C *non* Conradus, *sed potius* Cristianus *solvendum est.*

ordinatum est, ut ab ecclesiasticis principibus per terram Teutonicam mille marcarum summa persolvatur. Quare tibi ad solvendum decem marcae tantum sunt assignatae. Mandamus ergo dilectioni tuae monentes et precipientes, quatenus ipsas omni[b] occa-
Mai. 1. sione remota in octava paschae H. de Bretice in pondere Coloniensi de puro argento persolvas.

---

# 259–273. PAX VENETA.

(1177. Iul. – Sept.)

*De iis, quae Pertz sub hoc titulo coegerat, hoc loco praetermittenda erant 'Conventio praevia' (P. 151), quae ad tractatus imperatoris cum Lombardis a. 1175 pertinet, epistola Alexandri III. ad Cistercienses data (P. 153), quam in Appendicem Actorum pontificum relegavimus, orationes quatuor, papae (P. 154), imperatoris (P. 155), Romoaldi Salernitani (P. 157), Gotifredi cancellarii (P. 158) ex Romoaldi Annalibus desumtae, quas iam in editione Arndtii SS. XIX. quaeras petimus.*

## 259. *TREUGA CUM LOMBARDIS. (ante Iul. 22.)*

*Scriptum treugae cum iam in iuramento Dedonis comitis die 22. Iulii praestito (infra nr. 261) commemoretur, ante hunc diem constitutum sit oportet. Cum hac sententia autem pugnare videtur enuntiatum monumenti nostri* ab istis Kalendis Augusti *pro* a proximis Kalendis Augusti. *Attamen non putamus, hoc enuntiatum nos ad opinionem inducere posse, scriptum, cuius fit mentio in nr. 261, diversum fuisse ab instrumento nostro, discernendum itaque esse inter scriptum praevium ante diem 22. Iulii constitutum et scriptum quoddam quod die 1. Augusti redactum sit; nam scripto praevio iam forma definitiva indita sine dubio erat. Scriptum treugae legitur in Registris duobus civitatis Bononiensis, quae iam in tabulario regio asservantur, et quidem* 1) *Registro grosso saec. XII–XIII. fol. 39 (33) et* 1*) *Registro novo saec. XIII. fol. 4; quorum utrumque in usus nostros vertit vir cl. Holder-Egger. Qui cum persuasum habeat, Registrum novum e grosso descriptum esse, praecipuas tantum illius lectiones adnotari sat erat ad diiudicandum editionum fontem. Nam omnes editiones ab altero codicum istorum pendent*[1]. — *Stumpf, Reg. 4201.*

*(P. 155.)*

1. Inter dominum imperatorem et partem suam, Cremonam, Papiam, Ianuam, Tardonam, Ast, Albam, Aquis, Taurinum, Yporciam, Vintimiliam, Sauniam, Albigani, Casalem sancti Evasii, Montem Vellii, Imolam, Faventiam, Ravennam, Forum Livii, Forum Pompilii, Cesenam, Ariminum, Castrocarium[a], marchionem Montisferrati et filios suos et omnem[b] terram quam tenent, comites de Blanderato cum omni terra sua quam tenent, marchiones de Vasto cum omni terra sua quam tenent, marchiones de Busco cum omni terra sua quam tenent, comites[c] de Lomello [cum] omni terra sua quam

258. b) *deest c.*

259. a) Castrocar. 1. 1*. b) omia, *litera* a *subpuncta* 1; omi 1*. c) comitē 1. 1*.

1) *Editionibus a Stumpfio et Fickero enumeratis addendum est 'Documenti di storia Italiana' VI, 773. Sigonius 'De regno Italiae' (ed. princeps, Venetiis 1574) p. 547 praebet excerptum Treugae pessime confectum et inscriptum* Pridie Kalend. Septembris MCLXXVI. *Quod repetiverunt Lünig 'Cod. dipl. Italiae' I, 19; Goldast III, 361; Schiavina 'Annales Alexandrini' (Mon. hist. patriae XVI) p. 34; Gloria 'Codice dipl. Padovano' II, 2, 338.*

tenent, et cetera loca nominata et innominata et ceteras personas nominatas et innominatas que sunt in parte imperatoris: et Societatem Lombardorum, scilicet Venetiam, Tarvisium, Paduam, Vincentiam, Veronam, Brixiam, Ferrariam, Mantuam, Bergamum, Laudam, Mediolanum, Cumas, Novariam, Vercellas, Alexandriam, Cassinum et Belmontem, Placentiam, Bobium, Opiçonem Malaspinam, Parmam, Regium, Mutinam, Boloniam, homines de Sancto Cassiano et Dociam, et cetera loca et personas episcoporum, clericorum et laicorum Lombardie, Marchie, Romagnole que sunt in Societate Lombardie, cum omnibus que habent et tenent, treuga constituta est ab istis Kalendis Augusti[d] usque ad VI annos, que sic firmabitur.

2. Dominus imperator faciet iurari in anima sua et filius suus Henricus rex similiter et principes Alamannie iurabunt, qui presentes sunt, et Guascendonius[1] et marcio[e] Montisferrati et filii sui et marchiones de Wasto et de Busco, comites de Blandrato et de Lomello et consules Cremone et Papienses et credentie ipsorum et unus in publica contione in animabus populi ex mandato ipsius populi; idem fiet in aliis civitatibus que sunt ex parte domini imperatoris: Quod scilicet bona fide sine fraude et malo ingenio predictam treuguam observabunt predictis civitatibus et locis et personis nominatis et non nominatis predicte Societatis ita quod usque ad VI annos non offendent eos per se vel per alios in personis vel rebus, quas habent vel tenent. Continebitur etiam in iuramento, quod homines Societatis et res eorum securi sint in terra imperatoris, sicut tempore pacis; et e converso Cremonensibus[f] quoque [et] Papiensibus[g] et aliis civitatibus locis et personis de parte imperatoris eadem fiet et observabitur securitas a Societate Lombardie. Securi autem tempore pacis sic intelligimus, ut bona fide abstineant imperator et sui ab iniuriis personarum Societatis et dampno[h] rerum; similiter Societas abstinebit ab iniuriis personarum et dampno rerum partis domini imperatoris. Similiter consules civitatum Societatis et credentie earum et L homines civitatis, in qua non erunt credentie, et potestates civitatum, in quibus non erunt consules, et unus similiter in anima populi cuiusque civitatis, et Opizo Malaspina et filius eius iurabunt, se observaturos predictam treuguam domino imperatori et civitatibus et locis et personis que sunt ex parte imperatoris.

3. Ad observationem autem treugue de singulis civitatibus utriusque partis et de terra marchionis Montisferrati duo eligentur, qui iureiurando firmabunt, quod bona fide dabunt operam ad observandam treuguam; et si qua civitas vel[i] locus vel persona infregerit, quod bona fide dabunt operam efficacem ad emendandam infra XL dies, nisi prorogaretur de consensu partium. Iuramento autem consulum, credentiarum populi et potestatum et L bonorum hominum qui iurabunt, marchionum et comitum continebitur, quod bona fide et efficaciter iuvabunt ad hoc[k] electos, ut treugua emendetur infra prestitutum[l] tempus.

4. Si contigerit, quod aliqua predictarum civitatum vel locorum vel personarum, que sunt ex parte Societatis, offenderit aliquam civitatem, locum vel personam, que sunt ex parte imperatoris, et non fuerit emendatum per treuguanos, qui ad hoc electi sunt, imperator vel alii, qui sunt ex parte sua, non propterea frangant treuguam, sed civitates Societatis et alii de Societate ponant eam sub banno iuxta arbitrium treuguanorum. Si vero civitas locus vel persona ex parte imperatoris fregerit treuguam[m] adversus civitatem vel locum vel personas Societatis, non ob hoc treugua frangatur, sed similiter emendabitur. Si vero aliqua civitas Societatis, locus vel persona offen-

**259.** d) aug̅ 1. e) marco *corr.* marcio 1. f) Cremonī 1; Cremonenses 1*. g) Papieñ 1. 1*. h) dampnum 1. 1*. i) *sic* 1*; *deest* 1. k) h' 1; hec 1*. l) prestitum 1*. m) treug̅ 1; treugam 1*.

1) *Vulgo Garsendonius dictus, episcopus Mantuanus.*

derit aliam civitatem, locum vel personam eiusdem Societatis[u], imperator vel sui non se intromittent. Idem servetur in parte imperatoris.

5. Imperator vero usque ad VI annos predictos non compellet aliquem clericum vel laicum predicte Societatis iurare sibi fidelitatem, nec sententiam dabit nec faciet dari in aliquem predicte Societatis pro fidelitate et servitio sibi non exhibito vel investitura sibi non petita infra predictum tempus treugue. Preterea nullum locum vel personam predicte Societatis trahet ad iuditium tempore treugue pro preteritis negotiis.

## 260. *PACTUM PRAEVIUM INTER IMPERATOREM ET ECCLESIAM.*

*De Pacto hoc celeberrimo, eius indole et cognatione cum Pacto Anagnino nuper laute et argute egit vir d. Paulus Kehr 'Neues Archiv' XIII, 77 sq., cui etiam exempla codicum et editionem primam criticam (ibid. p. 115) debemus. Pactum sicuti Anagninum in duobus exemplaribus exaratum erat, quorum unum a legatis imperatoris, alterum a cardinalibus subscriptum et corroboratum erat. Quod clarissime probatum est a viro d. Kehr, qui codicem nostrum* B *nonnullis lectionibus propius ad Pacti Anagnini textum accedere ideoque apographon esse exemplaris imperatori traditi demonstravit*[1]. *Autographa cum deperierint, reiecti sumus ad apographa duo:* A *apographon coaevum tabularii Vaticani Arm. I. caps. IV. nr. 10; in membranae spatium vacuum relictum alia ut videtur manus coaeva epistolam imperatoris ad papam datam (infra nr. 270) intulit;* B *apographon manu saec. XII. ex. exaratum in codice Claustroneoburgensi 643a fol. 3. E codice* A *editum est Pactum a solo Theinero in Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis I, p. 22 nr. 30; codicem* B *adhibuerunt Schöpflin 'Commentationes historicae et criticae' p. 533, Maximilianus Fischer 'Merkwürdigere Schicksale des Stiftes Klosterneuburg' II, 152 nr. 18, Friedr. Christoph Jonathan Fischer 'Geschichte des Despotismus in Teutschland' (Halle 1780) p. 111. Reliquarum editionum, quas Kehr p. 114 enumeravit*[2], *nonnullae sine medio, plurimae autem medio editionis Goldastii recedunt ad textum politum et depravatum quem vulgavit Sigonius 'De regno Italiae' (ed. princeps, Venetiis 1574) p. 545*[3]. *E Goldastio Pertz Pactum dedit sub falsa inscriptione 'Pactum Anagninum'. — Stumpf, Reg. 4198.* *(P. 147.)*

1. Dominus imperator F.* sicut dominum papam A. in catholicum et universalem papam recepit, ita ei debitam reverentiam exhibebit, sicut catholici sui antecessores suis[a] catholicis antecessoribus exhibuerunt. Successoribus quoque suis catholice intrantibus eandem reverentiam exhibebit.

2. Et reddet dominus imperator veram pacem tam domino pape Alexandro[b] quam omnibus successoribus suis et toti Romane ecclesie.

3. Omnem vero possessionem et tenementum sive prefecture sive alterius rei[c], quam Romana ecclesia[d] habuit et ipse abstulit per se vel per alios, bona fide restituet ei salvo omni iure imperii. Ecclesia quoque Romana omnem possessionem et tenementum, quod ei abstulit per se vel per alios, bona fide ei restituet salvo omni iure Romane ecclesie[e].

4. Possessiones etiam, quas dominus imperator restituet, ad retinendum iuvabit.

**259.** u) civitatis 1*.

**260.** a) eius *B.* b) *deest B.* c) rei alterius *B.* d) ęcclesia Romana *B.* e) ęcclesię Romane *B.*

1) *Cf. imprimis p. 86.* 2) *Addenda est editio in Monumentis historiae patriae Ser. IV, 32.* 3) *Quod iam a. 1867 evicit Waitz 'Nachrichten von der (Göttinger) Gesellschaft der Wissenschaften' p. 389.*

5. Similiter et universos vasallos ecclesie, quos occasione scismatis dominus imperator abstulit vel recepit, dominus imperator[f] absolvet et domino pape A. restituet et ecclesie Romane[g].

6. Preterea dominus imperator et dominus papa[h] ad honorem et iura ecclesie et imperii conservanda se vicissim[i] iuvabunt, dominus papa ut benignus pater devotum et carissimum filium et imperatorem christianissimum, dominus vero[k] imperator ut devotus filius et christianissimus imperator dilectum et reverendum patrem et beati Petri vicarium.

7. Quecumque autem tempore scismatis vel occasione ipsius aut sine ordine iuditiario ecclesiis a domino imperatore vel suis sunt ablata, eis restituentur.

8. Domina etiam B. imperatrix[l] recipiet dominum papam A. in catholicum et universalem papam. Dominus quoque Henricus[m] rex filius eorum similiter eum recipiet et ei et catholicis successoribus suis debitam reverentiam exhibebit et iuramentum, quod dominus imperator exhibuerit, similiter et[n] ipse prestabit.

9. Pacem[o] autem veram reddit dominus imperator et dominus Hericus[p] rex filius eius illustri regi Sicilie usque ad XV annos, sicut per mediatores pacis est ordinatum[q] et scriptum.

10. Constantinopolitano etiam imperatori et universis adiutoribus ecclesie Romane pacem veram reddit et nullum malum meritum reddet eis per se vel per suos pro servitio collato ecclesie Romane[r].

11. De querelis autem et controversiis, que ante tempora domini[s]* Adriani inter ecclesiam et imperium* vertebantur, mediatores ex parte domini pape et domini imperatoris constituentur, quibus committentur, ut eas iuditio vel concordia terminent.* Si vero predicti mediatores non convenerint, iuditio domini pape et domini[n] imperatoris vel eius seu eorum, quos ad id elegerint, finientur.*

12. Cristiano autem dicto cancellario Maguntinus[t] archiepiscopatus, Philippo autem Coloniensis[u] archiepiscopatus concedentur et confirmabuntur[v] eis cum omni plenitudine archiepiscopalis dignitatis et offitii. Et primus archiepiscopatus, qui in Theutonico regno vacaverit[w], domino Corrado[x] auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris assignabitur, qui tamen congruus* videatur.*

13. Ei autem qui dicitur Calixtus una abbatia dabitur. Illi autem qui dicebantur eius cardinales redibunt ad loca que primo[y] habuerunt, nisi ea sponte vel iuditio dimiserant, et in ordinibus, quos ante scisma perceperunt, relinquentur.

14. Gero autem nunc dictus Alberstatensis[z] precise deponetur et Ulricus[a] verus Alberstatensis[b] restituetur. Alienationes a Gerone facte et benefitia data similiter et ab omnibus intrusis auctoritate domini pape et domini imperatoris cassabuntur et suis ecclesiis restituentur.

15. De electione Brandeburgensis episcopi, qui ad Bremensem archiepiscopatum electus erat, cognoscetur et, si canonicum fuerit, ad eandem ecclesiam transferetur. Et quecumque a Baldeunino[c], qui nunc preest Bremensi ecclesie, alienata vel inbeneficiata sunt, sicut canonicum et iustum fuerit, eidem ecclesie restituentur.

16. Item que Salsiburgensi[d] ecclesie tempore scismatis subtracta sunt, ei plenarie restituentur.

17. Universi clerici qui sunt de Ytalia vel aliis regionibus, qui sunt extra Theotonicum regnum, dispositioni et iuditio domini pape A. successorumque eius[e]* relinquentur. Si vero

**260.** f) dominus imperator *deest B = Pactum Anagninum.* g) et ęcclesię Romane restituet *B = P. A.* h) dom. papa et dom. imp. *B = P. A.* i) vicissim se *B = P. A.* k) ut *B pro* autem. l) imp. B. *B.* m) et dominus quoque Hainricus *B.* n) *deest B.* o) *ante* Pacem *signum* § *in B.* p) H. *B.* q) ordinatum est *B.* r) Romane ęcclesię *B.* s) domini pape *B = P. A.* t) Maguntie *B.* u) Colonie *B.* v) firmabuntur *B.* w) vacabit *B = P. A.* x) C. *B.* y) ante *B.* z) *pro parte in rasura et corr. A;* Albertatensis *B.* a) Urricus *B.* b) Albertatensis *B.* c) abaldeunno *A.* d) Salzburgensi *B.* e) ipsius et Romane ęcclesię *B = P. A.*

domino imperatori placuerit[f] rogare pro ordinibus aliquorum quos canonice perceperunt[g], usque ad X vel XII, si instare voluerit, exaudietur.

18. G. autem[h] Mantuanus ad episcopatum quondam suum restituetur, ita tamen quod ille qui nunc est Mantuanus, auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris ad Tridentinum episcopatum transferetur[i], nisi forte inter dominum papam et dominum imperatorem convenerit, ut in alio ei episcopatu provideatur.

19. Archipresbiter vero de Sacco in archipresbiteratu quondam suo et in[k] aliis benefitiis, que ante scisma habuit, cum omni plenitudine restituetur.

20. Universi etiam ordinati a quondam catholicis vel ab ordinatis eorum in Theutonico regno restituentur in ordinibus taliter perceptis nec occasione huius scismatis[l] gravabuntur.

21. De[m] Argentinensi autem[n] et Basiliensi dictis episcopis, qui ordinati fuerunt a Guidone Cremensi, in eodem regno a predictis mediatoribus committetur* X vel octo[o]* quos ipsi elegerint, qui prestito iuramento firmabunt, quod illud consilium de ipsis Romano pontifici et domino imperatori dabunt quod viderint se canonice[p] posse dare absque periculo scilicet[n] anime domini pape et domini imperatoris et sue, et dominus papa adquiescet eorum consilio.

22. Dominus[m] autem papa et omnes cardinales sicut receperunt dominum imperatorem F. in Romanorum et catholicum imperatorem, ita recipient B.[q] felicem uxorem eius in catholicam et Romanorum imperatricem, ita tamen[r] quod ipsa coronetur a domino papa A. vel a legato ipsius[s]. Dominum autem Hericum[t] filium eorum in* catholicum regem recipient.

23. Pacem[u] etiam veram reddent dominus papa* et cardinales domino imperatori F. et domine imperatrici B.[v] et Herico regi filio eorum et universis adiutoribus ipsorum[w], salvis que de spiritualibus dispositioni et inditio domini pape A.[r] et Romane ecclesie presenti scripto relinquuntur et salvo omni iure Romane ecclesie adversus detentatores[x] rerum beati Petri et salvis his que prescripta[y] sunt tam pro parte* ecclesie quam pro parte domini imperatoris et imperii.

24. Pacem vero predictam promittit dominus papa[z] se observaturum in verbo veritatis et omnes cardinales, et[a] privilegium inde faciet cum subscriptione omnium cardinalium. Ipsi etiam cardinales[a] scriptum confirmationis predicte pacis facient cum appositione sigillorum suorum.

25. Et dominus papa statim advocato concilio, quale subito advocari[b] poterit, cum cardinalibus episcopis aliisque religiosis viris qui interfuerint excommunicationem statuet in omnes qui hanc pacem infringere temptaverint. Deinde in generali concilio idem faciet.

26. Plures etiam de nobilibus Romanis et capitaneis Campanie hanc eandem pacem iuramento firmabunt.

27. Imperator vero predictam pacem ecclesie et iam dictam pacem XV annorum illustris regis Sicilie et treuquam Lombardorum[c] a proximis scilicet Kal.[d] Augusti usque ad VI annos firmabit iuramento suo et principum et faciet Lombardos qui ex parte sua sunt, sicut in communi scripto[u] treuque dispositum et scriptum est[c, 1], eamdem treuquam firmari. Si vero aliquis fuerit ex parte imperatoris[f] qui predictam treuquam iurare recusaverit, imperator[g] precipiet universis, qui ex parte sua sunt, sub debito fidelitatis et gratie sue, ut nullum prestent ei[h] auxilium et volentibus eum offendere in nullo obsistant vel contradicant, et si quis offenderit[i], non teneatur inde. Mandatum autem istud non revocabit dominus imperator, donec treuqua durabit. Et do-

**260.** f) *sic A.* g) perceperint *B.* h) etiam *B = P. A.* i) transferatur *B = P. A.* k) *deest B = P. A.* l) scismatis huius *B.* m) *praecedit signum § in A.* n) *deest B.* o) X vel VIII episcopis *B = P. A.* p) canonice se *B.* q) Beatricem *B.* r) *deest B = P. A.* s) eius *B.* t) H. regem *B.* u) et pacem *B.* v) B. imperatrici *B = P. A.* w) *in rasura A:* eorum *B.* x) depredatores *B.* y) scripta *B = P. A.* z) dom. papa promittet *B.* a) et privilegium *usque* cardinales *des. B, incuria librarii.* b) advocare *B.* c) treucam Longabardorum *B.* d) Kal. *deest A.* e) disp. est et scriptum *B.* f) domini imperatoris *B.* g) dominus imperator *B.* h) ei prestent *B.* i) eum offenderit *B.*

1) *supra nr. 259.*

minus Hericus[k] rex filius eius[l] predicta firmabit, sicut scripto dispositum est. Dominus etiam imperator predictam pacem ecclesie et illustris regis Sicilie[m] usque ad XV annos et treuquam Lombardorum corroborabit scripto suo cum subscriptione sua et principum.

28. Si vero[n], quod absit, dominus papa premoriatur, dominus imperator et dominus Hericus[k] rex filius eius et principes hanc formam pacis et compositionis firmiter observabunt successoribus suis et universis cardinalibus[o] et toti Romane ecclesie[p] et illustri regi Sicilie et Lombardis[q] et ceteris qui secum sentiunt. Similiter, quod absit, si dominus imperator premoriatur, dominus papa[r] et cardinales et ecclesia Romana iam dictam pacem firmiter observabunt successori suo et[s] B. felici uxori[t] eius et Herico[u] regi filio eius et omnibus de Theotonico regno et ceteris adiutoribus suis, sicut prescriptum est. Et[v] successores domini pape similiter observabunt.

† Wicmannus Madiburgensis archiepiscopus subscripsi.
† Philippus Coloniensis archiepiscopus subscripsi.
† Ego Cristianus Maguntinus archiepiscopus subscripsi.
† Ego Arnuldus Treuerensis archiepiscopus subscripsi.
† Ego Arduinus imperialis prothonotarius subscripsi.

## 261. *IURAMENTA PROMISSIONIS IN ANIMA IMPERATORIS. (Iul. 22.)*

*Praestita sunt teste Romoaldo Salernitano (SS. XIX, 452) Chioggiae die 22. Iulii. Qui tamen erravit contendens, comitem Heinricum de Dietz eundemque solum iuravisse. Iuratores erant potius Dedo comes, frater Theoderici marchionis Lusatiae, filius marchionis quondam Conradi*[1], *et Sigilbothus camerarius imperatoris. Iuramenta servavit Vita Alexandri III. a Bosone conscripta, cuius editionem novissimam Duchesnii 'Le Liber pontificalis' II, 439 secuti sumus. Formam diversam protulit Relatio de pace Veneta (SS. XIX, 462), quae tamen authentica non habenda est*[2]. *Praeter Dedonem et Sigilbothum etiam* cappellanus Coloniensis archiepiscopi in anima principum qui aderant simile iuramentum prestitit, *ut a Romoaldo et epistola Alexandri III. ad archiepiscopum Eboracensem data docemur.* *(P. 153.)*

Ego comes Dedo iuro, quod domnus imperator mandavit mihi, ut in anima sua iurarem iuramentum, quod nunc facturus sum, et postquam mandavit, non revocavit mandatum. Et ego ex mandato imperatoris iuro in anima sua, quod ex quo venerit Venetias, omni questione et contradictione amota, faciet iurari in anima sua, quod pacem ecclesie, sicut disposita est per mediatores et scripta, et pacem regis Sicilie usque ad XV annos, sicut scripta est, et treuguam Lombardorum, sicut est per mediatores utriusque partis dispositum et in scripto, quod est apud eosdem mediatores, continetur, bona fide servabit et principes suos hoc ipsum iurare faciet.

**260.** k) Hainricus *B.* l) eorum *B.* m) Seicilie *A.* n) forte *B = P. A.* o) cardinalibus universis *B = P. A.* p) ęcclesię Romane *B = P. A.* q) Longobardis *B.* r) et successor eius *add. B.* s) successori suo et *des. B = P. A.* t) felici imperatrici uxori *B.* u) Hainrico *B.* v) *reliqua des. B.*

1) *Non miramur, quod Alexander III. in epistola ad archiepiscopum Eboracensem Iul. 26 data (SS. XXVII, 97. Iaffé 12891) et in epistola fere simili Iul. 27 ad abbatem Casinensem data (Baronius XII, 695 = Mansi XXII, 178. Iaffé 12892) lapsu memoriae seu incuria ductus, filium* Alberti *marchionis et die quidem Iulii 21 hoc iuramentum praestitisse dixit.* 2) Ego N., qui sum princeps imperii Romani, iuro in anima ipsius imperatoris, quod quando Venetias venerit, faciet iurare in anima propria pacem perpetuam sancte ecclesie, treviam regis Siculi in XV annos et treviam Lumbardorum in VI annos atque omnia capitula que in hac scedula continentur. *Pertz 153 not. 5.*

Ego Sigilboth iuro, quod ex quo domnus imperator venerit Venetias, predictum iuramentum pacis ecclesie et regis Sicilie et treugue Lombardorum faciet prestari in anima sua et principes similiter iurare faciet.

## 262. *FORMA ABRENUNTIATIONIS SCHISMATIS AB EPISCOPIS PRAESTITAE.* *(Iul. 24.)*

*Rem gestam et formam ipsam servavit Romoaldus SS. XIX, 452.* *(P. deest.)*

Ut omnes evidenter agnoscant, me esse nomine et opere christianum, Octavianum, Cremensem et Iohannem de Struma cum suis complicibus prorsus abiuro et Alexandrum et successores eius in catholicum papam recipio.

## 263. *EPISTOLA IMPERATORIS AD CISTERCIENSES (Iul. 30).*

*Emissa esse videtur die Iulii 30, quo et Alexander III. epistolam ad Cistercienses dedit, quam in Appendice Actorum pontificum infra propondituri sumus. Adhibuimus* 1) *cod. Parisinum lat. 2259 (Colb.) saec. XIII. fol. 2;* 2) *editionem Chronicorum Gervasii Cantuariensis a viro cl. Liebermann (SS. XXVII, 301) paratam; codices minoris pretii* 3) *civitatis Suessionensis 131 (S. Mariae de Prato) saec. XIII., olim a Bethmanno exscripto;* 4) *Parisinum lat. 70 (Colb.) saec. XIV, quo usa est editio Martenei in Thesauro I, 1847;* 5) *Parisinum lat. 3088 saec. XIV. fol. ultimo verso, quo solo Pertzius usus est. — Stumpf, Reg. 4206.* *(P. 154.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus[a] abbatibus et[b] fratribus[c] Cisterciensis ordinis salutum et dilectionis integritatem.

Quoniam de unitate et concordia ecclesie et bono statu imperii nostri sanctitatem[d] vestram gaudere et letari[e] non dubitamus, idcirco ad universitatem vestre religionis imperiales apices mittere dignum duximus, insinuantes vestre dilectioni, quoniam omnipotentis Dei nutu[f], cuius occulto iudicio quandoque discordie mala[g] creantur et ipso miserante[h] discordes ad concordiam revocantur, dominum Alexandrum in patrem spiritualem et summum pontificem recepimus. Notum autem vestre facimus religioni, quoniam cooperantibus[i] dilectis nostris viris magne sanctitatis et discretionis, P(ontio)[k] episcopo scilicet[l] Claromontensi et abbate Bonevallis et fratre Theoderico[m] converso[n] Cartusiensi[o, 1], qui studiose et efficaciter pro pace et concordia inter nos et iam nominatum Alexandrum Romane ecclesie summum[l] pontificem laboraverunt, discordia et lis, que diu viguerat, penitus est sopita[p] et dilectio, que inter nos perierat, ipsis mediantibus est reformata. Quapropter vestre sanctitati praesentes litteras dirigimus, modis omnibus rogantes[q], ipsorum perfecte bonitati super his[r] omnibus grates referentes, tam vobis quam ipsis de pacis reformatione congaudentes, ita ut[s] ad honorem Dei et ecclesie in bono statu et Dei timore diu[l] possimus perseverare, ipsi omnium conditori atque gubernatori piissimas preces fundatis.

263. a) universis *add.* 2; archiepiscopis episcopis *add.* 3—5 *ad instar epistolae Alexandri III.* b) aliis *add.* 3—5. c) patribus 5. d) fraternitatem 2. e) et letari *des.* 5. f) Dei omnip. dono nutuque 2. g) *deest* 3. 4. h) moderante 2. i) operantibus 2. k) *deest* 1. 3—5. l) *deest* 2. m) *sic* 2; Terrico 1. n) *deest* 1. 3—5. o) Cartuse 2. p) consopita 2. q) quatinus *add.* 2. r) *deest* 1. 2. 5. s) congaudeatis atque 2.

1) *De hoc consanguineo imperatoris, converso carthusiae Silvae Benedictae in Delphinatu cf. Grandauer 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVIII, 171.*

## 264. *FORMA IURAMENTI DECEM MAGNATUM IMPERII. (Aug. 1.)*

*Antequam decem magnates imperii iuramentum praestiterunt, se pacem cum ecclesia et treugas cum rege Siciliae et cum Lombardis servaturos esse, Heinricus comes de Dietz in anima imperatoris idem iuravit. Cuius iuramenti forma superstes non est, at iuramenti ipsius mentio fit cum in scripto infra nr. 265 dando et in privilegio nr. 268, tum apud Romoaldum (SS. XIX, 454) et in Vita Alexandri III. (Duchesne II, 440); cuius verba hoc loco poni libet:*

In Kalendis vero mensis Augusti, convocatis regis Sicilie nuntiis et universis Lombardorum rectoribus, pontifex et imperator consistorium pariter intraverunt. Tunc imperator coram pontifice stans, in communi auditorio precepit comiti Henrico de Des, quatinus in anima sua iuraret: quod pacem ecclesie atque imperii et pacem regis Sicilie usque ad XV annos et treuguam Lombardorum a proximis Kalendis Augusti usque ad VI annos, sicut per mediatores utriusque partis dispositum et scriptum est, bona fide servabit. Presentibus quoque principibus nichilominus iussit, quod eandem pacem et treuguam pariter iurarent et bona fide servarent. Mox iuravit ipse comes super sancta Dei euangelia, sicut imperator ei preceperat, et conversus ad ipsum dixit: 'Sic te Deus adiuvet et hec sancta euangelia'. Iuraverunt sequenter principes ita: Ego C. Moguntinus *etc. formam iuramenti quod infra conspicias, e Vita Alexandri depromptam. Erant Bosone testante decem magnates. Erravit ergo Romoaldus, qui p. 454, l. 29 de duodecim principibus loquitur*[1]. *Porro lacunam seu negligentiam notarii instrumenti nr. 265 statuamus oportet, in quo decem illorum magnatum modo sex enumerantur.* *(P. 157.)*

Ego C. Moguntinus, ego Ph. Coloniensis, ego V. Magdeburgensis, ego B.[2] Treverensis, archiepiscopi, ego D. Pactaviensis, ego C. electus Warmaciensis, ego A. imperialis aule protonotarius, ego C. quondam Mantuanus episcopus, ego G. cancellarius et ego C. comes[3] iuramus in animabus nostris super hec sancta Dei euangelia, quod pacem ecclesie atque imperii et pacem regis Sicilie usque ad XV annos et treuguam Lombardorum usque ad VI annos, sicut statutum est et scriptum per mediatores utriusque partis, bona fide servabimus absque fraude. Sic nos Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

## 265. *SCRIPTUM DE IURAMENTIS TEUTONICORUM. Aug. 1.*

*Commentarius actorum agit de iuramentis duobus, quorum unum sub nr. 264 dedimus, alterum in praefatione nr. 264 commemoravimus. Legitur in* 1) *Registro grosso civitatis Bononiensis saec. XII—XIII. fol. 44 et in eius apographo* 1*) *Registro novo saec. XIII. fol. 4', quae a viro cl. Holder-Egger collata sunt. Ab altero eorum omnes editiones derivatae sunt*[4]. — *Stumpf. Reg. 4202.* *(P. 156.)*

Anno a nativitate Domini MCLXXVII, imperante imperatore F(rederico), anno imperii eius XXIII, indictione X, die lune qui fuit primus Augusti[a], in palatio Gradensis patriarche, in presentia cardinalium[b], videlicet domini Willelmi[c] episcopi de Porto, episcopi Hostie, domini Iacinti, domini Petri de Bona, Iohannis de Napoli, Arditionis de Pladana, domini Conradi, domini Manfredi de Lavagna et aliorum cardinalium multorum, domini Romualdi[d] arciepiscopi de Salerno et comitis Rogerii de Apulia et

**265.** a) aug̃ 1. 1*. b) multorum *add.* 1*, *sed deletum.* c) Will 1. 1*. d) Raimaldi 1*.

1) *Error Romoaldi etiam eo detegitur quod paullo post narrat, se ipsum iuravisse, modo decem principes Siciliae iuramentum praestituros esse.* 2) *Treverensi Arnoldo nomen erat.* 3) *Conradus de Balnhusen.* 4) *Etiam 'Documenti di storia Italiana' VI, 774.*

Dominici de Brici patriarche de Aquileia. domini patriarche de Grado[e], episcopi Padue, Iohannis episcopi Mantue, episcopi Brixie[f], episcopi Papie, domini Albericonis episcopi de Regio. domini Bonifatii episcopi de Novaria, domini Wale episcopi de Aqui, episcopi de Taurino, electi de Aste, episcopi de Ramene, episcopi Placentie, Oderici episcopi de Teruisio[g], episcopi de Cenetha, domini Salomonis episcopi de Tridento, Grunde de Verona et Henrici de Aicarda et aliorum multorum, coram domino Alexandro sancte Romane ecclesie summo pontifice, comes Henricus de Dés, presente domino Frederico Romanorum imperatore et eius verbo, iuravit in anima imperatoris: quod dominus ipse imperator observabit treugam[h] Lombardis cunctis et omnibus personis de Societate Lombardie, Marchie et Romagnole, secundum quod ordinatum et dispositum est a mediatoribus utriusque partis et secundum quod continetur in scripto quod aput cardinales est[i] et apud Lombardos in concordia, tenor cuius scripti superius legitur: et quod bona fide daret operam, ut ita secundum quod in eo scripto continetur treuga attendatur: et quod faceret principes Alamannie, qui cum eo sunt, iurare illam treugam[h], prout statutum est, tenere, et filium suum Henricum regem et homines civitatum Lombardie et alios, qui sunt in eius parte de partibus Lombardie, faciet iurare ipsam treugam[h] firmam, prout in eo scripto treugue continetur, tenere[k]: et quod bona fide dabunt operam, ut teneantur infra hos XL dies, nisi concordia rectorum Lombardie remanserit, parabola videlicet communiter data. Preterea dominus Wicomannus Madenburgensis archiepiscopus. dominus Philippus archiepiscopus Colonie, Christianus Maguntensis archiepiscopus. Arnoldus Treuerensis[l] archiepiscopus, Conradus electus Warmasie, Gottifredus imperialis aule cancellarius[1] iurarunt unusquisque per se, bona fide optinere treugam[h] omnibus de Societate Lombardie, Marchie et Romagnole, prout per mediatores utriusque partis ordinatum est et in scripto quod aput Lombardos est et apud cardinales continetur, tenor cuius scripti superius legitur, et ita per bonam fidem servare, et quod bona fide darent operam[m], ut servaretur.

Factum in Venetiis suprascripto loco. † Ego Fatolinus, notarius domini Welfonis[n] ducis et ab imperatore Frederico confirmatus postea, rogatus predictis omnibus interfui et subscripsi[o].

## 266. *IURAMENTA SICULORUM ET LOMBARDORUM. (Aug. 1.)*

*Nomina tantum iuratorum servavit Vita Alexandri III. ed. Duchesne II, 440. Quae iurata sunt a Siculis et a Lombardis, ea quaeras apud Romoaldum SS. XIX, 454, l. 31. (P. 157.)*

Ex parte vero Sicilie regis eodem modo iuravit R. Salernitanus archiepiscopus et R. Andrensis comes.

Ex parte vero Lombardorum iuraverunt, qui presentes aderant, de Mediolano Gerardus Pistis et Rogerius Marcellinus consul, de Placentia Guillelmus Leccacorvus, de Brixia Albertus de Cambara. de Bergamo Albertus Albertonis, de Verona Cothus consul, de Parma Vetulus, de Regio Artemanus, de Bononia Pinamonte potestas eorum. de Novaria Guillelmus Guibuini, de Alexandria Ubertus de Foro, de Padua Tessulinus potestas, de Vincentia Eczulinus.

## 267. *EPISTOLAE IMPERATORIS AD SALZBURGENSES. Aug. 9.*

*Duae sunt epistolae, quas uno textu coniunximus, una A ad capitulum Salzburgensem data, cuius autographon asservatur in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select 531,*

265. e) grathe 1. 1*. f) brix̄ 1. 1*. g) tuisio 1. 1*. h) treug̅ 1. 1*. i) sunt 1. 1*. k) *deest* 1*. l) treuenensis 1. 1*. m) opam 1. n) Welbonis 1*. o) ss 1; scripsi 1*.

1) *Hic de decem magnatibus nr. 264 nonnisi sex enumerati sunt.*

*cui lamnae membranaceo parvum sigilli rotundi fragmentum iam appendet. Imaginem praebuit nuper vir d. Schum 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 13a. Altera* B *praelatis et ministerialibus per Karinthiam et marchiam Carniolae constitutis destinata a Magno presbytero in Chronicon Reicherspergense recepta est et in eius codicibus 1. 3. 4 legitur. Sola lineam chronologicam praebet. Usi sumus editione Wattenbachii SS. XVII, 505. Non est cur accedamus opinioni viri d. Schum, qui l. c. 'Erläuterungen' p. 399 tres epistolas autographas olim exstitisse censuit. Eadem die, Aug. 9, et ipse Alexander III. Salzburgenses de electione Conradi Wittelsbacensis certiores fecit epistola, quam v. in Chronico laudato p. 505. — Stumpf. Reg. 4209.* *(P. 159.)*

F.[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis suis choro[b] Salzburgensi et prelatis eiusdem ęcclesię atque ministerialibus nec non omni clero et populo ipsius ęcclesię[c] gratiam suam et omne bonum.

Cum Deo pacis auctori et amatori placuit Romanum imperium in unam vocare concordiam cum Romana ęcclesia et pacis iocunditate post[d] diutinos labores universam respirare ęcclesiam, subiit animum pro Salzburgensis ęcclesię quieto[e] statu sollicitos esse et eius restauracioni diligenter intendere. Et quoniam per duos sibi invicem oppositos ecclesia graviter distracta fuerat nec aliqua spes supererat, ut manus que distraxerant in integrum possent distracta restituere, tam domno pape quam fratribus eius domnis cardinalibus, nobis quoque et maioribus[f] principibus visum fuit utile, utrosque removeri et alium, per quem facilius reformari posset ęcclesia, substitui. Post multam igitur deliberationem in gratia et beneplacito domni pape ac nostro uterque super hoc verbo se posuit suoque iuri, quod in ecclesia Salzburgensi[g] quisque videretur[h] habere, in manus ipsius[i] pape ac nostras penitus abrenunciavit. Vacante sic ecclesia, prelatos Salzburgenses et alios qui cum ipsis aderant de facienda in alium electione diligenter convenimus. Sed, licet magna nobis[k] supplicarent instancia, ut ad vestram usque omnium presentiam differretur electio, tamen domni pape mandato ac nostro et omnium principum consilio, quoniam sepe nocet differre paratis, ad electionem accesserunt et de gremio Romanę ęcclesię[l] domnum videlicet C.[m] palatinum, consanguineum nostrum[n], in ęcclesia vestra enutritum, in pastorem et episcopum animarum suarum concorditer et unanimi voto elegerunt. Quam utique electionem domnus papa totaque curia ratam habuit et confirmavit, nos quoque[o] de regalibus ipsum investivimus cum ea integritate, qua archiepiscopus E.[p] decedens illa tenuisse noscitur[q]. Nam generali principum sententia iudicatum est, quicquid vel per nos, dum eiusdem ecclesie bona in nostra teneremus potestate, vel per quoslibet alios infeudatum vel quocumque modo sub hoc tempore alienatum est[r], inane prorsus esse debere et irritum. Quamvis igitur[s] maiestas nostra sepenumero a vobis graviter lesa sit et acriter, ultra quam vellemus, provocata, tamen divini timoris intuitu ac beati Rŏberti[t] reverentia et ex consueta imperialis mansuetudinis clementia tam vos quam ęcclesiam Salzburgensem[u] serena pietate proponimus respicere et in antiquum statum nostre auctoritatis munimine revocare. Universitatem ergo[v] vestram diligenter commonitam esse cupimus, ut, quod tam[w] a domno papa quam a nobis ad honorem et restaurationem Salzburgensis ęcclesię[x] in spiritualibus et[y] temporalibus modo factum est, debita reve-

**267.** a) Fridericus *B.* b) *pro* choro — omni *B*: omnibus prelatis ac ministerialibus Salzburgensis ecclesie et universo. c) per Karinthiam et Marchiam constitutis *add. B.* d) *abhinc aliud atramentum seu alia manus in A.* e) *deest B.* f) imperii *add. B.* g) Salzb. eccl. *B.* h) videbatur *B.* i) domni *B.* k) nobis magna *B.* l) eccl. R. *B.* m) Chunradum *B.* n) cons. n. pal. *B.* o) nosque *B* 1. 4. p) Eberhardus *B.* q) dinoscitur *B.* r) est al. *B.* s) ergo *B* 1. 4. t) Ruodberti *B.* u) Salzb. eccl. *B.* v) igitur *B* 1. 4. w) *supra lin. add. A* x) eccl. S. *B.* y) in *add. B.*

rentia et alacritate recipiatis ac ratum teneatis et domno C.[z] nunc[a] archiepiscopo vestro, dilecto consanguineo nostro, ea[b] devocione[c] obedire et servire studeatis, ut nostre benignitatis affectum merito super hoc experiri debeatis. Si quis vero, quod non credimus, his, quę magna consilii maturitate ad utilitatem et reformationem Salzburgensis ecclesie nunc ordinata sunt, contraire presumpserit, et a domno papa sententiam excommunicationis[d] recipiet et nostre maiestatis indignationem proculdubio senciet. [Datum[e] Venetiae in[f] Rivo alto V. Idus Augusti.]

## 268. *CONFIRMATIO PACIS CUM REGE SICILIAE. (ante Aug. 14.)*

*Scriptum treugae seu pacis cum rege Siciliae initae ad instar scripti treugae Lombardicae (supra nr. 259) exstitisse manifestum est, cum in privilegio confirmationis nostro enuntiatum occurrat* sicut prescriptum et determinatum est *et aliqua commemorentur quae in c. 9 Pacti communis praevii (nr. 260) non sint obvia. Probatur hoc iudicium verbis quibus Romoaldus SS. XIX, 457 ad confirmationem nostram tendit:* Ipsi autem *(legati Siculi)* — metuentes, ne pacis facte memoriam longevitas temporis aboleret, dederunt studium et operam diligentem, ut forma pacis, que inter imperatorem et regem facta fuerat, imperiali iussione redigeretur in scripturis, ut eam de cetero non posset temporis vetustas destruere, quam imperialis privilegii scriptura servaret. Ad petitionem igitur eorum pacis inter imperatorem et regem inde scriptum est privilegium sigilli aurei impressione munitum. *Praetera huic privilegio etiam c. 27 Pacti praevii providerat. Repetimus editionem Arndtii SS. XIX, 457. Ceterum legati Siculi* non contenti, *ut dicit Romoaldus,* imperiali privilegio, ad maiorem certitudinem pacis inite, robur et firmamentum aliud privilegium a papa et cardinalibus Romano fecerunt more conscribi, in quo imperiale declaratum est privilegium et auctoritate sedis apostolice roboratum. *Quod et ipsum deperiit. Iuramentum comitis de Dietz, cuius in privilegio imperiali mentio fit, est illud quod supra ad nr. 264 commemoravimus, die 1. Augusti praestitum. Decem autem magnates, quos iurasse dicit privilegium, aliter iurasse censemus, quam decem qui formam iuramenti nr. 264 protulerunt. Illorum iuramentum ad solam pacem inter imperatorem et regem Siciliae spectasse videtur. Iuramentum denique, quod persona digna in anima Heinrici regis iurare debebat, Romoaldo teste, mox ab Hugone episcopo Verdensi praestitum est. — Stumpf, Reg. 4205. (P. 158.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et Heinricus rex filius noster interventu venerabilis patris nostri Alexandri Dei gratia summi pontificis et fratrum suorum cardinalium pro parte nostra et heredum nostrorum paciscimur vobiscum, domne Willelme eadem gratia illustris rex Sicilie, quod amodo usque ad quindecim annos observabimus vobis et heredibus vestris et universo regno vestro et toti terre dominationis vestre veram et firmam pacem, et quod per nos vel per quoslibet alios mari vel terra vos, predictum illustrem regem, et heredes vestros aut regnum vestrum et terram dominationis vestre, sicut prescriptum et determinatum est, usque ad quindecim annos non invademus nec invadere faciemus nec vobis aut regno vestro et iam dicte terre dominationis vestre guerram aliquo modo faciemus. Et ut hec omnia suprascripta firmiter et illibata a nobis, supradicto Frederico Dei gratia Romanorum imperatore et semper augusto et Heinrico filio nostro rege et heredibus nostris, tam vobis supradicto illustri regi Willelmo, quam heredibus vestris et regno vestro et

267. z) Chunrado *B.* a) *deest B.* b) fide et *add. B.* c) et *add. B.* 1. d) exc. sent. *B.* e) Datum — Augusti *des. A.* f) in — Augusti *des. B* 1. 4.

toti terre dominationis vestre attendantur et observentur, nos predictus imperator bona fide, sine fraude et malo ingenio, in presentia beatissimi patris nostri pape Alexandri et cardinalium et legatorum vestrorum, Romoaldi venerabilis Salernitani archiepiscopi et Rogerii egregii comitis Andrie, et principum ac fidelium nostrorum a comite Heinrico de Diessa in anima nostra supra sancta Dei euangelia et sanctorum reliquias iurari fecimus, et Heinricum filium nostrum per interpositam dignam personam in anima sua idipsum iurare faciemus usque ad medium futurum Septembrem indictionis un- Sept. 15. decime. Et principes nostros idem iurare fecimus, videlicet Christianum Maguntinum archiepiscopum, Arnoldum Treverensem archiepiscopum, Corradum Guormaciensem electum, Godefridum imperialis aule cancellarium, Guorvinum protonotarium, markyonem Theodericum de Lusiz, Florentium comitem Holandie, comitem Dedonem de Groyx, comitem Heinricum de Diessa, comitem Roupertum de Durna. Ad huius autem pacti, promissionis et iuramenti nostri et Heinrici regis filii nostri et principum nostrorum memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum per manus Wortwini protonotarii nostri scribi fecimus et imperiali sigillo nostro aureo sigillatum et predictorum principum iuramento communitum vobis suprascripto illustri regi Willelmo fecimus assignari.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Augusti, decima indictione.

## 269. *FORMA EXCOMMUNICATIONIS TURBATORUM PACIS IN CONCILIO.* *(Aug. 14.)*

*Formam ab Alexandro papa in concilio prolatam servavit Romoaldus SS. XIX, 458.* *(P. 160.)*

Nos ex parte Dei omnipotentis et beate Marie semper virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum excommunicamus et a gremio matris ecclesie separamus omnes personas tam ecclesiasticas quam seculares, quecumque pacem, que inter ecclesiam et imperium modo facta est, et pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim et treguas Lombardorum usque ad annos sex aliquo modo disturbare vel impedire presumserint. Et sicut he candele extinguuntur, sic eorum anime eterne visionis lumine et claritate priventur.

## 270. *CONFIRMATIO PACIS CUM ECCLESIA. Sept. 17.*

*Et huic privilegio imperatoris sicut privilegio nr. 268 ac sequenti principum chartae in c. 27 Pacti praevii provisum erat. Autographon cum in tabulario Vaticano iam reperiri non posset, adhibuimus* 1) *apographon coaevum huius tabularii, quod in membrana, quae et Pactum praevium (nr. 260) continet, exaratum est alio atramento et fortasse etiam alia manu, collatum a viro cl. Sickel; idem excudi fecit Theiner in Codice diplomatico dominii temporalis I, p. 23. 24;* 2) *codicem lat. Parisinum 8989, qui Rotulum Cluniacensem II. a. 1245 Lugduni exaratum continet*[1]*; contulit vir cl. Molinier;* 3) *textum Vitae Alexandri III. ed. Duchesne 'Le Liber pontificalis' II, 442. Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex apographa Rotulorum Lugdunensium continentis v. in Martenei Collectione amplissima II, 1229. — Stumpf. Reg. 4225.* *(P. 160.)*

Reverendo in Christo patri domno pape Alexandro sacrosancte[a] Romane ecclesie summo et universali pontifici Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus debitam obedientiam et filialis dilectionis[b] affectum.

**270.** a) sacrosancto 1. b) devotionis 3.

1) *Cf. Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 283 nr. 6.*

Cum imperatoria maiestas a rege regum ad hoc in terris ordinata sit, ut per eius operam totus orbis pacis[c] gaudeat incremento, nos, quos Deus in solio Romani imperii constituit, eam diligentius amplecti et ferventius conservare debemus et volumus. Inde est, quod pacem ecclesie et imperii, secundum quod a principibus nostris et a cardinalibus Romane ecclesie disposita est et ordinata et in scripto principum nostrorum sigillis eorum signato[d] continetur, sicut per interpositam personam secundum formam, que in scripto continetur, iurari fecimus, sic presenti scripto nos firmiter observare promittimus, confirmamus et ratum in posterum permanere volumus, et sic deinceps firmiter observabimus et faciemus quantum in nobis fuerit Deo propitio observari.

Datum apud Venetias in palatio ducis XV. Kalendas Octobris, indictione X.

## 271. *CONFIRMATIO PACIS PER DUODECIM MAGNATES IMPERII.* *(Sept. 17.)*

*Damus ex editione Vitae Alexandri III. a Duchesnio instructa 'Le Liber pontificalis' II, 441.* *(P. 160.)*

Domino suo ac patri venerando Alexandro Dei gratia sancte Romane sedis et catholice ecclesie summo pontifici et universali pape Christianus Maguntinus archiepiscopus, Phylippus Coloniensis archiepiscopus, Wicmannus Magdeburgensis, Arnoldus Treverensis archiepiscopi, Conradus Wormatiensis electus, Godefridus cancellarius, Woruwinus protonotarius, F. comes Hollandie, T. marchio de Lusiz et frater eius Dedo, H. comes de Dietsa, R. comes de Durna filialis devotionis obsequium cum debita obedientia et subiectione.

Commoda, que ex consummata pace ecclesie et imperii toti mundo proveniunt, ipsa innumerata mala, que inde vitantur, manifeste ostendunt. Sicut enim ab utriusque concordi providentia orbis terrarum ad salutem et tranquillitatem regitur, ita sub eorum divisione a propria debiti status rectitudine distrahebatur. Gaudeat itaque tellus tam desiderabilis roris visitatione respersa, tam gratiosae pluvie inundatione fecundata, per quam fidelis populi arida sitis depellitur et omnium iurgiorum scandala et scandalorum incendia suffocantur. Nos ergo, pater sanctissime, de tanto concordie fructu letantes, ipsam sacratissimam ecclesie et imperii pacem, sicut ab utriusque partis mediatoribus est disposita et in commune scriptum redacta, et pacem illustris regis Sicilie ad XV annos et treuguam Lombardorum a proximis Kalendis Augusti usque ad VI annos, sicut a mediatoribus est ordinata et nostris iuramentis firmata et in scriptum communiter redacta, quod scilicet scriptum propriis subscriptionibus ipsorum mediatorum hinc inde confirmatum est et sigillis ipsorum corroboratum, nostri consensus studio et vigore confirmamus et ratam et inconcussam tenemus et, ut sic observetur, operam dabimus. Et ut hec nostre confirmationis pagina subsecuturis temporibus firma et illibata permaneat, eam propriis subscriptionibus communiri et nostrorum sigillorum appositione fecimus insigniri.

† Ego Christianus Maguntine sedis archiepiscopus subscripsi. † Ego P. Coloniensis archiepiscopus et Ytalie archicancellarius subscripsi. † Ego C. Wormacensis electus subscripsi. † Ego G. imperialis aule cancellarius subscripsi. † Ego Wo. protonotarius subscripsi.

## 272. *PROMISSIO DE FEUDIS LOMBARDIS DATA.* *(Sept.)*

*Legitur in* 1) *Registro grosso civitatis Bononiensis saec. XII—XIII. fol. 45 (39) et in eius apographo* 1*) *Registro novo saec. XIII. fol. 5, ubi inserta est instrumento a. 1177*

270. c) *supra lin. add.* 1. d) signata 3.

*Nov. 11 Parmae dato, quo Albertus de Summa legatus apostolicus se eam rectoribus Societatis tradidisse declarat*[1]. *Ab altero codicum illorum omnes pendent editiones*[2]. — *Stumpf, Reg. 4229.* *(P. 161.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus pro interventu venerabilis patris nostri domini Alexandri pape et fratrum suorum cardinalium promittimus tam Lombardis quam Marchianis[a] et illis de Romania et reliquis de Societate ipsorum, vasallis nostris et his qui debent esse vasalli nostri, quod pro fidelitate nobis non prestita vel servitio non exhibito aut de investitura non petita, quamdiu treugue duraverint, nullum de Societate ipsorum post treuguam iudicabimus nec iudicari faciemus nec propter hoc cuilibet de Societate feudum auferemus.

## 273. *PAX CUM VENETIS.* *(Sept.)*

*Recensuit textum vir d. Kehr ex* 1) *Libris pactorum lib. I. fol. 11'*; 2) *Libris pactorum lib. II. fol. 83. ex quibus derivatus est textus codicis Trivisani fol. 222 et 230*; 3) *Libro blanco fol. 46' nr. 22, in quo inscribitur:* Sacramentum pacis Frederici imperatoris prestitum domino Sebastiano duci Veneciarum et omnibus successoribus suis et Venetis etcet. — *Stumpf, Reg. 4226.* *(P. 160.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septuagesimo septimo, in mense Septenbris, indictione X. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator augustus damus et reddimus per sacramentum, factum a quodam nuncio nostro in anima nostra, firmam pacem domino Sebastiano duci Venetie et omnibus successoribus suis et omnibus Venetis[a], ut salvi et securi sint per universum imperium nostrum et per universam terram dominationis nostre, quam modo habemus vel quam inantea acquisituri sumus, et per universam fortiam nostram et ubicumque eos invenerimus vel fortiam habuerimus, eundo, stando et redeundo, in personis et rebus. Si autem contigerit, quod offensio facta fuerit et civitas vel persona requisita fuerit et infra quadraginta dies offensio emendata non fuerit per consules vel per potestatem aut per iusticiarios vel per amicabilem compositionem, quam cito hoc nobis significatum fuerit, sine fraudulenta mora et sine fraude faciam illud emendare. Quodsi persequi non potuerit suas iniurias et suas rationes, tunc liberam habeat licentiam ipse dux et Venetici prosequendi suas iniurias et suas rationes, et propter hoc pax, que ordinata est in communi, non dissolvatur.

Actum Venetie[b] super solarium predicti ducis.

Predictus dominus imperator hoc instrumentum fieri precepit.

Ego Martinus Papiensis[c] et imperialis aule notarius precepto domini imperatoris hoc instrumentum scripsi.

**272.** a) marchionis 1. 1*.

**273.** a) Venetiis 1. b) Vee 3. c) pap̄ 1—3; *cfr. Ficker 'Ital. Forschungen' III, 171.*

1) *Hanc cartam edidit Vignati 'Storia della lega Lombarda' 324.* 2) *Adde 'Documenti di storia Italiana' VI, 775. Suo modo scriptum deturparit Sigonius 'De regno Italiae' 550, quem secuti sunt Schiavina 'Annales Alexandrini' (Mon. hist. patriae XI.) 39, Ghilini 'Annali di Alessandria' 8, Goldast III, 359.*

# 274. PACTUM CUM VENETIS.

## 1177. Aug. 17.

*Traditur in* 1) *apographo sumpto ex authentico a Pascali Mauro subdiacono et notario a. 1193*[1] *(sig. Atti diplomatici I et II serie nr. 410);* 2) *Libris pactorum lib. I. fol. 8';* 3) *Libris pactorum lib. II. fol. 80'; et* 4) *in Libro blanco fol. 42', nr. 21, ubi inscribitur:* Privilegium Frederici imperatoris factum domino Sebastiano Ziani duci Venetiarum confirmationis, ut supra. *Ex Libris pactorum transscriptum est in codice Trivisano fol. 224. Hoc pacto Fridericus I. illud, quod dederat iam a. 1154 (supra nr. 150), totum repetit, auctum in c. 10 ea lege, ut Veneti sint liberi ab omni exactione et datione per totum imperium. Cfr. Baer 'Die Beziehungen Venedigs zum Kaiserreiche in der Staufischen Zeit' p. 58. — Stumpf, Reg. 4210.* *(P. deest.)*

(C.)[a] ⁞ In nomine sante et individue Trinitatis. Fridericus[b] divina favente clemencia Romanorum inperator et semper augustus. ⁞ Quoniam stabilem christianorum principum karitatem operari plurima bona ad multorum utilitatem evidenter novimus, et viros sapientes ac discretos rectores regnorum suorum notos habere et amicos semper curavimus. Sebastianum Ziani virum egregium et clarissimum Veneticorum ducem, quem luce sapientie et tocius honestatis ubertate predicabiliter pollere manifestum est, habere notum et amicissimum ad decus inperii nostri stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto cordis affectu amplectentes in confirmandis illis, que ab antecessoribus nostris suis antecessoribus collata et confirmata sunt, libenti animo voluntati et peticioni ipsius, sicut karissimi nostri, per omnia satisfacere studuimus. Hac igitur racione omnino uniti nostram utriusque dilectionem racionabiliter observavimus et in multis magnisque negociis publicis ac privatis eius sinceram dilectionem ac preclaram sapientiam inperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei efficatia et sapientum iudicio sapiens atque discretus Venetici regni rector extitit et egregia fides et pure dilectionis exhibicio, quam semper erga nos habuit et nostrum inperium, eum in omnibus nobis[c] commendabilem exhibuit, dignus eius et honestus interventus apud nostram inperatoriam maiestatem locum utpote amici karissimi et viri sapientissimi venerabiliter obtinuit. Igitur ob sinceram et venerabilem eius dilectionem quicquid ipse dux et Venetici ducatus, ecclesie et populus ex antiquo per multos annos in[d] inperii nostri potestate secundum [quod] in preceptis nostrorum antecessorum, regum et inperatorum, continetur et in pacto Ottonis[e] et Heinrici[f] atque Lotharii inperatorum legitur, iuste et legaliter tenuit et habuit, per hanc nostram inperialem paginam renovamus et confirmamus,* ita quidem, ut pars parti nil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum est, in omnibus actionibus et rebus facere presumat et si, quod absit, aliqua malicia vel lesio inter partes commissa fuerit, per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione a rebelli et transgressore parte ad pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum semper curricula maneat, remota contradicione vel inpugnacione tam nostra quam omnium successorum nostrorum.

Quia iniustum videtur ut aliquis vel suis vel equis sancionibus oppugnare nitatur, et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex nostro regno quam ex predicto ducatu Venecie, a quibus omnimodo hanc pactionis[g] institucionem observandam esse decernimus[h], hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Ianuenses, Placentini, Florentini, Ferrarienses, Ravennenses, Clomaclenses, Ariminenses, Pisaurienses[i], Cesenenses[k], Fanenses,

274. a) *om.* 2. 3. 4. b) Fidericus 1; Fredericus 2. 3. 4. c) vobis 2; com. nobis 4. d) *om.* 3. 4. e) Otthonis 3. f) Henrici 2. 3. 4. g) petitionis 3. 4. h) decrevimus 4. i) Pesaurienses 3. 4. k) Cresenenses 2. 3. 4.

1) anno domini MCXCII, mense Ianuar., indicione XI.

Senogallienses, Anconenses[l], Humani, Firmenses, Epinenses, Veronenses[m], Montesilicenses[n], Gavellenses, Vicentini[o], Paduani, Tervisini, Cenotenses, Foroiulienses[p], Histrienses, et cuncti de nostro Italico regno, sive qui modo sunt aut qui in posterum futuri sunt; ex predicto vero Venecie ducatu[q] sunt: Rivoaltenses, Metamaucenses, Torcellenses, Clugienses[r], Palestrinenses[s], Caputargelenses[t], Brundulienses, Lauretani, Murianenses[u], Amianenses, Burianenses, Equilenses, Caprulenses, Civitatinenses, Finenses, Gradenses et cuncta generalitas populi Venecie, sive qui modo sunt vel qui futuri sunt.

(1) Confirmamus itaque Veneticorum fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, set libere et absque ullo inpulsu que retro ab annis possederunt multis, deinceps possideant. Proprietates vero[m] et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non episcopi, abbates et ecclesie[v] sancte Dei et reliquus populus Venecie sibi subiectus infra potestatem inperii nostri, sive in campis, sive in domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salictis, sacionibus[w], piscationibus et ceteris possessionibus, quiete possideant absque cuiusquam insultantis machinacione aut[x] lesione sive sinistra quapiam[y] tergiversacione, ita ut nemo contrarietatem eis inde[z] facere presumat. Nec eciam venaciones[a] aut pabulatum[b] sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navem ipsorum Veneticorum in[c] aliqua nostri inperii parte periclitantem predari seu hominibus naufragium pacientibus aliquam controversiam inferre presumat; quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam intulerit, et res dominio[d] possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, ipsa persona, que in capite fuerit ad eandem maliciam faciendam, infra LX dies tradatur, et omnia, que fuerint ablata, in duplum restituantur; quodsi ipsum duplum[e] compositum non fuerit vel persona ipsa tradita non fuerit infra LX dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam maliciam perpetraverit, componantur aurei quingenti.

(3) Si furtum inter partes fuerit factum, in quadruplum restituatur.

(4) Si servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur; et index, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum idonea[f] dominis illorum satisfactio fiat. Si vero iudex aut aliquis ipsos fugitivos susceperit[g] et eos reddere cura[h] negaverit et exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXII. Quodsi dubium fuerit et denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo* fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum XII electi, quod ibi suscepti non fuerint nec illos habeant nec in conscientia illorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam contestacionem presentia testium peractam[i] per iussionem iudicis sui liceat* pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam iusticiam per integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur; et si pignoratio pervenerit, non presumat alia pars pro pignore aliam pignorare, set expectet usque ad audiendam causam, ita sane ut cause in[k] VI mensium spacio fiant et sint finite cause, reddens prius, quia[l] ex iudicio condempnatus fuit, et prius[m] suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpser[it] aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore pignoraverit, in duplum, qui tulerit, restituat.

**274.** l) Senogaillienses Ancontenses 3. 4. m) *om.* 2. 3. 4. n) Montefilicenses 2. 3. 4. o) Vicent. 1; Vincent. 2. p) Foroliviensеs 1—4. q) duc. Venetie 4. r) Splugienses 1. 2; Clugenses 4. s) Pistrinenses *in anterioribus pactis.* t) Capargelenses 1. 2. u) Maurianenses 3. 4. v) et abb. eccl. 4. w) santionibus 3; sanctionibus 4. x) sinistra *add.* 4. y) quippiam 4. z) videre 2. 3. 4. a) venationem 4. b) priabulatum 1; pabulationem 3. 4. c) *om.* 2. d) domino 2. 3. 4. e) *om.* 2. 3. 4. f) idoneum 4. g) suscepit 1. 2. h) *om.* 4. i) peratam 1; peracta 3. 4. k) *om.* 2. 3. 4. l) quod 4. m) *ita* 1. 2. 3 = *pactum Friderici I. a. 1154, supra p. 211 n. q;* pignus 4.

(6) Si vero equi aut eque seu armenta aut aliqua quadrupedia furtim sublata fuerint, in duplum restituantur; si ipsa aberraverint, omnino reddantur. Quodsi post primam vel secundam contestacionem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hec[n] requiruntur, usque dum pars parti satisfaciat; et post satisfactionem reddantur ipsa pignora.

(7) Et hoc statutum est, ut, si fugitivus seu res reddita fuerit vel si per sacramenta satisfacio adinpleta fuerit, modis omnibus pars parti securitatem faciat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat et quod tulit restituat.

(9) Negocia autem inter partes[o] fiant, et liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa condicio utrarumque partium negociatoribus conservetur.

(10) Ripaticum autem et quadragesimum Venetis detur secundum antiquam consuetudinem. Ipsi vero Veneti per totum inperium et per totam terram, quam vel nunc habemus vel in posterum auctore Deo[p] habituri sumus, liberi sint ab omni exactione et dacione; et licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram seu per flumina tocius inperii nostri; similiter et nostri per mare usque ad eos et non amplius.

(11) De hoc convenit, ut, si qua lesio inter partes evenerit, legatarii non detineantur; si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis solidi CCC[ti]; et si, quod absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi mille, et ipsa persona tradatur in manus[q] eorum.

(12) Si quis[r] inter partes causam habuerit, vadat semel aut[s] bis cum epistola iudicis sui; si ei iusticia facta non fuerit infra dies XIIII, si ipse homo, unde iusticia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies VII licentiam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra casam[t] suam, quantum ipsum debitum erit; et ipsum pignus usque ad determinacionem cause teneatur. Quodsi antesteterit pignus, componantur solidi XII causa manente, ut pro eo iterum pignoracio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi iudicium ambabus partibus annunciatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte, ubi causa requiritur, quod ipsi per evangelium terminaverint, pars parti satisfaciat.

(13) Addimus autem, ut, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur; quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi CCC[ti].

(14) Simili pena decernimus dampnandum eum, qui in communibus mercatis tumultum populi excitans homicidium perpetraverit[u]. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitacione solidos auri CCC[tos].

(15) Si aliqua pignoracio in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur solidi auri CCC[ti] et pro servo L; si plaga facta fuerit, ut non moriatur, pro libero homine solidi L, pro[v] servo XXX.

(16) Statutum est, ut in rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignoracionem faciat, excepto si cum sacerdotibus causam habeat; et ante compellacio fiat semel vel bis; nam qui aliter[w] presumpserit, duplum componat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque salvum restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses, Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis multis: habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per flumina sive per mare.

(18) Equilenses vero capulari debent[x] in ripa sancti Zenonis usque in fossam Metamauri[y] et Gentionis secundum consuetudinem omnem arborem et vegere cum carro aut ad collum, quantum sibi placuerit; et habeant licentiam pecudes in ipsis finibus pascere vel pabulari.

**274.** n) *om.* 3. 4; ubi hoc requiritur *in anterioribus pactis.* o) *om.* 1. p) *om.* 3. 4. q) manibus 4. r) autem *add.* 3. 4. s) vel 4. t) *ita recte* 1; causam 2. 3. 4. u) perpetravit 3. 4. v) et *add.* 4. w) *supplendum est* facere; *cfr. pactum Ottonis II, supra p.* 42 *n.* i. x) debeant 3. 4. y) Metarnauri 1. 2. 3.

(19) De finibus Civitatis nove statuimus, ut terminacio, que a tempore Lutbrandi[z] regis facta est inter Paulicionem ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est[a] de Plave maiore usque in Plavem siccam; pecudes quoque et greges cum securitate pascere debent.

(20) Caprulani[b] vero in silva Foroiuliana, ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii capulum faciant.

(22) Confirmamus eciam Lauretum, ut quantum aqua salsa continet, eorum subiaceat potestati.

(23) Et[c] nullus princeps vel pauper aliquem Veneticorum distringere aut legem facere de aliqua habita substantia aut ad placitum ducere, nisi in presentia illorum ducis, aut fodrum tollere de illorum terris, que in nostro sunt inperio[d], aut bannum mittere tam dominis habitantibus in Venecia quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iusticiam aliquam accipere presumat, nisi in presentia dominorum suorum.

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum, monasteriorum omnimodo iusticiam faciat.

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum[e], et si usque ad XII libras denariorum Veneticorum XII electi iuratores addantur; nam si ultra XII libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII non accedant.

(26) Statuimus eciam de pignoribus, que inter partes facta fuerint, ut, si qua de eis contentio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit, soli sine electis.

(27) De caucionibus vero simili modo agatur.

(28) Promisit cunctus ducatus Veneticorum nobis et successoribus nostris pro huius pactionis federe annualiter omni mense Marcio persolvere libras suorum denariorum L et totidem libras[f] piperis et unum pallium.

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna vel parva persona huius nostre inperialis pagine violator extiterit, quod minime futurum credimus, sciat se pro pena conpositurum auri optimi libras mille, medietatem fisco inperiali et medietatem duci Veneticorum. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam* corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri sub testimonio principum, quorum nomina subscripta cernuntur. Sunt autem hii: Vlricus patriarcha Aquilegensis, Heinricus[g] patriarcha Gradensis, Cristianus Maguntinus[h] archyepiscopus, Philippus[i] Coloniensis archiepiscopus, Arnoldus Treverensis archiepiscopus, Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Hartwicus[k] Augustensis episcopus, Cůnradus[l] Vormaciensis electus, Wortuinus[m] prothonotarius, Sebastianus Ziani dux Venecie, Florencius comes Hollandie, Heinricus[n] comes de Dietsa, Theodoricus[o] marchyo de Landesberc et frater eius Dedo comes, Cůnradus[p] marchyo Anconitanus, Hubertus comes de Blandrato, Conradus marchyo Montisferati, Petrus Traversarius de Ravenna, Taurellus Ferrariensis.

⁞ Signum domini Friderici[q] Romanorum inperatoris invictissimi ⁞ (M.).

Ego Gotefredus[r] cancellarius vice Philippi[s] Coloniensis archyepiscopi et Italici regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCLXXVII, indictione X, regnante domino Friderico[t] gloriosissimo Romanorum inperatore augusto, anno regni eius XXVI, inperii eius XXIIII; feliciter amen. Data apud Venetias in palacio ducis XVI. Kal. Septembr.

274. z) Lutprandi 4. a) idem 2. b) Capulani 2. 3. 4. c) ut 4. d) imp. sunt 2. 3. 1. e) *supplendum est* fiat; *cfr. pactum Heinrici V, supra p. 155 n. o.* f) *om.* 3. 4. g) Heninricus 2. h) Manguntinus 2. i) Philipus 1; Phylippus 2. 4. k) Hartuychus 1; Hartuicus 4. l) Conradus 3. 4. m) Worthuinus 1. n) Henricus 2. 3. 4. o) Theodericus 2. 3. 4. p) Conradus 4. q) Frederici 3. 4. r) Gotefridus 2. 3; Gotifredus 4. s) Philipi 1; Phylippi 2. 3. t) Frederico 4.

# 275. CONSTITUTIO AUXIMANA.

## 1177. Dec. 4.

*Exstat in quatuor codicibus Librorum Feudorum post l. II, tit. 54, nempe* 1) *codice S. Marci Veneti, olim Dolfconii saec. XIII, quo usus est Canciani 'Leges barbarorum' V. 47;* 2) *Vaticano 1435 saec. XIII, quem editio Sarti 'De claris archigymnasii Bononiensis professoribus' II, 69 adhibuisse videtur;* 3) *Monacensi lat. 8006 saec. XIV;* 4) *Parisino lat. 4567 saec. XIV. Textum constituit vir cl. Karolus Lehmann. — Stumpf, Reg. 4234.* *(P. 162.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum[a] imperator et[b] semper augustus cunctis imperio nostro[c] subiectis.

1. Hac edictali lege in perpetuum valitura decernimus, ut nullus[d] iudex magnus vel parvus, archiepiscopus seu abbas vel marchio vel comes vel vicecomes[e] vel quilibet noster nuncius[f] de sententia diffinitiva ultra XII denarios de libra[g] ab actore vel a reo accipiat secundum quantitatem[h] in libello comprehensam; de sententia vero possessionis[i] VI[k] denarios de[l] libra[g]. Quae iudicatura sic percipienda est, ut[m] ille, qui maior est iudex vel vicarius, habeat medietatem, iudices autem medietatem aliam[n]. Haec[o] autem in civilibus causis; idem[p] in criminalibus[q], si perventum fuerit ad pecuniae extimationem[r].

2. De bonis autem dampnatorum seu proscriptorum secundum quod novis[s] constitutionibus cavetur, sic iubemus in ipsos[t] observari.

3. De bonis vero decedentium[u] sine liberis vel sine testamento secundum quod in legibus Romanorum imperatorum statutum[v] est, sic ratum esse statuimus[w].

4. Si quis vero miserabili personae fortuna naufragiorum aliquid abstulerit, poenae antiquae[x] legum subiaceat.

5. Si quis nuntiorum nostrorum[y] contra hoc legum statutum[z] venire[z] presumpserit[a] et[a] ausus[b] fuerit, XX librarum argenti[c] poenae subiaceat, insuper multandus prout animi nostri motus suggesserit[d]; quod sic volumus intelligi: si sit civitas, dux, marchio seu comes vel vicecomes[e] vel aliqua persona magna vel castrum magnum. Si vero parva persona sit[f], poenae unius marchae[g] subiaceat aut[h] corporalem castigationem sustineat[i].

6. Praeterea volumus, ut nullus iudex die[k] peremptorii edicti sententiam proferre

275. a) *deest* 3. b) et *deest* 1; et semper augustus *desunt* 4. c) modo 3. d) ullus 2. e) vel vicecomes *desunt* 2. *Sarti.* f) noncius 2. g) libera 3. h) qualitatem 1. 4. i) provisoria (?) 3. k) VII 2. *Sarti.* l) pro 1. m) *deest* 2. *Sarti;* non 3. n) i. a. m. a. *desunt* 2. *Sarti;* habeant *add.* 3. o) Hoc 2. *Sarti;* H. a. *desunt* 3. p) *ita* 1; at *Sarti;* et tam 2; *deest* 3. 4. q) in peccun. criminalibus *Canciani;* in criminali 3; in criminalibus *desunt* 4. r) pena exactionem 3. s) in nostris 1. t) in ipsos *desunt* 3. u) descendentium 3. v) stant 3. w) sic tamen habemus 3. x) penis autiquarum 3; poenae antiquarum 2. y) *ita* 3. 4; n. in eorum 2; u. meorum 1; nuntius .... *Sarti.* z) venire stant 3. a) temptaverit seu 4. b) auso 3. c) ar 3. d) p. animisi sit civitas. dux marchio nostri outus suggesserit mulctatus 2; prout nostri cú incens subgesserit invitandus 3; p. ausa sit civitas dux marchio ... mulctandus *Sarti.* e) seu vicecomes 4; vel aliqua persona magna vel vicecomes *Sarti.* f) *ita* 2. 3. 4. *Sarti;* est 1. g) marchiae 3. h) vel 2. 3. *Sarti.* i) vel cā penali castigatione 3. k) *deest* 3.

audeat[l], quia ista dies tota[m] datur vocato ad iustitiam[n], nisi immineat necessitas[o] iudici absentem vocare.

Actum[p] est hoc MCLXXVII[q], die dominico, IIII. die mensis Decembris[r], indictione decima. Data aput Auximon; ad perpetuam rei memoriam, amen[p].

---

# 276. CONVENTIO CUM ASTENSIBUS DE CASTRO NONO.

## 1178. Iul. 7.

*Servata est in Chartario Astensi saec. XIV, parte quarta fol. 207 nr. 636, quod olim Vindobonae nunc Augustae Taurinorum in bibliotheca publica asservatur. Ex quo fluxerunt editiones quas sequimur* A *in periodico 'Atti dei Lincei' serie II, vol. VI, p. 651, quae iam rationem habet editionis prioris* B *Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 755 nr. 1061, quae exemplari viri d. von Kraus nititur. — Stumpf. Reg. 4251.* *(P. deest.)*

In nomine domini nostri Yhesu Christi amen. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septuagesimo octavo, die veneris, septimo mensis Iulii, indictione undecima.

Hec est forma concordie inter dominum imperatorem et Astenses super custodia castri Noni.

1. Astenses consules et credentia et alii bone opinionis viri, quos et quot imperator elegerit de civitate[a], iurabunt domino imperatori, quod ipsi Astenses non auferent predictum castrum Noni imperatori nec eius filio regi Henrico vel eius nuncio, quem de Alamannis ibi castellanum suum statuerint, nec erunt in facto vel consilio, quod alius auferat.

2. Item Astenses non nocebunt vel ledent Alamanum castellanum et alios bonos homines de Nono in personis eorum vel rebus, quas nunc habent vel in posterum habuerint vel Astenses eis reddiderint bona fide per totam forciam vel districtum ipsorum Astensium; ita tamen, si aliqua oriretur forte discordia, quod Astenses aliqui vel aliquis offenderent aliquos vel aliquem de Nono, vel econverso, hinc inde offensa debeat emendari infra quadraginta dies vel per amicabilem compositionem vel secundum iusticiam sine aliqua pulsatione iniurie vel pene exactione; et de hoc per iuramentum tenebuntur hinc inde.

3. Dominus imperator Astensibus[b] tenetur ex promisso, quod non debeat dare predictum castrum dono vel in feudo vel in guardia alicui persone, nisi Astensibus, si ipse vel filius eius rex Henricus per se vel per nuncium suum vel nuncios Alamanum vel Alamanos simul cum Nonensibus in propria custodia retinere noluerit. Et si castellanus Alamanus mortuus fuerit vel alias interceptus, Nonenses servabunt castrum, donec imperator vel filius eius rex alium Alamanum vel Alamanos illic constituerit.

**275.** l) pro f? eudat 3. m) d. indici tota 2; d. indici tota *Sarti*. n) instantiam 3. o) ne cofilas 3. p) Die domini nostri mensis decembris MCLXXVII indictione X. data apud auximon 2; Datum die dominico IIII. octob. apud auxiliuē 3; Die domini IIII. mensis decembris MCLXXVII indict. X. data apud auximum *Sarti*; Actum — amen *desunt* 4. q) Mill. CLXXII. 1. r) mense Decembri *Canc.*

**276.** a) communitate *B.* b) Astenses *c. secundum B.*

Et si ita, ut predictum est, imperator vel filius eius castrum in custodia sua retinere noluerit, Astensibus commendare habet in guardia tali condictione, ut quandocunque imperator voluerit vel eius filius rex Henricus, reddere debent imperatori vel eius filio predicta condictione manente.

4. Iurabunt insuper Astenses . . castellano de Nono et hominibus de Nono, quos Astenses elegerint, quod non ledent et non nocere vel ledere faciant[c] possessiones eorum vel tenutas, quas habent in districtu Astensi vel quas habebunt vel Astenses eis reddiderint. Similiter castellanus et homines de Nono, quos Astenses elegerint, iurabunt, quod ipsi non ledent Astenses in personis eorum vel rebus, in possessionibus, in tenutis, quas nunc habent vel imperator adhuc eis reddiderit, per totam eorum forciam et districtum, bona fide et sine fraude custodire et servare predictum castrum imperatori et imperio et regi Henrico ita, quod nulli persone reddent ipsum, nisi imperatori vel eius filio regi. Insuper iurabunt castellanus et homines de Nono, quod inimicos vel inimicum Astensium manutenere non debent nec aliquod auxilium vel consilium impendere de predicto castro seu villa contra Astenses.

5. Et Astenses ire et redire habent per totam Nonensium forciam securi tam tempore guerre quam pacis. Et si necessitas Astensibus incumbet, liceat eis in villa se recipere, non ad manendum nec ita quod inde guerram debeant facere, sed si forte illuc fugati fuerint, Nonenses eos defendent infra villam, vel alio casu illuc venerint.

6. Hec omnia imperator et filius eius Henricus rex rata habebunt et servabunt, si Astenses, que pro parte sua servare promittunt, observabunt bona fide; quod sic intelligi volumus, si non fuerint in consilio, quod dominus imperator vel filius eius Henricus rex castrum Noni vel villam perdat.

7. Hec convencio durabit per quinque annos, manente perpetua condictione de castro predicto non reddendo alicui persone neque per feudum neque per guardiam, nisi ipsis Astensibus, secundum quod superius continetur.

Actum super pallatium predicti imperatoris de Taurino.

Interfuerunt dominus Guillelmus Astensis episcopus, Gandulfus prepositus eiusdem ecclesie, dominus Henricus Guercius marchio, Aycardus de Vegianno, Grossus Brisiensis, Valla de Alferio, Ogerius nepos eius, Ottolinus Grignola, Rubaldus Gardinensis[d], Guillelmus Aquensis, Arthemanus camerarius, Rodulfus frater eius, Rodulfus scriba curie, Lambertus de Nivimaga, Hermanus de Hore et Henricus de Vase et plures alii testes.

Ego Martinus imperialis aule notarius et Papiensis[e] interfui et precepto predicti domini imperatoris hoc instrumentum scripsi.

## 277. INNOVATIO PACIS FRANCIAE RHENENSIS.

### 1179. Febr. 18.

*Singulare hoc monumentum iam a. 1840 descripsit vir d. Oehler Francofurtanus e codice Musaei Britannici Harlaiano 2800 vol. 2, olim monasterii ordinis Praemonstra-*

276. c) *suppletum a B.* d) Gardinus *A*; Gardiñ *codex habere videtur.* e) presbiter *c. secundum B.*

*tensis Arnstein ad Loganam siti*[1], *vitas sanctorum continente, cui in folio ultimo manu saec. XIII. in. illatum est. Anno demum 1870 Pertzio volente nolente editum est in Böhmeri 'Actis imperii selectis' p. 130 nr. 138. De terminis pacis docuit nos vir cl. Schenk zu Schweinsberg praefectus tabularii Darmstadiensis cum dissertatione quam scripsit 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVI, 529, tum epistolarum commercio. Quod inter terras confinii Bertholdi comitis de Nuringes comitatus occurrit, certe miramur, cum huius gentis comes nomine Bertholdus postremo anno 1139 obvius sit*[2], *et eius in comitatu successor Gerhardus ultimus gentis Nuringensis laicus post a. 1171 inter vivos non appareat*[3]. *Sed cave censeas, ea quae de terminis pacis in privilegio a. 1179 traduntur ex antiquiore illa pace tunc innovata transscripta esse. Comitatus enim multoties nomina traxisse a comitibus iam mortuis non ignoramus*[4]. — *Stumpf, Reg. 4274.* *(P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Ex debito imperialis officii tenemur per universum imperium nostrum pro necessitate et statu provinciarum pacem ordinare, ordinatam nostra auctoritate confirmare. Cum itaque in prima dominica quadragesime que fuit XII. Kal. Marcii in opido Wizenburc ad faciendas iusticias pro tribunali sederemus, assidentibus nobis principibus [et] nobilibus illius terre, astantibus etiam ministerialibus et provincialibus, cunctisque simul devote postulantibus pacem antiquam a predecessore nostro Karolo divo augusto institutam, renovavimus ipsam [et] a proximo pasca ad duos annos inviolabiliter observandam indiximus. Huius Apr. 1. autem pacis forma est:

1. Ville, villarum[b] habitatores, clerici, monachi, feminae, mercatores, agricole, molendina, Iudei[c] qui ad fiscum imperatoris pertinent, venatores et ferarum indagatores, quos weidelude dicimus, omni die pacem habeant, nisi hii qui laqueos tendunt et compedes ponunt, qui nullo die aut loco pacem debent habere.

2. Si quis habet inimicum quem persequi voluerit, persequatur eum in campo absque dampno rerum suarum aut capiat eum, statim iudici ipsum representans iudicandum. Quod si reus ad aratrum, molendinum seu villam[d] confugerit, firma pace potiatur.

3. Persequi vero inimicum nulli conceditur nisi certis diebus in septimana, videlicet feria II, III, IIII. usque in occasum solis. Aliis quatuor diebus plenam pacem habeat.

4. Si quis fugientem inimicum insequitur usque ad villam[d] et inpetu equi, non sua sponte in villa delatus fuerit, in porta ville lanceam et arma quibus absolvi potest abiciat; in villa autem sacramento asserere tenetur, non propria voluntate, set inpetu equi villam intrasse; alioquin violator pacis erit.

5. Si quis hanc pacem homicidio infregerit, si capitur, cappitalem sententiam subibit. Si aliquem vulneraverit, manus eius amputetur.

6. Si reus perpetrato maleficio effugerit, per trinas XIIII dierum inducias citetur. Si venerit, septima manu se expurget, nisi forte occisi vel vulnerati aliquis amicus eum duello super hoc inpetere voluerit. In quo si ceciderit accusatus de homicidio, collo plectatur; de effusione[e] sanguinis accusatus si ceciderit, manum amittat.

**277.** a) *literis capitalibus exaratum, iam erasum c.* b) Wille willarum *c.* c) iudici *c.* d) willam *c., similia semper.* e) ęffutione *c.*

1) *Ut docet inscriptio* Liber sancte Marie sanctique Nicolai in Arinstein 1464. 2) *In diplomate Adelberti II. archiepiscopi Maguntini apud Ioannis Rer. Mogunt. I. II, 465. Cf. de hac gente Draudt 'Forschungen' XXIII, 436.* 3) *V. Draudt l. c. p. 435.* 4) *Accedit quod, viro cl. Schenk zu Schweinsberg monente, gentem Laurenbergensem anno demum 1160 nomen e castro Nassau sibi assumpsisse scimus.*

7. Si homicida vel vulnerator in facto deprehensus fuerit et pretenderit, quod hoc in defensione[f] vite sue fecerit, cum viris bonis et probatis septima manu se expurget, nisi predicto modo amicus occisi vel vulnerati eum duello convincere voluerit.

8. Si quis aliquem expoliaverit, confessus aut inde convictus ablata integre restituat et iudici componat[g]. Si voluerit expurgari, sola manu se expurget.

9. Si malefactores legitime citati ad ternas inducias XIIII dierum venire contempserint, ipsi et eorum receptatores seu hospites vel etiam fautores proscribantur, nisi de hoc accusati sola manu se expurgaverint. Iudices malefactorum proscriptores ad presentiam imperatoris debent venire et a[h] sua clementia postulare, ut illos proscribat sua auctoritate. Probabunt etiam cum septem viris ternas quatuordecim dierum inducias et earum quaslibet legitime datas fuisse.

10. Si vero proscripti in proscriptione imperatoris per annum et diem fuerint, exleges erunt et omni iure de cetero carebunt nec ius aliquod in beneficiis et allodiis habebunt. Taliter proscriptos nec imperator nec iudex alius a proscriptione absolvere debet, nisi prius actori satisfecerint[i].

11. Violator pacis a iudice citatus ad iudicium veniat cum triginta gladiis tantum, nec plures quam XXVIIII, ut ipse sit tricesimus, secum habeat; qui nulla arma preter gladios ferant. In arbitrio iudicis sit, quot[k] homines et que arma habere voluerit.

12. Iudices ipsi si aliquem contra huius pacis institutionem leserint vel alicui iniuriati fuerint, de se ipsis iusticiam faciant; alioquin gravatus liberam habeat potestatem super eo querimoniam movendi coram iudice[l] superiori.

13. Si viator equitans neccesse habuerit pascere equum suum, pedem unum ponat in via et falce vel cultro quantum expedit de frugibus resecet et in via equum suum reficiat et inde nil de frugibus deferat, gramen non incidat, set in ipso gramine equum suum quod satis est pascat. Qui aliter fecerit, pacis violator erit.

14. Rustici et eorum condicionis viri extra villas[m] euntes nulla arma preter gladios ferant. In villis autem neque gladios neque alia arma portent. In domibus autem quelibet arma habeant, ut si iudex ad ęmendationem violate pacis eorum auxiliis indiguerit, cum armis parati inveniantur, quoniam in hoc articulo iudicem sequi tenentur pro iudicis arbitrio et rei neccessitate.

15. Si quis in aliqua villa vel in alio loco quam in civitatibus habuerit hominem, quem asserat suum proprium esse vel advocaticium, illius loci iudici querimoniam moveat. Iudex conquerenti iusticiam faciat. Si vero iudex illum per vim defendere voluerit, ne domino conquerenti satisfaciat, ipse iudex teneatur actori[n] coram superiori iudice respondere.

16. Statuimus etiam et imperiali auctoritate precipimus principibus, nobilibus, liberis et ministerialibus, ut persequantur predones, fures, latrones, falsarios[o] monetarum et qui eos hospitantur, qui dicuntur cern[1].

17. Item quandam[p] sententiam antiquam, iustam set diu sopitam renovavimus, cuius promulgationi curia nostra assensum dedit. Hec autem sententia talis est: Qui nocturna incendia commiserint et ea commisisse[q] non negaverint, omni iure priventur[r] nec in beneficiis sive allodiis aliquod ius obtineant[s].

18. Hec pacis statuta in his finibus observanda indiximus et extendenda: usque ad pontem Lutherichewilre[2], ubi finitur episcopatus Spirensis et potestas iurisdictionis langravii in terra Spirchowe, et descendet ultra Musellam usque in terram Meinevelt

**277.** f) defentione *c.* g) componāt *c.* h) ad *c.* i) satisfecerit *c.* k) quod *c.* l) iudicej *c.* m) uillas *hic c.* n) auctori *c.* o) fasarios *c.* p) Qū *c.* q) commississe *c.* r) privetur *c.* s) obtineat *c.*

1) *Legendum esse* quod dicitur cern *i. e.* zern *'verköstigen', argute conjecit vir d. Schwalm.* 2) *Leutersweiler ad flumen Selz.*

et ubi duo episcopatus iunguntur Coloniensis et Treuerensis. Hinc usque ad Saram fluvium et ultra Renum, ubi finitur comitatus comitis Bertoldi de Creigowe[1] et comitis Heinrici de Grezengen[2], et descensu[t] per totam montanam[u] stratam que Berestrate[v] nominatur. Inde usque Eichenbubel[w, 3] ubi incipit episcopatus Wirceburgensis[x]. Inde usque ad pontem Fuldensem, ubi finitur comitia comitis Berdoldi de Nŏringes, et per totam terram Wethereibe. Inde per Altitudinem[4] in comitatum comitis Heinrici de Dietse, et per provinciam comitis Rŭberti de Nassowe, usque ubi finitur archiepiscopatus Coloniensis et Treuerensis, et per totam terram Einriche et per totam Ringowiam.

Huius pacis ordinationi et confirmationi testes aderant principes, nobiles, excellentes viri: Cŭnradus palatinus comes Reni, comes Emicho de Liningen, comes Symon de Sarbrugge, comes Godefridus de Spanheim, comes Emicho de Bŏninburc et frater suus Conradus, Bernardus[y] Silvestris comes, comes Theodericus de Merburc, Gerhardus de Schowenburc et frater suus Berdoldus, Godefridus de Horningen et alii quam plures.

Acta sunt hec in Wizenburc anno Domini MCLXXVIIII, indict. XII.

# 278. SENTENTIA DE IURE AUCTORIS FEUDI.

## 1179. Sept. 15.

*Ex autographo tabularii Vindobonensis descripsit vir cl. Paulus Kehr. Sigillum appendet filis sericis viridibus. — Stumpf, Reg. 4291.* *(P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator augustus. Ostendit dilectus consanguineus noster Cŭnradus Salzburgensis ecclesie venerabilis archiepiscopus in sollempni curia nostra apud Augustam celebrata et per instrumenta tam a sede apostolica quam ab imperatoria dignitate sedi sue collata evidenter probavit, quod Gurcensis episcopatus a prima sui fundatione eo iure esset institutus, quod ipsius ordinatio sic ad archiepiscopatum Salzburgensem pertineat, quod archiepiscopus, qui ei prefuerit, debeat arbitrio proprię deliberationis Gurcensi ecclesie episcopum eligere et electum investire. Consequenter ergo petiit iam dictus cognatus noster a sententia inquiri, an is qui Gurcensis foret electus posset licite de possessionibus Gurcensis ecclesie aliquid nomine feodi cuiquam concedere, antequam ipse Gurcensis a Salzpurgensi archiepiscopo[a] cura et possessione eiusdem episcopatus fuisset investitus. Super qua causa Otto Babembergensis episcopus iure nostre auctoritatis interrogatus talem promulgavit sententiam:

277. t) *legendum videtur* descendet. u) motanam *c.* v) b$^{e}$st$^{a}$te *c.* w) Eichenbubel *c.* x) wircēburgensis *c.* y) *legendum videtur* Gerhardus.

278. a) *litera* r *corr. ex* c.

1) *E gente Catzenelnbogen fuisse videtur, cuius erat comitatus in pago Kraichgowe.* 2) *Grötzingen prope Durlach in pago Uffgowe. Heinricum vir cl. Schenk zu Schweinsberg putat fuisse e gente Ebersteinensi, cum a. 1163 in diplomate Guntheri episcopi Spirensis (Würdtwein, Nova subsidia dipl. IX, 358 = Wirtemberg. Urkundenbuch II, 116) obvii sint Wecelo comes de Greeingen et Bertoldus de Eberstein, atque eodem anno Wetzel comes de Eberstein testis privilegii Friderici imperatoris (Würdtwein l. c. 372) occurrat. Unus e parvis comitatibus fuisse videtur, qui pagum Kraichgowe ad meridiem terminabant.* 3) *Eichenbühel vicus et collis prope Miltenberg ad fluvium Moenum.* 4) *Die Höhe.*

quod nec Gurcensis electus nec quisquam alius possit aut debeat aliquid feodum in quemquam transferre, antequam ipse a suo auctore sit investitus. Quam sententiam nos approbamus et ratam deinceps haberi statuimus, quoniam multorum tam principum quam aliorum nobilium assensu laudata fuit et recepta. Inter quos subscripti affuerunt: Otto Babimbergensis episcopus, Cůno Ratisponensis episcopus[b], Diepoldus Patauiensis episcopus, Heinricus Brixinensis episcopus, Hartvvicus Augustensis episcopus, Bertoldus dux de Zeringen, Liupoldus dux Austrię, . . . . . . . . . .[c], Růdolfus comes de Phullendorf, Heinricus de Altendorf, Fridicus[d] burgravius Ratisponensis et frater suus et alii quam plures. In cuius rei argumentum presentem paginam nostro iussimus sigillo insigniri.

Dat. Augustę, anno Domini MCLXXVIIII, indictione XII, XVII. Kal. Octobris.

---

# 279. CONSTITUTIO DUCATUS COLONIENSIS IN WESTFALIA.

## 1180. Apr. 13.

*Autographon, cui adhuc appendet filis sericis purpureis aurea bulla, iam asservatur in tabulario regio Berolinensi, at iniuria temporum adeo laesum est, ut scriptura maxime in priore parte paucissimis locis certo cognosci possit*[1]. *Praeterea ductus literarum, qui evanuerunt, a manu posteriore, quae nonnunquam aperte erravit, superliti sunt. Quare editores priores fere omnes recurrerunt aut ad Librum quendam privilegiorum Coloniensium*[2] *aut ad editionem principem Aegidii Gelenii in libro 'De admiranda sacra et civili magnitudine Coloniae libri IV' (Coloniae 1639) p. 73, qui editionem se instruxisse 'ex diplomate sigillato bulla ex puro auro' contendit. At Gelenium nequaquam autographon descripsisse, sed potius apographon quoddam excussisse, persuasissimum habeo*[3]. *Gelenii testimonio falso decepti nostri aevi viri docti, qui autographon ipsum adierunt, lectionibus illius nimis confisi sunt ideoque ea, quae legere non potuerunt, aliquoties ex illius textu minus recte suppleverunt. Ea imprimis est ratio exemplaris* (W), *quod vir cl. Wattenbach ante multos annos, Pertzio iubente, confecit, Gelenii textu descripto et iis quae plus minusve legi poterant adnotatis*[4]. *Attamen Wattenbachii curae multa debemus. Plura autem viro cl. Lacomblet* (L), *qui primus a. 1839 autographo adhibito privilegium vulgavit 'Niederrheinisches Urkundenbuch' I, 331 nr. 472*[5]. *A Lacombleti editione plus quam par est pendere videtur editio viri cl. de Heinemann* (H) *in Codice diplomatico Anhaltino I, 430*

278. b) *verbis* Cůno Rat. episcopus *notarius prius oblitus, ea post* Phullendorf *posuit signisque adhibitis suo loco assignavit.* c) *hoc loco iam vacuo prius exarata erant* Hermannus dux Karinthię, *quae iam crasa sunt.* d) *sic.*

1) *Similem statum cartae iam saec. XIV. fuisse, docemur adnotatione librariorum duorum cartulariorum archiepiscopatus Coloniensis, qui ipsam iam tunc integram describere non valuerunt; v. Korth 'Liber privilegiorum maioris ecclesiae Coloniensis' in libro 'Westdeutsche Zeitschrift, Ergänzungsheft' III, p. 124.* 2) *E. g. Erhard, Regesta hist. Westfaliae II, Cod. dipl. 150.* 3) *In margine p. 74 iuxta verba* Nos itaque *leguntur:* In uno exemplari quaedam praecedentia omissa, *quae verba quadrant ad cartularia duo not. 1 memorata.* 4) *Accedit quod vir clarissimus, praecipiente Pertzio, secundum antiquum nostri instituti morem literae* ę *literam* ae *ubique substituit.* 5) *Lacombletum, qui multa adhuc legit, secuti ubique* ę *pro* ae *posuimus. Virum doctum duo testium nomina omisisse, hoc loco moneamus oportet.*

*nr. 581, quamvis et ipse autographon inspexerit duoque testium nomina a Lacombleto omissa suppleverit. Denique vir d. Philippi apud Wilmansium 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' II, 331 nr. 249 lectiones nonnullas autographi adnotavit, quas siglo* P *signavimus, editionem vero paravit e Libro privilegiorum capituli Coloniensis saec. XIV. in. (ante a. 1306) exarato, inter reliquos istos Libros pretiosissimo*[1], *qui iam in tabulario civitatis Coloniensis asservatur, olim signatus A. III. 17 fol. 50*[2]. *Quam editionem* (B) *in usus nostros vertere non praetermisimus. Quibus subsidiis adiuti textum sincerum celeberrimi illius privilegii nos restituere posse confisi sumus, quamvis singulas litteras certas esse non contenderimus.*

*Duo fuisse olim autographa nonnulli viri docti crediderunt, et adhuc vir d. Philippi textum ab ipso editum exemplar fuisse capitulo maiori datum opinatus est. Sed non est, cur ad hanc sententiam cogamur, quam nuperrime vir cl. Scheffer-Boichorst satis superque refutavit*[3]. — *Stumpf, Reg. 4301.* *(P. 163.)*

(C.) ⁞ In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. ⁞ Quoniam humana labilis est memoria et turbę rerum non sufficit, predecessorum etatis nostrę divorum imperatorum et regum decrevit auctoritas, literis annotare quę fluentium temporum antiquitas a notitia hominum consuevit alienare. Proinde tam presentium quam futurorum imperii fidelium noverit universitas, qualiter Henricus[a] quondam dux Bawarię et Westphalię[b], eo quod ecclesiarum Dei et nobilium imperii libertatem possessiones eorum occupando et iura ipsorum[c] imminuendo graviter oppresserit, ex instanti principum querimonia et plurimorum nobilium[d] — quia citatione vocatus maiestati nostrę presentari contempserit et pro hac contumacia principum et suę conditionis Sueuorum proscriptionis nostrę inciderit sententiam, deinde quoniam in ecclesias Dei et principum et[e] nobilium iura et libertatem grassari non destiterit[f] — tam pro illorum iniuria quam pro multiplici contemptu nobis exhibito ac precipue pro evidenti reatu maiestatis sub feodali iure legitimo trino edicto ad nostram citatus audientiam, eo quod se absentasset nec aliquem pro se misisset responsalem, contumax iudicatus est, ac proinde tam ducatus Bawarię quam Westfalię et Angarię quam etiam universa quę ab imperio tenuerit[g] beneficia per unanimem principum sententiam in sollempni curia Wirziburc[h] celebrata ei abiudicata sunt nostroque iuri addicta et potestati. Nos itaque, habita cum principibus deliberatione, communi ipsorum consilio ducatum, qui dicitur Westfalię et Angarię, in duo divisimus et consideratione meritorum, quibus dilectus princeps noster Phylippus Coloniensis archiepiscopus ob honorem imperialis coronę promovendum et manutenendum nec rerum dispendia[i] nec personę formidans pericula, gratię imperialis promeruit privilegium, unam partem, eam videlicet quę in episcopatum Coloniensem et per totum Pathebrunnensem episcopatum extendebatur[k], cum omni iure et iurisdictione, videlicet cum comitatibus, cum advocatiis, cum conductibus, cum mansis, cum curtibus, cum beneficiis, cum ministerialibus, cum mancipiis et cum omnibus ad eundem ducatum pertinentibus ecclesię Coloniensi legitime donavimus et de[k*] imperatoria liberalitate contulimus. Et requisita a principibus sententia, an id fieri liceret[l], adiudicata[m] et communi principum et totius curię assensu approbata, accedente quoque publico consensu dilecti consan-

**279.** a) *sic W;* Heinricus *L. H. B.* b) *sic P;* Westfalie *L. H. B.* c) eorum *B.* d) *sic W. B;* nob. plur. *L. H.* e) ac *B.* f) destitit *B.* g) tenuit *B.* h) *sic W. B;* Wirciburc *L. H.* i) dispendię *L;* dispendie *H.* k) *sic L. P. H;* protendebatur *B.* k*) *sic legendum et lectionem* legitimo donationis titulo, *quae iam in B irrepsit, a manu posteriore introductam esse, iam docuit L.* l) *sic W. B;* liceat *L. H.* m) et ea dictata *B.*

1) *Cf. Korth l. c. 104.* 2) *V. ibid. p. 124.* 3) *'Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft' ed. Quidde III, 321 sq.*

guinei nostri ducis Bernhardi, cui reliquam partem ducatus concessimus, prememoratum archiepiscopum Phylippum portione illa ducatus, sue collata ecclesie, vexillo imperiali sollempniter[n] investivimus. Hanc igitur legitimam nostre maiestatis donationem et investituram Coloniensi ecclesie et sepedicto principi nostro Phylippo archiepiscopo omnibusque suis successoribus confirmantes[o] et in omne posteritatis evum eis ratam permanere volentes, ne quis eam ausu temerario infringere vel quomodolibet violare attemptaverit, imperiali edicto inhibemus et hanc nostram constitutionem[p] presente[q] privilegio aurea excellentie nostre bulla insignito[r] corroboramus auctentice[s], testibus annotatis qui huic facto interfuerunt. Sunt autem hii: Arnoldus Treuerensis[s*] archiepiscopus, Wigmannus[t] Magdeburgensis archiepiscopus, Cůnradus Salisburgensis[u] archiepiscopus, Sifridus Bremensis electus, Cůnradus[v] Wormatiensis[w] episcopus, Růdulfus Leodiensis episcopus, Bertrammus Metensis episcopus, Arnoldus Osnaburgensis episcopus, Cůnradus abbas Fuldensis, Adolfus abbas Hersfeldensis, Lotarius prepositus Bunnensis, Ludewicus palatinus Saxonie et langrauius Thuringie, Bernhardus dux Westfalie et Angarie, Gotefridus dux Lotaringie[x], Fridericus dux Sueuie, Otto marchio de Brandenburc[y], Teodericus marchio de Lusiz, Dedo comes de Groix, Sifridus comes de Orlamunde, Rubertus comes de Nassawe[z], Emicho comes de Liningen[z], Engelbertus comes de Monte, Teodericus comes de Hostate[a], Gerardus comes de Nůrberc, Heinricus[b] comes de Arnisberc[c], Hermannus comes de Ravinsperg[d]; Henricus comes de Kuc, Wernherus[e] comes de Wittinchinstein[f], Widdikindus[g] de Waltecke, Fridericus de Anfurde, Hartmannus de Bůtingin, Wernherus[e] de Bonlande, Conradus pincerna, Heinricus marscalcus de Bappinheim[h], Sibodo de Groix camerarius, et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Gotefridus[i] imperialis aule[k] cancellarius vice Cristiani Maguntine sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXX, indictione XIII, regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius XXIX, imperii vero XXVI; feliciter amen.

Datum in sollempni[l] curia Gelenhusin, in territorio Maguntino[m], Idibus Aprilis.

# 280. SENTENTIA DE ADVOCATIS EPISCOPORUM ET DE MUNITIONIBUS.

## (1180. Apr.)

*Descripsit olim ex autographo tabularii Basiliensis accuratissime b. m. W. Wackernagel, cuius exemplari etiam post novissimam editionem in libro 'Urkundenbuch der Stadt*

**279.** n) *sic W. B;* solempniter *L. H.* o) *sic B; lectio* confirmamus, *quam praebent L. H, teste P a manu posteriore introducta est.* p) *sic W. H;* constitucionem *L.* q) *sic L. H:* presenti *B.* r) insignita *B.* s) *sic L. H;* auttentice *B.* s*) Treu^censis *W;* Treverensis *B;* Treuirensis *L. H.* t) *sic W. B;* Wicmannus *L. H.* u) *sic L.* v) *sic W;* Cůnradus *L.* w) *sic L;* Wormaciensis *W.* x) *sic W;* Loth. *L. H.* y) *sic L. H;* Brandenburg *W.* z) *sic L.* a) *sic W. B;* Hostade *L. H.* b) Heinricus c. d. Arnisberc, Hermannus c. d. Ravinsperg *incuria om. L.* c) *sic W. B;* Arnsberg *H.* d) *sic W;* Ravinisberc *B;* Hafsburg *male H.* e) *sic W;* Wernerus *L. H.* f) *sic L;* Witinchinstein *B;* Wittichinstein *H.* g) *sic L. P. H.* h) *sic L. H. B;* Bappenheim *W.* i) *sic L. H;* Gotfridus *P.* k) aule *H.* l) *sic B;* solempni *L. H.* m) *sic L. H;* Geilinhusin *B.*

*Basel' I, 35 nr. 49 non sine fructu uti licuit. Mandatum, cui appendet adhuc sigilli fragmentum parvum, in quo Wackernagel legerat litteras* FR *et* AVGS*, non in cancellaria imperatoria sed fortasse a clerico Basiliensi exaratum est, indeque errores nominum testium nonnullorum declarandi sunt. Ceterum pro eius sinceritate nuper egregie pugnavit vir cl. Scheffer-Boichorst 'Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft' ed. Quidde III, 335. — Stumpf. Reg. 4302.* *(P. 164.)*

F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Wernero Basiliensi advocato et universis baronibus et ministerialibus ecclesię Basiliensis gratiam suam et omne bonum.

Universitati[a] vestre notum esse volumus, quod ad postulacionem fidelis nostri[b] Hugonis Basiliensis episcopi querentis[c], si vacante qualibet advocacia maior ipsius civitatis advocatus aliquid in ea iuris haberet, a cunctis principibus clericis et laicis qui aderant in loco qui dicitur Geilenvsen, per fidelitatem á nobis interrogatis, iudicatum est, quod episcopus vacantem sibi cuiuscunque loci advocaciam vel in manu sua quantocunque vult tempore retinere potest vel alii cuicunque dare; ita quod, si eciam maior civitatis advocatus hoc contradicere voluerit, ipsius contradictio vel peticio in hac re nullum penitus habebit vigorem. Hoc eciam in iamdicto loco et a principibus ibidem congregatis iudicatum est: nulli personę licére municionem aliquam novam, que vulgo dici possit wicbore, in civitate prȩter ipsius episcopi voluntatem vel erigere vel erectam tenere. Principes vero, qui in confirmacione predictarum sentenciarum convenerunt, hi sunt: archiepiscopus Coloniensis, archiepiscopus Magdeburgensis, archiepiscopus Bremensis, archiepiscopus[d] Treuerensis, archiepiscopus de Salceburch, episcopus de Lutheche, episcopus Vvormatiensis, episcopus de Osenbrvche, episcopus de Verdene, episcopus de Regenespurch, episcopus de Babenberh, cancellarius Gotfridus, dux de Limpvrh, comes Theto, comes Berchtholdus de Anedes, comes Symon de Sarebruche, comes Engelbreht de Bergen, comes Tiodericus de Landesperh, marchio Otto de Orlemvnde[1], comes Embecho de Liningen, comes Sigefridus de Orlagemunde, marchio Thiodericus de Anhalt[2], marchio Berchtholt de Ystiriche, palatinus de Vvitilitelispach Otto senior, comes Heinricus de Cvg, comes Heinricus Rasp nepos imperatoris, comes de Lono, comes de Areusperh, comes de Veltheim, comes Herardus de Alcena, comes Rvdolfus de Cigena, comes Albertus de Eberstein, dominus Egelolfus de Vrselingen, dominus Vvernherus de Bolande, et multi alii liberi et ministeriales.

# 281. SENTENTIA DE IMMEDIETATE EPISCOPATUS.

(1181 — 1186.)

*Episcopi Argentinensis testimonium, quod diplomatici dicunt 'Akte', damus ex* 1) *Schöpflini 'Historia Zaringo-Badensis' V, 117, qui autographo usus est (= 'Mémoires*

**280.** a) universitatis *corr.* universitati. b) *hic tribus litteris spatium vacat.* c) . . . rentis *corr.* querentis. d) eps *supra lin. add.*

1) *potius de Brandenburg.* 2) *potius de Lusiz.*

*et documents de la société de la Suisse Romande' VII, 23) et* 2) *Gallia christiana XV, instr. p. 155 nr. 34 'e schedis Droz tom. XLIII, p. 68'. Tempus definitur eo quod Heinricus episcopus a. 1181 in. electus et Bertholdus IV. dux a. 1186. Dec. 8 mortuus est. Cum autem imperator a. 1184 mense Ianuario Argentinae moraretur (Stumpf, Reg. 4370), sententia hoc tempore lata esse videtur. — Stumpf, Reg. 4564a. (P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Argentinensis minister humilis. Residentibus nobis in presentia domini nostri imperatoris cum aliis episcopis[a] et confratribus nostris, considentibus etiam multis baronibus, dominus Rogerius Lausanensis[b] episcopus de ipso imperatore querimoniam deposuit, dicens quod ipse dominus imperator tempore Haimedei episcopi[c] antecessoris sui dignitatem ipsius Lausanensis ecclesiae in tantum diminuerat, quod cum Lausanenses electi a sola manu imperiali regalia accipere semper consuevissent et deberent, ipse dominus imperator ius suum in regalibus concedendis duci Berchtoldo contulisset, nec super hoc tunc temporis Lausanensem episcopum citasset nec praesentem nec confessum seu convictum denuntiasset. Plurimas etiam molestias et iniurias contra ducem Berchtoldum, quamvis absens foret, proponebat. Ad hoc dominus imperator respondit, se quidem predicto duci Berchtoldo illud ius contulisse, et cum dux Berchtoldus ius istud per eum possideret, eo absente se respondere debere negabat. Cumque super his dominus imperator a nobis sententiam quesivisset, iuxta conscientiam nostram iudicavimus, quod dominus imperator in hiis, que Lausanensis episcopus adversus eum proponebat, etiam duce absente, episcopo iustitiam exhibere deberet, in hiis vero que contra ducem proponebat, duce rationabiliter citato, eius presentiam expectaret. Huic sententiae dominus archiepiscopus Bisuntinus et Spirensis et Gebennensis episcopi consenserunt. Cum autem a Basileensi[d] episcopo quereretur de consensu sententiae, iudicavit, quod dominus imperator nec debuit nec potuit duci Berchtoldo conferre ius regalium et auferre ecclesiae, verumtamen quia in qualicunque possessione dicebatur esse[e] per dominum imperatorem, dixit, quod non debebat hoc retractari nisi duce presente vel absente ob contumaciam. Huic sententie multitudo laicorum consensit.

---

# 282. SENTENTIA DE BONIS ECCLESIARUM A SCHISMATICIS DISTRACTIS.

(1181) Apr. 18.

*Descripsit b. m. Iaffé e codice diplomatico ecclesiae Basiliensis membr. saec. XIV. fol. 44 in tabulario Bernensi usservato, e quo edidit Trouillat 'Monuments de l'histoire de l'ancien évêché de Bâle' I, 389 nr. 252 ad a. 1183. — Stumpf, Reg. 4316.*

*(P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis[a] ecclesie Basiliensis beneficiatis et ministerialibus gratiam suam et omne bonum.

**281.** a) coepiscopis 2. b) Lausannensis 2. *similia semper.* c) episcopi Hagmedei 2. d) Basiliensi 2. e) *deest* 2.

**282.** a) universe *cod.*

Noverit universitas vestra, quoniam in generali concilio summi pontificis et item in curia nostra iudicatum est et communi principum consensu approbatum, quod scismaticorum facta irrita esse debeant, et quecunque bona nomine beneficii vel pignoris ab ecclesiis alienaverant, sub potestatem catholicorum episcoporum libere debeant redire, et tales contractus nullum de cetero vigorem valeant obtinere. Quicunque igitur Basiliensis ecclesie bona, per dominum Lod(ewicum) aliquo prefatorum modorum distracta, de cetero sibi usurpare presumpserit, indignationem nostram se noverit incursurum et penam laturum quam curia nostra dictaverit.

Datum Constancie XIIII. Kal. Maii.

# 283. SENTENTIA DE IMMUNITATE CLERICORUM A COLLECTIS CIVITATIS.

## 1182. Mai. 31.

*Descripsit b. m. Boehmer e Libro privilegiorum ecclesiae Wormatiensis saec. XV. in tabularii Darmstadiensis fol. 15'. quem et ipse editor novissimus adhibuit. Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, nr. 89. — Stumpf, Reg. 4342.* (P. 165.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Ad eterni regni meritum et ad imperii temporalis incrementum apud regem regum nobis proficere non ambigimus, si ecclesiis Dei iura sua eis conservando imperiali clementia salubriter provideamus. Universis igitur imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod Wormaciensis ecclesie canonici ad nostre maiestatis accedentes presentiam, sua nobis conquestione monstrarunt, quod cives Wormacienses ecclesie sue ministros indebite vexarent et ad solvendas de suo peculio collectas, que in civitate ad nostrum fiunt obsequium, ipsos acriter angariarent. Dum itaque in curia Maguncie celebrata, presentibus tam canonicis quam civibus Wormaciensibus, super hac questione sententiam requireremus, a curia nostra iudicatum fuit: quod universi ecclesiarum ministri ab huiusmodi exactionibus liberi esse debeant et immunes, hii videlicet, qui fratribus et ecclesie cottidie in propria persona deserviant nec mercimoniis operam dant nec foro rerum venalium student nec pro subterfugio nostre collecte obsequio fratrum se applicant. Nos itaque omnes huiusmodi ecclesie Wormaciensis ministros, qui certi et publici mercatores non sunt, ab omnibus angariis et parangariis[a], ab exactionibus et collectis auctoritate imperiali absolvimus et, ut ecclesie ac fratribus libere servire possint ac devote, immunes esse decernimus; statuentes, ut quecunque persona, parva seu magna, hanc nostram constitucionem violare seu quolibet modo[b] attemptare presumpserit, centum libras auri componat, quarum una medietas fisco imperiali, altera vero ecclesie et fratribus iniuriam passis persolvatur. Ut igitur hec in omne evum rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus communiri.

Huius rei testes sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Ulricus Spirensis episcopus, Arnoldus maior prepositus in Maguncia, Rudolfus imperialis aule prothonotarius, Heinricus decanus maioris[c] ecclesie

283. a) perangariis *cod.* b) *deest cod.* c) maior *cod.*

in Maguncia, Sifridus magister scolarum, Hermannus cantor, Ruckerus archipresbiter. Meinhardus decanus Wormaciensis, Conradus magister scolarum, Conradus cellerarius, magister Gerhardus, Ludowicus; laici: Heinricus comes de Dietse, Hartmannus de Budingen, Dudo cammerarius; cives Wormacienses: Wernherus thelonearius, Wigandus, Gernodus, David, et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus imperialis aule cancellarius vice Cristiani Maguntinensis sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCLXXXII, indictione XV, regnante Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXI, imperii vero XXVIII. Datum Maguncie in sollempni curia, II. Kal. Iunii.

---

# 284–286. RECONCILIATIO TERDONAE.

## 1183. Febr. 4.

### 284. *CONVENTIO INTER IMPERATOREM ET TERDONAM.*

*Exstat in duplici forma:* A, *quae abundat sententia post nomina iuratorum adiecta, quae ad res Paleae id est civitatis Alexandriae spectat, et linea chronologica. Legitur haec forma in* 1) *Chartario Dertonensi edito a. 1814 a Ludovico Costa, nunc in bibliotheca publica Taurinensi asservato (cod. lat. Supplemento del Pasini K. V. 26) saec. XIII. in. fol 1; quod excussit Holder-Egger; linea chronologica ibi desideratur; praeterea in editionibus* 2) *Bottazzii 'Le antichità di Tortona' p. 303, nescio quo ex fonte*[1]; 3) *ad textum Bottazzii propius accedit textus quem vulgavit Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 289 'e tabulis ad me ex ea civitate (sc. Tortonensi) missis'. Altera forma* B *legitur in innovatione, quam praebet Heinrici VI. privilegium a. 1193. Febr. 4 datum*[2], *quod ex instrumento notarii a. 1310. Dec. 16 in tabulario episcopali Tortonensi asservato edidit vir b. m. Stumpf 'Acta imperii adhuc inedita' nr. 410*[3]. *Caret haec forma sententia illa de*

1) *Bottazzi l. c. provocat ad editionem priorem a Damilano Tortonensi paratam. Luigi da Milano, teste praefatione p. X, saec. XVII. opusculum vulgavit 'ove compilò le vite de tre santi rescovi Tortonesi'.* 2) *Miro sane casu accidit, ut et conventio patris et privilegium filii die Febr. 4 datum sit. At hoc causam esse suspicionis movendae non concedo.* 3) *En huius privilegii (Stumpf, Reg. 4795a) tenorem:* In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Ea quae a patre nostro divae memoriae Frederico Romanorum quondam imperatore invictissimo facta sunt, rata volentes et illibata observari, notum fieri volumus universis praesentem paginam intuentibus, quod nos reconciliationem inter ipsum patrem[a] nostrum et cives Terdonenses factam secundum quod in autentico huic paginae infrascripto continetur, nostrae auctoritatis privilegio confirmamus. Tenor autem autentici talis est: 'Dominus imperator per — comes Ditze'. Ut hoc autenticum patris nostri Fr. Romanorum imperatoris [nostraque] dispositio rata permaneant, praesentem cartam conscribi et sigillo nostro iussimus communiri.

Testes: Wolfgerus[b] Pataviensis episcopus, Valterius Troianus episcopus, Liupoldus dux Austriae, Robertus de Durne[c], Cuno de Minzemberc, Marquardus dapifer, Henricus pincerna[d], Henricus marscalcus.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.

Actum anno Domini MCLXXXXIII, indictione X, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore invictissimo, regni eius XXIII, imperii secundo. Data per manum Sigelochi protonotarii, secundo die Nonis Februarii.

a) et *add. cod.* b) Urollgerus *cod.* c) Reibertus de Duine *cod.* d) de pincerna *cod.*

*Alexandria et linea chronologica, excellit tamen sententia alia quae spectat ad castellanos et pedagia, et in enumerandis castellanis a forma A aliquantum discrepat.*

*Priusquam iudicamus de ratione, quae inter has formas intercedit, alium textum scripti inspiciamus oportet, quem A* signari licebit. Praesto est in editionibus tribus, quae sunt:* 1) *Schiavinae 'Annales Alexandriae' circa annum 1600 scripti, editi a Ponzilonio in 'Monumentis historiae patriae' XI, 79; e Schiavinae codice manuscripto certe derivata est editio Ghilini 'Annali di Alessandria' p. 15;* 2) *Salice 'Annali Tortonesi' p. 507*[1]. *Textus A* in universum congruit cum textu A, desideratur tamen in initio invocationis formula sicut in B; et linea chronologica ad Heinrici VI. tempora adaptata est, apud Schiavinam hoc modo:* Actum anno Domini MCXCIII, indictione XI, regnante domino Henrico VI. Roman. imperatore invictissimo, regni eius XXIII, imperii II, prid. non. feb., *apud Saliceum autem sic:* Henrico sexto Romanorum regi et imperatori invictissimo regno eius anno 23 et imper. 2[da] pridie non. februarii. *Praeterea apud Schiavinam in sententia illa de Alexandria nomen Friderici imperatoris in 'Henricum' mutatum est. Non dubito, quin istae lineae chronologicae depromptae sint e privilegio Heinrici VI. ab hominibus litterariis male feriatis, qui textum conventionis linea illa carere animadverterant, sicuti revera textus chartarii Dertonensis A 1 illa caret. Similiter quidam lineam chronologicam iuramenti Terdonensium (infra nr. 285) variavit in hunc modum:* Anno Domini MCXCIII indictione X. prid. non. Februarii[2]. *Formam A* igitur spernendam esse censemus.*

*De ratione, quae intercedit inter formas A et B, recte, ut arbitror, iam cogitavit vir ill. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 198. 501, qui conventionem priorem a. 1183. Febr. 4 factam postea a partibus mutatam et ampliatam esse indicavit. Quod factum est certe ante diem 14. Nov. 1184, diem obitus Beatricis imperatricis, cuius fit mentio in sententia illa, qua excellit B. Tempus autem artius terminari videtur die 11. Martis a. 1183, die reconciliationis civitatis Alexandriae. Hac reconciliatione facta, qua incolis Alexandriae in civitate remanere imperator concessit, sententia illa textus A, quae de Palea agit, nimirum obsoleta facta est. Ergo paullo ante aut paullo post diem 11. Martis conventionem priorem in formam alteram redactam esse crediderim. Utraque forma igitur authentica habenda est. Formam A genuinam esse, probatur et ipso iuramento, quod Papienses Terdonensibus iuraverunt (infra nr. 286), ubi haec:* Si vero illi de Palea usque ad mediam quadragesimam *(1183. Mart. 27)* per voluntatem imperatoris de Palea egressi fuerint, tenebimur quod nullum eis malum inferemus. *Formam autem B et ipsam authenticam esse, probatur privilegio Friderici II. a. 1220. Nov. 24 dato (Bottazzi p. 310 = Böhmer 'Acta imperii selecta' nr. 282 p. 248), quo confirmantur civitati privilegia Friderici I. et Heinrici VI, quod verba aliqua sententiae illius, qua abundat B, usurpavit:* Et si infra predictas coherentias aliquid est, tamquam si esset nominatum, perpetuo damus, concedimus atque confirmamus. *Quae cum ita sint textusque B, ut traditus est, mendis et omissionibus scateat, rei aptum duximus, ea quibus A abundat asteriscis insigniri et ea quibus B excellit uncis includi, cetera discrepantia aut duabus columnis aut in adnotationibus prae oculis lectoris poni. Scripturas textus A* raro tantum curavimus. — Stumpf, Reg. 4353.* *(P. 165.)*

*In[a] nomine domini nostri Iesu Christi. Hec est forma reconciliacionis, qua civitas Terdona et eius habitatores ad gratiam domini imperatoris redierunt.*

**284.** a) *asteriscis inclusa des. B.*

1) *Salice p. 509 laudat 'Muratori, Antiq. Med. Aev.', neque vero textum eius e Muratoriano petitum esse elucet. Ceterum Salicei textus maculis scatet.* 2) *Cum isto signo chronologico hoc iuramentum, in quo nomina Friderici imperatoris et Beatricis imperatricis occurrunt, iterum editum est a Salice p. 525 'De Carnerariis' i. e. e 'Cronaca del canonico Agusteo Carnerariis' secundum p. 492. Canonicus iste et ipsam lineam chronologicam conventionis variasse mihi videtur.*

1. Dominus imperator per interpositam personam, scilicet per Conradum de Belalus[b], super[c] animam suam fecit iurare[d], quod civitas Terdona de cetero non destruetur[e] nec per se nec per aliquem suorum; sed pocius habet eam salvare et *custodire, necnon* personas et res eorum civium bona fide et sine fraude, ad honorem *et utilitatem* imperii et ipsius civitatis Terdone[f]. Nec ipsam civitatem[g] dabit alicui homini, et suos castellanos permittet[h] *et consentiet* subiacere civitati Terdone, sicut castellani Papienses[i] subiacent civitati Papie. Nec habet eos castellanos civitati Terdone auferre, nec per se nec per[k] alium. Maiores exactiones non exiget[l] a civibus Terdone et ab opidanis, quam[m] ipse exiget[n] a Papiensibus et eorum castellanis, secundum quantitatem personarum et eris. Et hoc[o] bona fide et[p] sine fraude. Privilegia vero et donationes, quae quasve[q] fecit de civitate Terdone vel de castris et villis et[r] possesionibus ipsius ępiscopatus, presertim de Seraualle et de[s] aliis[t], sine fraude[u] bona fide revocat et cassat et cassata non confirmabit. Possesiones aecclesiae Terdonae[v], quas nunc habet et tenet, sive per se sive per alium non habet auferre. Et faciet marchionem de Monteferato quiescere de oppido Statiani[w], ne episcopus de cetero inquietetur a marchione occasione date pecuniae. Et habet iubere Papiensibus, ut de cetero teneant pacem Terdonensibus et ut iurent[x] se cum eis et adiuvent eos[y] de omnibus guerris eorum *suis sumptibus*[1] et facient[z] vivam guerram inimicis Terdone. Et precipiet Papiensibus, quod remittent omnes subscriptos[a] castellanos Terdonensibus, *quos nostra remittimus et confirmamus auctoritate.*

A. A*

2. Castellanos vero[b] eos intelligimus qui in montanis et planis habitant, presertim illos de Copara, de Azano, de Castro Novo, de Bagnolo, de Ponte Curono, de Puzolo, de Monte Morisino[c], de Vipegolo, de Bagnara, de Monte Legali[d], de Belignano[e], de Faurega, de Gremiasco[f], de Monte Acuto, de Dernice, de Monte Ebore, de Merlaxino[g], de Boligo, de Bruxa[h] Moneca[i], de Liprando, de Monte Jardino[k], de Monte Iaro[l], de Savignono[m], de Grondona, de Persio[n], de Pobleto[o], de Monte Alto, de Arquada, de Monte Cuco, de Precipiano[p], de Særaualle, de Cassiano, de Staciano, de Brion[q], de Nova, de Bosco, de Villa, de Olasca, de Sarzano[r, 2].

B.

2. Castellanos eos appellamus qui in montibus habitant, praesertim illos de Putolo, de Monte Moresino, de Vipecullo, de Bagnara, de Monte Legali, de Bellegnano, de Frabrica, de Grimiasco, de Monte Acuto, de Darnice, de Monte Ebore, de Merlasino, de Bolego, de Brusamonico, de Liprando, de Monte Iardino, de Savegnona, de Grondona, de Perce, de Publeto, de Monte Alto, de Archata, de Monte Cuco, de Presipiano, de Serravalle, de Cassiano, de Staciano, de Briunti, de Nova, de Busco, de Villa, de Augulasco, de Serzano, de Castello Novo, de Ponte Curono[2].

284. b) belaliis A 1. *B.* c) in *B.* d) iurari A 1. e) destrueretur A. 1. A*. f) *pro* Terdone *B*: utilitatem custodire. g) *pro* ipsam civitatem *B*: eam. h) permittere *B.* i) Papiae *B.* k) *pro* nec per *B*: vel. l) exigere *A**. m) sed quomodo *A* 2. 3; sed quam *B.* n) exigit A 2. o) haec *B.* p) *deest A* 1. q) quas vel *B.* r) *deest A* 2. s) *deest B.* t) villis *add.* A* 2. u) et *add.* A 2. v) Terdonensis *B.* w) Staciani *B.* x) iuvent *A* 2. 3. *B.* y) et adiu. eos *des. A* 2. 3; adiuvent *deest A**, *sed* teneant *add. A** 2 *post* sumptibus. z) faciant *A* 2. 3. *A** 2. a) suprascriptos A 2. 3. A*. b) vero *deest* A 1. c) Mersino A 2; Merlino A 3; Morsino *A** 1; Marsino A* 2. d) *sequitur spatium vacuum unius vocis in A* 1. e) belegnano *A* 1. f) grimiasco A 1. g) Merlasino A 2. 3; Merlassino *A** 2; Morlasino A* 1. h) Brusa A 2. 3. *A**. i) Monaca A 2. *A** 1. k) Fardino *A** 1; moteiardino A 1. l) Faro *A* 2. A* 1. m) Savignone A 2. 3. n) pzio A 1. o) pobledo *A* 1. p) peipiano A 1. q) Brionte A 2. r) *sequitur lacuna in A* 2.

1) *Cf. Sacramentum Papiensium nr. 286:* Sed bona fide iuvabimus Terdonam de suis guerris sumptibus nostris. *Verba* suis sumptibus *in conventione posteriore forte consilio omissa sunt.* 2) *In* A *ergo sunt 39, in* B *tantum 35 castella; hic desiderantur Copara, Azanum, Bagnolum et Mons Iarus, qui tamen*

3. Et faciet[s] finem de omnibus maleficiis, que Terdonenses[t] domino[u] imperatori vel suis militibus vel peditibus[v] fecerunt[w], et malum meritum non reddet Terdonensibus. Marcas, quas olim dabant Terdonenses[x], remittit nec de cetero eas exiget. Et faciet[y] hominibus de Serravalle finem[z] de omnibus maleficiis, quae erga dominum imperatorem[u] vel suos fecerunt. Et permittit hominibus Terdone[a] habere consulatum, et macella et molendina et vias publicas habere et tenere[b], sicut permittit Papiensibus.

[4. Item[c] dat et confirmat communi Terdonae illos castellanos omnes et eorum possessiones, et praesertim Capara, Acianum, Castrum Novum, Bagnollum, Cagnanum, Calvencana, Serravalle[1], Gatorba, Gignanum, Montem Larium, cum omni iurisdictione. Et omnia pedagia, quae commune vel capitanei modo tenent, eidem communi vel capitaneis dat et confirmat praesenti privilegio[2]. Et si infra praedictas cohaerentias locorum aliquid est, tanquam si esset nominatum Terdonensibus, interventu dominae Beatricis augustae eidem communi pro suo dat et confirmat.]

5. Sicut Conradus de[d] Belalus[e] iuravit pro domino imperatore *et pro se*, sic et principes *et nobiles* subscripti iuraverunt pro[f] se: Theodericus[g] marchio de Landesberc, Florencius comes Hollandie[h], Bernardus comes Saxonie[i], Conradus de Monteferrato, Recherius[k] comes de Blanderan[l], Conradus de Bocesberc[m], *Constantinus de Berga, Cono de Minzenberc[n]*, Henricus marscalcus, Walterius dapifer, Conradus pincerna [et alii quam plures]. Insuper iuravit[o] archiepiscopus Coloniensis, cancellarius imperialis aule Gotefredus[p], comes Henricus de[q] Ditze.

*6. In hac autem conventione comprehendit dominus imperator, quod civitas Terdona et eius districtus non recipiat aliquem vel aliquos homines, qui de octo villis infrascriptis apud Paleam collecti sunt. Si vero recepti fuerint, infra octo dies ab eo die quo ab imperatore Frederico[r] vel a marchione de Monteferrato vel eorum certo nuntio requisiti fuerint[s], vel a rege vel a suo nuntio certo, eos dimittant vel restituant. Sunt autem hée ville: Marenge, Gamundi, Oville, Four, Bergul, Solero[t], Wargent[u], Rovere.*[3]

*Actum[v] anno Domini MCLXXXIII[w], indict. I[x], regnante domino Federico[y] Romanorum[z] imperatore invictissimo[a], pridie Nonas Februarii.*

## 285. *SACRAMENTUM TERDONENSIUM. Febr. 4.*

*Adhibuimus* 1) *codicem Chartarii Dertonensis fol. 3 (ed. Costa p. 31); editiones* 2) *Bottazzii p. 307;* 3) *Muratorii p. 291;* 4) *Salicei p. 509, quae lectiones praebet vilissimas. Praeterea Saliceum p. 525 iterum idem sacramentum nimis corruptum et ad tempus Heinrici VI adaptatum edidisse, supra p. 391 diximus.* *(P. 166.)*

**284.** s) facit *A*. *A**. t) Terdona *A*. *A** 1. u) domino — dominum imperatorem *des.* *A** 2. v) praedictis *A* 3. w) fecerant *B*; facere . . . *A* 2; facere fecit *A** 1. x) *deest B.* y) facit *A* 1. z) finem de hom. de Serravalle *B*. a) *pro* hom. Terdone *B*: eis. b) habere et tenere *des. B. A** 2. c) *uncis inclusa des. A. A**. d) *deest A* 3. *A**. e) Belaliis *B*. f) per *A* 1. g) Dietricus *B*. h) de Hollande *B*. i) Bernardus c. Saxonie *des. A* 1. k) Reneherius *B*. l) Blandrate *B*; Blandrato *A** 1. m) horesberc *A* 1; Boresbe *A* 2. 3. *A**; Bockelbero *B*. n) mizenberc *A* 1. o) iurabant *B*. p) Gotefredus cancellarius *B*. q) Henricus de *des. B*. r) Henrico *A** 1. s) requisitus fuerit *A* 1. *A** 1; requisitus fuerit vel requisiti fuerint *A** 2. t) Solere *A* 1. u) Wāgent *A* 1; Vagent *rell.* v) Actum — Februarii *des. A* 1; Actum — domino *des. A** 2. w) MCXCIII. *A** 1. x) XI. *A** 1. y) Henrico VI. *A**. z) regi et *add. A** 2. a) regni eius XXIII, imperii II *add. A** 1; regno eius anno 23, et imper. 2 *add. A** 2.

*incuria librarii forsan omissus est. Capara, Azanum, Bagnolum et fortasse etiam Mons Iarus (si idem est ac Mons Larius) in* B *c. 4 supplentur. Viginti tantum castella enumerat Sacramentum Papiensium.* 1) *Quod Serravalle et hoc loco nominatur, sane mireris.* 2) *Enuntiatum certe mirum.* 3) *Marengo, Gamondo iam Castellazzo, Oviglio, Foro, Bergoglio, Solerio, Quargnento, Rovereto.*

In nomine domini nostri[a] Iesu Christi. Hoc est sacramentum fidelitatis, quod iuraverunt consules[b] Terdonenses Ido et[c] Ubertus de[d] Busco, cives Terdonenses[e], domino Frederico imperatori[f] et filio eius regi Henrico et domine Beatrici Romanorum imperatrici auguste.

Ego iuro ad sancta Dei euangelia, quod ab hac die in antea semper ero fidelis domino Frederico imperatori et domino Henrico regi Romanorum et domine Beatrici imperatrici auguste contra omnem hominem[g]. Nec ero in consilio nec in[h] facto, quod perdant vitam vel membra vel honorem. Et bona fide et sine fraude iuvabo eos tenere regnum Italie et honorem corone, et nominatim civitatem Terdone et episcopatum et commitatum, et dare eis civitatem ad offensionem et defensionem. Et si perdiderint regnum Italiae vel civitatem et episcopatum et commitatum Terdone, bona fide et sine fraude iuvabo eos recuperare et recuperata tenere. Et credentias, quas ipsi per se vel per suos certos[i] nuntios mihi insinuaverint vel per litteras, secretas tenebo nec pandam ad detrimentum personarum vel honoris eorum. Et pacem faciam omnibus amicis eorum et servabo; et guerram vivam faciam omnibus inimicis eorum; nec guerram recredutam faciam hostibus eorum et imperii, secundum mandatum domini imperatoris vel domini regis vel domine imperatricis vel legati, quem ipsi ad hoc factum destinaverint. Et nos operam dabimus bona fide et sine fraude, quod omnes homines civitatis Terdone fidelitatem in hac eadem forma iurent domino imperatori Frederico[k] et suo filio regi Henrico[l] et domine Beatrici auguste imperatrici.

Anno[m] domini MCLXXXIII, indictione I[n], pridie Nonas Februarii.

## 286. *SACRAMENTUM PAPIENSIUM.*

*Damus e codice Chartarii Dertonensis fol. 13' (ed. Costa p. 151); cum in hac editione ultimum teneat locum, viros doctos hactenus latuisse videtur.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen. Nos Papienses iuramus salvare et custodire civitatem Terdonae, masculos et feminas et res eorum earumve et aecclesiarum Terdone et de eius districtu, et specialiter Wilielmum de Palote, si ipse nobis iurare voluerit ut civis Terdonae. Et hinc in antea pacem Terdonensibus tenebimus bona fide[a] et sine fraude. Nec de cetero laborabimus, quod civitas Terdone destruatur a nobis nec ab aliquo homine. Sed bona fide iuvabimus Terdonam de suis guerris sumptibus nostris; et vivam guerram cum omnibus inimicis Terdonae, cum populo et militibus sine fraude[b] faciemus. Nec pacem nec finem nec guerram recredutam cum eis absque Terdona faciemus. Concordiam cum Mediolano et cum Placencia absque Terdona non faciemus. Nec de cetero accipiemus castellanos episcopatus Terdone nec habitatores ipsorum, et omnes castellanos suos, quos olim accepimus, Terdonensibus renuntiamus; presertim illos de Pozolo et illos de Monte Morisino et de Bagnaria et illos de Sarzano et de Casiano et de Seravalle[c] et de Monte Cuco et de Arquadra et de Monte Alto et illos de Grondona et de Liprando et de Monte Iardino et de Bolego et de Bruxa Monaca et de Montebor et de Fabrica et de Dernici et de Agolassca et de omnibus, presertim de Sapignono et de Novo; quod dictum est de istis, attendemus de omnibus. Et si predicti vel alii castellani in toto vel in parte vellent resistere Terdonensibus, ipsos Terdonenses bona fide et sine fraude iuvabimus ad hoc ut iurisdictioni Terdone sub-

285. a) *deest* 2—4. b) et cives *add.* 1. c) *deest* 2. 3. d) et 1. 3; *deest* 2. e) civ. Terd. *des.* 4; ciuis terdonensis 1. f) *deest* 2. g) contra om. hominem *des.* 2—4. h) consilio nec in *des.* 2—4. i) certos suos 2. 3. k) Freder. 1. l) Henr. 1. m) Anno — Februarii *des.* 1. n) decima 4.

286. a) fi *e corr. c.* b) frāde *c.* c) senalle *c.*

iaceant. Et si aliquis marchio vellet Terdonam inpugnare, Terdonam bona fide iuvabimus. Si vero marchio Montisferrati et marchio Malaspina et marchio Anselmus de Bosco guerram Terdonensibus fecerint, et ipse marchio Montisferrati exinde sub iudicio consulum Papiae, et alii duo marchiones — quos Terdonenses dicunt suos habitatores — sicuti Papiensium similiter et consulum Terdonensium sese ponere noluerint, in eos guerram faciemus, et hoc omni fraude remota. Itæm[d] in curiis predictorum omnium, et specialiter Castelli Novi, Aciani et Ponte Corioni, nullam rem inmobilem pignori accipiemus nec aquistum aliquod in feudum nec in alodium in curiis predictorum locorum faciemus, nisi illud forte quod consules Terdonae nobis concederent seu darent pro debito, quod ille cuius res esset nobis dare teneretur. Nec tamen propterea Terdonenses eius iurisdictione privabuntur[e]. Castrum nec aliquam fortitudinem in episcopatu Terdone infra predictas coherentias designatas per nos vel per alios de cetero faciemus. Nec Bagnolium levabimus nec possesiones aecclesiarum Terdone que sunt in montanis, presertim in Val de Bolbedra, nec in feudum nec in alodium accipiemus, nisi forte fructus. Sacramenta que Terdonenses, quando[f] in suburbio habitabant, nobis Papiensibus fecerunt, eis remittimus et totum quicquit nobis Papiensibus ab eis promissum fuit, renuntiamus. Nec dabimus opem neque consilium, quod Terdonensis episcopus amittat sua castra ab aliquo homine et possesiones quas nunc habet et tenet, et si quis vellet ea castra quae nunc habet et tenet auferre, ipsum bona fide iuvabimus. Et quicquit ipse habuit in Viqueria a triginta annis infra, ei non auferemus, sed permittimus[g] ei id habere et tenere. Pedagium aliquod eis in terra nostra non auferemus nec auferri permittemus. Et eis sine exactione per terram nostram et aquam eundi tribuimus eandem libertatem quam nos et cives nostri habemus. Si vero illi de Palea usque ad mediam quadragesimam per voluntatem imperatoris de Palea egressi fuerint, Mart. 27.
tenebimur quod nullum eis malum inferemus. Et per omne decennium hec iuramenta reficiemus, si requisitum fuerit, nisi remanserit comuni[h] concordia utrinsque civitatis. Hoc autem iuramus salva fidelitate domini imperatoris.

# 287—291. PACTA PLACENTINA CUM LOMBARDIS.

## 1183. (Mart. — Mai.)

*De scriptis, quae iterum edituri sumus, vir cl. Ficker 'Zur Geschichte des Lombardenbundes' ('Sitzungsberichte der Wiener Akademie' tom. LX) p. 327 sq. et postea 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 16 docte et laute egit, ut et hoc loco meminisse iuvat. Codices, quos adhibuimus, contulit vir cl. Holder-Egger.*

### 287. *FACULTAS IMPERATORIS.*

*Legitur in Registro privilegiorum civitatis Mutinensis saec. XIII. in. fol. 16, quod asservatur in tabulario municipali. Ex eodem edidit eam Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 293, a quo omnes posteriores editiones pendent. — Stumpf, Reg. 4354.*

*(P. 167.)*

286. d) *corr. ex* Ita, *relicta littera* a *c.* e) priua (bĩtur *c.* f) qñ *c.* g) *corr. ex* pmittemus *c.* h) cōi *c.*

F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et senper augustus dilectis ac fidelibus suis Astensi episcopo, marchioni Henrico[a] Guerce et fratri Theodorico gratiam suam et bonam voluntatem.

Quia vestre devocionis ac studii fidem in multis rerum exsperimentis probatam nobis et cognitam habemus, magna imperii negocia industrie vestre sincera fidelitate tractanda committere non dubitamus. Itaque verbum tractande pacis et concordie inter nos et Lonbardos eos, qui rebelles[b] sunt imperio, sinceritati vestre proponendum et consumandum committimus, plenam vobis nostre auctoritatis potestatem conferentes, ut quecumque vos acceptaveritis, nos quoque acceptemus, et que promissione vel iuramento firmaveritis, nos rata habeamus et exequamur.

## 288. *PETITIO IMPERATORIS A RECTORIBUS CASTIGATA.*

*Adhibuimus* 1) *Registrum Mutinense saec. XIII. in. fol. 17', ubi inscribitur:* R(*ubrica*) qualiter peticio domini imperatoris fuit facta a rectoribus Lonbardie; *et* 2) *apographon coaevum in membrana longiore litteris, quibus utebantur librarii, exaratum, quod asservatur in tabulario S. Antonini Placentiae, in arca magna lignea; cuius scriptura partim detersa partim abscissa est. Codice* 1 *usus est Muratori l. c. 295, quem secuti sunt reliqui editores: Carlini 'Historia pacis Constantiae' 192 (= Savioli 'Annali Bolognesi' II, 2, 120), Vignati 'Storia della lega Lombarda' 352. Cum ordo capitum 1—21 in Conventione praevia (nr. 289) idem sit atque in hac petitione et caput 22 in illa omnino desideretur, discrepantiam ordinis capitum a capite 23 tantum in margine adnotavimus.*

*(P. 167.)*

In Christi nomine[a].

Super questione regalium sic respondemus[1]: 1. Facta vobis civitatibus Societatis et personis concessione regalium et consuetudinum vestrarum inperpetuum, tam in civitate quam extra civitatem, videlicet ut in ipsa civitate et suburbiis seu coherentibus edifficiis[b], veluti[c] in castro Verone et Brixie[d], omnia in integrum[e] habeatis, sicut actenus habuistis vel habetis per comune[f] et[g] divisum seu tenetis, et si quid in ea amplius ad imperium[h] pertinet; extra[i] vero omnes consuetudines sine contraditione[k] domini imperatoris F(riderici) et successorum eius exerceatis, quas quidem[l] condam[m] exercuistis vel modo exercetis: scilicet[n] in fodro, in exercitu, in municionibus civitatum et in iurisditione plena[o], in pascuis, molendinis, in aquis, aquarum usibus[p], in pontibus, toloneis[q] et communantiis et in ceteris que ad comoditatem civitatum et personarum Societatis spectant[r]; ita videlicet[s] ut unaquaque civitas predicta habeat in suo episcopatu et comitatu[t] seu districtu, nisi consuetudo aut[u] pacti tenor restiterit; et ita ut ex presenti concessione imperiali nullum preiudicium fiat[v] iuri aut consuetudini alicuius[w] civitatis Societatis[x], nec aliquod ius acquiratur super his de quibus discordia est.

2. Volumus, ut alia regalia in hunc modum cognoscantur: Homines tam de civitate quam de[y] episcopatu eligantur, viri bone[z] opinionis et[a] qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra[b] civitatem[c] nec contra imperatorem privato vel speciali[d]

**287.** a) hen. *c.* b) rebelli *c.*

**288.** a) In nomine domini nostri Iesu Christi 2. b) hedifitiis 2. c) lut *superscr.* 2. d) brisie 2. e) omuia iīm (with marks above) 1; omnia in int *iam detersa* 2. f) cōe 1. 2. g) vel 2. h) quid amplius in eo ad ipām 2. i) *corr. ex* ex 1. k) cōdic̄ 2. l) *deest* 2. m) q̄ndam 2. n) silic̄ 2. o) plenaria et 2. p) aquarumque usisibus 2. q) tolloneis 2. r) que spectant ad comod. civit. vel pers. sotietatis 2. s) *deest* 1. t) cōmitatu 2. u) aut pacti ten *abscissa* 2. v) *deest* 1. w) consuetudinis alieni 2. x) tis — acquiratur *abscissa* 2. y) de — bone *abscissa* 2. z) *corr. ex* boni 1. a) et — idonei *detersa* 2. b) *superscr.* 1. c) cinē 2. d) speciali — consigna(bunt) *abscissa* 2.

1) *Nempe internuntii imperatoris ad petitionem primitus a Lombardis factam.*

odio teneantur. Qui iurent bona fide et sine fraude perquirant et inquisita consignabunt ea que specialiter ad imperatorem spectant: et quod concorditer dixerint, obtineat.

3. Si autem huic inquisitioni[e] supersedendum esse putaveritis, censum duarum milium[f] marcharum per singulos annos petimus, ita tamen quod conpetenti moderamine[g] moderetur etiam[h] quantitatem istam, si enormis visa fuerit.

4. Si quis autem super his que supra vobis[i] concessa sunt vel promissa, sive in civitate sive extra civitatem[k], querimoniam apud imperatorem[l] vel[m] eius nuntium deposuerit, eius querimoniam dominus imperator non admittet, nec[n] eius nuntius, sed silentium ei inponet.

5. Hoc quod dominus imperator vel eius antecessor rex vel imperator vel alius, qui pro eo tenebat, episcopis, ecclesiis vel[o] aliis quibuscumque personis clericis vel laicis ante tempus guerre[p] dedit vel quolibet concessionis[q] titulo concessit, firmum et ratum dominus imperator habeat nec possesorem[r] de predictis inquietabit, salvis superioribus concessionibus et permissionibus civitatibus factis in integrum[s]; et pro eo solita[t] servicia[u] exibeantur, sed census non prestetur; sentenciis, transactionibus, refutationibus, privilegiis in dampnum[v] alicuius ecclesie vel civitatis vel personis[w] Societatis datis vel factis cassatis[x].

6. Regalia et commoditates[y], quas pro bono pacis civitatibus[i] vel personis Societatis superius concessimus seu permisimus[z] in civitate vel extra, liberas ab omni prestatione census esse[a] statuimus.

7. Privilegia omnia et data et concessiones, que in preiudicium vel dampnum ecclesiarum vel[b] civitatum vel locorum vel personarum Societatis occasione guerre vel discordie ecclesie vel in iniuriam[c] alicuius predictarum a domino imperatore vel nunciis[d] eius indulta sunt, cassentur et in irritum deducantur.

8. In civitate illa, in qua apostolicus[e] habet comitatum[f], cives illius civitatis non teneantur ab imperatore consulatum recipere. In civitate vero[g], in qua episcopus per privilegium imperatoris comitatum habet, si consules per ipsum episcopum auctoritatem consulatus[h] recipere solent vel volent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt; alioquin ab imperatore vel nuntio eius gratis in Lonbardia[i] recipiant vel requirant, ita quod investitura uni consuli vel pluribus facta omnium nomine[k] vel requisita sine fraude sufficiat. Nec cogatur ipse vel eius successor denuo ab eo[l] investituram recipere vel requirere, donec imperator idem[m] vixerit.

9. Cum autem imperator defunctus[n] fuerit vel regnum filio suo concesserit, simili modo in Lonbardia a filio eius[o] vel successore investituram recipiant[p] vel requirant[q].

10. In causis appellationum si quantitas C librarum imperialium excesserit, appellatio ad imperatorem licite[r] fiat, ita tamen quod[s] non cogantur in Allamanniam[t] ire, sed imperator habeat suum[u] proprium nuncium[v] in civitate vel in[u] episcopatu, consilio consulum civitatis electum, qui de ipsa appellatione infra civitatem illam[s] vel episcopatum cognoscat et diffiniat.

**288.** e) inquisitioni — duarum *abscissa* 2. f) mille 1. g) tamen incōpetenti moderatione 2. h) etiam — fuerit *abscissa* 2. i) *alio atramento superscr.* 2. k) ciuē 2. l) imprē 1. m) vel eius nuntium *des.* 2. n) *recenti manu superscr.* 2. o) et 2. p) guere 2 *semper.* q) consecessionis 2. r) possessionem 1. s) factis nun 1. 2. t) colita *superscriptis literis* so 2. u) *sequitur* non *deletum* 2. v) dapnum 2. w) civ. persone 1. x) cassatis. Reg *abscissa* 2. y) commodites 2. z) pmissimus 1. a) esse — omn(ia) *abscissa* 2. b) vel civ. vel locorum vel *des.* 2. c) inriam 1; riam — predictarum *abscissa* 2. d) nunctiis 2. e) eps apostolicus 1. f) tum — civita(tis) *abscissa* 2. g) illa 2. h) consolatus 2. i) lombardia 2. k) nomine omnium 2. l) ab eo *des.* 2. m) idem imperator 2. n) defuctus 2. o) vel eius 2. p) reciperent 2. q) requirerent 2. r) lictite 1. s) *deest* 2. t) Allamaniam 2 u) *deest* 1. v) vel *add. sed deletum* 2.

11. Consules, qui in civitatibus constituuntur, tales sint qui fidelitatem fecerint imperatori vel faciant, sicut[w] cives in ipsa civitate, antequam consulatum recipiant.

12. Vasalli imperatoris ab eo investituram recipiant[x] et fidelitatem faciant[y] sicut vasalli[z]; cives vero secundum consuetudinem obtinentem ante regnum domini F(riderici).

13. Vasalli tam[a] clerici quam laici, qui investituram tempore guerre vel tregue[b] non[c] postulaverunt vel debita servicia imperatori non exibuerunt vel occasione Societatis eum offenderunt, hac occasione feudum non amittant[d] nec propterea in ius vocentur.

14. Libellarie et precarie[e] in suo statu permaneant secundum[f] consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante lege[g] domini F(riderici) imperatoris [1], nisi in ea civitate que sponte eam servare voluerit[h].

15. Dampna[i] omnia et iniurias, quas dominus imperator per se vel per suos ab universitate Societatis vel ab aliquo de Societate vel coadiutoribus[k] Societatis[l] sustinuit, gratis remittet et remitti faciet[m] a suis qui dampna sunt passi[n], et plenitudinem gratie sue eis[o] dabit.

16. Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro dampno civitatis[p] non faciet.

17. Civitates munire et extra[q] municiones facere eis liceat; nec alicui de Societate, qui non sit in comitatu[r] vel episcopatu vel districtu alicuius civitatis de Societate, castrum vel[l] civitatem vel ullam municionem facere vel reficere liceat absque consilio[s] et voluntate ipsius civitatis.

18. Item Societatem, quam nunc habent, tenere[t] et, quociens voluerint, renovare eis liceat.

19. Pactiones timore imperatoris vel[u] per inpressionem nuntiorum eius extorte in irritum[v] deducantur, puta Placentinorum* et episcopi Paduani et[l] Veronensium et[l] Vicentinorum civium et si que sunt similes, et si quid ex his pactionibus debetur[w], remittatur.

20. Sententie quoque, que de iure secundum leges contra aliquem vel aliquos de Societate[x] late sunt, teneant[y], si tamen contra eos tenerent, si gratiam imperatoris[z] haberent. Que vero contra aliquem de Societate[a] vel aliquos late sunt occasione guerre vel discordie ecclesie vel Societatis, in irritum deducantur.

21. Possessiones quas quisque de Societate a tempore regni eius tenebat seu tenuit, si ablate[b] sunt ab his qui non sunt de Societate, restituantur; vel si eas recuperaverit[c], quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium imperatori assignentur. salvis superioribus concessionibus seu permissionibus.

*) scilicet pactum pontis Padi et fictum eiusdem pontis et regalium et datum et pactum, quod fecit episcopus Ugo de Castro Arquato, et si quid[d] aliud [factum][e] sit[f] ab eodem episcopo vel a comune vel ab aliqua alia persona cum imperatore vel aliquo eius nuncio, et factum O. marchionis, videlicet omnem offens[am] . . . .[e] Papiensibus et Terdonensibus similiter remittat. *add. 2 inter lineas manu eadem, sed postea suppletum.*

**288.** w) sicut cive *abscissa* 2. x) recipient 2. y) fatient 2. z) vasalli. Cives *abscissa* 2. a) tam̄ 2. b) vel tregue *des.* 1. c) non postulave *abscissa* 2. d) admittant 2. e) precharie 1. f) per 2. g) *deest* 1. h) nolunt 1. i) dāna 2. k) coaiutoribus 1; vel coadiutoribus *superscr.* 2. l) *deest* 2. m) faciat 1. n) passi sunt 2. o) ei 1. p) . ci. 1. q) civitatem *add. sed deletum* 2. r) alicui qui non sit de sotietate in commitatu 2. s) conscilio 1. t) tenere et *abscissa* 2. u) vel *deest* 2. v) iuritum 2. w) debetur remit *abscissa* 2. x) de Societate *des.* 2. y) teneat 2. z) *abscissum* 2. a) de societate *superscr. alio atramento post* vel aliquos 2. b) ablata 2, sunt *deest.* c) recuperauerīt 2. d) q 2. e) *lacuna per foramen orta* 2. f) *seu* sut 2.

1) *Est Constitutio de iure feudorum a. 1158, supra nr. 177, cap. 1—3.*

22. Alexandria Dei gratia et[g] misericordia imperialis benivolentie civitas remaneat et statum civitatis obtineat et omni[h] privilegio civitatum Societatis gaudeat intra et extra et earum consuetudinibus libere utatur.

23. Amplius eam iurisdicionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in c. 23. comitatibus Seprii et Marciane et Burgarie et in aliis comitatibus vel[g] modo exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contradicione domini imperatoris F(riderici)[i] et successorum eius, salvis pactis, datis et concessionibus et in suo robore durantibus, que Mediolanenses[k] per comune[l] fecerunt civitatibus Pergami, Novarie, Laude, nec propter hanc concessionem ledendis.

24. Opiçoni[m] marchioni omnem offensam, quam cum[n] Societate vel per se vel[o] c. 22. per aliquam[o] aliam personam contraxit, imperiali clementia[p] remittet et in plenitudinem gratie sue eum recipiet. Nec per se nec per interpositam personam pro[q] preteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferet lesionem nec ad rationem faciendam eum compellet; et possessiones quas habet[r] in Tertona et[s] episcopatu ei restituantur.

25. Omnes de Societate, qui fidelitatem imperatori iurabunt, in sacramento fide- c. 27 litatis adicient, quod possessiones et iura, que dominus imperator in Lonbardia habet[t] et possidet extra Societatem, iuvabunt[u] eum bona fide manutenere, si opus fuerit et super hoc si per imperatorem vel eius certum[g] nuntium requisiti fuerint, et si amiserit, recuperare[v]; ita videlicet quod[w] finitime civitates obnoxie sint principaliter ad hoc faciendum, et si opus fuerit, alie teneantur ad competens auxilium prestandum. Civitates Societatis que sunt[x] extra Lonbardiam in suo confinio[y] similiter teneantur facere.

26. Si qua vero civitatum ea, que in conventione pacis ex parte imperatoris c. 28. statuta sunt, omnino non[z] observaverit[a], cetere civitates eam[z] ad id observandum bona fide[b] conpellent.

27. Imperatori intranti in Lonbardiam[c] causa suscipiende corone fodrum consuetum c. 2[illegible]. et regale qui solent et debent prestabunt[d]. Vias et pontes bona fide et sine fraude et sufficienter reficient[e] in eundo et redeundo. Mercatum sufficiens sibi et suis eunti et redeunti bona fide et sine omni[f] fraude prestabunt[d].

28. Si qui[g] ex parte imperatoris de[h] possessionibus suis expulsi sunt, restituantur c. 31. sine fructibus et dampno dato, et offense remittantur, salvis prioribus omnibus[i] concessionibus seu permissionibus et salva compositione, de qua actum fuit[k] inter Papienses et parentes Egidii de Prando pro morte eius, nisi possessor munitus fuerit privilegio vel investitura[l] imperatoris vel regis seu alio iure et nisi civitas teneatur iuramento, ut non restituat — quo casu arbitrium[m] boni viri volumus pro restitutione succedere[n] — et[o] pactis inter civitates factis, presertim ante imperium domini imperatoris, in suo robore durantibus, veluti quod factum fuit inter Bononienses et Faentinos et Ymolenses[p].

29. Si quando controversia de feudo orta fuerit[q] inter dominum imperatorem et c. 32. alium qui sit de Societate, per pares illius civitatis vel episcopatus, in qua discordia agitur, secundum consuetudinem Lonbardie in eodem episcopatu vel civitate terminetur.

288. g) *deest* 1. h) coī 2. i) F. imperatoris 2. k) *abscissum* 2; Mediolaneses 1. l) coe 1. 2. m) Opizoni 2. n) cum Societa *abscissa* 2. o) *deest* 2. p) crementia 2. q) pro pret. offensis *des.* 2. r) habuit 2. s) vel 2. t) habet in lonbardiā 2. u) iurabunt 1. v) *corr. ex* recuperationem 2. w) qui 1. x) si 1. y) *superscr.* 1. z) *deest* 1. a) observaverint *corr. ex* observabunt 2. b) bona fide *des.* 2. c) lobardiam 1. d) p̄rabunt 1. e) *postea superscr.* 2. f) *deest* 2. g) qd 1. h) de poss. suis *des.* 2. i) omnibus prioribus 2. k) est 2. l) vel investitura *alio atramento superscr.* 2. m) arbitrii 1. n) suced'e 1. o) *deest* 1. p) fauentinos et imollenses 2. q) orta fuerit de feudo 2.

## 289. *CONVENTIO PACIS PRAEVIAE.*

*Scriptum hoc, cuius capita 1—38 fere ad verbum in Privilegio pacis Constantiae repetita sunt, servavit et ipsum Registrum Mutinense saec. XIII. in. fol. 13, ubi inscribitur:* R*(ubrica)* qualiter dominus Fredericus et eius filius Henricus proferebant concedere Lonbardis regalia et consuetudines. *Codice Mutinensi usus est etiam Muratori l. c. 301, a quo reliquae editiones pendent, utpote Carlini 204 (= Savioli II, 2, 126), Vignati 359. Menda codicis aliquoties e Privilegio pacis emendavimus.* *(P. 171.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi.

1. Dominus imperator F(ridericus) et filius eius rex[a] Henricus concedent vobis, civitatibus, locis et personis Societatis regalia et consuetudines vestras tam in civitate quam extra civitatem inperpetuum, videlicet ut in ipsa civitate omnia in integrum[b] habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis; extra vero omnes sine contraditione exerceatis consuetudines, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis: scilicet in fodro et nemoribus et pascuis et pontibus, aquis et molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis, in exercitu, in municionibus civitatum, in iurisdicione, tam in criminalibus quam in pecuniariis, intus et extra, et in ceteris que ad commoditatem spectant civitatum.

2. Volumus, ut regalia, que vobis concessa non sunt, in hunc modum cognoscantur: Episcopus loci et homines tam de civitate quam de episcopatu eligantur, viri bone opinionis et qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra civitatem nec contra imperatorem privato vel speciali odio teneantur. Qui iurent, quod bona fide et sine fraude perquirent et inquisita consignabunt ea que specialiter ad imperatorem spectant.

3. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaveritis, censum duarum milium marcharum per singulos annos petimus[1].

4. Si quis autem super his que vobis concessa sunt vel permissa, sive in civitate sive extra civitatem spectant, querimoniam aput imperatorem deposuerit, eius querimoniam dominus imperator non admittet et silentium ei inponet.

5. Hoc quod dominus imperator vel eius antecessor rex[a] vel imperator episcopis, ecclesiis, civitatibus vel aliis quibuscumque personis, clericis vel laicis, ante tempus guerre dedit vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum dominus imperator habeat, salvis superioribus concessionibus; et pro eo ei solita servicia exibeantur, sed census non prestetur.

6. Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitate vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debeat prestari.

7. Privilegia omnia et data et concessiones, que in preiudicium vel dampnum civitatum vel locorum vel personarum Societatis occasione guerre vel iniuria alicuius predictorum a domino imperatore vel a nuntiis eius indulta sunt, cassentur[c] et in irritum deducantur.

8. In civitate illa, in qua episcopus per privilegium imperatoris vel regis comitatum habet, si consules per ipsum episcopum auctoritatem consulatus recipere solent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt; alioquin unaqueque civitas a domino inperatore consulatum recipiet. Consequenter prout in singulis civitatibus consules

289. a) res *c.* b) omnia mm *c.* c) cassantur *c.*

1) *Miramur, quod hoc loco clausula in favorem Lombardorum facta omittitur, quae continetur in Petitione imperatoris a rectoribus castigata c. 3 et in Privilegio pacis Constantiae c. 3. An deest ex incuria librarii?*

constituentur, a nuntio ipsius, qui sit in civitate vel episcopatu, investituram recipient: et hoc usque ad quinquennium. Finito quinquennio unaqueque civitas mittat nuntium ad dominum imperatorem pro recipienda investitura, et sic in posterum, videlicet ut finitis singulis quinquenniis ab ipso recipiant, infra quinquennia et[d] a nuntio eius, sicut dictum est, nisi imperator in Lonbardia fuerit. Tunc enim ab ipso recipiant. Eadem observentur in successore ipsius. Et omnes investiture gratis fiant.

9. Cum autem imperator defunctus fuerit vel regnum filio concesserit, simili modo a filio vel eius successore investituram recipient.

10. In causis appellationum si quantitas XXV librarum imperialium excesserit[e], appellatio ad ipsum licite fiat, salvo iure et moribus Brixiensis ecclesie in appellationibus, ita tamen quod non cogantur in Alamanniam ire; sed imperator habeat proprium nuntium in civitate vel episcopatu, qui[f] de ipsa appellatione cognoscat et iuret, quod bona fide causas examinabit et diffiniet secundum leges et mores illius civitatis infra duos menses a contestatione litis vel a tempore appellationis recepte, nisi iusto inpedimento vel consensu utriusque partis remanserit.

11. Consules, qui in civitatibus constituuntur, tales sint qui fidelitatem fecerint imperatori vel facient, antequam consulatum recipiant.

12. Vasalli[g] imperatoris ab eo investituram recipiant et fidelitatem[h] facient sicut vasalli; ceteri omnes sicut cives a XVI an. usque ad LXX, nisi sint tales persone, quibus debeat et possit sacramentum remitti.

13. Vasalli, qui tempore guerre vel treugue non postulaverunt investituram vel debita servicia non exibuerunt imperatori, hac occasione feudum non amittant.

14. Libellarie et precharie in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante lege domini imperatoris F(riderici).

15. Dampna omnia et ablata et iniurias, quas dominus imperator per se vel per suos ab universitate Societatis vel ab aliquo de Societate vel a coadiutoribus[i] Societatis sustinuit, per se vel per suam partem gratis remittet et plenitudinem gratie sue eis dabit.

16. Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro dampno civitatis non faciet.

17. Civitates munire et extra municiones eis facere liceat.

18. Item Societatem, quam nunc habent, tenere et, quociens voluerint, renovare eis liceat.

19. Pactiones timore imperatoris vel per inpressionem nuntiorum eius facte pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur, puta Placentinorum, scilicet pactum pontis[k] Padi et fictum eiusdem pontis et regalium et datum et pactum, quod episcopus Ugo fecit de castro Arcuato, et si qua alia facta sunt similia ab ipso episcopo vel a communi vel ab aliis de Societate cum domino imperatore vel eius nuntio, ipso ponte remanente cum omnibus suis utilitatibus Placentinis, ita tamen quod teneantur semper solvere fictum abbatisse Sancte Iulie de Brixia; et si que sunt similes.

20. Sententie quoque, que iure et secundum leges et consuetudines contra aliquem vel aliquos de Societate late sunt, teneant, si tamen de iure contra eos tenerent, si gratiam imperatoris haberent. Que vero contra aliquem vel aliquos de Societate late sunt occasione [guerre] vel discordie seu discordie ecclesie, in irritum deducantur.

21. Possessiones quas quisque de Societate ante tempus guerre iuste tenebat, si per vim ablate sunt ab his qui non sunt de Societate, sine fructibus et dampno restituantur; vel si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium imperatori assignentur.

**289.** d) *legendum videtur cum Privilegio pacis Constantiensis:* et infra quinquennia. e) excessit *c.* f) quod *c.* g) Vasalli — sacramentum remitti *ab eadem manu in calce fol. 13' suppleta sunt, signis appositis.* h) fid' *c.* i) *emendavi;* uel a quo adiutoribus *c.* k) puntis *c.*

c. 24. 22. Obiçoni marchioni omnem offensam, quam domino imperatori vel alicui sue partis fecit, postquam in Societate[1] fuit, per se vel per aliquam personam cum Societate vel defendendo aliquem de Societate, imperiali clemencia per se et per suam partem remittet et in plenitudinem gratie sue eum recipiet. Nec per se nec per interpositam personam pro preteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferat lesionem vel occasionem[m].

c. 23. 23. Anplius eam iurisdicionem, quam Mediolanenses exercere consuevere in comitatibus Seprii et Martiane et Bulgarie et in aliis comitatibus, exceptis locis que Pergamenses per commune modo tenent inter Aduam et Olleum et excepto Rumano Veteri et Bariano, et eam, quam modo exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contraditione domini imperatoris F(riderici) et successorum eius, salvis pactis et datis et concessionibus et in suo robore durantibus, que Mediolanenses per commune fecerunt civitatibus Pergami, Novarie, Laude, nec propter hanc concessionem ledendis.

24. Nec ullum preiudicium fiat iuri aut consuetudini alicuius civitatis Societatis nec aliquod ius acquiratur in detrimentum alicuius civitatis propter predictas concessiones.

25. Et propter predictas concessiones pacta inter civitates Societatis quondam[n] facta nichilominus firma et rata permaneant.

26. Nec aliquid intelligatur aquisitum Mediolanensibus[o] in episcopatu Laude propter predictas concessiones, salvo iure Mediolanensibus[o] aque Lanbri et in pedagio, si quod habent.

c. 25. 27. Omnes de Societate, qui fidelitatem domino imperatori iurabunt, in sacramento fidelitatis adicient, quod possessiones et iura, quas dominus imperator in Lonbardia habet et possidet extra Societatem, iuvabunt[p] eum[q] bona fide manutenere, si opus fuerit et super hoc per imperatorem vel eius certum nuntium requisiti fuerint, et si amiserit, recuperare: ita videlicet quod finitime civitates obnoxie sint principaliter ad hoc faciendum, et si opus fuerit, alie teneantur ad competens auxilium prestandum. Civitates de Societate que sunt extra Lonbardiam in suo confinio similiter teneantur facere.

c. 26. 28. Si qua vero civitatum ea, que in conventione pacis ex parte imperatoris statuta sunt, non observaverit, cetere civitates [eam] ad id observandum bona fide compellent, pace nichilominus in suo robore permanente.

c. 27. 29. Imperatori intranti in Lonbardiam fodrum consuetum et regale qui[r] solent et debent et quando solent et debent prestabunt. Et vias et pontes bona fide et sine fraude sufficienter reficient in eundo et redeundo. Mercatum sufficiens sibi et suis eunti et redeunti bona fide et sine fraude prestabunt.

30. In omni X. anno fidelitates renovabunt in his qui domino imperatori eas non fecerint, cum[s] ipse pecierit per se vel per suum nuncium[t].

c. 28. 31. Si qui ex parte imperatoris de possessionibus suis iustis expulsi sunt, restituantur sine fructibus et dampno, nisi in causa principali seu proprietatis iure possit se tueri possessor, salvis prioribus concessionibus; et omnes offense eis remittantur; eodem iure servando his qui sunt ex parte imperatoris circa restitutionem, nisi civitas teneatur iuramento, ut non restituat; quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitucione succedere.

c. 29. 32. Et si qua controversia de feudo orta fuerit inter dominum imperatorem et alium qui sit de Societate, per pares illius civitatis vel episcopatus, in quo discordia agitur, secundum consuetudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi

289. 1) societatem *c.* m) *legendum cum Privilegio* coactionem. n) quedam *c.* o) Mediolañ *c.* p) *emendari;* iurabunt *c.* q) eam *c.* r) quod *c.* s) 9 *c.* t) nūcium *c.*

dominus imperator in Lonbardia fuerit: tunc enim aput ipsum, si sibi placuerit, causa agitabitur.

33. Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta et iuramento[u] firmata inter civitatem et civitatem Societatis vel civitatem Societatis et alias personas[v] dominus imperator audientiam denegabit.

34. Item dominus imperator restituet stratam Veronensibus. Et nominatim recipiet dominum Icilinum in plenitudinem gratie sue et omnem offensam ei remittet.

35. In causis, que terminate sunt ante tempus pacis, dominus imperator appellationes ad se factas non recipiet.

36. Ecce nomina principum et militum[w] qui iurare debent: archiepiscopus de Magança, archiepiscopus de Colonia, archiepiscopus de Salseburgo, episcopus de Panbergis, episcopus de Guarmasia, episcopus de Straseburgo, episcopus de Basela, episcopus de Spira, episcopus de Renesburgo, et cancellarius imperatoris, abbas de Volt, dominus imperator F(ridericus) et rex Henricus eius filius et alius eius filius qui est dux, de Saxonia Bernardus dux, et dux Guelfus, et dux de Çarengo, et dux de Baioeria, et dux de Austorico, et dux de Stira, et dux de Boemia[x], dux de Carantana, et marchiones de Saxonia, scilicet marchio Tiris et frater eius comes Dede, et landegravii[y] qui sunt imperatoris nepotes, et frater imperatoris, comes Henricus de Decio, et comes de Savolia, comes palatinus de Doenga, Guarnerius de Balenda, Cona de Miciborgo, Enricus marescalcus, Conradus de Schinke[z], Rodulfus camarlengus, Albertus de Grognengo, Albertus de Adelburgo, et omnes qui habent aministrationem ab imperatore in Lonbardia et Marchia et Romania[a], infra mensem ex quo ceperit aministrare.

37. Hec sunt nomina civitatum que debent iurare ex parte imperatoris, scilicet Cremona, Pavia, Aste et Terdona.

38. Nomina civitatum et locorum et personarum Societatis, cum quibus dominus imperator facit concordiam et que debent iurare ex parte Societatis, hec[b] sunt: Vercelle, Novaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia Padua, Tarvisium, Feraria, Bononia, Inmola, Faentia, castrum Sancti Cassiani, Mutina Regium, Parma, Placentia cum Bobio, plebs de Grabadona, marchio Obiço.

## 290. *DECLARATIO INTERNUNTIORUM DE SACRAMENTIS.*

*Scriptum, quod Muratorius l. c. 305, Pertzius, alii cum Conventione praevia perperam coniunxerunt, in Registro Mutinensi fol. 15 ab illa per novam lineam, signum paragraphi, invocationis formulam ab editoribus omissam seiungitur.* (*P. 173.*)

In nomine Domini.

1. Dominus F(ridericus) Dei gratia Romanorum imperator et senper augustus[a] et filius eius rex[b] Henricus iurare debet per se aut per aliam personam[c], cui nominatim parabolam dabit, ut iuret in anima sua, quod ipse dominus imperator bona fide et sine fraude servabit concordiam pacis scriptam per dominum Gulielmum Astensem episcopum et marchionem Henricum qui dicitur Guercius et fratrem Tedericum et Rodulfum camarlengum, qui mandatum pacis habuerunt ab imperatore, et ex altera parte nuntios civitatum et locorum et personarum Societatis: et quod bona fide et sine fraude faciet iurare predictos principes tam clericos quam laicos et milites et consules

289. u) *emendavi;* inramenta *c.* v) pas *c.* w) et militum *eadem manu superscr. c.* x) boenia *c.* y) landegrandi *c.* z) *legendum* Schiphe. a) Marc̄ et romaū *c.* b) h *c.*

290. a) agustus *c.* b) res *c.* c) pam *c.*

et potestates predictarum civitatum, quod ipsi facient omnes homines sue credentie et unum hominem in publica concione in anima populi iurare pro sua civitate, quod bona fide servabunt pacem et concordiam, quantum ad eos pertinebit, civitatibus, locis et personis Societatis, sicut continetur in scriptis factis inter[d] episcopum Astensem et marchionem Henricum et fratrem Tedericum et Rodulfum camarlengum et ex altera parte rectores et consules civitatum Societatis.

2. Dominus imperator iurabit et duo predicti filii eius et principes qui presentes erunt in colloquio, quod statutum est per predictos nuncios imperatoris usque ad
Iun. 12. octavam pentecostem proximam[e], et sic[f] alii principes et milites supra nominati, qui
Sept. 1 absentes erunt, usque ad Kal. Setemb. proximas iurabunt. Et consules predictarum civitatum infra tres menses iurabunt et facient iurare, sicut superius dictum est, ex quo requisitum fuerit a nunciis civitatum Societatis post reditum, nisi remanserit iusto impedimento aut per parabolam parcium, quousque data fuerit. Alioqnin ponet in bannum illam civitatem, que noluerit predictum iuramentum facere, infra II menses postquam inde ex parte Societatis requisitus fuerit, nec extrahet eam de banno, nisi conpleverit hoc, pro quo in banno posita fuerit.

3. Rectores cum consulibus[g], qui sunt hic[h], iurabunt, quod pacem istam, sicut in scripto continetur, bona fide et sine fraude[i] observabunt erga dominum imperatorem F(ridericum) et filium eius regem Henricum; et ea, que in instrumento pacis continentur[k], bona fide et sine fraude adinpleri facient; insuper quod credentias et ceteros consules vel potestates de singulis civitatibus in eundem modum iurare facient. Item quod pecuniam, quam domino imperatori debent, scilicet XV milia librarum imperialium et mille libras imperiales, quas debent Astensi episcopo et marchioni Henrico Guercio et Rodulfo camarlengo et preposito Sancti Antonini[1], bona fide constitutis terminis persolvent Mediolani pro porcione sibi a sociis concorditer iniuncta.

4. Item convenit inter predictos nuncios domini imperatoris et rectores et consules Societatis, quod, si qua civitas aut locus Societatis non iuraverit ad terminum, quo alie civitates iurabunt, et in terminis statutis de pecunia[l] prestanda non solverit, dominus imperator ponet eam vel eum in bannum[m] infra duos menses ex quo requisitus fuerit, neque extrahet eum de banno, donec duplum solverit eius quod prestare debuerat. Ceteri vero de porcione eius non teneantur. Sed ad conpetens auxilium prestandum ad id recuperandum teneantur.

5. Hanc[2] pacem iurabunt rectores et alii homines de Societate ita, si placuerit civitatibus Ferarie, Imole, Faventie et episcopatibus videlicet Feltre et Bellune[n] et Cenete, salvis pactis et datis inter homines predictorum episcopatuum et civitatis Tarvisii[o], iurare similiter a proximo die Mercurii usque ad III septimanas. Alioquin, quia videbuntur per fraudem pacem recusare, teneantur rectores et alii, qui iuraverunt, exinde precise.

## 291. *SACRAMENTA PACIS.* *Apr. 30.*

*Instrumentum notarii integrum legitur in Registro magno civitatis Placentinae saec. XII. ex. seu XIII. in. fol. 152', quod asservatur in tabulario municipali, et in eius apographo Registro parvo (olim dicto 'mezzano') saec. XIII. ex. fol. 107'. Registro magno usi sunt Palastrelli 'Degli atti della pace di Costanza' 62 (= Vignati 370) et Prutz 'Friedrich I.' III, 388; Registro parvo Savioli 'Annali Bolognesi' II, 2, 118.*

*Summulam huius instrumenti continet Registrum Mutinense saec. XIII. in. fol. 15', quam Pertzium imitati in calce posuimus.* (*P. 174.*)

**290.** d) in *c.* e) proximum *c.* f) si *c.* g) Rect. 9 cũsulibus *c.* h) h' *c.* i) frude *c.* k) continetur *c.* l) penia *ead. manu corr.* pecunia *c.* m) bãnnũ *c.* n) bellule *c.* o) tar̃ *c.*

1) *Placentiae, Petro Diani.* 2) *Cf. Privilegium pacis c. 41.*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo tercio, indictione prima, die sabbati, pridie Kalendas Madii in civitate Placentia[a] infra ecclesiam sancti Antonini, in presentia domini Tedaldi Placentini episcopi, Ardicionis prepositi maioris ecclesie Placentine, Petri Diani prepositi ecclesie sancti Antonini, Guilelmi et Armanni de Cario, Petri Vicecomitis, Caponis, Bonizonis de Andito, Arnaldi Stricti, Bonizonis Agadi, Grimerii Codeporci, Bosoni Pelati, Iacobi de Surrexio, Bernardi Ardecionis, Isembardi, Bosoni, Roberti Muglani, Iohannis[b] Advocati, Iohannis[b] Nanfi, et multorum aliorum tam clericorum quam laicorum de civitate Placentia[a], et in presencia Ardrici de Bonate de Mediolano, Guillelmi Oriani de Brixia, Oprandi de Pergamo, Agnelli de Mantua, Rolandi de Guarino de Bononia, Buccacii de Minervia de Brixia, Vegli iudicis de Parma, Anrici de Lafratta et Oldevrandi et magistri Gualfredi[c] de Bononia, Marcii de Castello et Viviani Advocati de Verona, Caspii de Vercellis, Alberti cambiatoris de Regio, et multorum aliorum de civitatibus Societatis Lombardie, Marchie et Romagnole, post missam in nomine sancti Spiritus solempniter celebratam, invocato nomine domini nostri Iesu Christi, iurata fuit pax inter dominum Fredericum imperatorem et filium eius Henricum regem nec non et Societatem Lombardie, Marchie et Romagnole, hoc modo videlicet:

Dominus Guillelmus Astensis episcopus et dominus marchio[d] Henricus Guercius, nuntii domini imperatoris, qui plenam potestatem et licentiam habebant a domino imperatore tractandi super verbum pacis inter eum et Societatem Lombardie et componendi, sic ut quodcumque ipsi acceptarent iuramento vel alia promissione, ipse ratum haberet, ut in litteris ipsius domini imperatoris ibi publice[e] lectis suoque sigillo corroboratis continebatur, et Rodulfus camerlengus similiter nuntius domini imperatoris directus ab eo ad tractandum et componendum de ipsa pace, ut in litteris aliis domini imperatoris, licet non ibi publice lectis continebatur, manu propria iuraverunt ad brevem continentem sic:

'In nomine domini nostri Iesu Christi. Iuro ego, quod faciam dominum imperatorem Fredericum et filium eius Henricum regem habere ratam et firmam concordiam pacis inter nuncios domini imperatoris, scilicet[f] dominum Guilelmum Astensem episcopum et marchionem Henricum Guercium et fratrem Theodoricum et Rodulfum[g] camerarium, et rectores Lombardie, Marchie et Romagnole scriptam, et eos iuramento firmare faciam, sicut in presenti scripto pacis continetur. Hoc totum adtendam et adimplere[h] faciam usque ad octavam pentecostes[i] proxime venientis, nisi iusto im- Iun. 12.
pedimento Dei remanserit; quo transacto, infra octo dies similiter adtendam et adimplere faciam, ut superius dictum est, et nisi remanserit parabola nuntiorum vel rectorum Societatis sponte[k] data; et per omnes terminos michi datos sic observabo'.

Et frater Theodoricus, qui eandem licenciam et potestatem habebat, ut in ipsis litteris ibi lectis continebatur, quod ipsi tres iuraverunt, promisit in suo ordine, bonitate et legalitate per stipulationem domino Guidoni de Landriano rectori vice omnium aliorum rectorum.

Ex parte Societatis Lombardie, Marchie et Romagnole iuravit inprimis dominus Opizo marchio Malaspina, semper[l] firmam tenere pacem, sicuti in breve[m] ibi presenti, supra quem iuravit, scripta erat inter predictos nuntios domini imperatoris et rectores Societatis ipsius, tamen in his capitulis solummodo que ad ipsum marchionem pertinent. Deinde iuravit dominus Guido de Landriano, semper firmam tenere pacem, sicuti in ipso breve pacis continebatur, et adimplere. Similiter iuraverunt Oprandus de

291. a) plac̄ *c.* b) Iohis *c.* c) Old. de magistro Gualfredo *c.* d) *sequitur* E *expunctum c.* e) datis *add. sed del. c.* f) silicet *c.* g) camerlengum *add. sed expunctum c.* h) ad implerere *c.* i) pentecostg *c.* k) spote *c.* l) *bis scriptum sed correctum c.* m) imbreve *c.*

Martinengo de Brixia consul et rector, dominus Arduinus confanonerius de Placentia consul et rector, Atto Ficianus de Pergamo consul et rector, Arlottus de Mutina consul et rector, Parisius de Regio consul et rector, Alexander de Mantua consul et rector, Leazar de Lauda consul, Ardricus de Sala potestas Laude, Artichellus de Verona nuntius potestatis Verone vice et parabola potestatis ut in iuramento addidit, Iohannes de Bonaparte de Tarvisio consul et rector, Oprandus de Vicencia rector, Antoninus de Andito de Placencia potestas Bononie, Robertus Vicedominus de Novaria consul et rector, Bartholomeus de Vercellis rector in hoc tantum, Martinus iudex consul plebis Grabadone: consules Mediolani Pinamons de Vimercato, Flamengus[n], Adobatus Butraffus: consules Placencie Niger Fugaciola, Gerardus Ardicionus, Iacobus Strictus, Guttentesta, Ianonus Bucchamatta, Azo de Vico Iustino, consul de Tarvisio Guido; consules de Novaria Oprandus de Archamaregnatio[o], Albertus Bunipertus: consul de Lauda Liprandus Circamundus.

(S. N.) Ego Bonusdies notarius sacri palatii interfui et per voluntatem ambarum parcium et preceptum hanc cartam[p] scripsi. Duas feci uno tenore, unam Placentinis et unam Veronensibus.*

*) Anno dominice incarnationis millesimo CLXXX. tercio, indic. I, die sabati[q], pridie Kal. Madii, in civitate Placentia[r], infra ecclesiam sancti Antonini, in presentia domini Tebaldi Placentini episcopi et cleri eiusdem civitatis et marchionis Opiçonis Malaspine et rectorum et consulum et multorum sapientum Societatis Lonbardie, Marchie et Romanie, et magne partis populi Placentini[r]. Dominus Gulielmus Astensis episcopus et marchio Henricus Guercius et frater Teodoricus[s] et Rodulfus camararius fecerunt legi literas sigillatas sigillo domini imperatoris F., in quibus continebatur, quod dominus imperator dederat licentiam predictis Astensi episcopo et marchioni Henrico et fratri Theodorico tractandi verbum pacis inter ipsum dominum imperatorem nec non et Lonbardos; et totum[t], quod ipsi acceptarent vel iuramento vel alia promissione, ratum haberet[u]. Quibus litteris lectis, predicti Astensis episcopus et marchio Henricus et Rodulfus tale fecerunt iuramentum:

'In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Iuro ego, quod faciam dominum imperatorem F. et filium eius regem Henricum habere ratam et firmam concordiam pacis inter nuntios imperatoris, scilicet dominum Gulielmum Astensem episcopum et marchionem Henricum Guercium et fratrem Theodoricum et Rodulfum camararium, et rectores Lonbardie et Marchie atque Romanie[v] scriptam, et eos iuramento firmare faciam, sicut in presenti scripto pacis continetur. Hoc totum attendam et adimplere faciam usque ad octavam pentecostem proxime[w] venientis, nisi remanserit iusto impedimento Dei. Quo transacto, infra octo dies similiter attendam et adimplere faciam, ut superius dictum est, nisi remanserit per parabolam nuntiorum vel rectorum Societatis sponte datam[x], et per omnes terminos michi[y] datos sic observabo'.

Deinde frater Theodoricus in suo ordine, bonitate et legalitate promisit, quod illi iuraverunt, et facere dominum imperatorem sic adinplere et attendere. Huic facto interfuere testes dominus Armannus et Guilielmus de Cario, Capo, Petrus Vicecomes Placentie, Arnaldus Strictus, Crimerius Codeporco, Robertus Moglarius de civitate Placentia[r] et multi alii de civitatibus et Societate Lonbardie.

**291.** n) *seu* Flamerigns *c.* o) *litera* h *eadem manu supra lin. add. c.* p) hac cart̄ *c.* q) sab̄at *c.* r) Plac̄ *c.* s) tedeoricus *c.* t) totos *c.* u) haberent *c.* v) mar̄ atque romā *c.* w) ꝑx̄ *c.* x) data *c.* y) ḿ *c.*

# 292. RECONCILIATIO ALEXANDRIAE.

## 1183. Mart. 14.

*Hoc scriptum, quod Pertz perperam anno 1181 vindicavit, edimus ope 1) transsumti Raynini de Alferio notarii a. 1270. Aug. 22. 'in palacio novo comitis Alexandri' facti, quod asservatur in tabulario Massiliensi; exemplavit vir d. Arndt; tum editionum 2) Schiavinae Annalium Alexandriae in Monumentis historiae patriae XI, 59 excusorum; 3) Ghilini 'Annali di Alessandria' 12; 4) Moriondi 'Monumenta Aquensia' I, 81; hae editiones Schiavinae codice quodam usae esse videntur. — Stumpf. Reg. 4357.* (P. 181.)

Sub hac forma recepit[a] domnus imperator[b] homines de Cesaria[c], que posita est super ripam Tanaris[d], in gratiam suam et bonam voluntatem.

1. Predicti homines tradunt[e] se in potestatem domni imperatoris sub hoc tenore: Exibunt omnes a civitate tam masculi quam[f] femine et manebunt foris quousque nuncius imperatoris reducat eos in civitatem et civitatem eis reddat auctoritate imperatoris: et imperator fundat hanc civitatem ex septem locis. scilicet[g] ex Gamundio, Marinco[h], Bergolio[i], Roboreto, Solerio[k], Foro[l], Oviliis[m], quadraginta familiis Quargnenti[n], et imponit[o] ei nomen Cesariam[p].

2. Dominus imperator habebit theloneum pontis super Tanarim[q] et pedagium civitatis et curciam[r] rerum venalium et omnia iura et regalia extra civitatem, iura etiam et possessiones quas marchiones iuste ab imperio tenuerunt.

3. Quod omnes[s] civitatis masculi a quatuordecim annis supra usque[t] ad septuaginta annos iurabunt fidelitatem imperatori Frederico[u] et Henrico filio eius regi, pacem et concordiam facient et guerram movebunt ad mandatum imperatoris et eius nuncii, et post quoslibet[v] quinque[t] annos renovabunt iuramentum fidelitatis.

4. Et recipient honorifice nuncium domni imperatoris, qui colliget infra[w] civitatem regalia et iura imperatoris et omnia iura eius extra civitatem sicut supradictum est. Nuncius quoque domni imperatoris prestabit conductum per terram et dabit tutores pupillis et curatores et restituet minores, et appellationes fient[x] ad eius audienciam, et duella, que firmantur ante consules, fient[y] in presencia nuncii et consulum.

5. Dominus[z] imperator remittit eis offensas et reddit eis gratiam suam et fautoribus eorum, specialiter hominibus de Cassino[a] et[b] Bellomonte, et dat Cesarie statum civitatis, eo tamen tenore quod nulli civitati, nulli[c] loco, nulli persone iura sua[d] tollat seu diminuat[e], cuilibet scilicet iure suo conservato.

6. Imperator dabit eis consules, qui iurabunt civitatem conservare[f] et regere[g] ad honorem imperii[h]. Illi facient iusticias infra[i] civitatem et bonas consuetudines exercebunt et punient maleficia.

7. Imperator amicos et fideles suos, qui in vicinia[k] Cesarie sunt, faciet iurare, quod ipsi Cesarie prestent[l] auxilium, et Cesaria versa vice iurabit illis auxilium

**292.** a) recipit 2—4. b) Fridericus *add.* 2—4. c) Caesarea 2—4, *similia semper.* d) Tanari 2—4. e) traddunt 1. f) *deest* 1. g) *deest* 2. h) Meringo 1. i) Borgoglio 3; Mergolio 1. k) Solario 1. l) *deest* 2—4. m) vuiliis 1; Ovilis 2. n) Quargneti 1. o) imponet 2. 4. p) Caesarea 2—4; Cessariam 1, *similia abhinc fere semper.* q) Tanarum 2—4. r) curaiam 2. 3; curariam 4. s) Et homines 2—4. t) *deest* 4. u) Friderico 2. 3. v) quotlibet 1. w) intra 2—4. x) fiunt 1. y) fiant 1. z) ergo *add.* 2. 3; quoque *add.* 4. a) Casino 1. b) de 1. c) nullo 1. d) sua iura 2—4. e) dimittat 2. 3. f) observare 1. g) regnare 1. h) imperatoris 4. i) intra 2—4. k) vicina 2. l) present 1.

prestare[m]. Sunt autem hii: Papienses, Terdonenses[n], Astenses[o], Aquenses, Albenses, homines de Casali, marchiones de Wastis[p], marchiones de Boscho[q], marchiones de Occimiano[r].

8. Imperator Cesariam civitatem et homines eam inhabitantes[s] ad manus suas et ad usum suum tenebit, et nullus marchionum[t] potestatem seu dominium[u] habebit in civitate.

9. Consules eligentur a comuni[v]. Qui annuatim[w] recipient consulatum ab imperatore vel a filio eius rege, si alteruter eorum fuerit in Italia; si neuter eorum erit[x] in Italia, accipient investituram consulatus a nuncio imperatoris annuatim[w] sine remuneratione. Si vero nuncius non erit in Italia, quinto tantum anno[y] ibunt in Teutoniam accipere investituram ab imperatore.

10. Cesaria vero non recipiet homines Papiensium[z] nec de civitate Papia nec de terra Papiensium, specialiter homines Guidonis de Petra et illos de Bassignana et Sala[a], et quos[b] nunc tenet, dominis suis debita servicia exhibere permittet. Similiter Papienses et Guido non recipient homines de Cesaria nisi ex beneplacito utrorumque.

11. Item magister Anselmus de Concerano[c] et[d] Thiebaldus Maronus[e] nuncii[f] civitatis Cesarie iuraverunt fidelitatem Frederico[g] imperatori et filio eius Henrico regi, quod observabunt ea que supradicta sunt, et facient concives suos eis[h] iurare, quod observent[i] ea que prescripta sunt. Item Rodulfus camerarius[k] ex mandato imperatoris et Henrici filii eius regis iuravit in anima[l] ipsorum, quod conservent[m] hominibus Cesarie ea[n] que prescripta sunt in hoc cirographo, quamdiu Cesaria ipsis fidelitatem servaverit.

Huius rei[o] testes sunt: Fredericus[g] dux Suevorum, Rodulfus imperialis aule prothonotarius, comes Albertus de Everstein[p], Cunradus castellanus de Nurenberc, Henricus comes de Altindorf[q], Hubertus[r] de Clemente, Philippus de Casali[s], Girardus de Dunaria[t], Lanfrancus[u] de Cuma, Sirus Salimbenus[v] de Papia, Paltinerius[w] de Osanna[x], Petrus de Visconte[y], Malevisca[z] de Brixia[a], Picelmilia[b] de Trella[c], et alii quam plures.

Actum in palacio Nurenberc, anno incarnationis Domini[d] MCLXXXIII[e], indictione I[f], pridie Idus[g] Marcii.

# 293—295. PAX CONSTANTIENSIS.

## 1183. Iun. 25 — Nov. 22.

### 293. *PRIVILEGIUM IMPERATORIS. Iun. 25.*

*Cum nos laetemur, quod primi integrum ac genuinum huius privilegii textum praebemus, hoc imprimis debemus viro cl. Holder-Egger, qui a. 1891 opera constanti navata codices*

292. m) prest. illis auxilium 2—4. n) Derthonenses 2—4. o) Hasteuses 2. 4; Hasteneuses 3. p) Wascis 1; Vastis 2—4. q) Bosco 2—4. r) Ocimiano 1. s) in eam habitantes 1. t) nullum marchionem 2—4. u) dominum 2. 3. v) admuni 1. w) anuatim 1. x) est 1. y) quinque tantum annis 4. z) Papienses 4. a) et illos de Sala et illos de Bassignana 2—4. b) q̃3 1. c) Conzano 2—4. d) *deest* 1. e) Theobaldus Vasonus 2. 3; Thebaldus Vascus 4. f) nuncius 1. g) Frideric. 2—4. h) *deest* 4. i) observabunt 2—4. k) camerarius 2—4. l) animam 2—4. m) conservabunt 2—4. n) *deest* 2. o) ei 1. p) *sic* 1. 2. q) Altidorf 2. 3; Assidorf 4. r) Albertus 2—4. s) Casalis 1. t) Gerardus de Novaria 2—4. u) Lafrancus 1. 3. 4. v) Salibenus 1; Salimbene 2. w) Palatinerius 3; Pallinerius 4. x) Osuuna 2; Ossanna 3; Ossana 4. y) Bisort 1. z) Malemischa 1; Malevasci 4. a) Brisia 3. b) Picebnilia 1. c) Vella 2—4. d) nostri *add.* 2—4. e) MCLXXXIIII. 2—4. f) II. 2. 4; secunda 3. g) *sic* 2—4; indictione i. und' 1, *quod legi potest* III. Idus.

Italicos 1—8 summa cum diligentia contulit. Codices autem, quibus usi sumus, sunt hi: 1) Transsumtum, quod olim fuit monasterii S. Iuliae Brixiae[1] et nunc asservatur in bibliotheca Queriniana, illigatum codici diplomatico Brixiano saeculi XII. quem congessit cl. Odorici, vol. II, p. 131; est membrana maximae formae, manu saec. XIII. in. in lineis quinquaginta duabus (exceptis subscriptionum lineis) exarata, quae textum praebet longe pretiosissimum; qui exemplatus et corroboratus est praecepto Ramberti de Ramberto de Bononia potestatis a sex notariis Brixiensibus, qui authentico sigillum cereum Friderici imperatoris seta serica appendere pronuntiant[2]; adnotandum est, codicem 1 itemque 2 falsos anni Christi et indictionis numeros praebere; 2) Registrum civitatis Brixiensis minus (Liber Poteris II.) saec. XIII. in., in bibliotheca Queriniana asservatum, fol. 8', cuius textus nequaquam pendet a codice 1[3]; et ipse optimus est; 3) Registrum civitatis Cumensis in eius tabulario exstans sign. Vetera monumenta civitatis Novocomi tom. I saec. XIV. in. fol. 5—8 textum bonum praebet, qui tamen folio 6 exciso mutilatus est a capite 13 usque ad caput 33; exemplatum ibi est transsumtum privilegii a quatuor notariis confectum, qui authenticum sigillatum seu cerebullatum per Fredericum Romanorum imperatorem se vidisse asserunt; 4) Registrum privilegiorum communis Mutinensis saec. XIII. in., in tabulario civitatis asservatum, fol. 2; 5) Liber iurium civitatis Laudae, qui exstat in bibliotheca municipali et a. 1284 per Anselmum de Mellese notarium exaratus est, pag. 1—7; initium textus mutilatum est, folii primi parte non parva iam abscissa; textum Laudensem typis expresserunt Vignati 'Storia della Lega Lombarda' 385 et 'Bibliotheca historica Italica' ('Codice diplomatico di Lodi') III, 127, qui textum tacite ex editione Muratorii suppleverunt; 6) Registrum magnum civitatis Placentiae saec. XIII. in., quod asservatur in tabulario municipali, fol. 112—114[4]; 7) Registrum grossum civitatis Bononiensis saec. XII—XIII, iam in tabularium regium illatum, fol. 57'—59' (51'—53')[5]; textus perinde ac codex 8 abundat uno nomine nuntii civitatis Laudae (c. 40) et sententia qua iuratores ex parte imperatoris enumerantur (c. 42); editus est a Saviolio 'Annali Bolognesi' II, 2, 133. 8) Liber grossus antiquus civitatis Regiensis tabularii provincialis, exaratus a. 1268, qui est exemplum Registri communis Regii deperditi, a. 1228 ab Ugolino de Corigia notario exarati, ut docet adnotatio folii primi, fol. 1—2'; 9) Transsumtum saec. XIII. a tribus notariis Nicolao, Vercellino, Guidone corroboratum, quod asservatur in tabulario Veronensi inter membranas dono seu aliter acquisitas; quod unde originem traxerit prorsus incognitum est; membrana magna, in qua exaratum est, in margine inferiore lacerata est; textum, qui aliquantum mendis deturpatus eschatocollon abbreviavit, sed c. 40 sicut codices 7. 8 nomen tertii nuntii Laudensis praebet, edidit Carolus Cipolla 'Archivio Veneto' XXV, 391; quem, cum multoties conveniat cum textu codicis 10 et Vercellinus quidam inter nuntios civitatis Vercellensis in Privilegio obvius sit, ex hac civitate oriundum esse suspicamur; 10) Liber Pactorum civitatis Vercellensis (Biscioni vol. I) saec. XIV. fol. 55, cuius textum edidit cl. Peyron in Monumentis historiae patriae Chart. I, 915; textus caret linea recognitionis et plurimis nuntiorum nominibus c. 40; 11) Codex bibliothecae Marcianae Venetae Lat. Cl. V. cod. CXIX fol. saec. XIV. in. Libros Feudorum continens, quem contulit vir cl. Zeumer; idem est ac codex Dolleonii, cuius textum typis dedit Canciani 'Barbarorum leges antiquae' V, 48; textum forte e civitate Trevisana originem traxisse

1) Apographon enim S. Iuliae hunc codicem appellat Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 306, quamvis transsumtum civitati potius confectum esse videatur. Monasterium autem et ipsum exemplum privilegii sibi acquisivisse, concludendum est e capite 19. 2) V. has notariorum subscriptiones apud Muratorium p. 317 not. 3) In apographo Registri minoris, Registro maiore (Liber Poteris I), saec. XIII. med. legitur Privilegium fol. 9; v. Valentini 'Il Liber Poteris' p. 28 nr. XI. 4) In Registro parvo (dicto 'mezzano'), quod est apographon magni, legitur privilegium fol. 73'. Textus, quem inserunt Annales Placentini Gibellini (SS. XVIII, 463), aut e Registro magno aut e Registro parvo derivatus esse videtur et certe nullius pretii est; caret protocollo, lineis signi et recognitionis. 5) In Registro novo saec. XIII, quod est apographon grossi, fol. 6.

*concedes, si cognomen* de Anardone *inspexeris, quod uni illius civitatis nuntiis (c. 40) inditum est.* 12) *Codex bibliothecae Bremensis Ms. a. 132 saec. XIV, qui Volumen legum parvum et Libros Feudorum continet*[1]*; Privilegium, quod in calce legitur, contulit vir cl. Lehmann Rostochiensis; textus, qui propius accedit ad codices* 11 *et* 8, *protocollo et signi linea caret, abundat additionibus c. 40 et 42, atque c. 8 enuntiatum Conventionis praeviae solus retinuit.*

*Hi codices* 1—12, *originis Italicae, omnes in universum inter se conveniunt; paucae et exiguae discrepantiae*[2] *certe declarandae sunt e diversis autographis, in quibus cancellariam imperialem enuntiationem modice variasse verisimile est. Omnes autem codices isti carent capite 3, quod solummodo invenitur in textu, qui in Corpore iuris civilis (Liber de pace Constantiae) receptus est. Quin hoc caput genuino Privilegii textui insertum fuerit, mihi haud dubium est, quippe quod legitur integrum in Petitione imperatoris a rectoribus castigata (supra nr. 288) c. 3, et eius pars prior etiam in Conventione praevia (supra nr. 289) c. 3. Quis enim et quo consilio ductus hoc caput textui intrusit, si illud pace diffinitiva a partibus exclusum erat? Verisimilius autem esse videtur, civitatum rectores hoc caput in exemplis, quae ex authenticis facienda curaverunt, suppressisse. Nam — mirum certe — autographon nullum usque hodie comparuit, quamquam complures civitates autographa sibi acquisivisse novimus. Quae cum ita sint et Privilegium iam saeculo XIII. in. ab Hugolino glossatore Corpori additum esse constet*[3]*, textusque ille et in aliis quibusdam verbis et enuntiatis a textu codicum* 1 — 11 *discrepet, nos eum et ipsum in subsidium editionis sub sigla* C *vocare par erat*[4].

*Textum certum his subsidiis constitui posse confisi, alia aut in usus nostros vertere omnino supersedimus aut raro tantum supplementi gratia, ut ita dicam, ea adhibuimus. Quae sunt haec:* Vat. *editio in Würdtweinii Novis subsidiis diplomaticis XII, 26, quae nititur codice Vaticano 1989 pessimae notae, cuius textus ceterum proxime accedit ad codicem* 7 *et etiam glossema capitis 42 continet.* — Est. *codex Estensis editionis Muratorianae, qui codex quidam bibliothecae ducalis Mutinensis fuisse videtur*[5]*; et ipse propius accedit ad codices* 7. 8; *cap. 40 nomen tertii nuntii Laudensis praebet.* — Rom. *codex Romanus Muratorii pervetustus, ut ipse dicit, cuius textus et ipse affinitatem cum codicibus* 7. 8, *Estensi exhibet et non solum glossema capitis 42, sed etiam nomen nuntii Laudensis intrusit.*

*Inter ceteras editiones, exceptis iis quarum iam supra mentionem fecimus, excellit ea, quam instituit a. 1741 Muratorius in Antiquitatibus Italicis IV, 307. Editor p. 306 haec subsidia se adhibuisse professus est: Regestum communitatis Mutinensis (cod. nostrum* 4*), Regestum civitatis Regiensis (cod.* 8*), exemplum codicis S. Iuliae Brixiensis (cod.* 1*), pervetustum illum codicem Romanum, de quo modo egimus, exemplum Privilegii e tabulario civitatis Brixiensis extractum; praeterea in adnotationibus saepenumero obvius est codex ille Estensis. Exemplum civitatis Brixiensis nequaquam codicem nostrum* 2, *neque eius apographon, Librum Poteris 1, fuisse, eius lectione arguitur, quae proxime ad codicem* 7, *vel potius ad eius apographon, Registrum novum Bononiense, accedit*[6]. *Si editionem Muratorianam accuratius examinaveris, editorem neque Registro Mutinensi neque alio*

1) *Privilegium praeterea a viro cl. Lehmann repertum est in codibus Librorum Feudorum Sangallensi chart. et Lucensi nr. 427 membr., solum exordium in cod. Senensi J. IV. 11 et S. Marci Veneti V. 18.* 2) *Cf. imprimis exordium seu narrationem* (devote sinceritatis), *c. 2* (vobis non concessimus), *alia.* 3) *Cf. Savigny 'Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter' III, § 193. 194.* 4) *Editione uti nos oportebat, quae nondum pendet ab editionibus Muratorii, Carlinii seu Canciani. Adhibuimus igitur editionem Voluminis legum parvi, quam Contius a. 1575 Lugduni instruxit, II, 159.* 5) *Eum alium esse ac codicem Mutinensem Muratorii (i. e. Registrum Mutinense), ex iis quae dicit editor p. 317 luce clarius est.* 6) *In utroque, codice Brixiano Muratorii et Registro novo, in exordio verba* magis studeat — imperium regere *omissa sunt. Ceterum codex Brixianus cum codicibus 1 et 2 convenit in falsis anni Christi et indictionis numeris.*

*codicum eorum, quorum et nos cognitionem habemus, pro fundamento editionis usum esse, facile cognosces; Corporis iuris potius textu substrato, lectiones codicum adeo negligenter adnotavit, ut editionem certo codicum fundamento prorsus carere non sit cur negemus*[1]. *Quae cum ita essent, lectiones aliquas codicum Estensis et Romani cum dubitatione modo adnotavimus et lectiones codicis Brixiani omnino non curavimus. Editionem Muratorianam repetivit Carlinius 'De pace Constantiae' 215.*

*Textum Corporis iuris recepit a. 1566 Cuiacius 'De Feudis libri V', p. 221, ubi capita 35—42 maximaque eschatocolli pars omissa sunt. Cuiacium secuti sunt Dumont 'Corps diplomatique' I, 98 et Salice 'Annali Tortonesi' 501. Textum Corporis suo modo tractavit et decurtavit Sigonius 'De regno Italiae' lib. XIV (ed. Francofurt. 1591) p. 338. A quo pendent Schiavina 'Annales Alexandrini' ed. Monumenta historiae patriae XI, 54 (= Ghilini 'Annali di Alessandria' 11 e manuscripto Schiavinae), Lünig 'Reichsarchiv' IV, 136 et 'Codex diplomaticus Italiae' I, 29. Textum Corporis integrum receperunt ex recensione Gothofredi Dumont-Rousset 'Supplément du Corps diplomatique' I, 1, 62 et 'Documenti di storia Italiana' VI, 780. Editionem Canciani repetivit Kandler 'Codice diplomatico Istriano' omissis capitibus 39—42, atque etiam, ut suspicor, in libro, quem inspicere non potui, 'Statuto municipale del comune di Trieste' praef. 24*[2].

*Ratio editionis nostrae non ea esse poterat, ut integram variarum lectionum ex arbitrio seu librariorum incuria ortarum molem proponeremus. Immo vero, cum codices* 1—4 *in universum inter se concordent, textu codicis* 1 *valde optimi*[3] *pro fundamento usi, scripturas codicis* 2 *omnes, codicum* 3. 4 *omnes, exceptis manifestis librariorum corruptelis, exhibuimus, adnotatis praeterea cum vocum omissionibus et inversionibus tum lectionibus peculiaribus omnibus, quae in reliquis codicibus seu textibus obviae sunt. Nec varias scripturas nominum propriorum omnium codicum proponere, necessarium duximus, adnotatis tamen iis codicibus, quorum lectionem in textum recepimus.*

*Ea quae in Privilegio derivata sunt e Conventione praevia Placentina (supra nr. 289) litteris minoribus exprimenda curavimus. — Stumpf, Reg. 4360.* *(P. 176.)*

(C.)[a] In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus[b] divina favente clementia[c] Romanorum imperator augustus et[d] Henricus sextus[e] filius[f] eius[g] Romanorum rex[h] augustus[i]. Imperialis clementie[k] mansueta serenitas[l] eam semper in subditis[m] dispensationem favoris et gratie habere consuevit, ut[n], quamvis districta[o] severitate excessuum[p] delicta debeat et possit corrigere, tamen[q] magis[r] studeat propitia tranquillitate[s] pacis et piis affectibus[t] misericordie Romanum[u] imperium regere[v] et rebellium insolentiam ad debitam fidem et debite devotionis obsequium revocare. Eapropter cognoscat universitas fidelium imperii[w] tam presentis etatis quam[x] successure posteritatis, quod nos[y] solita benignitatis nostre[z] gratia ad fidem et devotionem

**293.** a) *chrismon in* 1. 4. 6. 7; In — rex augustus *des.* 12. b) Fredericus 1. 2. 4. 6. 7. 9; Fidericus 8; FR 3; Federicus 11. c) clem. favente 9. 10; gratia favente 11. d) Ex 3. e) *deest* 5. f) *hucusque duae priores lineae litteris elongatis scriptae* 7. g) *deest* 2; fil. e. H. s. *C.* h) et semper *add.* 11. i) *hucusque litterae elongatae in* 5. 6. k) clemencia 3. l) immensa serenitas mansueta *C*; *hucusque prima linea litteris elongatis scripta in* 9. m) suis *add. C* 11. n) ut, *littera erasa, post superscr.* 8; *deest* 10. o) districti 6; discreta 9. p) excessum et 8. q) *deest* 3. r) stud. magis 6. s) *corr. ex* tranquilitate 1. t) et *add.* 6. u) Romanorum 3; Romañ imperii et rebellium insollentiam 8. v) regem 6. w) imp. fidelium 9. 10. x) future seu *add.* 11. 12. y) uos 7; *deest* 5. z) ure 7; *deest* 4.

1) *Innumeris locis lectionem quandam codicis* 1 *adnotavit, quae in eo minime obvia est.* 2) *Tacoli 'Memorie storiche di Reggio' (a. 1742) II, 18 utrum editionem Muratorianam an codicem* 8 *adhibuerit, nescio, cum hic liber neque Gottingae neque Berolini exstet. Moscardo autem 'Storia di Verona' 139 nil nisi exordium Privilegii praebet.* 3) *Monendum est, hunc codicem saepenumero praebere ei pro* ti, *quod adnotare supersedimus.*

Lombardorum, qui aliquando nos et imperium nostrum offenderant[a], viscera[b] nobis innate pietatis aperientes, eos et Societatem ac[c] fautores eorum in plenitudinem gratie nostre recepimus[d], offensas omnes et culpas, quibus nos ad indignationem[e] provocaverant[f], clementer eis remittentes eosque propter fidelia devotionis[g] sue servitia, que nos ab eis credimus certissime[h] recepturos, in numero dilectorum fidelium[i] nostrorum computandos[k] censemus. Pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus, presenti pagina iussimus subterscribi[1] et auctoritatis nostre sigillo communiri. Cuius hic est[m] tenor et series:

1. Nos Romanorum imperator Fridericus[n] et filius noster Henricus[o] Romanorum rex[p] concedimus vobis civitatibus[q], locis[r] et personis Societatis regalia et consuetudines vestras[s] tam in civitate[t] quam extra civitatem[u], videlicet Verone et castro eius et suburbiis et aliis civitatibus[v], locis et personis Societatis, in perpetuum[w]; videlicet ut in ipsa civitate omnia habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis; extra vero omnes cousuetudines sine contradictione[x] exerceatis, quas ab antiquo[y] exercuistis vel exercetis: scilicet[z] in fodro[a] et[b] nemoribus et pascuis et pontibus, aquis et molendinis, sicut ab antiquo[y] habere consuevistis vel habetis, in exercitu, in[c] munitionibus civitatum, in iurisdictione, tam in criminalibus causis quam in pecuniariis[d], intus et extra, et in ceteris que ad commoditatem spectant[e] civitatum[f].

2. Volumus ut regalia, que vobis[g] concessa non sunt[h], in hunc modum cognoscantur[i]: Episcopus[k] loci et homines tam de civitate[l] quam de episcopatu[m] eligantur[n], viri bone opinionis et qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra civitatem[l] nec contra nostram maiestatem privato vel speciali odio teneantur; qui iurent, quod bona fide et[o] sine fraude perquirent[p] et inquisita consignabunt[q] ea que specialiter ad nostram spectant[r] excellentiam[s].

[3. Si[t] autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint, censum duorum millium marcharum argenti per singulos annos petimus; attamen[1] competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis visa fuerit.]

4. Si quis autem super his, que vobis[u] concessimus vel[v] permisimus sive in civitate sive extra civitatem[w], querimoniam apud maiestatem[x] nostram deposuerit, eius querimoniam non admittemus et silentium ei imponemus.

5. Hoc quod nos vel noster antecessor[y] rex vel imperator episcopis, ecclesiis[z], civitatibus vel aliis[a] quibuscumque personis, clericis vel laicis, ante tempus guerre[b] dedit vel quolibet concessionis[c] titulo concessit[d], firmum et ratum habemus, salvis superioribus concessionibus; et pro eo solita[e] servitia nobis[f] exhibeantur, sed census non prestetur[g].

**293.** a) offenderunt 7. b) insca 4; in sca 5. c) et 7. 8. d) recipimus 2. 3. 5. *C.* e) ad dic toem *in loco raso* 8. f) provocaverunt 9. g) devote sinceritatis 5—8. *C. Vat.;* et devota sinceritate 9. 10. h) *deest* 5; firmissime 12. i) fid. dil. 1; dilectorum *deest* 11. k) computando 5. 9. l) subscribi 3. 6. 8. *C.* m) *deest* 3; tenor est 8; est hic tenor *C.* n) Fredericus 1. 2. 6. 9; Fidericus 8; Federicus 11. o) *deest* 6. p) rex Roman. 7. 8. q) et *add.* 3; et suburbiis *add.* 12. r) *deest* 11. s) nras 4; nostras *C.* 12. t) ciuit 7; ciuitatibus 8. u) ciuit 7. v) et suburbiis *add. C.*; suburbiis *add.* 12. w) imperpetuum 2—6. 8. x) gdcoe 8; nostra *add.* 9. y) antico 1. z) sed 3; tam *C.* a) frodro 7. 12; foro *C.* b) in *add.* 6; vel in *C.* c) et im 7. d) peccuniariis 1—3. 8. e) spectat *post corr.* spectāt 2. f) civitatum spectant 6—8. g) nobis 5. h) vobis non concessimus 3. 6. 7. 8. 12. *C. Vat. Rom.* i) cogn. in h. modum 3. k) per episcopum *C.* l) ciuit 2, *fere semper.* m) in hunc modum *add.* 7. *Vat.* n) et *add.* 11. 12. o) *deest* 9. p) inquirent 9; fide inquirent et sine fraude 6. q) conscignabunt 1. 2. r) nostram spectant *in marg. suppleta* 2. s) clementiam 12. t) Si — visa fuerit *leguntur solummodo in C et fortasse in cod. Estensi Muratorii.* u) *deest* 5. v) et 5. w) *deletum* 7. x) *deest* 5; maiestatem ipsam *C*; nostram maiestatem 3. 4. 7. 9. 10. 11. *Vat.;* nostram *eadem manu superscriptum* 1; ap. mai. nostram querimoniam 2. y) ant. noster 9. 11. 12. z) et eliis 6. a) locis 8. b) *deest* 9. c) occonis 7. d) concesserit 5. 10. e) debita 12. f) nobis 8; *deest* 5; nobis solita servitia 3. 6. 9. 10. g) *corr. ex* pstentur 1; prestentur 12.

1) *Haec e scripto petita sunt, quod rectores castigaverunt; v. supra nr. 288 c. 3.*

6. Comoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitate vel[h] extra, illorum regalium nomine[i] non intelligimus[k] pro quibus census debeat[l] prestari.

7. Privilegia omnia et data et concessiones, que in preiudicium vel[m] dampnum civitatum vel locorum vel personarum Societatis occasione guerre in iniuriam[n] alicuius[o] predictorum a nobis vel a nuntiis nostris indulta sunt, cassentur[p] et in irritum deducantur.

8. In civitate illa, in qua episcopus per[q] privilegium[r] imperatoris vel regis comitatum habet[s], si consules per ipsum episcopum* consulatum[t] recipere solent, ab ipso[u] recipiant[v], sicut recipere consueverunt; alioquin unaqueque civitas a nobis consulatum recipiet[w]. Consequenter, prout in singulis civitatibus consules constituentur[x], a nuntio nostro[y], qui sit in civitate vel episcopatu, investituram recipient[z]; et hoc usque ad quinquennium[a]. Finito quinquennio unaqueque civitas mittat nuntium ad nostram presentiam[b] pro recipienda investitura[c], et sic[d] in posterum, videlicet[e] ut finitis singulis quinquenniis a nobis recipiant et[f] infra quinquennia a nuntio nostro, sicut dictum est, nisi in[g] Lombardia fuerimus. Tunc enim a nobis recipient[h]. Eadem observentur in successore nostro. Et omnes investiture gratis fiant[i].

9. Cum autem nos imperator[k] divina vocatione decesserimus[l] vel regnum filio nostro[m] concesserimus, simili modo a filio nostro vel eius successore investuram recipietis[n].

10. In causis appellationum si quantitas XXV libras[o] imperialium[p] excesserit[q], appellatio[r] ad nos fiat[s], salvo[t] iure et moribus[u] Brixiensis ecclesie in appellationibus, ita tamen ut non cogantur[v] in Alamanniam[w] ire: sed nos habebimus proprium nuntium in civitate vel episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat et iuret, quod bona fide[x] causas examinabit[y] et diffiniet secundum mores et leges[z] illius[a] civitatis infra duos menses a[b] contestatione litis vel a tempore appellationis[c] recepte[d], nisi iusto[e] impedimento vel consensu utriusque partis remanserit.

11. Consules, qui in civitatibus[f] constituentur[g], tales sint qui fidelitatem nobis fecerint[h] vel faciant, antequam consulatum[i] recipiant.

12. Vassalli nostri a nobis investituram accipiant[k] et fidelitatem faciant sicut vassalli[l]; ceteri omnes[m] sicut cives a quindecim[n] annis usque ad septuaginta, nisi sint tales persone[o] quibus debeat et possit sacramentum sine fraude remitti[p].

13. Vassalli[q], qui[r] tempore guerre vel treugue[s] non postulaverunt[t] investituram vel debita servitia nobis[u] non exhibuerunt[v], hac occasione feudum non amittant[w].

14. Libellarie et precarie in suo statu permaneant[x] secundum consuetudinem[y] uniuscuiusque civitatis, non obstante lege nostra que dicitur imperatoris Friderici[z].

15. Dampna omnia et ablata et iniurias[a], quas nos[b] per nos[c] et per nostros ab uni-

**293.** h) et 7. i) *eadem manu superscr.* 1. k) intelleximus 8. l) debeant 10. m) et 4. 10. 11. n) in iniuriam *eadem manu superscr.* 1; in iuriam 6; in iniuria (?) 8. o) alic' 1; pred. alic. 7. 8. p) cessentur *recenti manu corr.* 3. q) *superscr.* 1; *deest* 9. r) privilegia 9. 10. s) com. hab. vel regis 8. t) consolatum 1; auctoritatem consulatus 12 *sicut Concentio praevia.* u) episcopo *add.* 8. v) recipient 9. w) recipiat 7. x) constituerentur 3. y) nostro *deest* 6; nostro nuntio 7. z) recipiant 4; recipient inv. 8; recipiant inv. 7. a) quinquenium 1, *similiu semper.* b) pres. nostram 3; ad nostr. pres. nuntium 11. 12. c) inv. rec. 7. 8. d) sicut 9. 10. e) scilicet 7. f) *deest* 7. 8. g) *post in marg. suppl.* 2. h) recipiatur 12. i) fiant gratis 11. 12. k) *deest* 7. 8. 12. l) decessimus 4. m) *deest* 8. 9; nostro filio 7. n) accipietis 2; recipient 7. o) *sic* 3; libr. 1 *alii*; librarum 11. 12. *C.* p) *sic* 3. 1; imperiat 1 *alii*; *deest* 8; summam *add.* 11. 12. *C.* q) excessit 9. r) applo 5. s) fiāt 5. t) salvo — ire *des.* 9. u) more 2. v) cogant 6. w) *sic* 6. 7; alamaniam 1; *al. al.* x) et sine fraude *add. C.* y) ex. causas 8. z) leges et mores 7. 8. *C.* a) ipsius 7. 8; civitatis illius 9. 10. b) *deest* 3. c) attestationis 9. d) recepto 9; recepta 10. e) dei *add. sed deletum* 7. f) civitate 9. 10. g) constituuntur 7. 8. h) fecerint nobis 1. 3. 5. 11. 12. i) consolatum 1. k) recipiant 6—8 l) sicut vas. fid. fatiant 6. m) homines 7. 8. n) sedecim 5. 6. *C*; XVI 7. 8. 12. *Est. Rom.* o) tales pers. sint 7. 8. p) debeant et possint sacramenta rem. sine fraude 8. q) vasalli *hic* 1. r) *sequentia usque ad verba* et alias personas *cap.* 33 *des.* 3, *folio 6 exciso.* s) triwe 2. t) postulaverint 7. 10. u) *deest* 8. v) exhibuerint 9. 10. w) admittant 4. 6. x) remaneant 5. y) et mores *add.* 12. z) Frederici 1. 2. 6. 9. 11; Federici 4; F. 7. 8; Imp. Fridericus etc. *Vat.* a) D. et iniurias omnes et ablata 8. b) *deest* 7 c) per nos *des.* 2.

versitate Societatis vel ab[d] aliquo de[e] Societate vel a coadiutoribus Societatis[f] sustinuimus, per nos et[g] nostram partem[h] gratis remittimus et plenitudinem gratie nostre eis[i] damus.

16. Moram[k] superfluam[l] in civitate vel[m] episcopatu pro dampno civitatis non faciemus.

17. Civitates munire[n] et[o] extra munitiones eis facere liceat.

18. Item Societatem, quam nunc habent, tenere et, quotiens voluerint, renovare[p] eis liceat.

19. Pactiones timore nostro[q] vel per impressionem[r] nuntiorum nostrorum facte[s] pro infectis habeantur, nec pro eis[t] aliquid exigatur[u], puta[v] Placentinorum, scilicet pactum pontis Padi et[w] fictum eiusdem pontis et regalium et datum[x] et pactum, quod episcopus Hugo fecit[y] de castro Arcuato[z], et si qua alia[a] similia sunt[b] facta ab ipso episcopo vel a[c] communi[d] vel ab aliis de Societate nobiscum vel nuntio nostro, ipso ponte remanente cum omnibus suis[e] utilitatibus Placentinis, ita tamen quod teneantur[f] semper[g] solvere fictum abbatisse Sancte Iulie[h] de Brixia; et si[i] que[k] sunt similes.

20. Sententie quoque, que iure et secundum leges et consuetudines contra aliquem[l] vel aliquos de Societate late sunt, teneant, si tamen[m] de iure contra eos[n] tenerent[o], si gratiam nostram[p] habuissent. Que vero contra aliquem vel aliquos de Societate late sunt occasione guerre vel[q] discordie seu[r] discordie ecclesie, in irritum deducantur[s].

21. Possessiones[t], quas quisque de Societate ante tempus[u] guerre iuste tenebat, si per vim ablate sunt ab his qui non sunt de Societate, sine[v] fructibus et[w] dampno restituantur; vel si eas[x] recuperaverit[y], quiete possideat[z], nisi[a] per electos arbitros ad cognitionem regalium[b] nobis assignentur[c].

22. Opizoni marchioni[d] omnem offensam, quam nobis vel alicui nostre partis[e] fecit, postquam in Societate fuit[f], per se vel per aliquam personam cum Societate vel defendendo aliquem de Societate, imperiali clementia per nos et[g] nostram partem remisimus et in[h] plenitudinem gratie nostre eum recepimus[i] nec[k] per nos nec per[l] interpositam personam pro[m] preteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferemus[n] lesionem vel coactionem[o].

23. Amplius eam iurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii et Martiane[p] et Burgarie[q] et in aliis comitatibus[r], exceptis locis que Pergamenses per[s] commune modo tenent[t] inter Aduam[u] et Ollium[v] et excepto Romano[w] Veteri et Bariano[x], et eam, quam[y] modo[z] exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contradictione nostra et successorum nostrorum, salvis[a] datis et[b] pactis et concessionibus[c] et[d] in suo robore duran-

**293.** d) *deest* 2. e) de — coadiutoribus *des.* 8. f) civitatis 4. 9. g) per *add.* 7—9. h) partem nostram 8. 9. i) ei 2. k) omnia 9. 10. l) superflua 10. m) in *add.* 2. n) murare 1. 2. 11. *C.* o) vel 4. p) reuocare 5; renuntiare 12. q) timore habito 12; tim. nostro habite 11. r) ꝑ impressionem 1; per inpressionem 2. 6; impressione 4. 5. 7. 10. 11. 12; inp̄ssiōe 8; inpossessione 9. s) *deest* 11; eassentur et *add. C.* t) his 7; hiis 8. u) exigant 5; exigantur 8. v) pacta *male* 10. *C.* w) et — pontis *des.* 9. 10. x) daeium 8. *C.* y) fecit episc. Ugo 7—11. z) Arquato 4. 6. 9—11. *C*; Arcoato 7. a) *deest* 8. b) essent 9; facta sunt 6—8. c) concivium vel a *add.* 9. d) vel a communi *des.* 8. e) *deest* 9; aliis *add.* 11. f) teneatur 5. 7. g) *deest* 6. h) iullie 1. i) sic 9. 10. k) alie *add.* 11. l) aliquam 6. m) *pro* si tamen *C*: sicut. n) contra eos de iure 8. o) tenentur 6. p) *deest* 8; prius *add.* 10; non *add. C.* q) et 6; seu *C.* r) vel 8; seu discordie *des.* 11. 12; seu discordie ecclesie *des. C.* s) deducuntur 7. t) omnes *add. C.* u) *pro* ante tempus *C*: tempore. v) sine *corr. in* cum 9; cum 10. *C.* w) sine *add. C.* x) aliquis 11; ab eis 12. y) recuperaverint 2. 7. z) possideant 2. 9. a) uel nisi 5. b) *corr. ex* regallium 1. c) assignent 5. d) marchionis 5. e) part. nostre 7. f) *deest* 5; fuerit 11; fuerit vel 9. *C*; fuit — Societate *des.* 10. 12. g) per *add.* 7. 10. h) *deest* 9. 10. i) recipimus 4. 5. 7. 9—12. *C.* k) *pro* nec per 9. 10: neque; nec per nos *des.* 8. *Rom.* l) *deest* 5. m) pro preteritis *des.* 6, *spatio vacuo relicto.* n) iniuriam *add. C et fortasse Est.* o) coēconem 8; coercitionem *C.* p) marciane 1. 5. 8. q) bulgarie 5. 7. 9; burarie 8. r) civitatibus 4; comitatus 6. s) pro 8; *pro* per commune modo *C*: nomine nostro. t) modo ten. per coē 7. u) addam 7; adam 8. v) oleum 7. 8; et Ollium *des.* 9. w) rumano 4—7. x) barriano 4. y) ea que 6. z) *deest* 8. a) salva i9(ius) 9. b) *deest* 7; pactis et datis 8. 11. 12. *C.* c) confessionibus 2. d) *deest* 5.

tibus, que Mediolanenses per[e] commune fecerunt civitatibus[f] Pergami[g], Laude[h], Novarie, nec propter[i] hanc concessionem ledendis.

24. Nec ullum preiudicium fiat iuri[k] aut consuetudini alicuius civitatis Societatis[l] nec aliquod ius acquiratur in detrimentum alicuius civitatis Societatis propter predictas concessiones[m].

25. *Pacta inter civitates Societatis[n] quondam[o] facta nichilominus[p] firma et rata permaneant.

26. Nec aliquid[q] intelligatur acquisitum Mediolanensibus[r] in episcopatu Laudensi propter predictas[s] concessiones, salvo iure Mediolanensibus[t] aque Lambri[u], si quod habent, et in[v] pedagio[w].

27. Omnes de Societate, qui fidelitatem nobis iurabunt, in sacramento fidelitatis adicient[x], quod[y] possessiones et iura, que nos in Lombardia habemus[z] et possidemus extra Societatem, iuvabunt[a] nos bona fide manutenere, si opus fuerit et super hoc per nos vel[b] certum nuntium nostrum requisiti fuerint; et si amiserimus, recuperare; ita videlicet quod finitime civitates obnoxie[c] sint principaliter[d] ad hoc faciendum, et si opus fuerit, alie teneantur ad competens[e] auxilium prestandum. Civitates de Societate que sunt[f] extra Lombardiam in suo confinio similiter teneantur[g] facere.

28. Si qua vero civitatum ea, que in conventione pacis ex parte nostra[h] statuta sunt[i], non observaverit[k], cetere civitates eam[l] ad id observandum[m] bona fide compellent[n], pace nichilominus[o] in suo robore permanente[p].

29. Nobis intrantibus in[q] Lombardiam fodrum consuetum et regale[r] qui[s] solent et debent et[t] quando solent et debent prestabunt. Et[u] vias et[v] pontes bona fide et[w] sine fraude et sufficienter[x] reficient in eundo et redeundo[y]. Mercatum sufficiens nobis[z] et nostris[a] euntibus et redeuntibus bona fide et sine fraude[b] prestabunt.

30. In omni decimo anno fidelitates renovabunt in[c] his qui[d] nobis non[e] fecerint[f], cum nos petierimus vel[g] per nos vel per[h] nostrum nuntium[i].

31. Si qui ex parte nostra de possessionibus suis[k] iustis expulsi sunt, restituantur sine[l] fructibus et dampno, nisi in causa principali seu proprietatis iure se[k] possit tueri[m] possessor, salvis[n] prioribus[o] concessionibus; et omnes offense eis remittantur[p]; eodem iure servando[q] his qui sunt ex parte nostra[r] circa restitutionem[s], nisi civitas teneatur iuramento[t], ut non restituat; quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere.

32. Et si qua controversia de feudo[u] orta fuerit inter nos et alium qui sit[v] de Societate, per[w] pares[x] illius civitatis vel episcopatus, in quo[y] discordia[z] agitur, secundum illius civitatis consuetudinem[a] in eodem episcopatu terminetur, nisi nos[b] in Lombardia[c] fuerimus; tunc enim in audientia nostra, si nobis placuerit, causa agitabitur[d].

293. e) pro 8. f) exceptis locis *add. sed expunct.* 4. g) pergamo 1. 2; bergamo 8. h) nouarie laudis 7; nouarie laude 8; Novarie Laudi 11. 12; Novarie Laudo *C.* i) p 8; per 12. k) ul *add. sed expunct.* 1. l) *corr. ex* soc. civ. 5. m) conc. pred. 8. 11. 12. n) *deest* 11. 12; inter societates 9. o) condam 1. 2; et 8. p) nicominus 1. 2. q) aliquod 4. 5. 10; ius *add.* 10. r) a Mediol. 2. s) iandictas 6. t) mediol iure 6; mediolañ 8; mediolani 7; mediolanensium 12. u) larbri 1. v) *deest* 5. w) et in ped. si quod (quid 8) habent 7. 8. x) aditient 1. y) Idem 5. z) que et quas hab. in Lomb. 7; quas hab. in Lomb. 8. a) iurabunt 9. 10. *C.* b) per *add.* 8; vel (vel per 11) nostrum nuncium certum 1. 11. c) obnixe 6. d) principalis 6. e) sī *add.* 8. f) que sunt de soc. 7. g) ten. sim. 6; facere ten. 7. h) nostra parte 2. i) *deest* 9. k) observaverint 2. 8—10. l) et *add.* 12; *deest* 2. 11; *in* 6 *legitur post* compellent. m) obseruande 1; conservandum 9. 10. n) compellant 4. o) nicominus 1. 2. p) perm. in suo rob. 8. q) *deest* 7; per 11. r) cons. et reg. fodrum 9. 10. s) qui sol. et deb. *des.* 12. t) et — debent *des.* 8—10. *C.* u) *deest* 7. 9. 10. v) *deest* 9. 10. w) *deest* 8. x) et suff. *des.* 12. y) in e. et red. reficient 6. 7. z) *deest* 9. 10. a) et nostris *des.* 5. b) et sine fraude *des.* 7. c) in — audientiam denegabimus (*c.* 33) *des. Vat.* d) que 9. 10; eas *add.* 7. 12; nobis eas 8. 11. e) *deest* 2. f) fecerunt 8; fuerint 9. g) *deest* 7. 10. h) *deest* 7. i) nuntium nostrum 9—12; nuntios nostros 7. k) *deest* 5. l) cum 9. 10. m) tueri possit 9. 10. n) salvis — remittantur *leguntur post* succedere 8. *Rom.* o) superioribus 6. p) remutantur 6; offensas eis remittimus 9. 10. q) seruabo 8. r) qui nostra ex parte sunt 8. s) circa rest. *des.* 8. t) sacramento 9. 10. u) de feudo *des.* 10. v) qui sit *des.* 9. 10. w) qui 6. x) partes 9. 10. y) qua 7. 8. z) *deest* 9. 10. a) cons. illius civ. 5. 7—12. *Rom.* b) *deest* 6. c) lonbardia *hic* 1. d) agitetur 9. 10.

33. Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta et[e] iuramento firmata[f] inter civitatem[g] et civitatem[h] Societatis vel civitatem et alias personas[i] nos audientiam denegabimus[k].

34. Item nos restituimus stratam Veronensibus. Et nominatim recipimus[l] Ezolinum[m] in plenitudinem gratie nostre et omnem offensam ei remittimus[n].

35. Hanc igitur pacem secundum formam prescriptam[o] et sicut per[p] mediatores pacis, videlicet Wilielmum[q] Astensem episcopum, Henricum marchionem Saonensem[r], fratrem Thidericum[s] de Silva Benedicta et Rodulfum camerarium nostrum, una cum eis bona fide intelleximus[t], et[u] secundum tenorem quo[v] eandem[w] pacem[x] iurari[y] fecimus, et secundum quod Lombardi eam[z] bona fide[a] intellexerunt, in perpetuum ratam haberi et conservari[b] statuimus; et ut firma permaneat et inconvulsa, presentem paginam nostri inpressione sigilli[c] fecimus communiri[d].

36. Nomina vero civitatum, quibus et[e] gratiam nostram[f] reddidimus[g] et prescriptam fecimus[h] concessionem seu permissionem, hec[i] sunt: Vercelle[k], Novaria, Mediolanum, Lauda, Pergamum[l], Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tervisium[m], Bononia[n], Faventia, Mutina, Regium, Parma, Placentia. Istis[o] autem civitatibus et locis pacem[p] servari[q] volumus et gratiam nostram reddimus[r].

37. Prescriptam autem concessionem seu permissionem[s] eis non facimus[t]: videlicet Imole, castro Sancti Cassiani, Bobio[u], plebi de Grabadona, Feltre, Belune[v], Cenete. Ferrarie autem[w] gratiam nostram[x] reddimus et prescriptam[y] concessionem facimus seu permissionem[z], si infra duos menses post reditum[a] Lombardorum a curia nostra de pace prescripta cum eis concordes fuerint[1].

38. Hanc itaque pacem et concordiam, sicut supra[b] scriptum[c] est[d], tam nos quam filius noster Henricus[e] Romanorum rex[f] per camerarium nostrum Rodulfum[g] in animam nostram[h] iurari fecimus.

39. Hii autem[i] sunt principes et nobiles curie qui prescriptam[k] pacem[l] per se firmam tenere iuraverunt[m]: Hermannus Monasteriensis episcopus, Henricus Curiensis[n] electus, Thiethelmus[o] Angiensis[p] abbas, Gotifredus[q] imperialis aule cancellarius[r], Otto dux Bawarie[s], Fridericus[t] dux Sueuie filius noster[u], Bertoldus dux de Zaringen[v],

**293.** e) *deest* 8. f) firmato 5. 9. 10. g) societatem 9. h) et civitatem *des.* 9. 10. 11. i) *hic rursus incipit* 3 *fol.* 7; societatis *add.* 7. 8. k) audientiam nos delegabimus 7; aud. nos den. 8. l) *corr. ex* recepimus *alio atramento* 1. m) Eçilinum 7; Içilinum 8. u) *hic finitur editio Cuiacii (= Salice), adiectis* etc. Dat. apud Constantiam solemni curia VII. Kal. Iul. o) pscriptam 3. p) *superscr.* 1. q) *sic* 1. 2. 5. r) soanensem 3. 7; sami 6. s) *sic* 1—4; Thi *in loco raso* 1. t) int. bona fide 6—8. u) *deest* 7. v) *deest* 8. w) eadem 6; eam 9. 10. x) *deest* 9. 10; et concordiam intimari et *add.* 11; et concordiam *add.* 12. *C et fortasse Est.* y) iurare 1; portari 5. z) *deest* 6; ea 3. a) bona fide eam 9. 10. b) obseruari 8; confirmari 11; et cons. *des.* 12. c) et nostre impressionis sigillo 7; sigilli *deest* 8. d) ꝯmuniri 1. e) *deest* 8. 9. 11. 12. f) *deest* 6—8. g) reddimus 4. 8. 9. 11. 12. h) facimus 4; fatimus 6. i) hee 3. k) *sic* 5. 6. 8; Vercell 1—4. 7. l) Pergamus 7; Bergamum 8—10. m) *sic* 1. 2. *C*; Triuisium 3. 4. 5. 8; Tarvisium 6. 7. 9—12. n) Bolonia 9. o) Hiis 8. p) firmam *add.* 10. q) firmari 8. r) *corr. ex* reddidimus 1; reddidimus 2. 6. s) perm. seu conc. 6; seu perm. *des.* 8. 12. t) fecimus 8; faciemus 9. u) Bobbio 2. v) Bellune 4. 7. 8. 10. 11. w) *deest* 7. 9. 10. *Vat. Est. Rom.;* Sed Ferrarie 6. x) *deest* 4. y) eis *add.* 4. 7. 8; et 6 *postea; C post* concessionem. z) conc. seu permiss. facimus (fecimus 8) 7. 8; conc. seu permiss. eis fatimus 6. a) redditum 3. 4. 6—8. b) *deest* 8. c) scripta 6; dictum 12. d) *deest* 3. e) *deest* 8; H' 3. 5. f) rex Rom. 7. 8. g) *deest* 9; Rod. cam. nostrum 6. h) anima nostra 6—8; anima nostri 9. i) *deest* 7. 8. 11. 12; *in* 3 *sequitur post* principes. k) pscriptam 3. l) et concordiam *add.* 6. 12. *C; post* per se *add.* 8. m) curaverunt 9. n) *sic* 3—6. 11; coriensis 1. 2; episcopus *add.* 12. o) *sic* 1—3; *deest* 7. 8. 12; Gebeardus 6. p) *sic* 1. 2. 4; abbas augensis 3. 5—8. q) *sic* 1. 8; dns Got. 6. r) aule canc. imp. 3; canc. imp. aule 7. s) *sic* 4; baiguarie 1. 2; Otto d. Baw. *des.* 5. t) *sic* 3—5; Fredericus 1. 2. 6. 7. u) fil. noster *des.* 5; fil. noster dux de suaue 7. v) *sic* 1. 2. 4. 5; Bert. dux de Zar. *des.* 8.

1) *i. e. Ferrarienses cum Lombardis.*

Bertoldus marchio Ystrie[w], Hermannus marchio Verone[x], comes[y] Henricus de Dietse[z], comes Thepoldus[a] de Leschemunde[b], comes Ludewicus[c] frater cancellarii de Helfenstein[d], Rodulfus[e] camerarius, Guarnerius[f] de Bonlandia[g], Cůno[h] de Minzenbere[i], Conradus pincerna.

40. Hii autem sunt nuntii qui ex parte Lombardorum pacem prescriptam[k] et concordiam[l] receperunt et in presentia nostra iuramento confirmaverunt[m]:

De Mediolano: Guido de Landriano, Pinamundus de Vico Mercato, Adobatus[n] Butraffus[o], Wilielmus Burrus[p], Guercius de Uxolo[q], Ardericus[r] de Bonate[s], Rogerius Marcellinus, Lotherius medicus.

De Brixia: Oprandus[t] de Martinengo, Gezo de Turbiato[u], Desiderius iudex, Rodulfus de Concisio[v], Bocacius[w] de Maneruio[x], Albricus de Capriano.

De Placentia: Gerardus[y] de Arditione, Iacobus Strictus, Hermannus de Cario, Caupo[z] iudex[a].

De Pergamo: Albertus de Mapello, Atto Ficianus[b], Iohannes de Piteringo[c], Lanfrancus de Monacha, Albertus Attonis[d], Albertus Albertonis[e].

De Verona: Cotius[f] iudex[g], Ubertinus de Carcere, Valerianus de Castello, Martius de Castello, Tebaldinus de Raimundo[h], Tebaldinus de Nascinguerra[i].

De Vicentia[k]: Pileus iudex, Ubertinus de Fontaniua[l], Carlaxarius[m], Marcus de Pauliano[n].

De Padua: Guanfus[o], Ezelinus[p] iudex, Englescus[q] de Fonteglina[r].

De Teruisio[s]: Florius iudex, Gumbertinus[t].

De Mantua: Alexandrinus, Iacobus de Amica[u], Agnellus[v] iudex[w], Henricus de Angelo[x].

De Faventia: Bernardus iudex[y], Ugolinus de Azone[z].

De Bononia: Antoninus[a] potestas, Rolandus[b] Guarini, Matheus Rodulfi[c].

De Mutina: Arlottus iudex, Rainerius de Bocabadada[d].

De Regio: Albertus Cambiator[e], Rolandus de Caritate.

**293.** w) Bert. m. Ystr. *des.* 7. x) *sic* 6. 7. 11. 12: ueron 1. 2. 5. 8. 9; veronen 4; veronensim 3. y) *deest* 7. 8; Henr. com. 6. z) *sic* 1. 2. 4. a) *sic* 1. 4. b) *sic* 1—5. 9. 11. c) *sic* 3. 4; . . . vicus 1, *literis prioribus detersis;* luduucus 2. d) *sic* 1. 2; de Helf. *des.* 6. e) Rodulfus *usque* pincerna *des.* 7. 8. 12. *Rom.* f) *sic* 1. 2. 6; wernerus 4. g) *sic* 1. 4; Bolandia 2; de Bonl. *des.* 5. *spatio racuo relicto.* h) *sic* 1. 4. i) *sic* 1. k) prestitam 8; prescr. pacem 6. l) et conc. *des.* 6. m) confirmarunt 4. n) Adobadus 1. o) Bultraphus 3. 4. p) *sic* 3—6. 11; Borrus 1. 2. 9; Wil. Burrus *des.* 12. q) *sic* 1. 2. 6; huxolo 3. 9; usciolo 6; ustiolo 7; hustiolo 8; ostilio 12; buxolo 4. 10. 11. r) Aldricus 6. 8. s) *sic* 1—4; *corr. ex* ponate 2. t) *pro* Oprandus — Capriano *in* 10: . . . . . . u) *sic* 1. 3—5; Turbiado 2. v) *sic* 3—5; Concesio 2; ꝯscisio 1. w) *sic* 1. 5. 9; Bocatius 2; Bocasius 3. 4. x) *sic* 1. 2. 5; Manerbio 3. 1. 9; Mineruo 6. y) *pro* Gerardus — Albertonis *in* 10: . . . . . . z) *sic* 1. 2. 4. 11; campo 3; capo 6. 9; cāpo 5; cauponus 7. 8. a) *deest* 7. *Vat. Rom.* b) facianus 1. c) *sic* 1. 3. 5. 9; bifingo 2; pitiringo 4. d) Alb. Attonis *des.* 12. e) albertonus 2; albertoni 6; Alb. Albertonis *des.* 4. f) *pro* Cotius — Meardus et Vercellinus 10: etc. g) veron. 8; *deest* 12. h) raymundo 1; Theb. de Raim. *des.* 9. i) *sic* 1. 2. 8. k) Vincentia 2. 4. l) *sic* 1. 2. 5. 8. 11; fonteuinga 3; funteuina 4; fontenuia 5; fontanina 8; fonteniua 9. m) *sic* 1. 6—8; Caruaxa *(deletum)* Carlaxanus 2; Karneuarius 3. 4; Kardenuarius 5. 11; Kardanauarius 9. n) pauliana 5. 9; paulano 6—8; patiliano 3. o) *sic* 2. 7. 11; gnāfus 1. 6; gamfus 3; ianfus 4; gnafus 12; ganfus 5; canfus 8; gainfus 9; Engelescus *add.* 6; Englicus *add.* 7; Endescus *add.* 8. p) *sic* 2. 5. 11. 12; Enzelinus 1; Eçelinus 4. q) *sic* 1. 4. 5. 12; Engleschus 2; Englesius 3; Engliscus 9; Henglescus 11; Englescus *deest hoc loco* 6—8. r) *sic* 1. 2. 5. 9; fonteglina 3; funtegliva 4; de Fontegliua *des. omnino* 6—8. s) *sic* 1—3. t) *sic* C; gubertinus 1. 2; gonbertinus 4. 6. 11; conbertinus 3; gombertinus 5. 8. 12; gambertinus 7; gompertinus 9; de Anardone *add.* 11. u) *corr. ex* amice 2. v) *sic* 1. 6. 7. 12; augnellus 2. w) *deest* 7. *Vat.* x) *sic* 1—6. 9. 12; angello 2. y) sapiens 7. *Vat.* z) *sic* 1. 2. 12; aço 4; azo 5. 6. 9; aho 3. a) *corr. ex* antonn' 1; antonius 2. 3. 11; de Placentia *add.* 6. b) rodulfi *add.* 7. c) rondolfi 9. d) *sic* 1; buccabadada 2. 6; buccabadata 4; buchabatata 3. e) cambiatorum 7. 8. 11.

De Parma[f]: Iacobus Petri Bave[g], Maladobatus[h] iudex[i], Vetulus iudex[k], Conradus Bulzoni[l].

De Lauda: Vicentius[m] de Fulsiraga[n], Anselmus de Summaripa[o].*

De Novaria: Opizo[p] de Briona, Thedisius Caballatius[q], Guido de Boniprando[r].

De Vercellis: Meardus[s] et[t] Vercellinus.

41. Hec autem[u] sunt civitates et loca[v], que pacem prescriptam[w] sub[x] iuramento Lombardorum nobiscum receperunt et[y] eandem[z] pro[a] se iuraverunt: Papia, Cremona, Cuma[b], Terdona[c], Aste[d], Cesarea, Ianua[e], Alba et alie civitates et loca et persone que sunt et[f] fuerunt in[g] parte nostra.

42. Hec autem sunt nomina[h] nuntiorum qui investituram consulatus[i] a nobis nomine civitatis receperunt: de Mediolano Adobatus[k], de Placentia Gerardus Arditionis, de[l] Lauda Vincencius, de Verona Cotius[m], de Vincentia Pilius[n], de Padua Gnanfus[o], de Teruisio[p] Florius, de Mantua Alexandrinus, de Faventia Bernardus[q], de Bononia Antoninus[r], de Mutina Arlottus, de Regio Rolandus[s], de Parma Iacobus Petri Bave[t], de Novaria Opizo[u], de Vercellis Meardus[v], de Pergamo Atto Ficianus.**

Signum[w] domini[x] Friderici[y] Romanorum imperatoris invictissimi[z]. (M.)[a]

Ego[b] Gotefridus[c] imperialis aule cancellarius vice Cristiani Maguntine[d] sedis archiepiscopi et Germanie[e] archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXXIII[f], indictione prima[g], regnante[h] domino[i] Friderico[k] Romanorum[l] imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXII, imperii vero[m] XXVIIII[n].

Dat.[o] apud Constantiam in sollempni[p] curia VII.[q] Kal. Iulii[r]; feliciter amen[s].

*) Mainfredus (Manfredus 7. 8. *Est. Rom.*; Manifredus 9) de Sollarico (Soldario 7. 8; Soldanico 9; Soldano *Est. Rom.*) *add.* 5. 7. 8. 9. *Est. Rom.*; Manfredus iudex *add.* 6; Manfredus *add.* 12.

**) Et isti similiter ex parte imperatoris iuraverunt[t]: Cona[u], Conradus[v] pincerna, Guarnerius[w], Rodulfus[x] camerarius pro[y] se. *add.* 7. 8. *Vat. Rom.*; Rodulfus camerarius iuravit per se; item similiter Guarnerius de Lombarde, Cuno de principibus, Conradus de pincerna; isti omnes iuraverunt pro se. *add.* 12.

**293.** f) De Parma *des.* 8. g) balbi 7. 8. h) *sic* 1. 4; malladobatus 2. i) *deest* 7; Maladobadus iud. Iacobus de petrabaua 6. k) iudex *deest* 7; Vetulus iudex *des.* 2. l) *sic* 1. 2. 5. 6. 9. m) *sic* 1—3. 7. 8; Vincentius 4—6. n) *sic* 1. 2; fussiraga 4; fuxiraga 5. o) semaripa 5. p) etc. *add. Vat., cui desunt reliqua usque ad* Atto Ficianus *c. 42.* q) *sic* 1. 11; cabalacius 2; kaualacius 4. r) bañiprando 8; *pro* de Boniprando 7: Smaragdi; 6: iudex. s) *deest* 5; Medaldus 7; Medardus 8. 9. *Rom.*; iudex *add.* 6. 9. t) *deest* 6—9. u) *deest* 2. 11. 12; sunt autem 3; sunt civ. autem 6. v) et persone *add.* 7; et pars *add. Est. Rom.*; et loca *des.* 6. w) predictam 6. x) in 7; cum 9. y) et *usque* iuraverunt *des.* 6. z) sub *add. sed del.* 1. a) per 4. 5. 7. 8. 10. *C.* b) Cum̄ 3; Cume Acqui 7. c) *sic* 1. 2. 7. d) *deest* 7; Asta 3. 7. 9; Ast' 8. e) *deest* 9. f) que 5; que *add.* 10. g) ex 6—8. h) consulum et *add.* 7. 8; illorum consulum et *add.* 6. i) consolatus 1. k) Addobatus de Med. 3—5. 9—11. l) *Laudensem post Veronensem ponunt* 6—8. m) *sic* 1. 2; iudex *add.* 12. n) Pilus 2; Pylius 4; iudex *add.* 12. o) *sic* 1. 2. 6. 7. 11. p) *sic* 2; tuisio 1. 8; t^a^uisio 3. q) iudex *add.* 8. r) antonius 2. 3. 11; anthonius 8. s) de Caritatis *add.* 8. t) Petri Bave *des.* 6. 7. 12. u) Opiçus de Briona 8. v) Medardus 8. 9; Menardus 7. w) Signum — invictissimi *litteris elongatis in* 5. 6. 9; Signum — invictissimi *des.* 12. x) dñi 1—3. 8. y) Frederici 3. 5. 11; Fiderici 8. z) invitissimi 4. 8. a) *monogramma hoc loco delineatum est in* 1. 4—6. 9. 10; *in calce subter voce* Iulii *in* 8; *deest* 2. 3. 7. 11. b) Ego — recognovi *des.* 10. c) *sic* 1—3. d) magunī 1—8; vice scriniarii magnitudine 11. e) Germane 2. 9. f) Millo Centesimo LXXXIIII[or] 1; MCLXXXIIII. 2; millesimo centesimo octogesimo tercio inditione prima *litteris elongatis* 9. g) indic̄ tercia 1; indicī III. 2: I. 4. 5; ĉ. I. 3. h) regnante *usque* feliciter amen *des.* 9. i) dño 1—3. 6. 8. k) Frederico 6. 7; FR. 3. l) Rom̄. 1. 2. m) eius *add.* 5. n) XXIX. 1. 2. 11; XXII. 7. *Vat.* o) Data 2. 11. 12; Datum 10. p) solempni 1; cur. sol. 3. 5. 7. q) duodecimo 6; VI. 11. r) Iunii 10. s) fel. amen *tantum in* 1. 2. t) iur. ex p. imp. 8. u) Cono *Vat.* v) Corradus 7. w) Ranerius *Vat.* x) Radulphus *Vat.* y) per 7.

## 294. *IURAMENTUM NUNTIORUM LOMBARDICORUM.*

*Cum haec iuramenti formula in nullo codicum a viro cl. Holder-Egger inspectorum obvia sit, subsidia nostra modo haec sunt:* 1) *codex bibliothecae Marcianae Venetae Lat. Cl. V. cod. CXIX fol. saec. XIV. in. (supra p. 409 sub nr. 11), ex quo edidit Canciani 'Barbarorum leges antiquae' V, 52:* 2) *editio Muratorii 'Antiquitates Italicae' IV, 317, quae unde derivata sit, ignoramus; nam cum dicat, formulam desiderari in codice Mutinensi* (4), *et ipsa desit etiam in codicibus* 1 *et* 8, *quos in usus suos vertit, restant soli Brixianus, Romanus, Estensis:* 3) *textus Corporis iuris, quem adhibuimus in editione Contiana Voluminis legum parvi II, p. 185. Editionem Muratorianam repetivit Vignati 'Storia della Lega Lombarda' 398; textum Corporis dederunt Savioli 'Annali Bolognesi' II, 2, 139 et 'Documenti di storia Italiana' VI, 783; eundem Sigonius 'De regno Italiae' lib. XIV, p. 340 suo more abbreviavit (— Schiavina 'Annales Alexandrini' in Monumentis historiae patriae XI, 58).* *(P. 180.)*

In Christi nomine[a]. Iuro ego, quod amodo ero fidelis domino imperatori Friderico[b] et eius filio Henrico. Nec[c] ero in consilio vel facto, quod ipsi perdant vitam vel membrum aut mentem[d] seu coronam imperii vel regni[e]. Et si sciero[f], aliquem fecisse vel facere volentem per se[g] vel per[h] alium, domino imperatori vel regi vel nuntio eorum[i] sine fraude manifestabo[k]. Et eum[l] adiuvabo honorem corone[m] tenere, et si perdiderit, recuperare bona fide in episcopatu[n] et comitatu adiuvabo. Insuper pacem domini Friderici imperatoris[o] et filii eius Henrici et sue partis factam cum Societate Lombardorum[p] et civitatibus[q] eius Societatis, sicut scriptum est[r] inde, sine fraude infra[s] XV[t] dies post iuratam[u] bono intellectu et sigillo domini[v] imperatoris sigillatam[w] observabo bona fide et sine fraude. Et hoc iurare faciam omnes masculos mecum habitantes a quindecim[x] annis supra usque ad LXX[y] infra[z] XV[t] dies postquam iuratum habuero, exceptis servis. Et qui per me iurare noluerint, infra[z] tertium[a] diem imperatori vel regi vel suis nuntiis per breve manifestabo[b].

Data[c] MCLXXXIII, indictione I[d].

## 295. *APOCHA RUDOLFI CAMERARII PLACENTINIS DATA.* *Nov. 22.*

*Scriptis Pacis hoc adiunximus, quamvis cuius sit rationis minime perspiciamus. Legitur in Registro magno civitatis Placentinae saec. XIII. fol. 138 (Reg. parvum fol. 94), quod contulit vir cl. Holder-Egger. Utroque Registro usus est editio Pallastrelli 'Degli atti della pace di Costanza' 80 (— Vignati 373 not.).* *(P. deest.)*

(S. N.) Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo tercio, indictione prima[a], die Martis, decimo Kalendas Decembris. In palatio archiepiscopi de Mediolano. Fuit confessus dominus Rodulfus camerarius domini imperatoris, se accepisse a Iacobo Stricto consule Placentie solutionem de libris septingentis undecim et solidi[b] novem et dimidium denariorum imperialium pro porcione collecte ei contingente, videlicet de libris sedecim milia et pro pace domini imperatoris et Societatis Lombardie:

**294.** a) nomine Christi 1. b) Federico 1, *similia semper.* c) Non 2. 3. d) aut mentem *des.* 1. e) vel caput *add.* 2. f) scivero 2. 3. g) me 1. 3. h) *deest* 3. i) eius 2. 3. k) eis *add.* 2. 3. l) *deest* 3. m) hon. corone *des.* 1. n) exercitu 2. 3. o) imp. Frid. 2. 3. p) Lombardie 2. 3. q) *deest* 1. 3. r) et *add.* 1. s) intra 2. 3. t) quindecim 2. 3. u) iurata 2. 3. v) *deest* 2. 3. w) sigillata 2. 3. x) sexdecim 1; decimo sexto anno 3. y) septuaginta 2; septuagesimum 3. z) intra 3. a) tertiam 2. 3. b) man. per breve 2. 3. c) *deest* 2. 3. d) *corr. ex* III. 1; prima 2.

**295.** a) *immo* secunda. b) *sic c.*

excepto quod non dederunt predicto camerario ius suum, quod est de qualibet libra denarios quattuordecim. Interfuerunt Fulcus de Iniquitate, Arnaldus Strictus, Albertus Dianus, Pultronus Rondana atque Rolandus Dianus testes.

(S. N.)[c] Ego Martinus Filippi imperialis aule notarius precepto suprascripti domini Rodulfi camerarii hoc instrumentum scripsi.

(S. N.) Ego Iohannes de Sparoaria sacri palatii notarius auctenticum huius exempli vidi et legi, in quo sic continebatur ut hic legitur, et propriis manibus exemplavi.

---

# 296. EPISTOLA AD LUCIUM III. DE PACE CONSUMMANDA.

(1183. Iul.)

*Servata est in Rotulo Cluniacensi II. a. 1245 Lugduni ex autographis descripto, nunc codice Parisino 8989, ex quo publici iuris facta est a. 1865 a viro cl. Huillard-Bréholles 'Notices et extraits des manuscripts de la bibliothèque imperiale' XXI, 2, 320. Summarium codicis Ottoboniani 2546, apographa Rotulorum Lugdunensium continentis, v. apud Martenenm 'Collectio amplissima' II, 1228. — Stumpf, Reg. 4366. (P. deest.)*

Reverendo et amantissimo patri in Christo L. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus salutem et filialem cum debita reverentia dilectionem.

Honorabiles sanctitatis vestre legatos Iohannem tituli Sancti Marci presbyterum cardinalem et P.[1] episcopum Lunensem ad nostre maiestatis accedentes presentiam benigne ut decebat excepimus et verbis eorum, que super negotiis ecclesie et imperii tam modeste quam prudenter nobis proponebant, aurem attentam accommodavimus. Obtentu enim eterne retributionis ac specialis amoris quo personam vestram, pater carissime, amplectimur consideratione, pacem perpetuam inter ecclesiam et imperium vestris nostrisque temporibus consummatam iri, summo desiderio anhelamus. Cum itaque plures modi, qui ad pacis perfectionem pertinere videntur, fuerint propositi, assensum omnimodum et animum vehementer apposuimus, ut per aliquem eorumdem modorum, qui ad consummationem eiusdem pacis et conservationem magis idoneus iudicabitur, pax diu desiderata compleatur. Sane propositum nobis fuit de pace et concordia Venetiis de possessionibus ecclesie et imperii tractata, et ut eam ratam habere vellemus legati vestri postulabant. Nos itaque secundum formam quam cum cardinalibus Romane ecclesie super eisdem possessionibus Clodii[2] convenimus, que et illic in scriptum redacta[3] et Venetiis postmodum confirmata fuit, camdem concordiam ratam habere firmiter decrevimus, si vos eam ex parte vestra ratam volueritis observare. Sed quoniam prudentibus qui aderant hic modus magis scandali quam concordie materiam prestare videbatur, dum utrique parti de suo iure contendendi facilem posset ingerere occasionem, de consilio eorumdem prudentum illius vie facta est mentio, quam legati nostri, Salzburgensis archiepiscopus et qui cum eo missi fuerant, vestre pater-

295. c) *idem signum ut supra.*

1) *Petrum.* 2) *Chioggia.* 3) *supra nr. 260.*

nitati proposuerunt: scilicet ut de universis redditibus quos vel in presentiarum habemus in Italia vel in posterum Deo auctore sumus habituri, vos vestrique successores decimam, fratres vero cardinales nonam percipiant. Quod utique si apprehendere decreveritis, nos tam pro nobis quam pro filiis nostris, ut ratum permaneat, indubitabili et sufficienti cautione firmabimus, et pro successoribus nostris privilegio aliisque modis, sicut in huiusmodi firmius potest fieri, cavere satagemus: ita siquidem quod quicumque principum ad imperium fuerit sublimandus in pacem istam consentiat et, antequam coronetur, iurisiurandi sacramento confirmet. Principes autem, qui nunc sunt superstites, cautionem pro pace servanda prestabunt sufficientem, et de successuris principibus sicut potest per privilegia cavebitur, ita quod quilibet, antequam ad dignitatem suam intronizetur, sacramentum de pace servanda prestabit. Item a sanctitate vestra et a vestris successoribus et fratribus vestris eorumque successoribus competentem et firmam petimus exhiberi cautionem, quod hec pax tam nostris quam postfuturis temporibus stabilis et inconvulsa valeat permanere. Alius etiam concordie modus in medium fuit productus: videlicet ut ecclesia certas possessiones haberet, quas sine gravamine posset quiete et libere retinere, excepto fodro imperiali. Que utique possessiones, sicut verum investigantibus videtur, quia non possent facile sine contentione discerni, dictum fuit, ut prudentes viri et provecte etatis, qui essent de ipsarum possessionum vicinia, ex parte ecclesie et imperii eligerentur, qui possessiones utrique pertinentes discernerent et quorum testimonio de hiis, que ad partem alterutram pertinent, tam ecclesia quam imperium communiter acquiesceret; et tum demum daretur nobis cognoscere unde Romanam ecclesiam possemus honorare. Adiectum etiam fuit ut, si de possessionibus illis, que in ius cederent imperii, alique viderentur usibus ecclesie commodiores, ecclesia posset, si vellet, eas per competens concambium obtinere. Si vero cederent in ius ecclesie que pro defensione ecclesie et imperii nobis necessarie viderentur, possemus similiter, si vellemus, eas convenienti concambio obtinere. Cupientes igitur animi nostri affectum, quem et persone vestre specialiter gerimus et quo exaltationi ecclesie intendimus, in lucem effectus producere, multa super colloquio vobiscum habendo cum legatis vestris contulimus, et post varios hinc inde tractatus tandem in hoc convenimus: quod in festo apostolorum Petri et Pauli iuxta lacum Gar- 1184. Iun. 29.
densem idem colloquium celebretur. Quia vero pacificus Deo preduce ad hoc colloquium noster erit progressus, pro reverentia vestri omnis locus nobis placet ad quem cum securitate nostra et nostrorum accedere possemus. Unde Cumas venire satis nobis complacet, nisi quia propter obsides suos, qui captivi tenentur, non possemus clamorum sustinere importunitates. Constitutum itaque est, quod nos Ripam [1] accedamus, et vos si placet Veronam, Brixiam vel Mantuam veniatis; et tunc locus competens, in quo colloquium habeatur, facile poterit inveniri. Vestram itaque sanctitatem, pater carissime, rogamus, monemus et exhortamur in Domino, quatenus ad tanti boni consummationem, quod in eodem colloquio auctore Deo proventum ire non dubitamus, laborem itineris aggredi non pigritemini. De misericordia enim Dei speramus, quod dabit perficere, tantummodo velle vobis adiaceat. Huius itaque rei gratia familiarem capellanum nostrum magistrum Beletum ad presentiam vestram transmittimus, cui super omnibus ad hoc negotium spectantibus plenam fidem petimus adhibeatis, et tam per ipsum quam per scripta de voluntate vestra et fratrum vestrorum per omnia nos certifaciatis.

1) *Riva ad lacum Benacum.*

# 297. SENTENTIA DE IURE CONSTRUENDI CASTRI.

1184. Mart. 15.

*Adhibuimus* 1) *transsumtum autographi a. 1215. Iun. 2 ab Erceto notario factum, quod asservatur in tabulario Vindobonensi, exemplatum a Wattenbachio et Boehmero et* 2) *chartularium ecclesiae Tridentinae saec. XIII. in. dictum codex Wangianus tabularii praesidis Oenopontani, fol. 77, secundum editionem in Fontibus rerum Austriacarum II, 5, 53 nr. 19. — Stumpf, Reg. 4371.* (*P. deest.*)

† In nomine Domini. Dum Henricus comes de Tirol rogaret venerabilem dominum Albertum Tridentine sedis electum, quatinus cum in colle uno, qui[a] est in monte supra villam Selsi, castrum edifficare permitteret, et ipse dominus Albertus electus denegans[b] hoc penitus, dicens sibi quod non permitteret, veniens[c] idem comes ante presentiam illustrissimi Federici imperatoris invictissimi semperque[d] augusti ipsum rogavit inquirere[e] laudum unum super hoc, scilicet ut si[f] in commitatu suo castrum sine contradictione[g] edifficare posset an non. Ibique incontinenti assurgens prememoratus dominus Albertus electus e[h] contra peciit a prememorato domino imperatore, ut super hoc laudum fieri faceret, dicens videlicet: postquam predictus collis est situs in eo commitatu qui est communis inter me et predictum comitem, si in eo absque mea voluntate et consensu castrum edifficare possit annon. Super quam interrogationem prefatus dominus imperator interrogavit dominum Ottonem[i] falsegravium, ut laudaret quid iuris esset. Qui laudavit dicens: ubicumque duo comites unum commitatum inter se comunem[k] habent, unus eorum sine altero in eodem commitatu castrum construere non potest.

Factum est hoc laudum Achenou in camera iam dicti domini imperatoris[l], nullo contradicente, in presentia Henrici et[m] Odolrici comitum de Piano, Adelperii de Burgus[n], Rupretti[o] de Stilfs[p], Swikerii et Outi de Montealbano, Odolrici et nepotis eius Odolrici de Arcu, Ottonis et Kallochi[q] de Winec, Henrici de Salee, Ribaldi de Cagnano[r], Alberti de Ripa, Trintinelli[s], Perati[t], Triutseni[u] de Rambaldo, Federici Scanci, Henrigiti[v] de Tridento, Amelrici de Civigano[w], Tulleni[x], Gerardi[y] de Pesena.

Anno dominice nativitatis millesimo centesimo octuagesimo quarto, die Iovis decimo septimo exeunte Marcio, ind. secunda.

† Ego Albertus domini Federici imperatoris invictissimi notarius isto laudo interfui et exinde hoc instrumentum scripsi.

**297.** a) quod 1. b) denegasset 2. c) deveniens 2. d) que *deest* 2. e) inquerere 1. f) v̄ſi 1. g) sine contr. castrum 2. h) he 1. i) Otonem 1. k) commnum 1; commnem inter se 2. l) et *add.* 1. m) *deest* 1. n) Burgo 2. o) Ruperti 2. p) Stilvs 2. q) Kalochi 2. r) Rabaldi de Cagnao 2. s) tr̓tinelli 1. t) Pesati 2. u) tr̓tsñi 1; Triutini 2. v) Enrigeti 2. w) Civizano 2. x) Tuleni 2. y) Girardi 2.

# 298. CONVENTIO CUM COMITE HAINOENSI DE MARCHIA IMPERII CONSTITUENDA.

## 1184. Mai.

*Servata est in transsumto episcoporum Belvacensis et Nivernensis facto a. 1258 mense Februario Parisiis, in tabulario S. Lamberti Leodiensis exstante nr. 16. Episcopi de charta nostra haec enuntiaverant:* Item alias litteras sigillatas sigillo serenissimi viri Friderici Dei gratia Romanorum quondam imperatoris et semper augusti non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus in hec verba[1]. *Chartam nostram exscripsit vir d. Arndt et cum viro d. Toeche communicavit, qui eam vulgavit 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 600 nr. 1. Qua editione usi sumus. Paullo ante eam ex exemplari viri d. Schoonbrodt Leodiensis minus correcte ediderat Prutz 'Heinrich der Löwe' p. 488. — Stumpf, Reg. 4375.* *(P. deest.)*

In nomine Domini. Hec est conventio facta et ordinata inter dominum Fridericum Romanorum imperatorem et Baldewinum comitem Haynoensem.

1. Baldewinus comes Haynoensis disponet et efficaciter promovebit, quod universum allodium Henrici comitis Namucensis et de Lucelburc, avunculi sui, sicut illud tenet et tenuit, cum omni integritate et iure, cum abbatiis et ecclesiis et universis appendiciis per manum suam vel avunculi sui imperio legitime conferatur. Et quandocumque comes Hainoensis hanc donationem perfecerit, dominus imperator comiti Hainoensi iam dictum allodium et insuper universum feodum, quod Henricus comes Namucensis et de Lucelburc tenet et tenuit ab imperio, in feodo concedet, et coniunctis tam feodis quam allodiis iam dictis, dominus imperator marchiam imperii ex eis constituet, quam marchiam comes Haynoensis a domino imperatore accipiet et ex ea princeps imperii et ligius homo censebitur et principum imperii gaudebit privilegio.

2. Item universi ministeriales Henrici comitis Namucensis et de Lucelburc dignitati marchie tradentur eo tenore, quod a marchia nequaquam possint alienari.

3. Illo vero qui marchiam tenebit decedente, filius suus in dignitatem marchie illi succedet; si vero filius decesserit, frater eius ipsi succedet, et sic de fratre in fratrem successio durabit, si filii defuerint. Porro si filii et fratres defuerint, filia illius igitur marchiam tenebit. Si filium habuerit, filius ille a domino imperatore dignitatem marchie suscipiet.

4. Hac donatione completa, comes Hainoensis tenebitur solvere domino imperatori et domino Henrico regi filio eius et curie octingentas marchas argenti et domine imperatrici quinque marchas auri.

5. Si vero dominus imperator ante huius rei consummationem decesserit, dominus rex filius eius idem negocium debito effectui mancipabit.

6. Omnibus hiis consummatis dominus imperator et rex filius eius hec omnia composita privilegiis suis sepedicto comiti confirmabunt et ei legitima compositione conferent.

Ut autem hec omnia premissa rata et inconvulsa habeantur, placuit ea auctoritatis sue sigillo et scripto cerografizato domino imperatori confirmare, subnotatis testibus, quorum nomina sunt: Otto Babenbergensis episcopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Godefridus imperialis aule cancellarius, Raulfus prothonotarius, Gerhardus

1) *Ita Prutz 'Heinrich der Löwe' p. 488, ubi plura de episcoporum charta invenies.*

comes de Los, Henricus comes de Dietse: de ministerialibus imperii: Wernherus de Bonlant, Cuno de Mincimberg, Philippus de Bonlant, Guillelmus advocatus Aquensis: de hominibus comitis Haynoensis: Eustachius de Ruez, Almannus de Provi, Nicholaus de Baarbentum, Hugo de Croiz, Polins de Vileirs.

Acta sunt hec anno domini MCLXXXIIII, mense Maio, indictione II.

## 299. SENTENTIA DE OFFICIATIS EPISCOPORUM.

1184. Iun. 20.

*Dedit Bethmann ex autographo tabularii Cameracensis, cui appendebat sigillum; ex eius exemplari edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 137 nr. 145* [1]. — *Stumpf, Reg. 4378. (P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Notum facimus universis imperii fidelibus, presentibus et futuris, quod dilectus noster ac fidelis princeps Rogerus Cameracensis episcopus in presentia nostra constitutus per sententiam quesivit: si officiatum suum sive custodem rerum suarum quando vellet ab offitio et custodia rerum suarum removere posset, precipue cum propter negligentiam sive fallaciam illorum incurrat detrimentum rerum suarum. Ex deliberatione itaque et consilio principum ac prudentum curiae nostrae super questione episcopi talis est lata sententia: quod episcopus offitiatum suum et custodem rerum suarum pro sua voluntate removere potest et mutare quandocumque velit, salvo tamen benefitio quod officiatus vel custos ab eo dinoscitur habere.

Huius rei testes sunt: Conradus Maguntinus archiepiscopus, Godefridus imperialis aulae cancellarius, Rudolfus imperialis aulae prothonotarius, Iohannes prepositus Sancti Germani Spirensis, Hugo decanus maioris ecclesiae Cameracensis, Waltherus canonicus eiusdem ecclesiae, Wernerus de Bonlande, Willelmus advocatus Aquensis, Iohannes Tassuns, Iohannes Gerlant, Baldewinus Calvus, Michahel Plantefiugl, Iohannes Pilepois.

Dat. apud Geilenhusen anno dominicae incarnationis MCLXXXIIII, ind. II, XII. Kal. Iulii.

1) *Per similem sententiam iam a. 1135. Ian. 1 Gualtero praeposito Cameracensi officium abiudicatum est in curia Lotharii III; v. eius privilegium (Böhmer 'Acta imp. selecta' 75 nr. 82; Stumpf, Reg. 3303), ubi haec:* Eadem sane sententia de omnibus officiis non feodatis in praesentia nostra a praefatis principibus ibidem data et confirmata est.

# 300. SENTENTIA DE DEBITIS PRINCIPIS ECCLESIASTICI.

1184. Sept. 22.

*Dedit Bethmann e cartulario ecclesiae Cameracensis saec. XIII. signato B, in bibliotheca municipali Cameracensi nr. 1029 asservato. Ex exemplari Bethmanni edidit cum Böhmer 'Acta imperii selecta' 141 nr. 148. — Stumpf, Reg. 4385. (P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator augustus. Notum esse volumus universis imperii nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus, quod dilectus noster Rogerius Cameracensis episcopus in presentia nostra constitutus in sollempni curia Mediolani celebrata sua nobis conquestione proposuit coram principibus imperii, Theutonicis pariter et Latinis, quod a quibusdam mercatoribus graviter impeteretur, qui debita predecessoris sui, felicis memorie Alardi, ab eo requirebant et ipsum propter hoc nomine debitoris in causam trahebant. Cum igitur idem episcopus in facie principum nostrorum maiestatem nostram per sententiam interrogaret: quid iuris super instantia mercatorum illorum esset, dilectus consanguineus noster Conradus Magontinus archiepiscopus a nobis requisitus, hanc dedit sententiam, ab universis principibus qui presentes aderant, archiepiscopis et episcopis atque abbatibus, approbatam: quod nullus princeps ecclesiasticus tenetur solvere debita predecessoris sui, que non per consensum imperatorie maiestatis et consilium capituli sui mutuo accepit; et bona ecclesiastica nec ei vendere licet nec pignori obligare, nisi per eumdem imperatorie maiestatis consensum. Data igitur hac sententia et a cunctis principibus qui presentes aderant approbata, nos consequenter interrogati a predicto episcopo: si Alardus predecessor eius per consensum nostrum quicquam de bonis ecclesie sue obpignoraverit vel alicui debito se obligaverit, pura teste conscientia palam confessi sumus: nichil horum predecessorem suum per consensum nostrum fecisse, sed nec ab eo nos super talibus umquam fuisse requisitos. Eapropter imperiali auctoritate et de vigore date sententie statuimus, fidelem nostrum Rogerum Cameracensem episcopum a debitis antecessoris sui penitus esse liberum nec eum debere cuiquam ipsum super hoc impetenti respondere, ideoque ipsum episcopum ab impetitione predictorum mercatorum auctoritate imperiali denuntiamus absolutum.

Testes huius rei sunt: Conradus Maguntine sedis archiepiscopus, Robertus Viennensis archiepiscopus, Algisius Mediolanensis archiepiscopus, Otto Babinbergensis episcopus, Eberhardus Merseburgensis episcopus, Bertramus Metensis episcopus, Conradus Warmacensis episcopus, Henricus Virdunensis episcopus, Milo[a] Taurinensis episcopus, Willelmus Astensis episcopus, Wala[b] Pergamensis episcopus, Siffridus abbas Hersveldensis, Gregorius Prumiensis abbas, Ludewicus lantgravius Thuringie, Henricus Wertio marchio, Gerardus comes de Lon, Henricus comes de Dietse, Theobaldus comes de Lechsgemonde[c], Symon comes de Spanheim, Henricus de Aldinthorph.

Datum Mediolani, anno dominice incarnationis MCLXXXIIII, indictione II, X. Kal. Octob.

300. a) Mirus *cod.* b) Warus *cod.* c) Lechlgemonde *cod.*

# 301. INFEODATIO MARCHIARUM GENUAE ET MEDIOLANI.

1184. Oct. 19.

*Dederunt Böhmer et Bethmann e schedis Heckmanni Hannoverae asservatis, qui a. 1700 chartam hanc Modenae exemplavit. De marchiis istis cf. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' II, 262. — Stumpf, Reg. 4388. (P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno dominice nativitatis MCLXXXIIII, die Veneris, qui est XIII. exeunte mensis Octobris, indictione II, cum Fridericus Romanorum imperator apud Veronam in palatio Sancti Zenonis cum maxima curia esset, ibi in praesentia bonorum hominum, nomina quorum haec sunt: Conradus archiepiscopus Moguntinus, dominus Gotofredus cancellarius, Gothofredus patriarcha Aquilegiae, Pistor episcopus Vicentinus, Drudus episcopus Filtrensis, dominus Wezelo de Camino, Vingeltus de Prata, Fisolinus de Campo sancti Petri, Rudolphus protonotarius, Rudolphus camerarius, Leonardus iudex Veronensis, Gerhardus de Rocha, Aldrigetus filius Arardi, in istorum et aliorum multorum nobilium curiae praesentia, dominus imperator Federicus investivit marchionem Opizonem de Este de marchia Genuae et de marchia Mediolani et de omni eo quod marchio Azo habuit et tenuit ab imperio, ita ut supradictus marchio habeat et teneat a praedicto imperatore ad rectum feudum cum omni honore illud totum quod ad imperium spectat, et nominatim de eo quod fuit de duce Henrico[1], ut iure feudi ab imperio habeat tantum. Iam dictus marchio tali conditione recepit investituram a predicto imperatore de feudo quod olim a iamdicto duce Henrico habebat, quod si dux aut eius heredes terram recuperaverit vel ipse imperator ei aut suis haeredibus terram reddiderit, quod predicta investitura nihil debeat ei marchioni nocere. Et insuper omnium rerum possessiones quas ipse possidebat, etsi aliquis aliquid iuris in praedictis rebus seu possessionibus occasione alicuius hereditatis habebat vel competebat, praedicto marchioni Opizoni imperiali auctoritate dedit et concessit.

Actum in Verona in palatio Sancti Zenonis.

Ego Manfredinus sacri palatii atque domini Friderici imperatoris notarius interfui et scripsi et firmavi.

---

# 302. QUERIMONIA CONTRA CREMONENSES.

(1185. Febr.)

*Dedit Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 756 nr. 1062 ex exemplari Hippolyti Cerda, quod fecit e membrana tabularii Cremonensis iam sign. 1918 (olim D 36), quam autographon esse opinatus est. Sed vir cl. Holder-Egger, cum a. 1891 inspiciens apographon tantum coaevum esse iudicavit duabus manibus exaratum. Denuo contulit vir d. Astegiano Cremonensis. — Stumpf, Reg. 4408. (P. deest.)*

1) *Heinrico Leone.*

(1) Post gestatam Rome coronam cum dignitate et nomine imperiali fungeremur
et rursus accepissemus[a] voluntatem[b] intrandi in Ytaliam, accesserunt ad nos Cremo- 1158.
nenses tractantes nobiscum[c] et firmiter agentes de destructione[d] Creme. Et nos illis
promisimus, quod non exieremus Ytaliam, nisi destructa Crema; eo presertim tenore 1159. in.
et tali conditione, quod et ipsi nobis fideliter assisterent et tam in destructione Medio-
lani quam in aliis que nobis inconberent sua nos fidelitate iuvarent. Cuius facti exse-
cutores Cremam valida manu obsedimus et in obsidione illa moram fecimus XXX sep- 1159. Iul. in.
timanis aut plus, non sine multi sanguinis et rerum impensa, et perdidimus ibi viros
nobiles nostros beneficiatos, ministeriales et servientes strenuos, quos recompensari
difficile est; et non sine maximo persone nostre periculo res nobis acta est, ita ut
nullus hominum computare posset, quantum nos receperimus dampnum, tam principes
nostri, quam alii[e] homines quamplurimi, quos ad hoc[f] invitaveramus discrimen. Satis-
factum tandem est studiis nostris, et Crema cessit viribus fortitudinis nostre. Que 1160. Ian. 27.
destructa fuit funditus; et cum ceteris eius civitatis menibus ecclesiam quoque, quod
tamen se non facturos promiserant, penitus everterunt. (2) Procedente tempore ad-
iutorio Dei et illorum atque fidelium nostrorum studioso labore Mediolanum evincimus 1162.
et destruximus. Cumque de regalibus nostris ordinaremus per totam Lumbardiam, ita
disposuimus, ut de regalibus nostris in episcopatu Cremonensi ab eis annuatim ducentas
marchas reciperemus. Post hec facta est curia solemnis in Wirceburc[g], ad quam 1165.
multitudo Lumbardorum convenit; inter quos venerunt Cremonenses postulantes a nobis
gratiam sibi fieri de constituta pensione; in qua petitione tantum illos exaudivimus,
ut ducentas marcas, quas annuatim solvere tenebantur, penitus remitteremus, ea spe,
quod plene confidebamus de illis, quod nunquam in aliquo se nobis opponerent.
(3) Accidit post hec, quod pro necessitate imperii ordinavimus expeditionem versus
Romam. Cumque exercitum[h] per Lumbardiam duceremus, locuti sumus cum Cremo- 1167. in.
nensibus; et propter dilectionem, quam habuimus erga illos, milites illorum nobiscum
vice soldariorum pro precio nostro duximus, nominatim Egidium de Dovaria et alios[i]
Cremonenses secum, quos tunc nobis ducere placuit. Et super hec omnia, cum plenam
de illis conciperemus fiduciam, illi studio occulte fraudi dederunt animum[k], nobis
facientes molestias et impedimenta per universam Lombardiam. Hoc utentes principio
Mediolanenses, quos profugos et destructos in quatuor villis exposueramus et in aliis
locis, ubi vix vita gauderent, contra honorem nostrum et imperii reduxerunt in civi- Apr. 27.
tatem suam. Unde omne surrexit malum[l], quod interim in Ytalia[m] sustinuimus.
(4) Deinde civitatem nostram Laudam, quam imperiali manu nostra fundaveramus, Mai.
nobis fecerunt adversam timore ipsorum, maximum ex hoc honori nostro dantes oppro-
brium[n]. Deinde Parmenses nobis reddiderunt adversos, ita ut obsides datos a Bononia, Aug.
quos illorum fidei commiseramus, Bononiensibus redderent; quod illi nequaquam fecissent,
nisi timore Cremonensium. Ad hec per eosdem Cremonenses strate[o] nostre per Montem
Bardonis nobis undique precluse fuerunt, ut nulla nobis pateret via revertentibus a
Tuscia in Lonbardiam. Et per hoc universa regalia nostra in Lombardia nobis ablata
sunt; et conpulsi fuimus per terram marchionis Malaspine per angustum serpere 1168. Mart.
foramen cum maximo persone nostre periculo et tanti exercitus, uxoris nostre et filio-
rum; nec ausi fuerunt per universam Lumbardiam aliqui nos recipere preter fideles
nostros Papienses[p], qui omnem[q] imperio fidem exhibuerunt; quibus in eternum retri-
buere intendimus, nos et filius noster post nos et omnes, quos ad hoc poterimus in-
ducere in memoriam fidelitatis, quam tunc exhibuerunt nobis et inperio. (5) His[r]

**302.** a) accepissemus *c.* b) volumtatem *c.* c) nobissemu *c.* d) dustructione *c.* e) allii *c.* f) huc *c.* g) Wiercebur *c.* h) exhercitum *c.* i) allios *c.* k) annimum *c.* l) surexit mallum *c.* m) Ytaliam *c.* n) oprobrium *c.* o) stare *c.* p) Papiemses *c.* q) omne *c.* r) *abhinc secunda manus c.*

addimus, quod eorum culpe imputamus, quod de tribus locis, Gamunde videlicet et Meringin et Burgul et aliis coadiutoribus, septem omnibus numero, convenientes contra (Apr.) honorem nostrum et imperii, civitatem construxerunt, quam hodierno die dicunt Cesaream. Ad cuius iniurie vindictam factum est, quod expeditionem ordinavimus in Italiam (1174. Dec.) et eandem civitatem obsedimus. Ibi factum est, quod convenirent Lombardi ad habendum nobiscum conflictum; cum quibus venit Wazo Cremensis comitatu societatis sue ad hoc congregate[s], ut ibi nos occiderent et honorem nostrum nobis auferrent. (6) Transacto aliquo tempore, cum celebraturi essemus conscilium Venetiis, Cremonenses miserunt ad nos, ut si vellemus venire in civitatem illam, ipsi cum maximo honore nos vellent recipere; offerentes nobis, quod per civitatem ipsorum cum securi- (1176. Dec.) tate et honore conducere nos vellent in terram domine Mathildis. Fidem habuimus eorum securitati, intravimus Cremonam, et hospitati nos fuerunt ad Sanctam Agatham, nec meminimus, quod infra tempus, quo aput eos morati fuimus, servitium nobis fecerint estimatione panis unius. Fecerunt nos intrare secum in refectorium Sancte Agathe, ibique habito nobiscum colloquio ad hoc nos compullerunt, ut salva persona nostra non crederemus unquam nos exituros de hoc loco, donec eis dedimus duas villas nostras Warzstallam et Luciariam. Set Deo propitio ita inde recessimus, quod nullum eis inde dedimus privilegium, licet omnes principes nostri, tam clerici quam laici, quorum innumerabilis nobiscum turba fuit, nobis instarent, ut omnia que peterent illis daremus, quatinus salva vita possemus recedere. Hac violentia et iniuria interim villas predictas nobis abstulerunt. His addiderunt, quod cum in eodem refectorio Sancte Agathe iurassent, quod Mediolanensibus favore Papiensium vivam werram facerent et pontem Placentinorum destruerent, non fecerunt. (7) Sicut ergo ea que iuraverunt non sunt exsecuti, ita nec nos ipsis tenemur super promissione quam illis fecimus, sicut utrinque promissum fuit. Nec oblivisci possumus que presentes positi vidimus, vide- (1185. Ian.) licet quod nobis accedentibus ad civitatem Laudensem, cum Placentiam pergeremus, occurrerunt nobis Cremenses cum crucibus prostrati coram nobis ad querimoniam super afflictione[t], qua eos afflixerunt Cremonenses: ibi videntibus nobis Cremonenses eos a facie nostra nudos[u] nudis gladiis[v] repulerunt, percutientes eos et graviter quosdam vul- (Ian. ex.) nerantes. Ac deinde nobis Placencie existentibus[w] irruerunt in eos, casas eorum igni vastantes et diruentes possessiones eorum, cum personas non invenissent qualibet turpissima morte perdendas. Fecerunt autem Cremonenses dampnum nobis estimatione CCC M marcarum, quas ipsis computare possumus; super quibus eos convenimus querentes iustitiam, quam nec nobis facere voluerunt nec recipere a nobis.

---

# 303. CONVENTIO CUM MEDIOLANENSIBUS.

## 1185. Febr. 11.

*Dedit b. m. Iaffé ex apographo saec. XV. in tabulario diplomatico Mediolanensi asservato, quo certe etiam primus editor Puricelli 'Ambrosianae Mediolani basilicae monumenta' (Mediolani 1645 4°) I, 1028 (= Ficker 'Italienische Forschungen' IV, 195 nr. 155) usus est, qui cartam e tabulario Sancti Ambrosii se praebere dicit. Textum pacti, quod cartae insertum est, imitata est conventio, quam Heinricus VI. 1192. Iul. cum Brixiensibus iniit; v. infra. — Stumpf, Reg. 4409.* (P. deest.)

302. s) congregati c. t) afflitione c. u) nudis c. v) gradiis c. w) assistentibus c.

In nomine sancte[a] et individue Trinitatis. Fridericus[b] divina favente clementia Romanorum [imperator] augustus. (1) Preclare serenitatis nostre liberalis benignitas ea virtutum gratia pollet, ut cum universos fideles suos habundantis clementie favore complectatur, illos tamen artius ac specialius sue familiaritati conciliet, quos fidelitatis perseverantia et devotionis fervore erga sacram imperii maiestatem ceteris prepollere perpendit. Circumspecte itaque discretionis oculo dilectorum fidelium nostrorum civium Mediolanensium attendentes strenuitatem, fidem ac devotionem, quo ferventiori ceteris affectu nostre in dies dignationi gratiores se exhibent, tanto honori et promotioni ipsorum ac civitatis sue accuratius volumus intendere, quanto nobis datum est de ipsorum sinceritate perfectiorem fiduciam habere. (2) Eapropter imperiali placuit clementie nostre, predictorum fidelium nostrorum desideriis nostre mansuetudinis animum ad commoditatem eorum et laudabilem civitatis statum applicare, ut concessiones et permissiones, quas eis in pace[1] sine censu fecimus pro nobis et illustri filio nostro Henrico Romanorum rege augusto, confirmaremus; et insuper regalia illa imperii, que illis sine censu non concessimus, secundum infrascriptum modum in subscriptis terris pro censu concederemus; et pactum, quod subsequitur, cum eis iniremus. (3) Concedimus itaque Mediolanensibus omnia regalia, que imperium habet in archiepiscopatu Mediolanensi sive in comitatibus Seprii, Martesanie[c], Burgarie, Leucensi, Statione vel in aliis comitatibus et locis extra comitatus, ubicumque sint in aqua et terra. Si qua etiam regalia habemus in locis, que Mediolanenses concesserunt Cremonensibus ultra Abduam, similiter, cum ea recuperaverint, eis concedimus. Comitatum autem Seprii, in quo superius et regalia eis concessimus, sic intelligimus, sicut in privilegio[2] nostro distinctum est, scilicet per hos fines: a Lacu Maiori sicut pergit flumen Ticini usque ad Padrignanum, et a Padriniano usque Cerrum de Parabiago, et a Parabiago usque ad Carronnum, et a Carrono usque ad flumen Sevisi, et a Seviso usque ad flumen Trese, et sicut Tresa refluit in predicto Lacu Maiori. Eo addito quod de omnibus illis locis, de quibus commune Mediolani habet iurisdictionem, quam eis concessimus vel nunc concedimus, non obsit Mediolanensibus, si quis a tempore regni nostri vel ab eo, qui a nobis habuit aliquod datum vel scriptum, habeat in supradictis locis de regalibus imperii, unde ille, qui datum suscepit, publice non est in possessione. (4) Ab hac concessione regalium excipimus omnia feoda et beneficia antiqua, ab antecessoribus nostris de regalibus concessa ecclesiis vel quibuscumque personis, et etiam [si qua[d]] a nobis concessa sunt de regalibus, de quibus possessor manifestam habet possessionem; et reservata paratica nobis, que debet prestari filio nostro illustri regi Henrico et omnibus successoribus eius, cum primo coronam regni Mediolani aut Modoetie suscipient, prestanda ab hiis, qui ipsam paraticam soliti sunt prestare; et reservato in Modoetia, quod marascalco nostro vel regis liceat ibi hospitia assignare; excepto quoque iure appella[tionum, sicut][e] in forma pacis[3] est comprehensum. (5) Pro hiis autem regalibus, que eis nunc concedimus et in pace non[f] concessimus, debent Mediolanenses prestare nobis vel nostro nuntio et successoribus nostris in civitate Mediolani a Kalendis instantis Martii ad annum pro censu singulis Kalendis Martii libras trecentas imperiales.

(6) Ad maiorem quoque cautelam et eorum securitatem talem pro nobis et filio nostro rege Henrico cum Mediolanensibus conventionem fecimus, que hinc inde iuramento firmata est. Iuravit Rudolfus camerarius noster parabola et in anima nostra, quod nos bona fide manutenebimus civitatem Mediolanensem et quod iuvabimus eccle-

**303.** a) domini *c.* b) Federicus *c., similia semper.* c) Martesañe *c.* d) *haec foramine deleta, vestigia secutus, restituit Iaffé.* e) *foramen c.* f) nunc *c.*

1) *Constantiensi.* 2) *Quod deperditum videtur.* 3) *Constantiensis c. 10.*

siam Mediolanensem et Mediolanenses manutenere omnes possessiones, quas habent et possident, et iura omnia, iusticias et rationes, quas habent. Si quas etiam possessiones, iura, iustitias et rationes amiserint, adiuvabimus eos bona fide recuperare. Eas autem possessiones, iura, iustitias et rationes intelligimus, quas habent in archiepiscopatu Mediolanensi sive in comitatibus predictis et in locis extra comitatus, ubicumque sint, contra omnes homines et civitates et loca Lombardie, Marchie et Romaniole. Eo tamen tenore, ut nos pro speciali negotio Papiensium non faciamus guerram Mediolanensibus nec pro speciali negotio Mediolanensium teneamur facere guerram Papiensibus. Sed si aliqua lis inter eos orta fuerit, nos bona fide partes nostras interponemus ad componendum vel ad iustitiam faciendam. Si vero Papienses adiungent se alicui civitati vel persone ad guerram faciendam Mediolanensibus, nos teneamur Mediolanenses adiuvare, sicut supra continetur. Et omnes concessiones seu permissiones illas, que facte sunt in tenore pacis sine censu et quas modo facimus pro censu, cum iustitia et ratione eis manutenebimus. Et quod nos non faciemus specialem societatem cum aliqua civitate, loco vel persona, que sit de Lombardia, Marchia vel Romaniola, absque consensu consulum Mediolanensium, vel maioris partis vel omnium. Idem etiam sacramentum faciemus prestare regem Henricum filium nostrum in anima sua et parabola sua faciendum ad terminum, quem consules Mediolani cum consilio credentie nobis dixerint. (7) Item idem Rudolfus suprascripto modo parabola nostra iuravit, quod nos bona fide et sine fraude dabimus operam, ut Crema integre reedificetur ad terminum, quem consules Mediolani cum consilio credentie sue nobis dixerint, cum ea virtute quam habemus in Lombardia, Marchia et Romaniola. Dabimus autem operam hoc modo: commonendo, exortando, precipiendo personis, civitatibus et locis Lombardie et Marchie et Romaniole sub debito sacramenti et fidelitatis, publice et privatim, bona fide, ut nobis ad hoc perficiendum debitum et efficax consilium et auxilium prebeant. Si autem infra terminum constitutum aliam fortiam, quam modo habeamus, in Lombardia, Marchia et Romaniola habuerimus, eam ad hoc perficiendum bona fide adhibebimus. Et si infra terminum constitutum id facere nequiverimus, ad idem perficiendum secundum predictum modum teneamur, cum primum poterimus, quousque reedificetur. Siqua autem persona, civitas vel locus ad hoc perficiendum aliquod impedimentum, ne id fiat, prestare presumpserit, eum eosve vel eas per districtum sacramenti et fidelitatis, qua nobis tenentur, prohibebimus. Et si propter hoc non acquieverint, eos easve in banno publice mittemus, quousque digne satisfecerint. Et si satisfacere distulerint, per sacramentum et fidelitatem proximis civitatibus, locis et personis precipiemus, ut eis guerram faciant. (8) Similiter faciemus iurare regem Henricum filium nostrum ad terminum, quem consules Mediolani constituent consilio credentie sue, quod Cremam bona fide manutenebit, sicut et nos de ea bona fide manutenenda iurari fecimus. Manutenebimus autem Cremam hoc modo et ea ope, sicut dictum est de reedificatione facienda; eo addito, si fuerimus ultra montes, quod bonum nuntium et litteras mittemus pro simili adiutorio prestando et impedimento inhibendo, cum inde fuerimus requisiti.

(9) Pacti quoque et iuramenti formam, quod Mediolanenses nobis et filio nostro Romano regi facere debent, presenti pagine duximus inserendam. Iurabunt, quod bona fide et sine fraude adiuvabunt nos et predictum filium nostrum manutenere imperium in Lombardia, Marchia et Romaniola; et manutenere omnes possessiones, iustitias, iura et rationes, quas habemus in Lombardia, Marchia et Romaniola; et specialiter terram quondam comitisse Mateldis. Si quas etiam possessiones, iustitias, iura et rationes in predictis terris, scilicet Lombardia, Marchia et Romaniola, et nominatim de terra quondam comitisse Matildis, amiserimus, adiuvabunt nos bona fide recuperare, et hoc contra omnes civitates, loca et personam quamlibet Lombardie, Marchie et Romaniole; eo tenore ut, si nos aut filius noster rex Henricus aliquando, quod nobis

licere nolumus, contra concessiones seu permissiones factas personis, civitatibus seu locis Societatis, sicut in tenore pacis continetur, venire voluerimus, Mediolanenses non teneantur hoc sacramento nos adiuvare. Et si aliqua persona, civitas vel locus Societatis contra hoc fecerit, quod nobis et filio nostro regi Henrico in pace convenerunt, teneantur Mediolanenses nos adiuvare et filium nostrum regem, usquequo venerint ad congruam satisfactionem. Item iurare debent, quod non facient specialem societatem cum civitate, loco vel persona de Lombardia, Marchia et Romaniola absque consensu nostro vel regis Henrici filii nostri. Item consules et credentia iurabunt, quod bona fide et sine fraude dabunt nobis et filio nostro Henrico regi rectum consilium de illis negotiis, de quibus ab eis postulabitur a nobis vel a filio nostro rege Henrico, per nos aut certum nuncium nostrum aut nostras litteras; nec per fraudem se subtrahent, quin illud dent. Et hoc sacramentum facere debent Mediolanenses a decem et octo annis supra et a septuaginta infra bona fide et sine fraude, qui consueverunt sacramenta generalia facere. Et eos, qui non iuraverint propter minorem aetatem, facient iurare, cum fuerint maiores, in quinto anno, si requisitum fuerit. Et renovabunt in singulis decenniis hec sacramenta etiam illi qui fecerint, cum requisiti fuerint a nobis vel a certo nuncio nostro.

(10) Et ibi statim in conspectu nostro consules Mediolani, quos commune ad hoc destinaverat, iuraverunt, ut supra de eorum sacramento continetur; hii videlicet: Pinamons de Vicomercato, Heriprandus iudex, Adobadus Bultrafus, Ugo de Camerario. Hoc amplius facient socios suos et credentiam infra octo dies, postquam Mediolani fuerint, iurare, ut supra, et alios cives Mediolanenses, cum inde a nobis vel nostro nuncio fuerint requisiti. Alii quoque legati, qui cum eis erant, supradictum iuramentum iuraverunt sine predicto additamento; hii videlicet: Rugerius Vicecomes, Arnaldus de Mariola[g], Guillielmus de Ossa, Ardericus iudex de Bonate, Otto Cendadarius, Alcherius Bonusvicinus.

(11) Interfuerunt huic facto Guillielmus Astensis episcopus, Wala Pergamensis episcopus, Conradus Lubicinensis electus, Obertus Modoetiensis archipresbyter, Fridericus prepositus Argentine, frater Tidericus de Silva Benedicta, Chunradus[h] dux Spoleti, Chunradus[h] marchio Anchonitanus, Gerardus comes de Los, Conradus castellanus de Nurinberch, Symon comes de Spanheim[i], Dipoldus comes de Lechesgemunde, Bertoldus Ytalie legatus, Warnerus[k] de Bonlande, Henricus dapifer, Conradus pincerna, Henricus marschalcus de Lutra; Domertus Bentzonis, Rogerius de Osio, Benso Bonisenioris consules Cremensium.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Godfredus imperialis aule cancellarius vice domni Philippi Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Actum anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo quinto, indictione tertia, regnante domno Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore augusto, anno regni eius trigesimo tertio, imperii vero trigesimo primo. Datum apud Regium, per manum Rudolfi imperialis aule prothonotarii, tertio Idus Februarii; feliciter amen.

**303.** g) *sic Puricelli;* Mãõla *c.* h) Churadus *c.* i) Spanhein *c.* k) Wanerus *c.*

# 304. 305. PROSCRIPTIO COMITIS GEBENNENSIS.

## 1186. Mart. 1. 2.

### 304. *PROMULGATIO PRO ECCLESIA GEBENNENSI. Mart. 1.*

*Autographon tabularii reipublicae Gebennensis, cui adhuc pars sigilli appendet, contulit Bethmann, descripsit Iaffé. Edidit Spon 'Histoire de Genève' ed. in 4⁰ II, 42; ed. in 8⁰ III, 78 (= Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 210). Cf. etiam litteras (s. d.), quibus imperator Gebennensibus sententiam proscriptionis enuntiat, Spon II, 45 (III, 83; Stumpf, Reg. 4467) et litteras (Aug. 27) patentes, quibus episcopo licentia datur recipiendi feoda, quae comes ab ecclesia Gebennensi tulerat, Spon II, 44 (III, 81; Stumpf, Reg. 4466). — Stumpf, Reg. 4447. (P. deest.)*

⁞ Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. ⁞ Universis Romani imperii fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit gratiam suam et omne bonum. Imperialem decet maiestatem in rebus variis gratiam moderari et vindictam, ut fidelibus ad vota pro servitiis respondeat et culpas rebellium digna ultionis animadversione compescat. Eapropter notum facimus universitati vestre, quod Willelmus comes Gebennensis legitima citatione coram maiestate nostra constitutus, iuravit stare mandatis nostris super iniuriis et excessibus et dampnis, que dilecto nostro Namtelino Gebennensi episcopo et ecclesie Gebennensi dinoscitur intulisse. Qui subterfugiendo iusticiam a curia nostra clam recessit et, dum iuramenti sui fideique constantiam expectaremus, degeravit[a]. Habito igitur principum prudentumque nostrorum consilio consultisque curie nostre iudicibus, iudiciali sententia ipsum comitem banno imperiali subiecimus, legali iudicio condemnatum ad omnimodam restitutionem dampnorum que predicto episcopo et ecclesie irrogavit. Ideoque statuimus, ut idem episcopus de prediis antedicti comitis usque ad summam viginti milium solidorum liquido declaratam recipiat; ad hec eidem episcopo plenam damus auctoritatem ab eodem comite et bonis eius exigendi mille libras auri, propter prevaricationem privilegii nostri, sicut in eo continetur. Iudiciario quoque ordine data est in ipsum comitem sententia, ut omnia feoda et beneficia, que habuit ab episcopo et ecclesia Gebennensi, ad ipsum episcopum et ad ecclesiam libere revertantur, quibus comes per culpam et contumaciam suam iusto privatus est iudicio; et ad sepe dictum episcopum et ecclesiam suam iudiciali sententia redierunt. ita quod nos omnes illos, qui mediantibus eisdem feodis aut beneficiis comiti fidelitate fuerant astricti, omnino absolvimus et pro eisdem bonis episcopo et ecclesie eadem fidelitate debere teneri censemus. Quocirca vobis mandamus et sub obtentu gratie nostre ac debito fidelitatis firmiter et districte precipimus, quatenus sepius dictum comitem tamquam bannitum et publicum hostem imperii habeatis et episcopo Gebennensi et ecclesie sue in recuperatione dampnorum suorum constanter assistentes in rebus et persona comitem persequi non desistatis, scituri profecto, quod qui in persecutione eius tepuerint, iram indignationis nostre se noverint graviter incurrisse.

Huius rei testes sunt: Hermannus Monasteriensis episcopus, Albertus Vercellensis episcopus, Milo Taurinensis episcopus, Iohannes prepositus Sancti Germani de Spira, Ulricus de Gudenbor, Warnerus de Bollandia, Sirus Salembin Papiensis,

304. a) *sic pro* dejeravit.

Ido Tardonensis, iudices imperialis aule; Bonus Iohannes advocatus Vercellensis, Rodulfus camerarius et alii quam plures.

Datum apud Casale anno dominice incarnationis MCLXXXVI, indictione IIII. Kal. Martii.

### 305. *PROMULGATIO PRO ECCLESIA LAUSANNENSI. Mart. 2.*

*Repetimus editionem viri cl. Hisely 'Les comtes de Genève' in libro 'Mémoires de l'institut national Genévois' II. 103, quae duo apographa recentiora in bibliotheca Bernensi asservata*[1] *adhibuit. — Stumpf, Reg. 4448. (P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii fidelibus ad quos presens pagina pervenerit gratiam suam et omne bonum. Imperialem decet maiestatem in rebus variis gratiam moderari et vindictam, ut fidelibus ad vota pro servitiis respondeat et culpas rebellium digna ultionis animadversione compescat. Ea propter notum facimus universitati vestre, quod nos Vuilhelmum comitem Gebennensem bampno maiestatis nostre subiecimus pro maleficiis et dampnis que ecclesie Lausannensi dignoscitur intulisse. Cum enim in presentia nostra pro eisdem excessibus ter citatus legitime fuisset et venire et satisfacere contempsisset, iudiciario ordine lata est in eum sententia bampni nostri et publicationis eius, tam in rebus quam in persona. Quocirca vobis mandamus et sub obtentu gratie nostre ac debito fidelitatis firmiter et districte precipimus, quatenus iam dictum comitem tanquam bampnitum et publicum hostem habeatis et ecclesie Lausannensi in recuperatione bonorum suorum constanter adsistentes, ipsum comitem in rebus et persona persequi non desistatis, sciturі profecto, quod qui in persecutione eius tepuerint, iram indignationis nostre se noverint graviter incurrisse.

Huius rei testes sunt: Hermannus Monasteriensis episcopus, Albertus Vercellensis episcopus, Milo Taurinensis episcopus, Bonus Iohannes Vercellensis advocatus, Warnerius de Bollandia, Robertus de Durna[a] et Uldricus de Judenburg, et alii quam plures.

Datum apud Casale sancti Evasii, anno incarnationis dominice millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, sexto Nonas Martii.

# 306–312. RECONCILIATIO CREMONAE.

## 1186. Iun. 8. – Iul. 6.

### 306. *CONDITIONES SUBIECTIONIS CREMONAE. Iun. 8.*

*Gesta per notarium scripta dedit vir cl. Astegiano, qui etiam scripta sequentia nr. 307—312 contulit, ex autographo tabularii Cremonensis sign. nunc 361 (olim G 80)*[2]*. Ex exemplari b. m. Hippolyti Cereda ea publicavit Böhmer 'Acta imperii selecta' 604 nr. 893. — Stumpf, Reg. 4455. (P. deest.)*

In nomine domini nostri Ieshu Christi. Anno a nativitate eius millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die dominico, octavo mensis Iunii.

**305.** a) Dona *ed.*

1) *Haller, Collect. diplom. in 4° p. 181 et Ruchat, Hist. génér. de la Suisse tom. V.* 2) *Cuius apographon saec. XIII. est carta sign. 366 (G 96), teste viro cl. Holder-Egger.*

1. Otto de Comite et Otto Curtese consules comunis Cremone a parte ipsius comunis per se et socios suos fecerunt finem et refutacionem domino Frederico Dei gratia Romanorum invictissimo imperatori augusto nominative de castro Guarstalle et curte et villa et eius pertinenciis et de Luzaria et curte et eius pertinenciis et de omni iure et honore, quod quondam comitissa Matildis habuit in predictis locis et castro et curtibus et villis, nec impediant illa iura. Et si Cremonensis ecclesia vel aliqua privata persona, que sit de Cremona vel eius districtu, in predictis locis ex antiquo habet aliquas possessiones vel aliquod ius iuste, quiete habeat: ita tamen ut debita et consueta servicia curie et imperio faciat.

2. Item predicti consules suo nomine et nomine sociorum suorum a parte predicti comunis Cremone fecerunt finem et refutacionem eidem domino imperatori nominative de castro Creme et eius pertinenciis et de Insule[a] Fulcherii. Et omnia privilegia et scripta, que imperator eis fecit et dedit de Crema et Insula Fulcherii, in manibus domini imperatoris resignabunt. Et ita quod imperator deponet ea apud Papiam, et ipsi consules Cremone debent recipere plenam securitatem a Papiensibus sub tali tenore, quod si imperator vel eius successor dedit vel dederit Cremam vel Insulam Fulcherii alicui civitati vel loco aut colegio vel persone, quod Papienses reddant ea Cremonensibus. Et si predicta privilegia fuerint necessaria Cremonensibus, Papienses habeant facultatem exhibendi ea Cremonensibus ad hutilitatem ipsorum Cremonensium contra quascumque personas vel civitates vel loca, excepto quod non debent ea exhibere contra imperatorem vel eius successorem de Crema et Insula Fulchorii: ita tamen quod usque ad finem mensis ea reddant, postquam a Papiensibus eis fuerint adsignata. Et si quas possessiones vel aliquod ius ecclesia Cremonensis vel aliqua alia persona privata Cremonensium vel eius districtum[a] in Crema vel Insula Fulcherii iuste habet, quiete habeat et debitam et consuetam iusticiam curie et imperio faciat.

3. Predicti consules Cremone cum infrascriptis hominibus Cremone iuraverunt ad sancta Dei evangelia pacem Cremensibus et Mediolanensibus et Placentinis; et addiderunt in ipso sacramento, quod facient iurare eandem pacem sociis suis consulibus Cremone et credencie sine fraude; et quod facient iurare unum consulum vel aliquam honestam personam de civitate bone opinionis in concione, data parabola a populo, presente nuncio imperatoris. Et hoc idem sacramentum fecerunt de predicta pace de Cremona: Albertus Trussus, Homobonus de Trizio, Poncius de Giroldis, Bernardus Picinus, Surdus de Valariis, Girardus Faber, Iohannes de Conrado, Nichola de Moro, Petrus de Suspiro, Otto de Casalemorano, Ambroxius de Scandolaria consul Cremone, Todesscus Sagittaclericus, Girardus de Burgo, Ottolinus de Persio, Guidothus de Baldezonis, Martius de Bradalono, Barocius de Burgo, Vuilielmus de Bellato. Qui vero omnes, tam consules quam alios[a], iuraverunt, predicta omnia que superius et inferius scripta sunt bona fide adtendere et observare domino imperatori et eius parti, et quod facient iurare omnes socios suos consules Cremone et omnes de credencia sine fraude hoc idem sacramentum.

4. Item consimilem[a] sacramentum pacis fecerunt adversus predictos Cremonenses de Mediolano: Ubertus Vicecomes de Placencia potestas Mediolani, Vuilielmus Burrus, Vuilielmus de Osa, Crottus de Portanova, Arnaldus de Supraaqua, Mutalbergus Marcellinus, Amizo de Sorixina, Ardricus de Moecia[b], Florius de Cruce, Cassius de Lampugnano, Albertus de Lampugnano, Petrus de Alliate, Reglerius Marinonus, Ardricus de Pusterna, Albertus de Mairola consul, Iacomus Mainerius, Ugo de Camerario, Paganinus de Catto, Otto Plattus, Ugo de Sexto; de Crema: Otto de Rivoltella, Girardus de Bonato, Luvilus de Sablone, Domettus Benzettus; de Placencia: Opizo Novellus

306. a) *sic or.* b) *sic pro* Modecia *or.*

et Bernardus Balbus. Qui vero predicti potestas de Mediolano et consules et consules Creme et Placentie debent facere iurare consules socios suos et credencia[a] sine fraude, et unum consulem vel hominem bone opinionis in concione, data parabola a populo, presente nuncio imperatoris, predictum sacramentum pacis.

5. Et si Cremonenses habuerint guerram cum aliqua civitate aut loco vel persona, et Cremenses iuverint adversarios Cremonensium et cum eis Cremonenses offenderint, non teneantur Cremonenses pacem servare Cremensibus, quamdiu guerrra duraverit. Captivi inde reddantur.

6. Cremonenses debent facere fidelitatem domino imperatori et filio eius regi Henrico a quindecim annis supra et a sexaginta infra. Et singulis decenniis faciant, qui non fecerunt. Et ita quod consules et credencia debent iurare predictam fidelitatem ad octo dies proximos post acceptam gratiam, reliquus vero populus infra mensem proximum post receptam gratiam.

7. Et dominus imperator remisit eis et in comuni et in diviso omnes offensiones et damna et maleficia et indignaciones et recepit eos in plenitudinem gratie sue. Et hoc idem facere debet rex Henricus eius filius.

8. Et ipsi reddiderunt eidem domino imperatori Castrum Manfredi; et nuncius eius intravit in ipso castro cum vexillo imperatoris; et illi de castro exierunt portantes secum quod una vice portare potuerunt; castrum destructum fuit ad voluntatem imperatoris.

9. Predicti consules de Cremona suo nomine et nomine sociorum suorum fecerunt finem et refutacionem de omnibus possessionibus et locis et de omni iure et concessione et privilegio novo et veteri, quod Mediolanenses eis concesserunt, et instrumenta, que inde habent, eis reddent. Et renunciaverunt domino imperatori et finem fecerunt de omni iure et concessione et privilegio novo et veteri, quod dominus imperator vel eius successor eis concessit super isdem possessionibus et locis.

10. Et iuraverunt, quod stare habent in mandato imperatoris de predicta pace Placentinorum et quod sacramenta pacis erunt completa ad octo dies post receptam gratiam imperatoris.

Actum quando Castrum Manfredi obsidebatur.

Interfuerunt Gotifredus Dei gratia imperialis curie cancellarius, Vuilielmus Astensis episcopus, Bernardus Parmensis episcopus, Rodulfus Treverensis episcopus, Bonifacius Montisferrati marchio, Supramons[c] marchio, Bonus Iohannes advocatus de Vercello, magister Metellus vicarius curie, Albertus de Adegherio Ferrariensis, Otto Cendadarius Mediolanensis, Grossus Brixiensis, iudices curie, Martinus de Castello et Wilielmus frater eius, Vuido de Sancto Nazario, Busnardus de Grandivillano et multi alii testes.

Ego Martinus Filippi imperialis aule et Papiensis notarius interfui et precepto domini imperatoris et consulum Cremone et aliorum iam dictorum hominum Cremone hoc instrumentum scripsi.

## 307. *INDULGENTIA IMPERATORIS. Iun. 8.*

*Contulit vir d. Astegiano 1) autographon ab Osberto notario exaratum sign. 1914 (K 38) et 2) apographon alterius autographi a Martino Filippi notario exarati, quod fecit Acantius notarius, sign. 1929 (K 10). Ex hoc profluxit editio Böhmeri 'Acta imperii selecta' 145 nr. 153, cui exemplar praebuerat Cereda*[1]. *Antehac minus correcte edita fuit a Campo 'Cremona fedelissima città' p. 24 (= Lünig, Cod. dipl. Italiae I, 193)*[2]. — *Stumpf, Reg. 4456.* *(P. deest.)*

**306.** c) de Cavalcabobus *intrusit Cereda.*

1) *Cf. etiam Böhmer p. 929.* 2) *Lectiones nonnisi corruptelas praebent. In fine leguntur:* Et Albertus sacri palatii not. etc., *quae fortasse ad codicem 1 recedunt.*

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate eius millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die dominico, octavo mense[a] Iunii.

Dominus Fredericus Dei gratia Romanorum invictissimus imperator augustus recepit Ottonem Curtese et Ottonem de Comite consules communis Cremone, Albertum Trussum, Homobonum[b] de Trizo[c], Poncium de Giroldis, Bernardum Picinum, Surdum de Vallariis, Girardum Fabrum, Iohannem de Conrado, Nicholaum[d] de Moro, Petrum de Suspiro, Ottone[m] de Calmorano[e] a parte et nomine tocius communis Cremone, et pro communi et pro diviso, in plenitudinem gratie sue et remisit eis omnes offensiones et dampna et maleficia et indignaciones. Quod idem facere debet serenissimus rex Enricus eius filius. Et ibi loci ipse dominus imperator fecit iurare unum suum missum per suam datam parabolam ad sancta Dei evangelia eo modo, quod ipse propter hoc, quod olim contingit inter ipsum dominum imperatorem et Cremonenses, non incurret contra eos Cremonenses in his que possident neque in locis neque in aliis, et quod non movebit eis controversiam de maleficiis vel offensionibus vel iniuriis vel dampnis ab eis contra eum conmissis a commune vel diviso.

Actum subtus temptorium[f] domini imperatoris, quando erat in obsidioni[g] castri Manfredi. Prefatus dominus imperator hoc instrumentum fieri precepit. Interfuerunt dominus Gotifredus Dei gratia imperialis curie cancellarius, Fredericus prepositus Sancti Thome de [Stras]burc[h], Iohannes Spirensis prepositus, Rodulfus camerarius, Thomas castellanus de Nono et alii quam plures testes.

† Ego[i] Osbertus sacri palacii notarius.

### 308. *IURAMENTUM CREMONENSIUM DE SOLVENDA PECUNIA.* *Iun. 8.*

*Servavit codex sign. † saec. XII. ex. nr. 1, e cuius exemplari a Cereda confecto edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' 818 nr. 1131. — Stumpf, Reg. 4457.*

*(P. deest.)*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die dominica, octavo mensis Iunii.

Oto de Comite et Otto Curtise consules communis Cremone, Albertus Trussus, Homobonus de Trizia, Pontius de Giroldis, Bernardus Pizinus, Surdus de Vallariis, Girardus Faber, Iohannes de Conrado, Nicola de Moro, Petrus de Suspiro, Oto de Casalimorano, omnes de civitate Cremona, iuraverunt manibus propriis ad sancta Dei evangelia adversus dominum Fredericum Romanorum invictissimum imperatorem augustum eo modo, quod ipsi per se aut per eorum certum missum a parte communis Cremone propter pacem et concordiam, quam cum eis fecit, quando ipse erat in obsidione castri Manfredi, dabunt in Papia[a] in casa Gaiferii Ysimbardi aut in casa Iacobi fratris sui, si ipse Gaiferius[b] non adfuerit, ipsi Gaiferio et Iacobo vel illi nuntio, quem dominus imperator ordinaverit, libras mille quingentas denariorum bonorum imperialium,
Iun. 29. medietatem usque ad festum apostolorum Petri et Pauli de Iunio proximum et aliam
Aug. 1. medietatem in Kalendis Augusti proximi. Item iuraverunt predicti omnes, quod ipsi dabunt libras trecentas curie imperatoris denariorum bonorum imperialium ad quindecim
Iun. 22. dies proximos post receptam gratiam domini imperatoris; quam vero gratiam receperunt hodie. Et addiderunt in ipso sacramento, quod ipsi facient consulibus Cremone sociis suis et toti credentie Cremone facere consimile sacramentum de dando ad predictos

307. a) mensis 2. b) *deest* 2. c) Trezo 2. d) Nicolam 2. e) Ottonem de Casalimorano 2. f) eiusdem *add.* 2. g) obsidione 2. h) . . . moburc 1; Straoburc 2. i) *loco* Ego — notarius 2: Ego Martinus Filippi imperialis aule et Papie notarius interfui et iussu domini imperatoris hoc instrumentum scripsi.

308. a) Papiam *c.* b) Gaiferus *c.*

terminos predictos omnes denarios, et hec ita adtendere et adimplere habent bona fide et sine fraude illis scientibus, nisi quantum remanserit per parabolam predicti domini imperatoris vel eius certi missi, et secundum quod eis aut misso parabolam dederint et terminum mutaverint. Ipsi ita attendere et observare habent bona fide sine fraude illis scientibus, si Deus illos adiuvet et illa sancta Dei evangelia. Et hoc idem sacramentum fecerunt eodem die Ambrosius de Scandolaria consul communis Cremone, Todescus Sagittaclericus, Girardus de Burgo, Otolinus de Persio, Guidottus de Baldezonis, Martius de Brodulano, Barozius de Burgo atque Wilielmus de Belloto.

Actum subtus tentorium domini imperatoris, quando erat in obsidione Castri Manfredi.

Predicti consules et alii hoc instrumentum fieri preceperunt.

Interfuerunt Cotifredus domini imperatoris cancellarius, Wuilielmus Astensis episcopus, Bernardus Parmensis episcopus, Ubertus Vicecomes de Placentia Mediolani potestas, Bonifacius marchio Montisferrati, Supramons marchio, Opizo Novellus, Bernardus Balbus, consules Placentie, Wuilielmus Burrus, Wuilielmus de Osa de Mediolano et multi alii testes.

## 309. *TRADITIO PRIVILEGIORUM CREMONENSIUM PAPIENSIBUS FACTA.* *Iun. 24.*

*Ex autographo sign. 2443 (A 90), cuius exemplar a Cereda confectum adhibuit Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI', p. 604 nr. 7.* *(P. deest.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, regnante imperatore Frederico, die Martis, octavo Kalendas Iulii, in civitate Papie, in presentia credentie Papie collecte ad sonum campane et testium infrascriptorum.

1. Dominus Albertus de Summo et dominus Girardus Faber dederunt duo privilegia nomine comunis Cremone domino Thome Noni castellano et domino Unberto de Olivalo, quos dominus Gottifredus imperatoris canzelarius ex parte imperatoris suos nuncios fecerat ad ea accipienda et apud consules Papie deponenda. In quibus privilegiis continebantur privilegia data et concessa ab imperatore Frederico Cremone civitati de Castro Creme et Insule[a] Fulcherii. Et in uno eorum continebatur privilegium datum et concessum eidem civitati de aliis suis utilitatibus et usantiis in toto civitatis districtu. Et unum privilegiorum fuit datum et concessum Papie et aliud Laude.

2. Et predicti Thomas et Unbertus deposuerunt ea apud consules Papie, et scilicet Nicolaum de Sisto et Iacobum de Sicleriis et Lanfranchum Capellum et Lanfranchum Rabiam, nomine comunis Papie. Et predictis domino Alberto et domino Gerardo interrogantibus nomine comunis Cremone, promiserunt eis iam scripti consules nomine comunis Papie bona fide custodire et salvare suprascripta privilegia ad utilitatem Cremone secundum tenorem infrascriptum et reddere ea consulibus seu rectori Cremone petentibus ea cum conscilio credentie Cremone inviolata et incorrupta, quociescumque Cremone fuerint necessaria infra octo dies, postquam consules sive rector Cremone a rectoribus Papie ea pecierint, ut supra scriptum est, facta a Cremonensibus simili securitate Papiensibus de redditione privilegiorum[b] et quam Papienses Cremonensibus fecerunt, ut supra et infra legitur, de eis scilicet Papiensibus ad mensem, postquam Cremonenses ea habuerint, reddendis in civitate Papie. Et eam securitatem debent Papienses venire recipere Cremone; et si per eos steterit, quominus venirent recipere eam cautelam, debent nichilominus dare et reddere privilegia Cremonensibus, ut supra

309. a) *sic or.* b) privileriorum *or.*

et infra continetur; excepto, ne teneantur reddere suprascripta privilegia Cremonensibus volentibus eis uti contra imperatorem vel eius successorem in eo quod ad Cremam et Insulam Fulcherii pertinet; in aliis autem capitulis si eis uti voluerint, debent Cremonensibus ea reddere. Et si imperator Fredericus vel successor eius dedit vel dabit Cremam aut Insulam Fulcherii alicui civitati vel loco vel persone uni vel pluribus seu etiam collegio, dabunt privilegia suprascripta Cremonensibus sine ulla cautione.

3. Et promiserunt insuper suprascripti consules Papie suprascriptis dominis Alberto et Girardo interrogantibus, quod suprascripta omnia capitula ponent vel poni facient in brevi vel brevibus, super quo vel super quibus iurabunt consules communis et iustitie et credentia Papie. Et hoc idem facient eos consules et credentiam iurare omni anno, qui pro tempore erunt, et illi sequentes et sequentem credentiam omni anno, usque dum apud Papiam erunt predicta privilegia, et quod ea non dabunt alii ulli, nec eorum exempla. Et secundum suprascriptum tenorem Cremonenses debent uti suprascriptis privilegiis contra omnem civitatem et locum et collegium et personam, prout supra scriptum est.

4. Et hoc amplius promiserunt suprascripti consules Papie suprascriptis domino Alberto et domino Girardo, suprascripta privilegia salvare et custodire bona fide et cum summa diligentia, ut dictum est. Et renunciaverunt, ne possit excipere ullo tempore comune Papie vel eius defensor, quod ex suprascriptis promissionibus non possit conveniri cum effectu, quia non sit quicquid versum ex suprascriptis in utilitatem communis Papie.

5. Item iuraverunt suprascripti omnes consules Papie et quisque eorum per se per sancta Dei evangelia, suprascripta omnia bona fide et sine fraude attendere et observare, si Deus quemque eorum adiuvet et sancta Dei evangelia. Hec ita solempniter acta sunt.

Ibi fuerunt Albericus Rappus de Papia et Enrichus de Quattuordecim et Enrichus de Aurilia et Nicolaus de Roberto Tinctore de Cremona testes et Petrus Carfalla.

Ego[b] Iacobus Sartor sacri palatii notarius his omnibus interfui et me subscripsi.

Ego[c] Cremosianus notarius per Frederichum imperatorem interfui et rogatu suprascriptorum Papie consulum hanc cartam scripsi.

## 310. *SOLUTIO MILLE QUINGENTARUM MARCARUM.* *Iun. 29.*

*Ex autographo sign. 915 (K 83); dedit Toeche l. c. p. 603 nr. 4 ex exemplari Ceredae. (P. deest.)*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, die dominico, secundo exeunte Iunio, in quo die fuit festivitas sancti Petri, indictione quarta.

Dominus Leonardus de Babbo, consul civitatis Cremone, nomine communis Cremone dedit et descignavit Gaiferio Ysembardo et Iacobo Ysembardo mille quinquecentum libras denariorum infortiatorum Cremone et novorum Mediolanensium et Brixiensium nomine domini imperatoris.

Actum in civitate Papie.

Ibi interfuerunt Albertus Struxius et Ugitionus Alcherius et Dalphinus de Gosalengo et Nicola Tinctor et Guilielmus Ciuolla[a].

Ego Matheus sacri palatii notarius interfui et hanc cartam scripsi.

309. b) *alia manus in c.* c) *prior rursus manus in c.*
310. a) *seu* cuiolla *or.*

### 311. *SOLUTIO SEPTINGENTARUM QUINQUAGINTA MARCARUM.* *Iun. 30.*

*Ex autographo eiusdem membranae sign. 915 (K 83): ex exemplari Ceredae edidit Tocche l. c. p. 603 nr. 5. Cum in nr. 3 statutum esset, 750 marcas die 29. Iunii et iterum 750 marcas die 1. Augusti esse solvendas, nescio cur iam die priore tota summa, die 30. Iunii iterum 750 marcae solutae sint, nisi actio quaedam de re pecuniaria inter Cremonenses et Papienses intercesserit.* *(P. deest.)*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, die lune, ultimo exeunte Iunio, indictione quarta.

Confessi fuerunt Gaiferius Ysembardus et Iacob Ysembardus de civitate Papie, quod dominus Leonardus de Babbo consul civitatis Cremone et nomine comunis Cremone solvit eis septecentum quingaginta libras imperialium nomine domini imperatoris, et renunciaverunt exceptioni non numerate peccunie. Et hoc idem in presentia infrascriptorum testium confessus fuit Thomaxius castellanus Auone et etiam renuntiavit exceptioni non numerate peccunie.

Actum in civitate Papie.

Ibi interfuerant Arditio confanonerius et Mainardus de Bughezole et Oldefredus de Cazale et Iacominus de Manerva et Bonacursus de Ysacco de Verona et Lanfrancus de Beccaria et Ugo advocatus, ambo consules Papie, et Egidius de Caprariis de Verona et Guido Zacius et Michael de Braida et Orricus de Palatio et Albertus Struxius et Ugicionus Alcherius et Dalphinus de Gosalengo.

Ego Matheus sacri palatii notarius interfui et hanc cartam scripsi.

### 312. *INDULGENTIA HEINRICI VI. REGIS.* *Iul. 6.*

*Praesto fuerunt 1) autographon sign. 743 (GGG), cuius membrana iam foraminibus magnis pro parte deleta est, et 2) eius apographon a Lanfranco notario confectum, sign. 923 (D 37), cuius ope lacunae suppleri potuerunt. Utrumque adhibuisse olim videtur Cereda, e cuius exemplari edidit Tocche l. c. p. 604 nr. 6. Mutilatum et depravatum scriptum nostrum antea ediderunt Campo 'Cremona fedelissima' 24 (= Lünig 'Cod. dipl. Italiae' I, 394) et Muratori 'Antiquitates Italiae' IV, 471 'ex archivo Cremonensi', quem secutus est Pertzius. Codex Vallicellianus G 94 chart. saec. XVII. fol. 231, quem olim descripsit b. m. Böhmerus, textum simili modo mutilatum praebet. — Stumpf, Reg. 4582.*

*(P. 183.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die[a] dominico qui fuit sextus intrante mense[b] Iulii, dominus[c] Henricus Dei gratia Romanorum rex invictissimus augustus recepit Odonem de Comite et Diaconum de[d] Persico a parte et nomine totius comunis Cremone et pro diviso seu vice singularum[e] personarum in plenitudinem gratie sue et[f] remisit eis nomine comunis et divisim[g] omnes offensiones et dampna et malefitia et indignaciones. Et ibi loci predictus rex Henricus fecit iurare Sigelbotum[h] per suam sibi datam parabolam et supra suam animam, quod amplius non causabitur Cremonenses[i] de offensionibus, dampnis, maleficiis imperio vel Frederico patri[k] suo vel sibi a parte comunis Cremone vel divisim[g] illatis et quod propter hoc, quod olim contigit inter dominum imperatorem[l] et Cremonenses vel[l] inter se et Cremonenses, non incurret[m] contra eos Cremonenses in his que possident, neque in locis neque in aliis.

312. a) d. d. q. *deperierunt in* 1. b) *dep.* 1. c) *deest* 2. d) d. P. a p. et *dep.* 1. e) singularium 2. f) et — offensiones *dep.* 1. g) divisi 2. h) Sigelbotum — supra suam *dep.* 1. i) Cremo *dep.* 1. k) tri su *dep.* 1. l) *dep.* 1. m) incuret 2.

Actum sub temptorio regis Henrici feliciter, quando erat in obsidione Urbisveteris. Interfuerunt ibi testes rogati ab ipso rege: Philipus de Bolanda, Golferamus de Petra, Otto Frangenspanem[n] prefectus Rome, Wilielmus de Barce, Silus Salienbene, Wala de Palatio, Ido de Dertona, Vercellinus[o] Balbus, Rufinus Tortus, Sigebaldus de Campno[p].

Ego Osbertus sacri palacii notarius interfui et rogatus ab ipso domino rege scribere scripsi.

# 313. RECONCILIATIO SENARUM.

## 1186. Iun.

*Dedit vir cl. Holder-Egger e codice bibliothecae publicae Senensi F. I. 8 in folio maximo, qui sancti Remigii expositionem in Matthaeum manu saec. XII. continet, cui illata est in folio penultimo p. 265 manu saec. XII. ex. vel XIII. in. Eodem codice, tunc tabularii metropolitanae basilicae, usus est Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 167 (= Pertz). — Stumpf, Reg. 4579.* (*P. 182.*)

Hec est forma compositionis per quam Senenses veniunt ad gratiam domini imperatoris et regis Henrigi.

1. Inprimis resignabunt serenissimo regi comitatum Senensem et omnia bona et possessiones et iura, quae fuerunt comitisse Matilde et comitis Ugolini, si qua habent, et quicquid pertinet ad marchiam Tuscie. Resignabunt etiam et restituent omnia castra et possessiones omnes[a] et specialiter castrum Sancti Quirici et omnia regalia, iura et iurisditiones, quae pertinent ad imperium infra civitatem et extra; et nominatim monetam et pedagium sive teloneum, quam facere consueverunt vel faciunt.

2. Iurabunt etiam fidelitatem domino regi a XV annis usque ad LXX.

3. Preterea restituere debent ecclesiis et nobilibus de comitatu Senensi omnes possessiones, castra et iura, si qua eis abstulerunt.

4. Insuper, si quos nobiles iuramento pro aliquo facto adstrinxerunt, eos a vinculo iuramenti absolvent.

5. Coniurationem nullam facient nec compagniam[b] nec securitatem sine parabola domini regis vel inperatoris[c] cum aliqua persona, civitate vel loco; et si aliquam fecerunt, coniuratores absolvent ad mandatum domini regis.

6. Preterea illa duo castra, silicet Montem Acutum et Orgiam, consignabunt et tradent in potestatem domini regis, salvo tamen iure eorum, si quod habent in iam dictis castris, ita quod dominus rex cognoscat per se vel per fideles suos de curia sua de iure eorum et illorum, qui de iam dictis castris conqueri voluerint. Et si cognitum fuerit iam dicta castra pertinere ad Senenses de iure, eis restituet.

7. Servire etiam debent iam dicti Senenses domino regi de pecunia sua in quatuor milibus librarum, et domine quoque regine sexcentas libras dabunt et curie quadringentas.

8. Pacem et guerram facient omnibus, quibus dominus rex precipiet vel certus nuntius eius, sicut est legatus Italie vel alius nuntius ad hoc destinatus. Et specia-

**312.** n) Fragenspanem 2. o) Vercelinus 2. p) Canpno 2.

**313.** a) *eadem manu superscr. c.* b) cōpagnaam *corr. ead. m.* cōpagniam *c.* c) vel inperatoris *ead. manu superscr. c.*

liter pacem servabunt Vulterrensi episcopo et hominibus de Monte Alcino et aliis fidelibus imperii iuxta mandatum domini regis.

9. Ecclesias ab omnibus[d] exactionibus et honeribus servabunt inmunes ad mandatum domini regis et nominatim ecclesias Vulterrani episcopi.

10. Dominus vero imperator et rex recipient Senenses in plenitudinem gratie sue, remittendo eis omnes offensas quas eis et imperio aliquo modo fecerunt, salvis etiam eis allodiis et beneficiis suis et pignorationibus, quae vel quas iuste habent vel tenent.

Anno[e] Domini MCLXXXVI, mense Iunii, indict. IIII.

# 314–317. CONTROVERSIA CUM URBANO III.

## (1186. Iun. 18. — 1187. Febr. 19.)

### 314. *URBANI III. EPISTOLA RESPONSORIA AD IMPERATOREM.*
*(1186) Iun. 18.*

*Responsum pontificis ad epistolam imperatoris ante diem Iunii 1, quo die ipse Folmarum archiepiscopum consecravit, scriptam servaverunt 1) codex Vindobonensis 738 (Theol. 115) saec. XII. ex. fol. 198', quem in nostros usus vertit vir cl. Kehr; ex eo epistolam publici iuris fecit Denis 'Codices manuscripti theologici' I, 2, 1208; 2) codex Wernigerodanus Za 31 (dictus Viennensis)[1] saec. XII. ex. fol. 40, ubi tertia pars ultima desideratur; ex eo edidit Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum' II, 409 (= Mansi XXII, 501; Watterich II, 678). Utrumque codicem adhibuit Wilhelmus Meyer 'Forschungen' XIX, 63, cui lectionem codicis 2 debemus. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 15634.*
*(P. deest.)*

Urbanus[a] episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Si datum esset desuper et celesti providentia stabilitum, ut inter aecclesiam et imperium ad salutem christiani populi tanta esset connexio caritatis, quod adversus eam nec susurronum et malignantium studia praevalerent nec ab alterutra partium aliquid in praeiudicium alterius vel dispendium ageretur, gratum nobis existeret et acceptum et universis Deum timentibus sicut credimus complaceret, cum ad hoc[b] sapientia Dei duorum censuram gladiorum statuerit[c], ut, dum alter alteri cohereret, iniquorum maliciam districtio unius compesceret et contempnentes alterius potentia refrenaret. Quod nos piis sicut convenit affectibus intuentes ab ipsis promotionis nostrae[d] iniciis firmum concepimus propositum et tenemus, inter aecclesiam et imperium, si per tuam serenitatem non steterit[e], pacem perpetuam et concordiam reformare et[f] — salva conscientia loquimur[g] — nequaquam occasionem quesivimus vel queri-

**313.** d) ab omni (ōib3) *in loco raso eadem manu c.* e) Anno — IIII *alio atramento et altera manu add. c.*

**314.** a) Urbanus — benedictionem *des. 1, ubi rubrum in margine:* Urbanus papa F. imperatori. b) h 1. c) stat. censuram gladiorum 2. d) nostrae prom. 2. e) constiterit 2. f) ut *add.* 2. g) loquamur 2.

1) *Quem fusius descripsit Winter 'Forschungen zur deutschen Geschichte' X, 642.*

mus ab hoc proposito desistendi. (2) Sane imperiales apices ea qua decuit benignitate suscepimus eorumque serie plenius intellecta, ut tuae celsitudini de nostra conscientia certius innotescat, serenitati tuae per singula duximus capitula[h] respondendum. Recolimus siquidem nec sine multimoda commendatione referimus, quod in promotione nostra pacem aecclesiae tua excellentia prosecuta debita reverentia et devotione suscepit, quod circa nos manus Domini voluit non[i] ex nostris meritis sed ex sua misericordia operari, attendens sicut credimus, quod sicut princeps es ex divina institutione katholicus, ita in aecclesia Dei revereri et servare debeas catholicam unitatem. (3) Post quod fatemur, nos a tua magnitudine per litteras et nuncios accepisse, quod patrimonium aecclesiae, sicut ad tuum spectat officium, sub tua volebas protectione recipere et ad hoc, si in nostrae consisteret beneplacito voluntatis, Heinricum[k] illustrem regem tuae excellentiae[l] filium destinare: bona utique et commendanda promissio, si debita efficatia compleretur. Sed quod sine ammiratione[m] non ferimus, res in contrarium versa est, cum idem illustris filius tuus non ad defensionem terrae nostrae, sed potius[n] ad oppressionem videatur[o] intendere et a civitatibus et aliis locis, que nostrae iurisdictionis[p] existunt, Narnia videlicet, Viterbio[q], Perusio[r] et quibusdam aliis, fodrum[s] et alia indebita servicia exigat et quibusdam denegantibus quod[t] postulat pro suae voluntatis arbitrio comminetur. Placuit igitur promissio, placuit et affectus; et quia contrarius effectus extitit[u], grave gerimus nec tuae credimus excellentiae convenire. (4) Quod autem Nouarienses[v] a Christi corpore, quod est aecclesia, pro culpa sua[w] separatos tua serenitas devitavit[x], debita commendatione[y] prosequimur, nec aliter saluti et honori tuo, qui universos extollentes[z] se adversus Deum et aecclesiam suam[a] accepta debes potestate reprimere et statuta aecclesiastica firmiter observare, congrue providisses. (5) Ex eo vero quod nobis super facto Cremonensium[b] intimasti, eo gravius ammiramur, quo affectum tuum ad hoc cognoscimus aliena forte suggestione inductum, ut pro his, que gratiarum[c] debes prosequi actione, concepisse in contrarium videaris. Nam cum Cremonenses ipsi sepius ad nostram accessissent praesentiam[d] humiliter postulantes, ut eos sub protectione sedis apostolicae recipere deberemus[e], licet id salva conscientia potuerimus admisisse[f], qui universis ad nos devote clamantibus favorem tenemur apostolicum inpertiri, ne tamen contra excellentiam tuam[g] de favore nostro existerent insolentiores[h], peticionem ipsorum nequaquam admisimus, et ut tua providentia non ignoret, quod inter te et ipsos pacem et concordiam noluerimus disturbare — quod si forte voluissemus, aliter negotia processissent — venerabili fratri nostro S(icardo)[i] Cremonensi episcopo, cum ad tractatum ipsius pacis intenderet, dedimus in mandatis[k], ut de reformanda concordia omni qua posset sollicitudine laboraret. In quo si quam habeas materiam conquerendi, serenitas tua consideret, quod[l] nos id recurrentes ad memoriam[m], conscientiam non videmus. (6) Episcopis autem vel civitatibus Longobardiae[n] nequaquam nos prohibuisse meminimus, ne magnitudini[o] tuae in[m] inpugnatione Cremonensium[p] ipsorum assisterent et consilium et auxilium debitum ministrarent; licet episcopos ab hoc[m] merito potuerimus prohibere[q], cum aecclesiis Italicis nequaquam hactenus fuerit consuetum hanc servitutem inponere, et imperialibus privilegiis expresse, sicut tua serenitas non dubitat, habeatur, quod ipsis ecclesiis novas conditiones tua non debeat inducere altitudo. Nec grave excellentiam

**314.** h) capitulā 1. i) non — misericordia *des.* 1. k) H. 1. l) exc. tuae 2. m) adm. 2. n) *deest* 1. o) vid. ad oppr. 2. p) iurisditionis 1. q) et Byterbio 1. r) Verusio 2. s) fodum 1; forum 2. t) quos 2. u) existit 2. v) Novarianis 2. w) pro culpa sua a Christi — ecclesia 2. x) vitavit 2. y) emendatione *corr.* 1. z) *in marg. suppl.* 1. a) eius 2. b) Cremonensi 1; Cremon. 2. c) gratiae 1. d) praes. acc. 2. e) ap. sedis protectione deb. recipere 2. f) admisisse 1. g) tuam exc. 2. h) ins. exist. 2. i) *deest* 2. k) mandatum 2. l) quia 1. m) *deest* 2. n) Lombardiae 2. o) magnitudinis 2. p) Cremon. 2. q) prohibuisse 2.

tuam gerere volumus vel molestum, si eos[r], qui commissas sibi[s] aecclesias tam indebitae conditioni subicere praesumpserunt, auctore Deo[t] pastorali officio[u] compescemus[v]. Quibusdam tamen pro certo iniunximus, ut possessiones et bona aecclesiarum Cremonensis dyocesis in imperialis collatione auxilii non vastarent, quod quidem iniuncti nobis officii debitum requirebat, quia[w] tenemur aecclesiarum omnium statui providere. Si[x] que vero alterius tenoris[y] litterae emanarunt, eas libenter volumus[z] nobis[a] praesentari et, si de nostra scientia[b] processerunt — cum nonnulle[c] quandoque sicut a serenitate tua ita[d] et a nobis litterae surrepticiae inpetrentur — nequaquam denegabimus veritatem. In his omnibus et aliis, dum conscientiam et affectus nostros sollicita investigatione discutimus, nil in nobis varium[e] contra tuam excellentiam invenimus, ex quo iustam habeas materiam conquerendi, nisi forte occasionem postules divertendi[f] ab amico. (7) Nos vero, quot et quanta a te et excellentiae tuae ministris contra constitutionem divinam et ecclesiasticam libertatem inpune hactenus sustinuerimus attemptata[g], nequaquam sine conscientiae dampno recolimus et imperialem providentiam[h] non credimus ignorare. Nam ut cetera transeamus, nuper in Taurinensi et Yporiensi[i] dyocesibus ministeriales tuos diceris statuisse, qui[k] ecclesiasticos viros indebitis exactionibus et molestiis praegravantes eos ad seculare iudicium[l] pertrahunt et suis compellunt iussionibus obedire. Memoratus etiam filius tuus et Berhtoldus[m] aecclesias Tusciae congregati exercitus mole devastant eisque collectas pro sua statuunt voluntate[n]. Dux Spoletanus ita statum ecclesiarum, circa quas de mandato tuae celsitudinis commoratur, in spiritualibus et temporalibus noscitur attrivisse, eas viris[o] aecclesiasticis pro sua conferens et auferens voluntate, capiens clericos et ad redemptionem compellens, quod viri aecclesiastici, qui in terra commissa suae potestati consistunt, propria coguntur tecta deserere et in obprobrium aecclesiastici ordinis vite stipendia[p] mendicare. Id idem Gwalterius[q] ministerialis tuus[r] in marchia Tuscie[s] et alii per regiones alias perpetrare non cessant[t] et tot de insolentiis illorum ad nos querelae perveniunt, quod quantumcumque tuae velimus serenitati deferre, volentes sicut tenemur tuae saluti consulere, eas nequaquam possumus ulterius sustinere. (8) Corrigat igitur tam enormia imperatoria celsitudo et ea[u], que nobis verbis exprimis, opere et veritate piis affectibus exequaris, attendens quod supernus omnium conditor ita Romanam aecclesiam celesti vallatam praesidio stabilivit, quod quantumcumque ad tempus molestiis vel temptationibus perturbetur, nunquam tamen eam deseret, qui beatum Petrum, cuius vicem in terris gerimus, de procellosis fluctibus maris liberavit. Prohibeas ergo sepe dicto filio tuo, ne possessiones et iura sedis apostolicae, de cuius favore nonnulla ei possunt commoda provenire, et aliam ecclesiasticam libertatem perturbet in aliquo, sed ad defensionem eius viriliter accingatur. Ministeriales autem tuos, ubicumque fuerint, ab aecclesiarum oppressione compescas nec ab eis permittas aliquatenus usurpari quod ex constitutione Dei quibuslibet noscitur laicis interdictum; certus pariter et securus, quod si ad defensionem aecclesiae et ad manutenendam aecclesiasticam libertatem tua clementia debita voluerit pietate intendere, nil magis cupimus nilque promptius gerimus in affectu, quam honorem tuae celsitudinis paternae caritatis brachiis amplexari et ea, que ad commodum imperiale pertinent, in quantum cum Deo et honore ecclesiae fieri potest, promovere; sicut tibi

**314.** r) eas 2. s) sibi com. 2. t) Domino 2. u) officium 1. v) compescamus 1. w) qui 1. x) Sic 2. y) tenore 2. z) voluimus 1. a) vobis *corr.* 1; nobis lib. volumus 2. b) conscientia *corr.* 1; conscientia 2. c) nonnullis 1. d) *praecedit* et *deletum* 1. e) *in marg. suppl.* 1. f) div. post. 2. g) sustinuimus attemptare 2. h) *deest* 1. i) Yporiecensi 1; Hiponensi 2. k) quod 2. l) secularia iudicia 2. m) Bertoldus 2. n) vol. stat. 2. o) *alia manu corr. ex* iuris 1. p) vite stipendia *des.* 1. q) Galterus 2. r) *deest* 2. s) *pro* in marchia Tuscie 1: ĩaumachia. t) *reliqua des.* 2. u) eas 1.

per nuncios meminimus intimasse et dilecti filii nostri Alexander subdyaconus et magister[v] O.[w] Mediolanensis canonicus[x] iteratis poterunt[y] relationibus intimare, qui sicut viri literati[z], providi et honesti et quos sincera caritate diligimus, nostram tibi plenius aperient voluntatem. Si vero, quod non credimus, per excellentiam tuam correcta non fuerint que in[a] iniuriam divini nominis et oppressionem ecclesiarum hactenus sunt enormiter perpetrata, et iura Romanae aecclesiae quisquam tuorum duxerit perturbanda, que per potentiam tuam ab aliorum debent molestatione defendi, nequaquam ulterius poterimus equanimiter sustinere, quin pro honore illius, quam suscepimus divina cooperante gratia gubernandam, nos, ut ad nostrum spectat officium, opponamus.

Dat. Veronae XIIII. Kal. Iulii.

## 315. *EPISTOLA EPISCOPORUM TEUTONIAE AD URBANUM III. (Dec.)*

*Dedit Wilhelmus Meyer 'Forschungen' XIX, 67 e* 1) *codice Wernigerodano Za 31 saec. XII. ex. fol. 52, quem antea adhibuit Ludewig 'Reliquiae' II, 445 (= Mansi XXII, 507; Watterich II, 675); praeterea recepit eam* 2) *Radulfus de Diceto in Ymagines Historiarum, quarum editionem a viro d. Liebermann SS. XXVII, 275 paratam adhibuimus.*

*Hanc et sequentem eas esse epistolas, quas instigante imperatore et ducente Conrado Maguntino episcopi in curia Gelnhusana Nov. ex. congregati pro defendendis iuribus imperii pontifici et cardinalibus destinaverint, recte mihi indicasse videtur collega Wilhelmus Meyer 'Forschungen' XIX, 73. Cum prior apud Radulfum de Diceto (2) tradita sit titulo archiepiscoporum et episcoporum regni Teutonici, in codice 1 tantum titulo archiepiscopi Magdeburgensis et eius suffraganeorum, posterior autem solummodo titulo archiepiscopi Salzburgensis et suffraganeorum eius servata sit, vir doctissimus censuit, in curia ista duas epistolas, unam papae, alteram cardinalibus mittendam, compositas et nominibus omnium archiepiscoporum et episcoporum insignitas esse, ideoque Radulfum nil fecisse nisi quod caput epistolae nominibus suppressis abbreviaverit; auctorem autem codicis 2, Magdeburgensem quippe, sui unius archiepiscopi nomen, extinctis reliquis nominibus, exarasse; simili modo etiam librarium codicis Windbergensis, in quo solo epistola posterior superstes est, egisse. At res aliter se habere videtur. Singuli enim archiepiscopi cum suis suffraganeis paria epistolarum communiter compositarum exemplaria pontifici et cardinalibus destinavisse, Radulfus autem exemplar nactus esse videtur, quod fortasse ab ipso imperatore regi Angliae missum protocolla singularum epistolarum archiepiscopalium consulte in unum contraxit.* *(P. deest.)*

Reverendo[a] et venerabili in Christo patri ac domino Urbano sacrosanctae et universalis ecclesiae summo pontifici W(ichmannus) Dei gratia sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus cum suis suffraganeis cum debita subiectione obedientiam.

(1) Cum divinae dispensationis gratia apostolicae sedis antistitem et tocius sanctae catholicae ecclesiae pastorem et patrem dignissimum de altitudinis suae consilio vos providerit, universi et singuli, quorum par affectus et eadem vota dinoscuntur, paternae sanctitatis vestrae cum filiali reverentia tanto devotius assurgimus, quanto amantissimam personam vestram in Deo patre sincera[b] caritate diligimus et iura ecclesiarum[c] prudentiae vestrae perfectione manuteneri et tranquilliori in dies[d] pace foveri[e] spe-

**314.** v) filii alexand subdyac nri et magisr 1; *transposui vocem* nostri. w) *infima tantum pars litterae cognosci potest* 1. x) medialan canon 1. y) potuerunt 1. z) *praecedunt* probe et honore *iam deleta* 1. a) *supra lin. add.* 1.

**315.** a) *pro* Reverendo — obedientiam 2: Urbano summo pontifici Theutonici regni tam archiepiscopi quam episcopi cum debita devotione et subiectione reverentiam. b) vestram sincera in domino 2. c) de *add.* 2. d) in dies *des.* 2. e) indubitanter *add.* 2.

ramus. Inde[f] est quod, habita hinc inde consideratione tam devotionis, qua sanctae Romanae ecclesiae et vestrae paternitati tenemur, quam fidelitatis et singularis dilectionis, qua domino[g] imperatori et imperio per sacramentum astringimur, super discordia, quae inter imperium et ecclesiam[h] morbosis cepit radicibus pullulare, in intimis animae visceribus conturbamur, non immerito dolentes, duorum gladiorum acies[i] in adversum collidi, quorum mutuis, ut deceret, auxiliis ecclesiarum paci, iusticiis imperii et[k] tocius orbis commoditati accuratius fuerat providendum. (2) Serenissimus quippe dominus noster[l] imperator, princeps christianissimus[m], celebrata novissime solempni curia, nobis ceterisque inperii principibus[n] tam clericis quam laicis[o], magnatibus quoque et universis nobilibus[p] proposuit et graviter conquestus est, quod in ipsa dilectionis fiducia, quam erga personam eius et imperium vos habere confidebat quamque ipse[q] erga personam vestram et sanctam Romanam ecclesiam conceperat firmissime[r], cum illustrem filium suum Romanorum regem augustum[q], quem tanquam unicum diligit filium, quasi in signum consummatae iam pacis quibuslibet expositum periculis pro defensione ac[s] libertate ecclesiae Romanae[t] quanta potuit velocitate transmisit, inimicicias et gravamina adversus eum, quod de vestra tamen paternitate minime credidisset, studiosius exercueritis. (3) Sicut[u] in facto Cremonensium. Quos eum[q] tanquam bannitos et publicos tunc[q] hostes imperii vestram decuerit[v] reverentiam evitare, contra honorem imperii[w] familiariter collegeritis, dehortando universas civitates[x] Italiae a ferendo[y] ipsi auxilio[z] et expeditione promovenda, episcopis quoque tam litteris quam nunciis sub pena officii[a] et beneficii pariterque anathematis interminatione inhibendo districtius[b], ne vel adiutorium ei[c] facerent vel aliquo[d] modo secum comparere[e] praesumerent. Quas profecto litteras quidam ex nobis viderunt et perlegerunt, super facto tanto vehementius ammirati, quanto minus[f] timendum[g] fuerat, sub specie dilectionis[h] huiusmodi[i] inimicicias palliari[k]. (4) Maxime autem et specialiter[l] de facto Treverensis ecclesiae subiunxit, de quo nec credi potuit[m] nec animo[n] concipi, quod[o] eo unquam quem accepit fine[p] foret concludendum. Nam si secundum ordinationem vestram idem factum inconvulsum permanere deberet, videretur inperium demembrationem et maximam sui iuris diminutionem[q] incurrisse, praesertim cum nulli[r] antecessorum suorum ab aliquo antecessorum vestrorum factum fuisse antiquitatis curiosa[s] reportet memoria, quod episcoporum quispiam in regno Teutonico consecrationem prius quam regalia per sceptrum imperiale receperit. Quod quidem rationi non derogans in haec usque tempora usus approbatus celebri firmitate[t] conservavit. Sed nec[s] hanc imperii iusticiam infringendam per vos aut aliquatenus permutandam dominus imperator credidit[i], cum, ut[s] attestatione venerabilium virorum Monasteriensis[u] et Astensis episcoporum et fidelis viri O(ttonis) Cindadarii[1], quos eiusdem verbi[v] sponsores ad eum remisistis, manifestum est, dominum[w] Fulmarum[i] nunquam vos consecraturum in verbo

**315.** f) utique *add.* 2. g) nostro *add.* 2. h) ecclesiam et imperium 2. i) acies gladiorum 2. k) *deest* 2. l) quippe dominus noster *des.* 2. m) *pro* princ. christ. 2: Fredericus. n) princ. imp. 2. o) tam lai. quam clericis 2. p) *pro* magnatibus — nobilibus 2: et nobilibus ac magnatibus. q) *deest* 2. r) firm. conc. 2. s) et 2. t) Rom. ecc. 2. u) si 2. v) decuit 2. w) contra honorem imperii *des.* 1. x) civ. un. 2. y) ab afferendo 1. z) ab auxilio ferendo 2. a) sui *add.* 2. b) dist. inh. 2. c) *deest* 1. d) quovis 2. e) comparare 1. f) *deest* 2. g) non *add.* 2. h) dil. specie 2. i) *deest* 1. k) palliare 2. l) et specialiter *des.* 2. m) poterat credi 2. n) opinione 2. o) ut 2. p) quem acc. fine unquam 2. q) imminutionem 2. r) nulla 1. s) *deest* 2. t) celebritate 1. u) Monasteriensis — Cindadarii *des.* 2. v) viri 2. w) dum 1.

1) *Otto Cendadarius (Zendadarius, Cendalarius, Zendalarius, Cindadarius) Mediolanensis, imperialis aulae iudex, docente viro cl. Ficker, occurrit in chartis a. 1185—1187, v. eius 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, p. 191—215.*

Domini firmiter promiseritis. (5) Ceterum in archiepiscopatu Mediolanensi iniurias multo ex tempore a vobis[x] imperio factas in publico proposuit. Ea namque sedes quanto ceteris[y] in Italia maior et excellentior perhibetur, tanto virum prudentem et utilem imperium[y] in ea requirit et magis[z] necessarium habet. Sed, ut asserit, antistitem ecclesiae, usum regalium imperio[a] iam[b] pluribus annis denegastis. (6) Adiecit insuper, quantis exactionum oneribus[c] universae de imperio per vestros ecclesiae subiaceant, videlicet ut tam ecclesiae quam cenobia, quibus vel panis cottidianus non sufficit, in erogatione pecuniae, in pastu familiarum, in stabulatione equorum ratione[d] ecclesiae super omnem possibilitatem suam deservire compellantur. Haec siquidem et plura his serenissimus dominus noster imperator in facie sollempnis curiae[e] nobis ceterisque principibus suis proposuit, ostendens evidenter, quod tales iniurias ad gravamen personae suae et imminutionem honoris imperii nec possit nec debeat sustinere. (7) Unde et nos, qui de conservando et manutenendo iure et honore imperii ipsi et illustri filio suo Romanorum regi augusto per sacramentum tenemur, nichilominus quoque reverendae matri nostrae sanctae Romanae ecclesiae dilectionis et obedientiae debito astringimur et paternam sanctitatem vestram in intimi cordis sinceritate amplectimur[f], excellentiam vestram obnixe rogantes tocius humilitatis et filialis devotionis studio deprecamur, quatinus ad laudem Dei et pacem ac unitatem ecclesiae Dei et imperii, quae nunc toti mundo desideranda venit et exoptanda, ea quae ad gravamen imperii facta dinoscuntur, quoniam a nobis ea[g] sustineri aut sub silentio praeteriri fidei nostrae[h] sinceritati nullatenus conveniret, saniori ut[i] expedit consilio permutari faciatis. Veraciter siquidem[k] a domino imperatore intelleximus et pro ipso testamur, quod paratus est et semper fuit ad faciendam iusticiam et recipiendam et super his, quae adversus imperium ecclesia proposuerit[l], iusticiae, amicabili compositioni aut arbitratui bonorum virorum assensum indubitanter praebere. Propter quod honorabiles[m] viros litteratura praeditos, prudentia et discretione conspicuos Wortwinum[n] praepositum, magistrum Andream scolasticum Spirensem et magistrum Ludolfum Magdeburgensem sanctitati vestrae duximus transmittendos, paternam benignitatem vestram propensius exorantes, quatinus consueta[o] apostolicae mansuetudinis karitate eos[p] recipere et, quae[q] ex parte nostra proposuerint, clementer audire dignemini ac verbis eorum fidem indubitatam adhibere.

## 316. *EPISTOLA EPISCOPORUM TEUTONIAE AD CARDINALES.* (*Dec.*)

*Vulgavit primus Wilhelmus Meyer 'Forschungen' XIX, 70 e codice latino Monacensi 22213 (Windberg. 13) fol. 164 manu saec. XII. ex. De eius indole cf. quae exposuimus ad nr. 315.* (*P. deest.*)

Dilectis in Christo fratribus et amicis venerabilibus sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalibus Adalbertus Dei gratia Salzburgensis ecclesiae archiepiscopus cum omnibus suffraganeis suis salutem et sinceram cum orationum devotione dilectionem.

(1) Amor et sollicitudo, quam erga sanctam Romanam ecclesiam Romanumque imperium tam ex affectu dilectionis quam ex debito subiectionis, sicut debemus, tota mente gerimus, corda nostra gravibus affligunt angustiis super discordia dissensionis, quae vertitur inter dominum summum pontificem et imperialem[a] maiestatem. Quae

**315.** x) per vos 2. y) *deest* 2. z) *deest* 1. a) us. reg. imp. antist. eccl. 1. b) a 2. c) muneribus 1. d) Romanae 1. e) suae *add.* 2. f) complectimur 2. g) quē ea a vobis 2. h) vestre 2. i) vero 1. k) si quid 1. l) proposuit 2. m) venerabiles 2. n) Woltwinum 1; Wortwinum — Magdeburgensem *des.* 2. o) *deest* 2. p) *pro* eos recipere et 2: ea. q) *deest* 2.

**316.** a) imperiam *cod.*

ecclesiasticis principibus in terra Teutonica maiori accedit incommodo quam forte aliis per alias imperii provintias constitutis. Cum enim alii laici principes ac nobiles et vassalli ab ecclesiis nostris possideant plurima, cottidie pluribus inhiant, exoptantes occasionem, per quam in bona irruant et ea commodis suis valeant mancipare. Quod si, quod Dominus avertat, semel accideret, status ecclesiarum nostrarum, qui nunc qualiscumque est, numquam recuperaretur[b]. (2) Et quidem dominus imperator in sollemni curia in diocesi Moguntinae sedis celebrata coram universitate principum aliorumque baronum[c] atque nobilium querimoniam valde rationabiliter proposuit adversus intolerabiles iniurias, quas dominum papam contra sacri iura imperii conqueritur[d] sibi irrogasse usque ad tempus suum intemptata. (3) Scilicet in facto Cremonensium[e]. Qui cum suis pro excessibus banno imperiali publice proscripti essent, dominus papa universas Lombardiae civitates a servicio domini imperatoris et ferendo auxilio [dehortatus est][f]; episcopis quoque in virtute obedientiae districtius iniunxit, ne quod ei adiutorium facerent vel aliquo modo secum comparerent. (4) Maxime autem de facto Trevirensis ecclesiae, de quo credi non potuit, quod tali hoc fine claudere vellet. Si enim secundum ordinationem eius factum id permaneret, videretur imperium dememhrationem et maximam sui iuris diminutionem incurrisse, praesertim cum nulli antecessorum imperialis[g] maiestatis ab antecessoribus domini papae factum fuisse memoretur, quod aliquis episcoporum in terra Teutonica consecrationem prius quam regalia susceperit. Quod equidem rationi non derogans in haec tempora usus approbatus celebri firmitate conservavit. Sed nec hanc imperii iusticiam per dominum papam infringendam dominus imperator credidit, cum, ut attestatione venerabilium virorum Monasteriensis et Astensis episcoporum et fidelis viri Ottonis Zendadarii manifestum est, quos eiusdem verbi sponsores ad eum remisit, dominum Folmarum se numquam consecraturum in verbo Domini promiserit. (5) Ceterum in archiepiscopatu Mediolanensi iniurias ab eo sibi et imperio factas in publico proposuit. Ea namque sedes quanto aliis in Italia maior habetur et dignior, tanto magis virum prudentem et utilem imperium in ea necessario requirit. Sed, ut asserit, antistitem illi ecclesiae et usum regalium imperio iam diu negavit. (6) Adiecit insuper, quod multis exactionibus ecclesiae imperii graventur a suis, videlicet quod tam ecclesiae quam cenobia, quibus nec necessaria suppetunt, in erogatione pecuniae, in pastu familiarum, in stabulatione equorum super possibilitatem suam deservire cogantur. Haec et plura dominus noster serenissimus imperator in facie sollemnis curiae nobis ceterisque principibus suis proposuit, evidenter ostendens, quod tales iniurias ad gravamen suum et diminutionem imperii honoris nec possit nec debeat sustinere. (7) Quapropter circumspectam sanctitatem vestram duximus attentius necessaria precum instantia sollicitandam, quatinus intuitu divinae remunerationis et pro honore et tranquillitate universalis ecclesiae ac imperii nec non pro salute totius cleri et christianae religionis reverendum patrem nostrum dominum papam studiose commoneatis, ut salutaribus discretionis vestrae monitis facilem intelligentiae suae aurem accomodet et paci atque concordiae inter ipsum et dominum nostrum imperatorem reformandae velit eam adhibere diligentiam, quod uterque suo iure gaudeat et affectus dilectionis eorum paterna sollicitudine salubriter ad subditos valeat pervenire. (8) Veraciter namque a domino imperatore intelleximus et pro ipso testamur, quod paratus est et semper fuit ad faciendam iusticiam et recipiendam et super his, quae adversus imperium ecclesia proposuerit, iusticiae sive arbitratui bonorum virorum assensum suum adhibere. Propter quod honorabiles viros litteratura praeditos, prudentia et discretione perspicuos, prae-

316. b) recuperaret *cod.* c) baranum *cod.* d) conquer *cod.* e) Cremone *cod.* f) *supplevi ex nr. 315.* g) imperiae *cod.*

positum Ort(winum), magistrum Liudolfum et magistrum Andream Spirensem sanctitati vestrae duximus transmittendos, fraternam benignitatem vestram propensius exorantes, quatinus prona karitate eos recipere et quae ex parte nostra vobis proposuerint diligenter audire velitis et verbis eorum fidem indubitatam adhibere.

## 317. *URBANI III. RESPONSUM AD ARCHIEPISCOPOS. (1187) Febr. 19.*

*Legitur in codice Wernigerodano Za 31 saec. XII. ex. fol. 48', ex quo ediderunt Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum II, 435 (= Mansi XXII, 506; Watterich II, 668) et collega Wilhelmus Meyer Spirensis 'Forschungen' XIX, 62, cuius editionem secuti sumus. Epistolam, quam b. m. Iaffé in editione priore Regestorum pontificum nr. 9947 ad annum 1187 delegaverat, Scheffer-Boichorst 'Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie' p. 85 anno 1186 vindicavit; cui Wichmannum per epistolam nr. 315 respondisse arbitratus est. At rem aliter se habere, nuper novis et non levibus argumentis comprobavit vir cl. Rosbach 'Die Reichspolitik der Trierer Erzbischöfe' p. 17 not. 2 (Programm des Gymnasiums zu Bonn 1883 nr. 387). Quibus argumentis nos cum viro cl. Loewenfeld in Regestis Iafféanis II, p. 726 convicti, epistolam in priorem locum reponendam responsum esse ad epistolas archiepiscoporum, ideoque non ad solum Magdeburgensem datam, statuimus. — Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. 15534. (P. deest.)*

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Magdeburgensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Firmum in corde nostro propositum habendi te sincerius in visceribus Iesu Christi karitas illa fundavit, quae diffusa per spiritum in cordibus electorum ita corpus ecclesiae compage suae virtutis annectit, ut et caput membris ineffabili iunctura cohereat et membrorum officiosa diversitas ab unitate capitis non recedat. Noverit ergo tua fraternitas, quod nos circa te et commissam tibi ecclesiam caritatis huius ardore ferventes, fiduciam de te gerimus specialem, quod sicut personam tuam nexu quodam singularis dilectionis amplectimur, ita etiam recompensatione laudabili a tua devotione suscepta copiosius in tuis affectibus oblectemur. Hac igitur suadente fiducia, materiam tibi nostrae non modicae turbationis exponimus, ut nostris te participante molestiis de prudentia et subsidio tuo maius in Domino solamen capiamus. Commonita itaque frequenter a nobis imperialis culminis altitudo, ut ecclesiae Romanae restituat possessiones eius quas detinet occupatas, non ex qua debuit serenitate respondit, nec videtur velle perficere per quod inter ecclesiam et imperium firma possit pax et concordia provenire. Unde hoc ipsum per litteras tibi duximus apostolicas intimandum, rogantes attentius et mandantes quatinus, cum ad partes illas accesserit in quibus eius alloquio tua fraternitas potiatur, suadere sibi et consulere non obmittas, ut ecclesiam Dei, sicut ad suam spectat gloriam et salutem, oculo benigniori respiciat et materiam fomitemque discordiae, sicut decet eius magnificum principatum, funditus e medio laudabili pietate praecidat. Quod si forsitan te commonente non fecerit, culpam dissensionis et odibilis simultatis in eam partem noveris esse refundendam quae culpam videtur praestare discidii, cum in manu eius potestas habeatur et facilitas emendandi.

Dat. Verone[a] XI. Kal. Marcii.

317. a) Veron. c.

# 318. CONSTITUTIO CONTRA INCENDIARIOS.

## 1186. Dec. 29.

*Edimus ope* 1) *codicis traditionum Frisingensium IV (cod. 238), nunc signati Hochst. Freising III A 1 Nr. 3c, qui in tabulario regni Bawarici asservatur, fol. 119' manu saec. XII. ex., ex quo ediderunt Meichelbeck 'Historia Frisingensis' I, 2, 567 et Monumenta Boica XXXI, 1. 430;* 2) *cod. Vindobonensis Iuris civ. 18 saec. XIII. fol. 196 a b. m. Kopitario collati;* 3) *textus Chronici Urspergensis SS. XXIII, 361, ex cuius editione principe recepta est a Cuiacio in libros Feudorum l. V, tit. 10;* 4) *cod. lat. Monacensis 17161 (Scheftl. 161), in cuius tegumentum prius manu saec. XII. ex. illata est.*

*Contra incendiarios decretum promulgavit iam Innocentius II. papa a. 1130 in concilio Claromontano c. 13 (Mansi XXI, 440), repetitum a. 1139 in concilii Lateranensis c. 18 (ibid. 531) et innovatum ab Eugenio III. papa a. 1148 in concilii Remensis c. 15 (ibid. 717). Ex hoc decreto desumpta sane est poena capitis nostri 8 ab episcopo iniungenda visitandi quippe sepulcrum Domini seu Sanctum Iacobum. Ad* decretum a papa Eugenio de incendiis promulgatum *provocat etiam Radulfus episcopus Leodiensis (a. 1167—1191) in edicto suo contra incendiarios*[1] *ed. Martene 'Thesaurus' I. 192 (= Mansi XXII, 7). Postea Venetiis a. 1177 Alexandrum III. et Fridericum I. contra malefactores istos decreta promulgasse narrat Chronicon S. Michaelis Luneburgensis (SS. XXIII, 396) his verbis:* Ibi statutum est auctoritate papali et imperiali, ut si quis manum miserit in reliosam personam, et incendiarii et vineta et arbores destruentes ab excommunicatione absolvi non possunt nisi auctoritate pape. Statutum est etiam ibi, ut si quis integro anno in excommunicatione et VI ebdomadis temere permanserit, proscriptus inperatoris iudicetur, et e converso, si quis proscriptus fuerit integro anno, excommunicatus a domno papa reputabitur. *Ad decreta Innocentii, Eugenii, Alexandri provocat etiam a. 1184 Godefridus patriarcha Aquileiensis in edicto suo contra incendiarios ed. Ughelli 'Italia sacra' V, 68 (= Mansi XXII, 493). Cf. etiam ipsius Alexandri III. breve ad capitulum Wormatiense a. 1178.*[2] *Aug. 28 datum, quod nuper publici iuris fecit vir cl. Schenk zu Schweinsberg 'Westdeutsche Zeitschrift' VII, 97. De nonnullis constitutionis nostrae capitibus docte egit vir cl. Richardus Loening in libro 'Der Reinigungseid bei Ungerichtsklagen im Mittelalter' p. 229 not. — Stumpf, Reg. 4473.* *(P. 183.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Decet fidelitatis[b] nostrae tempora, generali populorum provinciarum tranquillitati circumspectionis nostrae studio provideri, ut, dum in subiectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet ac scelerosos a subditorum iniuriis aequitatis[c] nostrae correctione compescamus[c]. Considerantes quippe, quae dampna quantaeque desolationes hominum et provinciarum per seditiones et incendia provenerint et quantos praeterita[d] futurorum timores reportent, ea quae de coniventia[e] et consilio principum et aliorum fidelium nostrorum, tam liberorum quam ministerialium, ad reprimendas incendiariorum insolentias imperialis nostra sanxit auctoritas, universis[f] imperii[g] fidelibus nota fieri volumus, et sicut in castro nostro Nůrnberc[h] ordinata et confirmata sunt, firmiter iudicimus observanda.

318. a) Fridericus — augustus *litteris elongatis* 4. b) fidelitati 1—4. c) arceamus aeq. nostrae correctione 3. 4. d) praeterea 2. 3. e) conuenicia 1; conscientia 3. 4. f) universalis 3. 4. g) nostri *add.* 2. h) Nurenberch 2; Nurinberc haec 3; Nůrenberc 4.

1) *Legitur in codice Cheltenhamensi 4651 saec. XII, v. 'Archiv' VIII, 767.* 2) *Non vero a. 1172, ut crediderunt editor et Loewenfeld, Reg. pont. Rom. ed. II. 12171a.*

1. Primum igitur de incendiariis dicimus[i] generaliter[k], ut, si liber homo, ingenuus, ministerialis vel cuiuscunque fuerit conditionis incendium commiserit pro werra propria[l], pro amico, pro parente vel causae cuiusquam alterius occasione, de sententia et iudicio imperiali proscriptioni statim habeatur subiectus[m]. Hic excipiuntur, si qui forte manifesta werra castra manifeste capiunt[n] et si qua ibi suburbia aut stabula aliave tuguria praeiacentia[o] igne succendunt[p]. Excipiuntur et iudices quos in malefactores incendii[q] penam iustitia permittente[r] exercere contingit.

2. Quod si aliquis in ducatu alicuius incendium fecerit, ipse dux[s] proscriptum nostrum eum[t] pronuntiet ac deinde iusticiae suae auctoritate eum proscribat. Idipsum faciant marchiones, palatini comites, lantgravii[u] et comites alii, nec alicui eorum liceat talem absolvere[v], nisi domino imperatori.

3. Quicunque etiam incendiarium in domo sua scienter receperit et consilium auxiliumve ei impenderit, damnum et iniuriam passo pro facultate sua restituat; iudici vero X libras monetae de illa diocesi, in qua commissum est, persolvat ac domino imperatori pro voluntate et gratia sua componat[w].

4. Si quis autem super hac culpa innocentiam suam[x] ostendere voluerit, cum duobus viris veracibus in praesentia iudicis se expurget.

5. Si quis autem cuiquam imposuerit, quod incendiarium receperit, et de[y] hoc ipsum in[z] iure voluerit convenire, hoc nequaquam ei[a] liceat, nisi primo praestito[b] calumniae sacramento[1].

6. Dominus etiam imperator proscriptorum neminem a sententia proscriptionis absolvat, nisi de illatis[c] damnis primo[d] cum iniuriato conponat et nisi consciente iudice hoc faciat.

7. Proscriptum vero, quem pro incendio sententiam proscriptionis incurrisse omnibus notorium[e] fuerit, diocesianus[f] episcopus, si ad satisfactionem inobediens extiterit[g], a communione ecclesie Dei et fidelium Christi abiciat et extraneum[h] reddat nec eum absolvat, quoadusque laeso dampnum restituat; et e converso, quem episcopus legitimis induciis citatum iustitia dictante excommunicaverit et hoc iudici insinuaverit, iudex eum banno proscriptionis condempnet nec[i] prius eum absolvat, quam coram episcopo de his, pro quibus condempnatus[k] est[l], satisfaciat.

8. Quod si a proscriptione illa praedicto modo fuerit absolutus et episcopo suo voluerit obedire[m], incendium primum[n] abiuret; deinde sit in arbitrio episcopi, qualem ei penam iniungat, visitandi videlicet[o] sepulchrum Domini aut limina Iacobi apostoli.

9. Si autem proscriptus eo quo[p] dictum[q] est modo desideraverit absolvi[r], domino imperatori fines imperii sui[s] per annum et diem abiuret.

10. Si quis autem a proscriptione et[t] excommunicatione simul[u] infra annum et diem non fuerit absolutus[v], universo iure et[w] honore et legalitate sua[w] privatus habeatur, ita ut in ferendo testimonio vel ad causandum[x] de cetero nequaquam sit admittendus. Omni quoque feodali[y] iure perpetuo carebit[z].

**318.** i) dñis 1; demandamus 3 *ed. princ.* k) generale 1. l) sua 2. m) sub. hab. 3. 4. n) capĩt 1. o) praeiacent 2. 3; p̄iacet̄ 4. p) succendant 1. q) *deest* 3. 4. r) *in loco raso* 2; exigente 3. 4. s) *deest* 3. t) nostrum eum *des.* 3. 4. u) lanteravii 2. 4. v) tale *add.* 2. w) disponat 3. x) probare vel *add.* 3 *cod. et ed. princ.* y) *deest* 1. z) *deest* 3. 4. a) fieri *add.* 3. 4. b) praestito primo 3. 4. c) illicitis 1. 3. 4; ill::etis 2. d) primo damnis 2—4. e) notum 2—4. f) diocesanus 2. g) existerit 1; fuerit 2. h) eum *add.* 3. 4. i) et nec 3. 4. k) pro qua dampnatus 1. l) erat 2. m) ob. vol. 2. n) primo 3. 4. o) ad visitandum 3. p) quod 1; ut 3. q) praedictum 2. r) des. se absolvi 2; absolvi desideravit 3. 4. s) *deest* 3. 4. t) ab 3 *ed. incunab.* u) similiter 3. 1. v) non fuerit abs. infra a. et diem 3. 4. w) *deest* 3. 4. x) indicañdum 3. y) fendali 2. 3. z) carebit perpetuo 3. 4.

1) *Quod nos dicimus 'Vorcid', v. Loening l. c. 303 not. 4.*

11. Item si in reisa alicuius domini cum ipso domino, cuius est reisa, aliquis fuerit qui incendium, ut sepius contingit[a], faciat, dominus ipse, cuius est[b] reisa, iurabit super reliquias, quod non fecerit conscientia, voluntate vel mandato suo[c]; reum autem abiciet[d] a se et nunquam recipiet. Quod si post[e] illum ante[f] satisfactionem receperit, tenetur universum dampnum, quod ille[g] commisit, restituere.

12. Item si contingat[h], dominum aliquem in villa aliqua hospitari violenter, et fortuitu evenerit, domum aliquam incendi, et ille cui fit dampnum dominum inpecierit, quod mandato[i] vel voluntate[k] ipsius[l] sit factum[m], primum[n] praestet sacramentum calumnie; deinde dominus expurget se[o] sola manu, quod voluntate, mandato suo[p] vel conscientia sua factum non fuerit, et dampnum damnificato restituat.

13. Item si incendiarius captus fuerit et coram iudice negare voluerit incendium se commisisse, nisi forte notorium per provinciam fuerit[q], iudex si possit eum cum VII idoneis testibus convincere, capite plectatur. Sed si notorium est[r], nullius requirendum est testimonium, sed statim decollandus.

14. Item si castellani alicuius[s] domini descendentes a castro domini sui incendium fecerint, domino absente a provincia, castrum domini propter hoc non erit comburendum, sed bona incendiariorum, quaecumque extra castrum reperta fuerint[t], comburantur. Post reversionem vero domini, si dominus incendiarium retinere voluerit et a se non pepulerit[u], castrum eius similiter erit comburendum.

15. Item si proscriptus propter incendium[v] in aliquam domum confugerit, de qua non possit haberi nisi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis pro incendiario reputandus[w], sed dampnum pro incendio restituere debet.

16. Item si incendiarius super castrum aliquod agitatus confugerit, et dominus[x], cuius est castrum, fortassis dominus vel vassallus[y] vel consanguineus fuerit, dominus ille non debet eum persequentibus repraesentare, sed iuvabit eum a castro in silvam vel alias ubi securus sibi videatur. Quod si nec dominus nec vassallus[y] nec cognatus fuerit, persequentibus eum statim repraesentet vel cum eo in eadem culpa sit.

17. Statuimus etiam[z] et eodem firmiter edicto sancimus, ut quicumque alii dampnum facere aut ipsum ledere[a] intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium suum diffiduciet[b] eum. Quod si lesus diffiduciatum se fuisse[c] negare voluerit, nuntius idem, si vivus est, iuret, quod[d] contradixerit ei ex parte domini sui loco et tempore designato. Si mortuus est nuntius, iuret dominus, iunctis sibi duobus veracibus viris[e], quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis possit[f] inculpari[g].

18. His sanctientes adicimus, ut quicumque treugas alicui dederit, nisi ibidem[h] exceptum fuerit et determinatum[i], quo tenore servet vel non servet eas, contradicere eas[k] ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit, ut[c] violator fidei iudicetur.

19. Item quicumque[l] nuntium aliquem pro eo, quod contradicturus mittitur, laeserit, fidem suam violavit et de cetero omni honore suo carebit, et in posterum nullus ei contradicat[m].

20. De filiis quoque sacerdotum, dyaconorum ac[n] rusticorum statuimus, ne cingulum militare aliquatenus assumant, et qui iam assumserunt, per iudicem provinciae

318. a) contigit 1. b) ipsa *add.* 3. 4. c) consc. vel mandato vel voluntate sua 3. d) abiciat 2. e) *deest* 3. 4. f) post 3. 4. g) *deest* 1. h) contingit 2. i) suo *add.* 3. 4. k) vel conscientia *add.* 3; *supra lin. add.* 4. l) sua 3. 4. m) factum sit 2—4. n) primum — non fuerit et *des.* 3. o) exp. se dominus 4. p) *deest* 2. q) si forte notorium non fuerit per provinciam 3. 4. r) fuerit 3. 4. s) cuiusquam 3; cuiusque 4. t) fuerint reperta 3. u) reppulerit 3. 4. v) Item si incendiarius proscriptus 2. w) quis incendiarius 3. 4. x) domini 1. y) vasaldus 1. z) quin et 1. a) ledere ipsum 3. 4. b) diffiduciat *corr.* diffiduciet 2. c) *deest* 1. d) quia 4. e) viris ver. 3. 4. f) valeat 3. 4. g) inc. possit 2. h) ibi 3. i) det. et exc. fuerit 3. 4. k) eis 3. l) qui 3. m) contradicet 3 n) *deest* 3. 4.

a milicia pellantur. Quod si dominus alicuius eorum in milicia eum[o] contra iudicis interdictum retinere contenderit[p], ipse dominus in X libras indici[q] condempnetur; servus autem omni iure[c] milicie privetur.

21. Item[r] si quis comes postiudices statuat, imperatori XXX libras solvat; postiudex X libras[1].

22. Statuimus etiam ut, si quis vineas aut pomeria exciderit, proscriptioni et excommunicationi[s] incendiariorum subiciatur.

23. Ut autem haec tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat et eo quo edicta[t] est tenore inconvulsa consistat, eam legibus praedecessorum nostrorum imperatorum atque regum iussimus interseri et perpetuo iure servari. Cui si quis ausu temeritatis contraire praesumserit, Dei omnipotentis et nostrae perpetuo sit reus indignationis[u]. Fiat, fiat, amen[v].

Actum Nurnberc[w] in praesentia principum, consilio[c] et consensu eorum, anno dominicae[x] incarnationis MCLXXXVII, indictione VI[y], IIII.[z] Kalendas Ianuarii.

---

# 319. PACTUM CUM ALDEFONSO REGE CASTELLAE.

## 1188. Apr. 23.

*Pactum coniugiale inter Conradum filium imperatoris et Berengariam filiam Aldefonsi VIII. regis Castellae solummodo editiones[2] nobis praebuerunt, et quidem* 1) *Franciscus Sota 'Chronica de los principes de Asturias y Cantabria' (Madrid 1681 in folio) p. 678 nr. 47, qui fortasse autographon prae oculis habuit, at lectiones praebet more Hispanico corruptas, quas adnotandas esse superfluum duximus[3];* 2) *Antonius de Lupian Zapata 'Tratado apologetico en defensa de la mayoria de la reyna doña Berenguela', qui tractatus editus est in appendice (sub nr. II) libri marchionis de Mondexar 'Memorias historicas de la vida y acciones del rey d. Alonso el noble, octavo del nombre', qui liber publici iuris factus est a viris doctis Cerdà et Rico (Madrid 1783 in 4°): Lupianus animadvertit, chartam in tabulario comitis de Mora repertam et a comite de Torres Vedras in Appendice Relationum suarum p. 50 nr. 99 editam esse, quae Relationes, testantibus Cerdà et Rico, eaedem sunt quas edidit* 3) *Antonius Suarez de Alarcon in 'Nobiliario' et quidem 'Relaciones genealógicas de la casa de los marqueses de Torcifal' p. 50 nr. 99, ex quo libro, qui ad manus nobis non fuit, ab editoribus Mondexari nonnullae lectiones adnotantur. Ex 1 et 2 Pactum editum est cum a Pertzio, tum ab Aschbach 'Geschichte Spaniens und Portugals unter der Herrschaft der Almoraviden und Almohaden' II, 300 et ab editoribus libri qui inscribitur 'Wirtembergisches Urkundenbuch' II, 256 nr. 457.*

**318.** o) eum in milicia 3. 4. p) contendit 1. q) dominus ipse indici in X libras 3. 4. r) Item — X libras *des.* 2—4. s) communicationi 1; et exc. *supra lin. add.* 4. t) dicta 2. 3. u) ind. sit reus 3. 4. v) *deest* 2—4. w) Nurenberch 2; Nurenberc 3; Norenberc 4. x) domini 1; *deest* 3. y) ind. VI. *des.* 3. 4; *legendum est* V. z) III. 2—4.

1) *Cf. de hoc capite Schenk zu Schweinsberg 'Forschungen' XVI, 529; postiudices sunt vicarii comitum.* 2) *Codex bibliothecae publicae Matritensis Dd 90 ch. saec. XVIII. pacti textum, qui cum editione Mondexari fere convenit, continet; cf. 'Neues Archiv' VI, 298; 'Archiv' VIII, 778.* 3) *e. g.* Conrradus, natibitas, eibitas, varones, duçem, deçeserit, amem *etc.*

*Aschbach l. c. p. 306 indicat etiam privilegium regis Aldefonsi VIII. editum a Mondexaro p. 54, cuius eschatocollon hoc loco poni libet:* Facta charta apud Burgos aera MCCXXVIII. X. Kalendas Augusti *(1190. Iul. 23)*, tertio anno postquam serenissimus Aldefonsus rex Castellae et Toleti Aldefonsum regem Legionensem cingulo militiae accinxit et ipse Aldefonsus rex Legionis osculatus est manum dicti Aldefonsi regis Castellae, et consequenter, paucis diebus elapsis, ex quo supradictus Aldefonsus illustris rex Castellae et Toleti Romani imperatoris filium Conradum nomine in novum militem accinxit et filiam suam Berengariam [ei] tradidit in uxorem. *Quae si recte interpretor, Conradus, ut in c. 1 Pacti provisum erat, Apr. 25 anni 1188 in Hispaniam profectus, mense Iulio huius anni Berengariae desponsatus est. Quod coniugium postea propter consanguinitatem quinti gradus canonici, quia ambo coniuges originem trahebant e comite Raimundo II. Burgundiae, solutum est*[1].

*In explicandis nominibus locorum et Teutonicorum et Hispanicorum ducibus usi sumus editoribus codicis diplomatici Wirtembergici, qui ubique rationem gesserunt eorum quae Pertz, Staelino monente, iam adnotaverat. — Stumpf, Reg. 4490. (P. 565.)*

In Dei nomine amen. Divina procurante clementia[a], placuit nobis Frederico[b] Dei gratia Romanorum imperatori et semper augusto et vobis Aldefonso[c] eadem gratia regi Castellae et Toleti contrahere matrimonium inter serenissimum filium nostrum Conradum ducem de Rotenburch[d] et illustrem filiam vestram Berengariam.

1. Ad cuius rei et coniugii consummationem ego Fredericus Romanorum imperator et semper augustus cum consensu eiusdem filii Conradi promitto, quod mittam filium meum Conradum ad regnum vestrum in proxima litania, et desponsabit et ducet Apr. 25.
in uxorem legitimam praedictam filiam vestram Berengariam et dabit ei donationem propter nuptias, quae vulgo dicitur apud Romanos doaire, apud Hispanos arrhas: videlicet totum alodium[e], quod contigit[f] eum tam a nobis quam a nobilissimo patrueli meo Frederico quondam duce de Rotenburch[d], quod est in episcopatu Herbipolensi et Francia[g] orientali, in provintiis Sualveld[2] et Riez appellatis, in Suevia, et inter Rhenum[h] et Sueviam situm, cuius[i] aliquam partem per certa nomina praesenti paginae[k] duximus inserendam[l]: castrum Rotenburch[m,3] et castrum Verbinisperch[n,4] cum omnibus eorum[o] pertinentiis, curtes et alodia quae habemus tam in civitate Herbipolensi quam in episcopatu, burgum Wizenburch[p,5] cum omnibus suis pertinentiis, mediam partem castri Walirstein[q,6] cum omnibus suis pertinentiis; castrum Flochberc[r,7] cum omnibus suis[s] pertinentiis, burgum[t] Bobphingin[u,8], castrum Waltusin[v,9] cum omnibus pertinentiis, burgum Gemunde[w,10] cum pertinentiis, burgum Tinkelspuhel[x,11] cum pertinentiis, burgum Ufkirchin[y,12] cum pertinentiis, praedium in Burberch[z,13] cum pertinentiis, burgum

**319.** a) providentia 2. b) Federico 2, *similia semper.* c) Adefonso *hic* 1. d) betenburch 1; Rothemburch 2 *semper.* e) allodium 2 *semper.* f) contingit 2. g) Franconia 2. h) *ita legendum esse videtur;* Suaveldem, Riezas, Elatis in Suevia et in terrenum et Sueviam 2; Sualbenden apelatis in Suebia et inter Rhenum et Suebiam 1. i) eius 2. k) pagina 1. l) inferendam 2. m) Rotemburch 1. n) Wnisberch 2. o) *deest* 1. p) Vicemburch 2; viçenburch 1. q) valistrem 2; vel raustein 1. r) flochbere 1. 2. s) *deest* 1. t) burgum — pertinentiis *des.* 2. 3. u) bebphingin 1. v) vbaltufin 1. w) Gemande 1. x) Tinhelfpuhes 2; Tin Relf puohel 3. y) uskirchin 1; uschirchim 2. z) pr. Emburberch 2; pr. in Burbech 1.

1) *V. Aschbach p. 300 et 'Wirtemb. Urkundenbuch' II, p. 259.* 2) *pagus Sualafeld ad orientalem Franciam et dioecesim Eichstetensem, Ries ad Sueviam et dioecesim Augustanam pertinebat.* 3) *Rothenburg ad Tuberam.* 4 *Viernsberg inter Rothenburg et Erlangen seu forte Wernsberg castrum Hohenloicum a Viernsberg ad septentriones (Stälin 'Wirtemberg. Geschichte' II, 234); vix tamen Weinsberg.* 5) *Weissenburg im Nordgau.* 6) *Wallerstein.* 7) *Flochberg in pago Ries, proxime Bopfingen.* 8) *Bopfingen.* 9) *Videtur esse Waldhausen, villa inter Bopfingen et Aalen, districtus Neresheim.* 10) *Gmünd, a civitate Aalen versus occidentem.* 11) *Dinkelsbühl.* 12) *Aufkirchen ad Wörnitz, inter Dinkelsbühl et Wassertrudingen.* 13) *Burgberg, ab occidente inter Gundelfingen et Giengen.*

Kine[a.1] et praedia attinentia, burgum Eppingen[b.2] cum pertinentiis, castrum Bieneke[c.3] cum pertinentiis, castrum Wilinberch[d.4], castrum Riet[e.5], alodium in Lutgersteigem[f.6], alodium in Suaigrem[g.7], alodium in Flina[h.8], alodium in Suntheim[i.9], alodium in Northeim[k.10], alodium in Malmisheim[l.11], alodium in Enbodilingem[m.12], alodium in Gondoliheim[n.13], alodium in Mechingen[o.14], alodium in[p] Gugelingem[15], alodium in Michinvelt[16], castrum Elisperch[q.17], advocatia[r] in Wilcenburch[s.18] — secundum usum et consuetudinem Alemaniae. Et manebit apud vos in regno vestro interdum cum voluerit; et redibit in terram suam quando sibi placuerit.

2. Et ego praedictus Aldefonsus rex Castellae et Toleti promitto cum consensu filiae meae Berengariae vobis imperatori, quod dictam filiam meam Berengariam tradam Dec. 25. in sponsam et uxorem legitimam filio vestro Conrado. Et a proximo festo nativitatis Domini usque ad duos annos ibit filia mea Berengaria ad terram imperatoris et deferet secum quadraginta duo milia aureorum, ita quod imperator praemoneatur super hoc per spatium novem mensium ante terminum praefixum, ut assignetur locus, ubi ei occurrere faciat.

3. Hec autem sunt pacta infrascripta quae debent servari ex utraque parte, tam[t] ex parte imperatoris et filii sui Conradi quam[u] ex parte Aldefonsi regis Castellae et filiae suae Berengariae: Si praedictus Aldefonsus rex Castellae filium[v] habuerit masculum legitimum, filius ille succedat ei[w] heres in regno Castellae; si rex Aldefonsus sine filio masculo obierit, succedat[x] in regno filia sua Berengaria et vir eius Conradus cum ea, salvo et servato illeso iure suo dominae reginae Alienor uxori[y] dicti regis Castellae in omnibus et per omnia in arrhis suis.

4. Hec autem sunt, quae sibi assignata sunt in dotem[z], id est in arrhas: Naxara, Tobia[a], Grañon[b], Zereço, Pazlongos, Zellorigo, Faro, Pancorbo, Monasterio, Villforado[c], Villafranca, Alba de Monte de Oca[d], Arlançon, Burgos, Monio, Castro Soriz[e], Amaya, Orcexon[f], Vruel[g.19], Palancia[h] comitis, Astudello[i], Carrion, Fromesta, Portus

**319.** a) Rine 2. b) Eppigem 2; Epingen 1. c) Riemeck 2. d) viliberch 2; vbilīberch 1. e) Rierch 2. f) Lut Persteigem 2. g) Suelgrera 2; Suçigrem 1; Suaeigrera 3. h) in Stlinag 1; Inflina 3. i) Sunthein 1. k) Erraim 2; Erteim 3; Northein 1. l) Malmisthein 1. m) Envaro de Lisgem 2. n) Geldolusheim 2; Gondolihein 1. o) Norchingem 2. p) *deest* 1. q) elisporch 1. r) advocatiam 2. s) Vbilçemburch 1; Viscemburch 2. t) tam ex parte *desunt* 2. u) quam *usque* Berengariae *desunt* 2. v) suum 2. w) ei succedat ille 2. x) illi *add.* 2. y) uxoris 2. z) dote 1; dotem et in arrhas 2. a) Soria 1. b) Grañon Zereço *des.* 2. c) Belforado 2. d) monte Doea 2. e) Castroxeriz 2. f) Orcejon 2. g) Urrual 2. h) Palentia 2. i) Astudillo 2.

1) *Giengen.* 2) *Eppingen inter Heilbronn et Bruchsal, ditionis Badensis.* 3) *Bingen prope Sigmaringen vix esse potest. De Bönnigheim districtus Besigheim cogitavit Stälin.* 4) *Wildberg districtus Nagold, aut fortasse Weil aut Velberg prope Hall. Mons Wilerberc prope Weiler haud procul a Güglingen commemoratur a. 1296.* 5) *an Rieth prope Vaihingen, aut Reihen aut Richen, quae situ sunt inter Eppingen et Sinsheim.* 6) *Liuterstein prope Berwangen, districtus Badensis Eppingen, commemoratur a. 1295; castrum Lauterstein situm erat prope Massenbachhausen in districtu Wirtenbergico Brackenheim.* 7) *Schwaigern inter Heilbronn et Eppingen.* 8) *Flein ab Heilbronn versus meridiem.* 9) *Sontheim districtus Heilbronn.* 10) *Nordheim districtus Brackenheim.* 11) *Malmsheim inter Heimsheim et Sindelfingen.* 12) *Heimsheim (olim Heimbodesheim) aut Heimerdingen districtus Leonberg.* 13) *Gundelsheim districtus Wirtenbergici Neckarsulm aut Gondelsheim districtus Badensis Bretten.* 14) *an Maichingen districtus Bretten.* 15) *Güglingen districtus Brackenheim.* 16) *Michelfeld districtus Badensis Wiesloch.* 17) *Secundum Stälin forte Neckarels districtus Badensis Mosbach: aut castrum dirutum Eselsberg prope Ensingen districtus Vaihingen.* 18) *Wilzburg prope Weissenburg.* 19) *Sant Nagera, Tobia, Grañon, Cerezo de rio Tiron, Pazuengos, Cellorigo, Haro, Pancorbo, Monasterio de Rodilla, Belorado, Villafranca, Alva de Montes de Oca, Arlanzon, Burgos, Mañó (locus dirutus supra Quintanilla de Somuño), Castroxeriz, Amaya, Ordejon, Urbel del Castillo, omnia in provincia Burgos et in regno antiquae Castellae sita.*

sancti Anderii[k]. Villarreol[l, 1]. Peñafiel[2]. Magan[m]. et duae partes[n] salinarum de Velinchon[o, 3]. quae sunt regis.

5. Si filia regis Berengaria sine prole concepta de filio imperatoris decesserit, regnum Castellae revertatur ad prolem regis aliam vel ad prolem suae posteritatis, cuiuscunque gradus sit. Quod si nulla ex eo[p] superstes fuerit soboles, tunc revertatur regnum ad dispositionem regis Aldefonsi[q] Castellae, ut ille possideat regnum, quisquis sit, cui rex Aldefonsus illud assignaverit et iusserit dari[r]; et supradictus Conradus teneatur sacramento suo ita facere de regno Castellae, sicut rex Aldefonsus[q] disposuerit et praeordinaverit. Si rex Aldefonsus filium masculum legitimum habuerit et ille filius sine prole legitima superstite decesserit, praedicta Berengaria filia regis habeat regnum Castellae et vir eius Conradus cum ea, vel eorum[s] proles, si quam legitimam reliquerint. Si forte praefatus Conradus decesserit, nulla suscepta prole de uxore sua Berengaria, ipsa reducatur salva et secura[t] ad regnum Castellae, si sibi[u] placuerit redire; et nichilominus[v] habeat dotem suam, id est[w] arrhas, in terra viri sui, videlicet totum alodium quod superius dictum est.

6. Item ex quo[x] filius imperatoris Conradus ad regnum Castellae venerit, suscipiat benedictionem cum filia regis Castellae, a die qua venerit ad Castellam usque ad tres menses vel antea. Et postquam eam sic legitime duxerit, faciant statim securitatem homines terrae regis[y] Castellae de regno filiae eius Berengariae et Conrado viro eius cum ea secundum praescriptas et subsequentes conditiones, salva fidelitate regni. Et recepta securitate regni, faciat securitatem ipse Conradus et iuret, quod omnia hec[z] pacta praecedentia et subsequentia, quae ad eum pertinent[a], observet bona fide et sine omni[z] fraude et dolo.

7. Item si rex Aldefonsus sine masculo filio superstite obierit, quamdiu filius imperatoris et filia regis prolem non habuerint, ipse Conradus dividat terram regendam nobilibus cum consilio uxoris suae Berengariae, et aliter non liceat ei. Et illi, quibus ipse terram regendam, ut moris[b] est apud Hispanos, commiserit in honorem, faciant tunc hominium reginae uxori suae, filiae regis, et viro eius Conrado, sicut fecerunt primi, qui terram rexerant; hoc tamen remoto quod regi in diebus suis complere debent[c] vel filio eius, si filium haberet.

8. Item si rex sine filio masculo obierit, veniat[d] Conradus et uxor eius Berengaria ad regnum Castellae, et detur uxori eius regnum, et ipsi cum ea; et Conrado[z] non detur sine uxore sua Berengaria, ipsa praesente et vidente, et non aliter; nec homines patriae aliter teneantur.

9. Item si mortuo rege sine filio masculo, uxor Conradi Berengaria filia regis forsitan infirma accedere non potuerit ad Castellam, veniat Conradus et adhibeat[e] prolem suam et uxoris suae, si quam habuerint[f], et detur eis[g] regnum. Si prolem non habuerint[f], veniat tamen tempore ad defendendum regnum, et adiuvent eum homines ad defensionem regni et serviant ei tamquam domino, excepto quod potestatem non habeat in castris seu villis mutandi vel alienandi. Et quando uxor eius venire poterit[h], veniat, et cum venerit, detur ei regnum et[i] viro eius cum ea.

**319.** k) Andreae et 2. l) Villa Corel 1. m) Magam 1. n) duo porti 2. o) Vilinchon 2. p) ea 2. q) Alfonsi *hic* 1 *et similia deinceps.* r) voluerit dare 2. s) ea 1. 2. t) secure 1. u) ibi 1. v) Castellae et si non placuerit redire, nihilominus 2. w) suam et 2. x) Item quando 2. y) regi 2. z) *deest* 2. a) pertineant 2. b) mos 2. c) debebant 2. d) veniant 2. e) adducat 2. f) habuerit 2. g) ei 1. h) potuerit 2. i) ipsi Conrado *add.* 2.

1) *Palenzuela, Astudillo, Carrion de los Condes, Fromista, Puerto de San Andrian, Villarreol in provincia Palencia, in regno antiquo Leon.* 2) *Peñafiel ad fluvium Duraton, provinciae Valladolid, in regno Leon.* 3) *Magan prope Toledo et Belinchon inter Madrid et Valencia, ambo provinciae Toledo, in regno novae Castellae.*

10. Si obierit forte Conradus habens filium vel filiam de filia regis Berengaria, veniat ipse filius vel filia reginae Berengariae et proles sua ad Castellam, et detur eis[k] regnum. Et homines patriae expectent adventum eorum et custodiant regnum et nulli illud tradant nisi ipsis. Et si Conradus et uxor eius Berengaria defuncti fuerint, prole utriusque superstite, si qua fuerit, detur ei[l] regnum.

11. Et ego Fredericus supra nominatus Romanorum imperator promitto et convenio, quod omnia prescripta pacta et condiciones, quae me contingunt et filium meum Conradum et ad nos pertinent, servem[m] bona fide et sine omni fraude et dolo et faciam teneri et fideliter observari.

12. Et ego Henricus rex filius imperatoris promitto et convenio, quod omnia praescripta pacta faciam observari a fratre meo Conrado, quecunque patrem meum et fratrem contingunt et ad eos[n] pertinent observanda.

13. Et ego praedictus rex Aldefonsus promitto et teneor sacramento, quod homines meo mandato in anima mea fecerunt, quod praescripta, quae me contingunt et ad me pertinent, observem[o] et observari faciam bona fide et sine omni fraude et dolo.

14. Et ego sepe dictus[p] Conradus filius imperatoris concedo atque affirmo praescripta pacta omnia et fideliter et integre omnia praedicto modo me observaturum promitto et iuravi coram nuntiis regis Castellae.

15. Et[q] ego Berengaria filia regis Castellae similiter et[l] omnia illa, quae de praescriptis me observanda contingunt, me observaturam[r] promitto.

16. Nec non et ego Alienor[s] regina uxor regis Castellae, mater praedictae Berengariae, promitto, quod ea, quae me contingunt et ad me et[t] filiam meam pertinent, pro[u] posse meo faciam observari.

17. Si forte ante adventum Conradi dominum regem, quod absit, decedere contigerit, barones et principes regni et potestates et civitates et magister Calatrabensis cum fratribus suis et commendator[v] de[w] Ucles cum fratribus suis teneantur sacramento et promissione, recipere Conradum filium imperatoris et tradere illi praedictam filiam regis Berengariam in uxorem et dare regnum ipsi uxori eius et Conrado cum ea. Et archiepiscopus[x] et episcopi teneantur regnum interdicere et contradicentium personas excomunicare; dominusque[y] Toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas teneatur ad hoc in ea obedientia, quam promisit domino pape, et suffraganei eius in ea obedientia, quam ei debent: Martinus Burgensis episcopus teneatur obedientia, quam debet domino papae; Rodericus[z] Calagurritanus episcopus teneatur obedientia, quam debet domino suo metropolitano; Dominicus Abulensis episcopus teneatur obediencia, quam debet domino suo metropolitano.

18. Hec sunt nomina principum et nobilium qui sacramenta[a] praestiterunt: comes Petrus, comes Ferrandus, Didacus Gemenez[b], Didacus filius comitis Lupi[c], Petrus Ferrandi, Rodericus Guterri[d] senescalus regis, Ordonius Garsiae, Albarus Roderici de Masella[e], Petrus Roderici de Guzman, Lupus Didaci merinus[1] regis, Lupus Didaci de Mena, Gundisalbus[f] Ferrandi potestas, Ferrandus Martini.

19. Hec sunt nomina civitatum et villarum quarum maiores iuraverunt: Toletum, Concha, Opte[2], Guadalfaxara, Fita[3], Talamanca[g, 4], Uceda, Buytrago[5], Madrit, Esca-

**319.** k) eius 1; ei 2. l) *deest* 2. m) servare 1. n) eum 2. o) observent 2. p) supradictus 2. q) Et — Castellae *desunt* 2. r) observaturum 2. s) Alionor 2. t) ad *add.* 2. u) prae 1. v) commendato 1. w) *deest* 2. x) archiepiscopi 2. y) dominus quidem 2. z) Podericus 1. a) sacramentum 2. b) Xemenez 2. c) Lopi 2. d) Guterrii 2. e) Manxilla 2. f) Gundisalbus 2. g) Salamanca 2.

1) *i. e.* maiorinus, *Hispanice* meriño, *supremus regis iudex.* 2) *Cuenca et Huete provinciae Cuenca.* 3) *Guadalajara et Hita seu Ita, prov. Guadalajara.* 4) *Talamanca prov. Madrid.* 5) *Uceda et Buitrago, prov. Guadalajara.*

lona, Macheda[h], Talabera[1], Placencia, Turgelium[h,2]; citra Alpes[3] vero: Abula, Secobia, Arebalum[i], Medina de[k] Campo, Ulmetum[l], Coca, Portellum, Collar, Petraça, Fonte Domna[m], Septempublica, Aelon[n], Maderolo, Sanctus Estefanus[o], Oxoma, Caracena, Atencia[p], Segontum, Medina Celi[p], Vellanga, Almacanum[p], Soria[4], Agripennis[5], Farica[5]; citra Dorium[q,6] vero: Valisoletum, Palantia[r], Lucronium[s], Calagurri, Arnetum, Oterium de Sellis[t], Septimanca, Turris de[u] Lobaton, Mons Letus[v], Fons Purus, Sanctus Facundus, Zeya[w,7].

Facta charta anno dominicae incarnationis MCLXXXVIII, indictione sexta.

Data apud Saligestad, per manum Ruodulphi[x] imperialis[y] aulae prothonotarii[z], presente Iohanne imperialis aulae cancellario[a], nono Kalendas Maii, era MCCXXVI; feliciter amen.

---

# 320. SENTENTIA DE IUDICIO ADVOCATORUM.

## 1188. Aug. 8.

*Sententia involuta est magno privilegio ecclesiae sanctorum Simonis et Iudae Goslariensi dato, c. 6. Quod etiam eo excellit quod imperator (c. 8) pronuntiat, nullum episcopum potestatem habere sine ipsius consensu aliquem canonicorum excommunicandi vel divina ibidem interdicendi. Privilegium, prius editum ab Heineccio in Antiquitatibus Goslariensibus p. 185 et a comite de Bocholtz-Asseburg 'Asseburger Urkundenbuch' I, 21 nr. 24, proponimus ex autographo in tabulario civitatis Goslariensis asservato, collato ab Ottone Heinemann Gottingensi discipulo. — Stumpf, Reg. 4495.* *(P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. ⁞ (1) Cum ad omnium ecclesiarum protectione iure debeamus intendere, maxime tamen ad eas conservandas, quę nobis speciali ratione semper fuerunt et sunt obnoxię, nostra versatur intentio, et ut illas, quę ab antecessoribus nostris imperatoribus et regibus fundatę sunt et constructę, pio semper amplectamur affectu, quatenus Deo in eisdem deservientes personę pro nostra et imperii incolumitate tanto devotius Dominum exorent, quanto ab exteriorum incursu imperiali fuerint auctoritate protecti. (2) Ea propter omnium Christi fide-

**319.** h) Maqueda, Talavera, Plasencia, Truxillo 2. i) Archalum 1. k) del 2. l) Olmetum 2. m) Fontedomnas 2. n) Ailon 2. o) Stephanus 2. p) Atienza, Segoncia, Medina Selexs, Berlanga, Almazan 2. q) Contradorium 1. r) Vallisoletum, Palentia 2. s) Lueronium 1. t) Cellis 2. u) *deest* 2. v) Mons lectus 2. w) Cea 2. x) Ruduolphi 1; Radolphi 2. y) imperatoris 1. z) proton. 1. a) chancelario 1.

1) *Escalona, Maqueda, Talavera la vieja, prov. Toledo.* 2) *Plasencia et Trujillo in Estremadura.* 3) *Montana quae discernunt regnum Toletanum seu antiquae Castellae a regno novae Castellae, cuius sunt oppida sequentia.* 4) *Avila, Segovia, Arevalo, Medina del Campo, Olmedo, Coca, Portillo, Cuellar, Pedraza de la Sierra, Fuentidueña ad fluvium Duraton, Sepulveda, Aillon, Maderuelo, San-Esteban de Gormas, Osma aut Burgo de Osma (ambo autem ad dexteram ripam fluvii Duero), Caracena, Atienza, Siguenza adhuc ultra Alpes sita, Medinaceli, Berlanga, Almazan, Soria ad dexteram ripam fluvii Duero.* 5) *Locus incertus.* 6) *Duero.* 7) *Valladolid, Pallencia, Logroño, Calahorra, Arnedo, Tordesillas, Simancas, Torrelobaton, Monte alegre, Fuente pura, Sahagun et Cea (ambo ad flumen Cea, provinciae Leon), omnes ad dexteram Dueri ripam in regnis antiquae Castellae et Leon.*

lium et imperii cognoscat universitas, de beneplacito et immobili voluntate nostra hoc esse, ut fratres Goslariensis ęcclesię in ea libertate et honore permaneant, quod videlicet in domibus eorum et curtibus claustralibus nullus advocatus nec aliqua persona secularis pręter nostram propriam personam aliquid iuris vel iudicii habeat sive in posterum sibi usurpare presumat. (3) Volumus etiam et auctoritate imperatoria mandando precipimus, quatenus quicunque in periculo vitę constitutus in domum claustralem confugerit, ibi ab omni persecutore et iudice securus permaneat, nec inde eum quisquam violenter educere presumat, nec aliquis preter ipsum canonicum aliquem de familia canonici iudicet. (4) Considerantes preterea, quod thesaurus et ornatus ęcclesię Goslariensis per diversorum hominum petitiones ad impignorandum frequenter concedi solebat et sic processu temporis in oblivionem cadere et ab ecclesia contigit alienari, mature prout nostra interest consulere et eidem ęcclesię sollerter providere volentes, statuimus et auctoritate imperiali ac sub optentu gratię nostrę canonicis ęcclesię Goslariensis tam futuris quam presentibus districte precipimus, quod nec custos nec vicem custodis gerens seu quispiam alius propter aliquorum petitionem vel forte instantiam burgensium aut aliorum quorumlibet sive etiam nostram quicquam de ornatu ęcclesię Goslariensis exponendum concedat, quem nec etiam personę nostrę ad impignorandum ullo modo concedi volumus. (5) Illud etiam predictis canonicis indulgemus, ut quotienscumque civitatem Goslariensem, quam pre cęteris honoramus et amplectimur, curiam non celebraturi intraverimus, omnes curtes claustrales canonicorum videlicet ęcclesię Goslariensis ab omnium hospitum qui nobiscum venerint mansione vel introitu prorsus immunes existant, nec quisquam de familia nostra vel alius aliquis eos super hoc ullatenus inquietare presumat. Si vero ad curiam celebrandam predictam civitatem nos adire contigerit, marscalcus sive camerarius noster in curia claustrali aliquem ex principibus locandi potestatem habeat, ita tamen, ut sine equitatura et absque omni lesione et incommodo domestici decenter in eadem domo maneat. (6) Perlata quoque ad nos importunitate, quam in bona ęcclesię nostre Goslariensis aliquando exercere presumpserunt advocati, vel villicationes eius locando, quod nichil ad eos, vel hereditates litonum ęcclesię sibi usurpando, vel etiam mansos ęcclesię novis collocando colonis, nos hęc illicita de cetero fieri autentico prohibentes edicto, nullam permittimus advocatis ad talia perpetranda potestatem. Cum enim de iure advocatorum coram nobis in palatio Goslariensi questio moveretur, de communi principum consilio sententiatum fuit: quod in bonis ęcclesiarum advocati nichil iuris haberent, nisi tantum in tribus casibus, in furto videlicet, in pugna et in raptu, et omnes alię questiones essent ad yconomum seu villicum ęcclesię referendę. (7) Nos ergo commoditatibus eiusdem ęcclesię consulentes constituimus, ut super bona sua quę sunt in villa Werre, seu alia quęcumque in posterum iustę acquisitionis titulo poterit adipisci, onere advocatorum carentia, nemo debeat advocatus haberi nec alius quam yconomus ęcclesię, cui commissa fuerint, aliquid in eis ordinandi potestate perfruatur. (8) Cum igitur iam sepedicta ęcclesia, cuius libertatem gloriam coronę nostrę reputamus, solummodo ad nos habeat respectum, ideo stabilius in suo iure desideramus eam permanere, nolentes ut aliquis in eam potestativas manus extendat et ut nullus episcoporum aliquem de canonicis ęcclesię Goslariensis excommunicandi vel divina ibidem prohibendi sine consilio et coniventia nostra potestatem habeat, decernimus et inviolabiliter observari precipimus. (9) Verumtamen culpis prędictorum canonicorum aliquando merentibus dignam erga ipsos indignationis materiam inde concepimus, quod antiquam et consuetam Goslariensis ęcclesię libertatem de novo turbare pręsumpserunt, servam et tributariam illam facere volentes, dum legatum domini apostolici tanta ut audivimus reverentia in eadem ęcclesia receperunt, pecuniam suam illi conferentes, divina quoque auctoritatis eius interdicto dimittentes. Quia vero Goslariensis ecclesia, ut dictum est,

ad nullum in mundo nisi ad imperatorem vel regem Romanorum debet habere respectum et nullus in ea interdicendi divina potestatem habeat, nisi prius habita nostrę permissionis licentia, super hoc facto graviter merito commoti fuimus, quod ita tunc primum per ipsos fratres fuerit ancillata, et ne de cetero tale quid eis contingat, omni qua dignum est districtione prohibemus. (10) Accidit preterea ut ecclesia Goslariensis per procuratores suos in sollempni curia nostra querimoniam coram nobis deponeret, quod bona sua in villa Bernesdorp, viginti videlicet mansos et unum, monachi de Lutere violenter et iniuste detinerent, cum tamen ipsa ęcclesia Goslariensis eadem bona titulo iustę acquisitionis adepta fuerit, exhibito super hoc nobis autentico scripto domini Henrici Romanorum imperatoris IIII. Nos itaque iuris ratione hoc dictante, de consilio et sententia principum ęcclesiam Goslariensem restituimus et procuratores eius nomine ęcclesię per camerarium nostrum in possessionem mittentes, eis iam dicta bona perpetuo possidenda confirmavimus et confirmamus. (11) Hęc igitur omnia sicut ab antecessoribus nostris regibus et imperatoribus ęcclesie Goslariensi sunt indulta, ita et nos indulgemus et, ut nulla omnino persona magna vel parva, secularis vel ęcclesiastica in posterum ea retractandi seu evacuandi habeat auctoritatem, presenti pagina sigilli nostri impressione signata muniendo roboramus. Siquis autem ausu temerario contra hęc nostrę donationis instituta venire temptaverit, nostrę indignationi tamquam reus lesę maiestatis perpetuo subiacebit.

Huius rei testes sunt: Adelhogus Hildensemensis episcopus, Tidericus Halverstadensis episcopus, Tidericus Liubicensis episcopus, Albertus de Gronbach, Albertus de Hiltinburch, Burchardus de Waldenberch, Ludolfus de Peine, Ecbertus de Wulferbutele, Volcmarus advocatus Goslariensis et alii quam plures.

⁞ Signum domini Frederici (M.) Romanorum imperatoris invictissimi. ⁞

Ego Iohannes cancellarius vice Conradi Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCLXXXVIII, indict. VI, regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXIII, imperii vero XXXVII. Data Goslarie, VI. Idus Augusti.

---

## 321. SENTENTIA CONTRA INFEODATIONEM BANNI REGALIS.

### 1188. Dec. 8.

*Dederunt Pabst e 1) cartulario Tridentino, dicto codex Wangianus, qui nunc in tabulario praesidis Oenopontano asservatur, fol. 19' (p. 21), ubi a tribus notariis a. 1218 confirmata est; et Wattenbach e 2) cartulario Tridentino saec. XVI. fol. 30' tabularii Vindobonensis. E codice 1 legitur in Fontibus rerum Austriacarum II, 5, 81. — Stumpf. Reg. 4509. (P. deest.)*

† In nomine Domini. Die[a] Iovis qui fuit octavus intrante mense Decembr. in presentia Ottonis[b] marchionis de Meis, Sigfredi[c] comitis de Orlamunde et aliorum principum, Rodulfi protonotarii[d] curie, Henrici comitis de Epan[e], Rodegeri de Mez[f], Bozonis, Musonis, Petarini[g] et aliorum plurium, dominus Sigfredus abbas monasterii de Hers-

**321.** a) In die 2. b) Otthonis 2. c) Sigfridi 2. d) prothon. 2. e) Eppan 2. f) Metz 2. g) Pecarini 2.

welden interrogatus per dominum imperatorem Fedricum[h] residentem pro tribunali, si aliquis episcopus potest dare vel infeodare alicui bannum sue ipsius persone, ita quod hereditarium feodum esse debeat, an non. Qui ad suprascriptam interrogationem tale laudamentum fecit: videlicet quod nullus episcopus potest dare vel infeodare alicui homini bannum persone sui ipsius, ita quod sit in preiudicium sui successoris aut quod hereditarium feodum esse possit aut esse debeat.

Factum est hoc laudamentum coram domino imperatore aput Salevelden, consentientibus et confirmantibus omnibus suprascriptis principibus hore ad hos[i] interrogatis totaque curia sine reprehensione aut contradictione aliqua, confirmante etiam suprascripto domino imperatore auctoritate sue imperialis maiestatis ac precipiente mihi, ut sua auctoritate in scriptis reducerem[k].

Anno dominice nativitatis millesimo centesimo octuagesimo octavo. indict. sexta.

† Ego Albertus notarius domini Fedrici[l] imperatoris interfui et ex iusione prenotati[m] domini imperatoris suprascriptum laudum in hanc publicam formam redegi.

---

# 322–324. PAX CUM CLEMENTE VIII.

## 1189. Apr. 3–18.

*Ad hanc pacem, quae Hagenovae perfecta esse videtur*[1], *pertinet et ipsa bulla pontificis Iun. 26 data, qua Folmarum archiepiscopatu Trevirensi privatum esse declarat (Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 16423). Quam tamen, quia ex autographo edita est a viro cl. Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' II, 130 nr. 94, hoc loco omittendam esse duximus. Discimus autem ex ea, pacis conditiones seu conditiones pacis Venetae in scriptum redactas esse sigillis intercessorum utriusque partis confirmatum:* prout in litteris compositionis apparet, dictorum cardinalium *(Petri et Iordani)* legatorum nostrorum et venerabilium fratrum nostrorum . . Bauenbergensis et G. Herbipolensis episcoporum et dilecti filii S. Herfeldensis abbatis sigillorum testimonio consignatis. *Praeterea imperatorem pacem per cartam aurea bulla munitam, ad instar cartae Venetae supra nr. 270, confirmasse, tradunt Gesta Trevirorum Cont. III, c. 12 (SS. XXIV, 389):* Emissis igitur duobus cardinalibus, Iordano videlicet et Petro, questiones, quae inter predecessores suos et imperatorem diu ventilatae erant, in formam diffinitivam redactas, per eos imperatori et regi transmisit. Imperator autem cum iam in procinctu itineris sui esset, acceptavit formam compositionis illius et eam in carta conscribi fecit bullisque aureis confirmari mandavit.

### 322. *HEINRICI VI. RESTITUTIO PATRIMONII SANCTI PETRI. Apr. 3.*

*Damus ex* 1) *transsumto a. 1221, facto in palatio publico Urbevetano* de protocollo seu abbreviatura domni Prudentii iudicis, *in libro instrumentorum communis Urbevetani saec. XIII. fol. 25', quod iam olim descripsit b. m. Bethmann, adnotata* 2) *varia lectione editionis quae legitur in 'Giornale arcadico' CXXXVI, 139* d'una pergamena esistente nell' archivio comunale di Orvieto, *quem textum praeter exemplar Bethmanni adhibuit Ficker in editione sua 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 215 nr. 174. — Stumpf, Reg. 4640.* *(P. deest.)*

321. h) Federicum 2. i) ore ad os 2. k) inducerem 2. l) Friderici 2. m) iussione prenominati 2.

1) *V. Scheffer-Boichorst 'Kaiser Friedrich I. letzter Streit mit der Kurie' p. 181.*

† In nomine Domini. Nos Henricus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus. (1) Restituimus in Christo karissimo patri Clementi sancte Romane ecclesie summo pontifici omnem possessionem quam habuit papa Lucius in civitate Urbevetana; et si qui[a] de his, qui magestati nostre iuraverunt, prius pape Lucio iuraverant[b], eos absolvimus a iuramento. (2) Item Viterbienses absolvimus a iuramento et restituimus eos predicto in Christo patri Clementi pape quoad possessionem, absolventes eos a promissione quam nobis fecerunt, nolentes eis de cetero teneri de his que ipsis promisimus vel concessimus. (3) Insuper iamdicto patri in Christo Clementi pape restituimus quoad possessionem Cornetum, Veteralam, Ortam, Narnium, Amelium, Tusculanum, Terracinam, absolvendo homines predictorum locorum a iuramento quod nobis fecerunt. (4) Item quecumque civitates, castella, munitiones, ville et barones per Romaniam vel Campaniam constituti magestati nostre[c] iuramentum fecerunt post mortem pape Lucii et primo[d] nec[e] serenissimo patri nec[f] nobis astricti tenebantur, omnes predictos supradicto Clementi pape restituimus, absolventes eos a iuramento quod nobis fecerunt. (5) Predicta igitur[g] omnia restituimus pape quoad possessionem, salvo iure[h] imperii tam de proprietate quam de possessione, precipientes omnibus predictis, ut iurent et hobediant predicto[i] pape sicut domino. (6) Quodcumque autem commune vel persona[k] hanc restitutionem nostram impedierit, diffiduciamus eam a nostra gratia et banno regali supponimus. (7) Item omne ius, si quod papa Lucius habuit in civitate Tiburtina, restituimus iamdicto Clementi pape quoad possessionem, salva fidelitate quam quondam serenissimo patri et nuper nobis fecerant, salvo etiam iure imperii tam de proprietate quam de possessione. (8) Item quod factum est in civitate Massanensi[1] et pertinentiis in preinditium episcopi Massanensis, restituimus ipsi episcopo quoad possessionem, salvo iure imperii tam de proprietate quam de possessione. (9) Item Iacinto cardinali restituimus Petronianum et Cincellam[m]. (10) Ceterum latoribus presentium nuntiis nostris, preposito Sygloo et Lotario iudici[n], dedimus auctoritatem omnia supradicta executioni mandandi.

Dat. apud Argentinam, III. Non. Aprilis.

## 323. *IMPERATORIS EPISTOLA AD CLEMENTEM VIII. Apr. 10.*

*Exstat in codice Parisino 8989, Rotulo II. Cluniacensi a. 1245 exarato, ex quo editionem principem instauravit b. m. Huillard-Bréholles 'Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque impériale' XXI, 2, 324 nr. IV (= Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI', 520); iterum contulit vir cl. Augustus Molinier. Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. apographa Rotulorum Lugdunensium continentis v. apud Marteneum 'Collectio ampl.' II, 1230 (= Watterich II, 709 not. 6). — Stumpf, Reg. 4514. (P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Clementi sancte Romane ecclesie summo pontifici F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus salutem et sinceram filialis reverentie dilectionem.

Ex litteris per fideles nuntios nostros F.[1] prepositum Argentinensem et magistrum Henricum scolasticum Traiectensem, imperialis aule protonotarium, a sanctitate vestra nobis transmissis, et ex verbis que ab ore vestro audierunt intelleximus, paratam et

322. a) Urbis veteris nec non si quid 2. b) iuraverunt 2. c) *pro* mag. nostre 2: iuraverunt. d) primum 2. e) nostro 2. f) nunc 2. g) sic 2. h) nostri *add.* 2. i) iamdicto 2. k) per omnia 1. l) Massañ 1; Massane 2. m) Centumcellas 2. n) iudicibus 2.

1) *Fridericum.*

promptam animo vestro consistere voluntatem, predilecto filio nostro H. illustri Romanorum regi augusto sueque nobilissime consorti, karissime videlicet filie nostre Constantie Romanorum regine auguste, nullo mediante dubio vel impedimento, coronam imponendi. Postmodum venerabiles nuntii sanctitatis vestre P. et I. sancte Romane ecclesie cardinales[1] ac fidelis noster Leo de Monumento[2] in presentia nostra constituti litteris apostolicis et viva voce maiestati nostre idem constantius et firmius inculcarunt, videlicet quod omni occasione remota vestra se preparet paternitas predictam coronationem adimplere. Unde et nos firmaveramus in animo nostro ita disponere, ut filius noster et filia nostra omni tarditate exclusa iter statim arriperent pro suscipienda coronatione, sicut predicti nuntii nobis dixerunt gratum vestre fore sanctitati, ut factum hoc quanto citius fieri posset consummaretur[a]. Sed impedimentis intervenientibus, que presentes nuntii vobis referre poterunt, eos necessario detineri oportuit, nec prius potuerunt[b] transmitti. Nunc itaque prosequendo insidentes proposito ac plenam de vestra sanctitatis constantia fiduciam habentes, latores presentium magistrum Henricum protonotarium nostrum et nobiles viros Leonem de Monumento et Gerlacum de Ysimburc vestre transmittimus paternitati, monentes attentius et cum filiali affectu rogantes, quatinus in facto memorate coronationis ita pie ac sincere procedatis, secundum quod ius et consuetudo ab antiquo ad hec usque tempora pertulisse perhibentur; certum habentes et indubitatum, quod ipse filius noster paternitati vestre plurimum placere studebit, vestram tanquam dilecti ac spiritalis patris personam ac deinde fratres vestros sincere diligendo, et sanctam Romanam ecclesiam manutenere, defensare et ampliare paratissimus semper existet, facturus etiam ea que nostri antecessores in recipienda coronatione facere consueverunt. Ac circa hoc que ipsi latores presentium viva vobis voce ex parte nostra dixerint, credatis indubitanter.

Datum apud Haginawa, IIII. Idus Aprilis.

## 324. *HEINRICI VI. EPISTOLA AD CLEMENTEM VIII.* *Apr. 18.*

*E codice Parisino 8990 saec. XVIII. apographon Rotulorum Cluniacensium continente (in Rotulo IX.) edidit Huillard-Bréholles l. c. 325 nr. V (= Toeche l. c. 520). — Stumpf, Reg. 4642.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Clementi sancte Romane ecclesie summo pontifici H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus salutem et filialem dilectionem.

Ex litteris per fideles nostros nuntios H. imperialis aule prothonotarium et F. prepositum, a sanctitate vestra nobis transmissis, et ex verbis que ab ore vestro audiverunt intelleximus, paratam ac promptam in vobis consistere voluntatem nobis nostreque nobilissime consorti Constantie Romanorum regine auguste, nullo mediante dubio vel impedimento, coronam imponendi. Postmodum venerabiles nuntii sanctitatis vestre P. et I. cardinales sancte Romane ecclesie ac fidelis noster vir nobilis Leo de Monumento in presentia nostra constituti litteris apostolicis et viva voce maiestati nostre idem constancius ac firmius inculcarunt, videlicet quod omni occasione remota vestra se preparet benignitas predictam coronationem adimplere. Unde et nos firmaveramus in animo nostro sine mora disponere, ut nos et prememorata consors nostra iter quantocius arriperemus pro coronatione suscipienda, sicut predicti nuntii vestri nobis dixerunt gratum vestre fore sanctitati, factum hoc quanto citius fieri posset consummari.

**323.** a) consumaretur *cod.* b) poterunt *cod.*

1) *Petrus tituli S. Petri ad Vincula et Iordanus tituli S. Pudentianae presbyteri cardinales.* 2) *Consul Romanus.*

Sed impedimentis intervenientibus, que viva voce latores presentium, H. imperialis aule protonotarius et nobiles viri Leo de Monumento ac Gerlacus de Isemburc, vobis explicabunt, nundum venire potuimus. Cum itaque de vestri constantia propositi nullam prorsus dubitationem concipiamus, paternitatem vestram cum filiali affectu rogamus attentius, quatinus litteris vestris nobis iterum indicetis, quod in facto prememorate coronationis ita procedatis, secundum quod ius et consuetudo ab antiquo usque ad tempora hec sunt devoluta; certum habentes ac firmum, quod nos paternitati vestre plurimum placere studebimus, personam vestram ac fratrum vestrorum venerabilium cardinalium sincere diligendo et sanctam Romanam ecclesiam in omni iure suo defendendo, ampliando et manutenendo, parati etiam ea facere in coronatione recipienda que serenissimus pater noster F. Romanorum imperator augustus et alii antecessores nostri beato Petro et Romane ecclesie facere ab antiquo consueverunt. Ceterum ea que prescripti nuntii nostri ex parte nostra vobis dixerunt firmiter credatis et eos quam citius fieri poterit celsitudini nostre remittatis expeditos.

Datum Veingen, XIIII. Kalendas Maii.

# HEINRICI VI. CONSTITUTIONES.

## 325. CONVENTIO CUM DUCE BURGUNDIAE.

1186. Iul. 5.

*Dedit vir cl. Arndt ex autographo tabularii provincialis Divionensis Série B. 11932, cuius sigillum deperditum est. Quod cum in infima parte humore et vetustate laesum sit, verba quae legi iam non poterant, supplevit e Registro membranaceo saec. XIV. ex. B. 10423 fol. 47'. — Stumpf, Reg. 4581. (P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilecto et fideli suo Hugoni[a] duci Divinionensi gratiam suam et omne bonum.

Discretioni tue significamus et firmiter constare volumus, quod nos pacem, que inter nostram sublimitatem et tuam dilectionem ordinata est, secundum eam formam que in presenti pagina subscripta est ratam habemus et regia auctoritate nostra firmam et inviolatam conservare decrevimus. (1) Inprimis itaque sicut in tuis litteris continetur hominium nobis facies et legiitatem de tota terra comitatus Albonii, que infra districtum imperii continetur, quam modo possides et in posterum possesurus es. Bona quoque fide et sano intellectu secundum usum et consuetudinem Burgondie atque Provincie recipies et a nobis recognosces allodium Urrici de Baugeio et alia etiam allodia que infra terminos imperii sunt constituta. (2) In hoc etiam voluntati tue consentimus, quod filius tuus ille qui dux futurus est Divionensis, salva fidelitate regis Francie, nobis hominium faciet de allodio memorati Urrici de Baugeio, et similiter de allodiis que habet et que habebit infra imperium. (3) Hoc quoque ratum similiter et firmum volumus observare, quod si forte rex Francie insultum fecerit imperio, tu in propria tua persona auxilium nobis prebebis de omni casamento quod a nobis habes; et si nos regi Francie et eius regno insultum fecerimus, tu similiter ipsi in propria tua persona prestabis auxilium de omni casamento quod de eo habes. (4) Contra omnem etiam hominem preter regem Francie pacem et werram facies ad mandatum nostrum de universo comitatu Albonii, salvo iure ecclesiarum imperii. (5) Compositionem quoque facies cum fidelibus nostris, archiepiscopo Viennensi et cum episcopo Gratianopolitano et episcopo Valentino super querimoniis suis, si quas adversum te proponant, vel in presentia nostra vel fidelis nostri Urrici de Godenburc vel alterius certi nuncii nostri ad hoc destinati. (6) Si que etiam et alie ecclesiastice persone aliquam controversiam contra te habuerint, ipsis vel secundum iusticiam vel secundum

325. a) Hug̃ *or.*

amicabilem composicionem[b] satisfactionem exhibebis. (7) Ad hec in gratie nostre plenitudinem te recipimus.

Dat. [in campo Urbe Ueteri][c], anno dominice incarnationis MCLXXXVI, indictione IIII, [III. Nonas Iulii].

## 326. CONVENTIO CUM COMITE HAINOENSI.

1188. Mai. 16.

*Continetur in transsumto a. 1258 supra nr. 298 laudato tabularii S. Lamberti Leodiensis nr. 16, ubi haec leguntur:* Item alias litteras sigillatas sigillo nobilis viri Henrici Dei gratia quondam regis Romanorum non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus in hec verba. *Exscripsit vir d. Arndt et ex eius exemplari publici iuris fecit Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 606 nr. 9. Quam editionem repetimus, collata editione quam paullo ante ex exemplari viri d. Schoonbrodt Leodiensis instituerat Prutz 'Heinrich der Löwe' p. 489, ubi transsumti quoque tenorem invenies. Similem chartam tunc etiam Fridericum imperatorem comiti Balduino dedisse, auctor est Gislebertus Montensis, SS. XXI, 556. — Stumpf, Reg. 4628.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen. Anno dominice incarnationis MCLXXXVIII, indictione VI. Hec est compromissio inter dominum Henricum Romanorum regem augustum et Balduinum comitem Hennaecensem[a]. Dominus rex tale laudamentum cum ipso comite instituit, quod post decessum Henrici comitis Namucensis avunculi illius[b] colliget eum in familiaritatem suam per hominii exhibitionem de bonis illis, que idem comes tenebat ab imperio, iuxta consilium familiarium consiliariorum suorum. Huic promissioni testes fuerunt: Fridericus illustris Suevorum dux, Iohannes imperialis cancellarius, comes Simon de Spanheim, Wernerus de Bonlanden, Hartmannus de Boutingin, Cuno de Meneinberch, Conradus dapifer, Marewardus[c] dapifer, Henricus de Lutra camerarius, Willermus Aquensis advocatus.

Datum apud Seliginstad[d], XVII. Kal. Iunii.

## 327. MANDATUM DE ARGENTIFODINIS.

(1189) Mart. 21.

*Adhibuimus 1) Diplomatarium Mindense saec. XVIII. inter schedas Kindlingerianas in tabulario Monasteriensi asservatum signatum Msc. II. 189, secundum editionem Wilmansii 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' II, 339 nr. 243; 2) editionem in libro 'Notizenblatt, Beilage zum Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' II, 178 paratam a viro cl. Meiller e transsumto notarii facto Mindae a. 1530. Dec. 25* ex quodam

**325.** b) *vox partim vetustate deleta.* c) ueti *adhuc legit Arndt;* Urbe veti *Reg.*

**326.** a) Hennacensem *P.* b) eius *P.* c) Marwardus *T. P.* d) *sic P;* Selignistad *T.*

libro seu registro secreto et authentico venerabilis capituli Mindensis ecclesiae; 3) *apographon ab Iohanne Friderico Falke exaratum inter eius schedas tom. I, 747, quae nunc asservantur in tabulario Guelferbytano, iam olim descriptum a Wilhelmo Ebert bibliothecario Guelferbytano; cuius apographi scribendi rationem retinuimus;* 4) *editionem apud Pistorium 'Scriptores rerum Germanicarum' (III) p. 746, quam reliqui editores repetiverunt. Idem iuris principium a rege enuntiatur in privilegio eodem die episcopo Mindensi dato ed. Wilmans l. c. II, 340 nr. 244 (Stumpf 4639). — Stumpf, Reg. 4638.*

*(P. deest.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus fidelibus suis episcopis Mindensi, Padherbornensi[b], Osnaburgensi[c], comitibus quoque et nobilibus et universis hominibus in eisdem episcopatibus constitutis gratiam suam et omne bonum.

Cum omnis argentifodina ad iura pertineat imperii et inter regalia nostra sit computata, nulli venit[d] in dubium, quin ea que nuper in episcopatu Mindensi dicitur inventa ad nostram totaliter spectet distributionem. Unde in ea nulli hominum quicquam iuris recognoscimus, nisi hoc a nostre liberalitatis munificencia[e] valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus[f] vobis et singulis sub obtentu gratie nostre precipientes, ut nullus vestrum se de predicta argentifodina intromittat nec aliquid iuris sine nostra licentia sibi in ea usurpet. Quod si quis temerario ausu forte attemptaverit, indignationem nostram se noverit incursurum. Presentium[g] autem latorem fidelem nuncium nostrum ad partes illas transmisimus, ut de eadem argentifodina ordinet et disponat, prout nobis viderit[h] expedire. Mandamus itaque dilectioni vestre attente rogantes, ut ei consilio et auxilio fideliter assistatis, grates[i] affectuosas a serenitate nostra recepturi.

Datum apud Nannensteine[k, 1]. XII. Kal. Aprilis.

# 328. SENTENTIA DE DECIMIS NON ALIENANDIS.

### 1190. Iul. 11.

*Damus e Copiario ecclesiae Verdensis sign. II. 125 saec. XIV. nr. 19, qui in tabulario regio Hannoverano asservatur. Praecedit rubrica:* Sentencia Heinrici imperatoris de decimis non alienandis. — *Stumpf, Reg. 4654.* *(P. 186.)*

Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Dignum est et tam equitati quam publice honestati consentaneum, ut ea que in presentia maiestatis nostre iustitia mediante diffiniuntur, ad perpetuam ipsorum stabilitatem irrefragabili regie dignitatis auctoritate confirmentur. Universis itaque tam presentibus quam futuris imperii fidelibus notum fieri volumus, quod cum dilectus princeps noster Rodolfus venerabilis Verdensis episcopus in curia nostra Mersburc cele-

327. a) Henricus 1. 4. b) Paderborn. 2; Patherbrunn. 3; Padeburn. 1. c) Osnabrug. 2. 3. d) veniet 2. e) a nostra liberalitate 3. 4. f) *deest* 3. g) Praesentem 1; Puntium 3; Puntiu 4. h) videtur 3. 4. i) gratias 2. k) Nonnensteine 3. 4.

1) *Nanstein prope Landstuhl a Kaiserslautern versus occidentem, secundum Stumpf 'Nachträge' p. 552.*

brata sententiam inquireret, utrum videlicet liceret aliquem episcoporum decimam suis temporibus non provenientem in feodo dare seu alio modo ab ecclesia alienare, Otto Misnensis marchio super hoc requisitus, consentientibus principibus qui tunc aderant, talem dictavit sententiam: quod scilicet non liceret alicui episcopo decimam quamcumque, cuius usus suis temporibus non contigisset provenire, per infeodacionem sive vendicionem aut per alium quemcumque alienationis modum ab ecclesia sua nullatenus alienare. Quam sententiam utpote iustam ratam habemus et regia auctoritate confirmamus, statuentes et generali edicto precipientes, ne ulla humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis persona prememorato Verdensi episcopo in decimis, que in Verdensi episcopatu suis temporibus [non] provenerunt, sive in aliis quibuscumque bonis ad eum pertinentibus ullam violentiam aut iniuriam presumat inferre, et si quispiam etiam temporibus antecessorum suorum aut huiusmodi decimas aut alia bona ecclesie sibi sine ipsorum auctoritate usurpavit, universa exinde percepta[a] eidem episcopo cum integritate restituat. Predicte sententie subscripti principes, nobiles et ministeriales interfuerunt ipsamque approbaverunt: Conradus Magontinus archiepiscopus, Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus et alii quam plures.

Acta sunt hec apud Mersburc, anno dominice incarnationis MCLXXXIX, XVII. Kal. Novembris. 1189. Oct. 16.

Datum Fulde per manum Heinrici imperialis aule prothonotarii, anno Domini MCXC, indict. VIII, V. Idus Iulii.

# 329. SENTENTIA DE FILIIS MINISTERIALIUM ET LIBERARUM.

## 1190. Iul. 14.

*Deprompsimus eam e Copiario ecclesiae Verdensis tabularii Hannoverani sign. II. 125 saec. XIV. nr. 23, ubi praecedit rubrum:* De filiis ministerialium et liberis matribus.

*Hoc loco, quia alium non habemus, adiungi liceat sententiam memorabilem Hallis Suevorum a. 1190. Sept. latam, quam refert Gislebertus in Chronico Hanoniense SS. XXI, 572 his verbis:* Tacendum autem non est, quod episcopus quidam apud Hallam iudicium quesivit coram domino rege, si ministeriales principis alicuius cum nobilibus habeant iudicare. Ad hoc iudicatum fuit per comitem palatinum de Tuinge: quod si nobilis homo iudicium proferret et unum nobilem haberet in iudicio sequacem, alter sequax esse posset ministerialis, scilicet de principis advocatia vel propria familia. — *Stumpf, Reg. 4655.* *(P. 187.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus fidelibus suis, clero, inbeneficiatis et ministerialibus Verdensis ecclesie gratiam suam et omne bonum.

Notificamus vobis, quod dilecto principe nostro Rodolfo episcopo Verdensi in presentia nostra sententiam inquirente, utrum videlicet proles ministerialium ecclesie ex liberis matribus genita ratione patrum ecclesie pertinere, an ratione matrum libera debeat permanere, Otto Babenbergensis[a] episcopus super hoc requisitus, consentientibus

328. a) p̄cepta *cod.*
329. a) habenbergensis *cod.*

Coloniensi archiepiscopo Philippo et Wigmanno Magdeburgensi archiepiscopo, Sifrido Hersfeldensi abbate, Conrado palatino[b] comite Reni et aliis principibus, comitibus, nobilibus et ministerialibus qui tunc aderant, talem dictavit sententiam: quod filii ministerialium ecclesie cuiuslibet ex liberis matribus progeniti et filie similiter patrum imitando conditionem ecclesie debeant esse ministeriales. Quam sententiam utpote iustam approbantes, ratam habemus et regia auctoritate confirmamus.

Datum Fulde, anno dominice incarnationis MCXC, indict. VIII, II. Idus Iulii.

---

# 330–332. CONVENTIO CUM PLACENTINIS.

## 1191. Ian. 21. – Iun. 5.

### 330. *SCRIPTUM CONVENTIONIS. (Ian. 21.)*

*Legitur in* 1) *Registro magno civitatis Placentinae saec. XII—XIII, quod asservatur in tabulario municipali, fol. 124, et in eius apographo* 1*) *Registro parvo (olim dicto 'mezzano') saec. XIII. ex. fol. 82'. Ex illo edidit Poggiali 'Memorie storiche di Piacenza' V, 8. — Stumpf, Reg. 4671.* *(P. deest.)*

In nomine Dei eterni.

1. Dominus rex adiuvabit et manutenebit atque deffendet civitatem Placentie[a] et adiuvabit Placentinos manutenere, deffendere et recuperare omnes possessiones et iura, quas vel que habent vel tenent vel soliti sunt habere et tenere, contra omnem civitatem, locum vel personam et ab omni civitate, loco et persona. Et de omni guerra vel disscordia, quam Placentini habeant vel habuerint, dominus rex adiuvabit et manutenebit eos usque ad finem, ipsis Placentinis iusticiam facere volentibus vel non recusantibus, contra omnem civitatem, locum vel personam, si fuerit in Lombardia, per se et per loca sua; si non fuerit et habuerit nuntium suum, per nuntium suum et per loca sua; si non habuerit nuntium, per loca sua, precipiendo sub debito fidelitatis et banni[b] civitatibus et locis et personis, ut[c] eos adiuvent, et precipiendo civitatibus, locis et personis sub debito fidelitatis et banni, ut eos non offendant. Quod si eos offenderint et requisiti non emendaverint et non observaverint, mittet eos in bannum; quod eciam fatiet, si in Lombardia fuerit vel nuntium habuerit.

2. Regalia si qua forte sunt — non credunt — que non contineantur in concessionibus factis secundum tenorem pacis, concedet Placentinis, exceptis appellationibus et fodro regali, secundum quod in tenore pacis continetur. Et ut nulla[d] questionis materia remaneat, quantitas fodri regalis in hunc modum cognoschatur: homines bone opinionis eligantur, qui melius sciant vel scire possint, quantum consuetum sit dari, et secundum eam quantitatem deinceps, quando fodrum regale dandum erit, detur.

3. Et homines Burgi et Bargoni[1] iurabunt adiuvare cum personis et locis Placentinos de omni guerra[e], quam habent vel habuerint contra omnem civitatem, locum vel

**329.** [b]) palātino *cod.*

**330.** [a]) plac̄. 1. 1*. [b]) ut eos non offendant *add.* 1, *sed* eos non off. *expuncta:* ut *add.* 1*. [c]) ut — personis *in marg. suppl.* 1*. [d]) illa 1. 1*. [e]) ụḷ *add., sed expunct.* 1.

1) *Burgum S. Domini et Bargonum rex Placentinis pignori obligavit Ian. 21 (Poggiali* V, 6; *Stumpf, Reg.* 4670) *et iterum Iun. 5 (Affò, 'Storia di Parma' III, 301; Stumpf, Reg. 4705). Mandatum regis incolis datum, ut Placentinis iurarent, v. Affò III, 301; Poggiali V, 10; Stumpf, Reg. 4706.*

personam Lombardie, salva fidelitate domini regis vel imperatoris; ipsis Placentinis iurantibus deffendere et manutenere homines Burgi et Bargoni et loca ipsa, salva prima fidelitate. Et sacramenta renoventur per convenientia tempora. Predicta loca dominus rex obligavit libera et absoluta ab omni vinculo et ab omni persona et etiam a se, et omnia iura, que ibi habet, in arbitrio sapientum Placentinorum.

4. Placentini vero adiuvabunt dominum regem manutenere et deffendere et recuperare omnes possessiones et eius iura, quas vel que habet in Lombardia vel tenet vel solitus est habere vel tenere, contra omnem civitatem, locum vel personam et ab omni civitate, loco vel persona; et adiuvabunt eum de omni guerra et discordia, quam habet vel habuerit in Lombardia; et adiuvabunt et manutenebunt eum usque ad finem, ipso iusticiam facere volente vel non recusante, contra omnem civitatem, locum vel personam, vel nuntium suum, si habuerit in Lombardia, ipso iusticiam facere volente vel non recusante. Et specialiter adiuvabunt eum manutenere[f], deffendere et recuperare possessiones et iura in podere comitisse Matilde in Lombardia — ita tamen ut propter hoc sacramentum non teneantur facere contra concessiones seu permissiones factas Societati Lombardie, Marchie et Romanie — contra confines civitates cum exercitu militum et peditum; contra alias civitates in Lombardia competens auxilium militum et archatorum [prestabunt]. Et cum a domino rege vel ab eius nuncio per se vel per litteras requisiti fuerint, ut dent ei conscilium, bona fide conscilium dabunt, sufficienti et plena[g] securitate hinc inde prestanda.

5. Dominus autem rex recipiet Pontremulenses in plenitudinem gratie sue et in suam deffensionem et protectionem.

## 331. *PRIVILEGIUM CONFIRMATIONIS REGIUM.* *Ian. 21.*

*Ineditum adhuc dedit vir cl. Holder-Egger ex* 1) *Registro magno fol. 100 manu Iohannis de Sparoaria notarii exaratum, qui in calce haec scripsit:* (S. N.) Ego Iohannes de Sparoaria sacri palatii notarius autenticum huius exempli vidi et legi, in quo sic continebatur, ut in hoc legitur exemplo, et propriis manibus exemplavi; *et ex* 1*) *Registro parvo fol. 65'. Mendas paucas notarii emendavimus ope Privilegii imperialis, quod regium fere ad verbum transscripsit. — Stumpf deest.* *(P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sancte[a] et indiuidue Trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. ⁞ In eminenti throno regie magestatis constituti fideles nostros clipeo protectionis nostre dignum duximus manutenere, defendere et imperiali dextra iuvare, eos precipue quos speciali[b] prerogativa discretionis[c] amplectimur. Noverit igitur omnium fidelium imperii tam presens etas quam successura posteritas, quod propter preclara servicia, que fideles nostri Placentini hactenus imperio exhibuerunt et imposterum creduntur[d] semper[e] exhibituri, eos in[f] specialem gratiæ et amoris nostri plenitudinem et defensionem recipimus, concedentes[g] eis regalia in civitate Placentina et extra per totum districtum, quem[h] tenent vel soliti sunt tenere, si que sunt que non continentur in concessionibus factis secundum tenorem[i] privilegiorum pacis Lombardie, exceptis appellationibus et fodro regali, secundum quod in tenore pacis continetur. Quantitas vero fodri regalis in hunc modum[k] cognoscatur: eligantur homines bone opinionis, qui melius sciant vel scire possint quantum consuetum sit dari, et secundum eam quantitatem deinceps, quando fodrum

**330.** f) manutere *bis scriptum sic, semel deletum* 1. g) noluntate *add., sed expunctum* 1.

**331.** a) saute 1. b) spili ꝓgatina 1: speciali prorogatiua 1*. c) discretonis 1. d) credunt 1. 1*. e) *deest* 1*. f) im 1. g) confidentes 1. 1*. h) que 1. 1*. i) *corr. ex* tenourem 1. k) mūdum *corr.* modum 1.

regale dandum erit, detur. Item adiuuvabimus et manutenebimus civitatem Placentinam et adiuvabimus Placentinos manutenere, defendere et recuperare omnes possessiones et iura, quas vel que habent vel tenent vel soliti sunt habere vel tenere contra omnem hominem, civitatem, locum vel personam et ab omni homine, civitate, loco vel persona. Et de omni guerra vel discordia, quam Placentini habent vel habuerint, nos manutenebimus et iuvabimus eos usque in finem, ipsis Placentinis iusticiam facere volentibus vel non recusantibus, contra omnem hominem, civitatem, locum vel personam, si fuerimus in Lombardia, per nos et per loca nostra; si non fuerimus et habuerimus nuntium nostrum in Lombardia, per nuntium nostrum et loca nostra; si non habuerimus nuntium in Lombardia, per loca nostra, precipiendo sub debito fidelitatis et banni civitatibus, locis et personis, ut eos adiuvent, et precipiendo civitatibus, locis et personis sub debito fidelitatis et banni, ut eos non offendant. Quod si eos offenderint et requisiti non emendaverint, mittemus[l] eos in bannum et de banno non extrahemus eos, nisi satisfecerint[m] Placentinis aut cum voluntate Placentinorum extrahantur. Predicta etiam fatiemus, si in Lombardia fuerimus vel nuntium habebimus. Porro ipsi Placentini adiuvabunt nos manutenere et defendere et recuperare omnes possessiones et iura, quas vel que habemus in Lombardia vel tenemus vel soliti sumus habere vel tenere, contra omnem civitatem, locum vel personam et ab omni civitate, loco vel persona, et adiuvabunt nos de omni guerra vel discordia quam habemus vel habuerimus in Lombardia usque ad finem, nobis iusticiam facere volentibus vel non recusantibus, contra omnem civitatem, locum vel personam; et similiter iuvabunt nuntium nostrum, si habuerimus in Lombardia, ipso nuntio iusticiam facere volente vel non recusante. Et spetialiter iuvabunt nos manutenere et defendere et recuperare possessiones et iura in podere comitisse Mathyldis in Lombardia, ita tamen ut propter hoc sacramentum non[n] teneantur facere contra concessiones seu permissiones factas Societati Lombardie, Marchie et Romanie; et nos similiter propter tenorem huius privilegii non teneamur facere contra concessiones seu permissiones factas predicte Societati Lombardie, Marchie et Romanie. Contra confines quidem civitates iuvabunt nos cum exercitu militum et peditum; contra alias civitates in Lombardia competens auxilium militum et arcariorum prestabunt. Cumque a nobis per nos vel per litteras nostras requisiti fuerint vel a nuntio nostro, ut dent nobis conscilium, dabunt bona fide conscilium. Cumque Rome coronati fuerimus, renovabimus hoc privilegium. Predicta autem Placentini iuraverunt, bona fide pro parte sua se observaturos, et singulis quinquenniis renovabunt iuramenta, si requisiti fuerint. Et nos fecimus Rodolfum de Sibenich et Henricum de Lutra camerarios in animam nostram iurare, predicta nos observaturos pro parte nostra. Similiter fecimus de pignoratione Burgi et Bargoni. Pontremulenses[o] quoque ad peticionem Placentinorum in nostram gratiam et protectionem et defensionem recipimus.

⁞ Signum domini Henrici sexti Romanorum regis invictissimi. ⁞ (M.)[p]

Ego Ditherius imperialis aule cancellarius vice domini Philippi Coloniensis ecclesie archiepiscopi et tocius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno Domini MCXC primo, indict. VIII, regnante domino Henrico sexto Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius XXI.

Datum Laude per manum magistri Henrici prothonotarii, XII. Kal. Febr.[q]

**331.** l) mittimus 1. 1*. m) satisferint 1. n) *corr. ex* nõ 1. o) *sic* 1*; Puntremulenses 1. p) *monogramma maximum in* 1. q) Septembr 1*.

## 332. *PRIVILEGIUM CONFIRMATIONIS IMPERIALE.* *Ian. 5.*

*Servatur et ipsum in* 1) *Registro magno fol. 15 manu Iohannis Carmangiarii notarii exaratum, qui in calce haec addidit:* (S. N.) Ego Iohannes Carmangiarius sacri palatii notarius auctenticum huius exempli sigillo auri domini Henrici imperatoris communitum eoque pendente auctentico vidi et legi in quo sic continens, ut in hoc legitur exemplo, manu propria fideliter exemplavi; *in* 1*) *Registro parvo fol. 21'. Ex illo edidit Boselli 'Delle storie Piacentine libri XII' I, 338 = Böhmer 'Acta imperii selecta' 164 nr. 178. Quae litteris minoribus expressa sunt, e Privilegio regio petita sunt. — Stumpf, Reg. 4704.* *(P. deest.)*

(C.) ⁞ In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. ⁞ In eminenti throno imperatorie maiestatis constituti fideles nostros clipeo protectionis nostre dignum ducimus manutenere, defendere et imperiali dextra iuvare, eos precipue quos speciali prerogativa discretionis amplectimur. Noverit igitur omnium fidelium imperii tam presens etas quam successura posteritas, quod propter preclara servitia, que fideles nostri Placentini hactenus imperio exibuerunt et inposterum creduntur semper exhibituri, eos in specialem gratie et amoris nostri plenitudinem et defensionem recipimus, concedentes eis regalia in civitate Placentina et extra per totum districtum, quem tenent vel soliti sunt tenere, si qua sunt que non contineantur in concessionibus factis secundum tenorem privilegiorum pacis Lonbardie, exceptis appellationibus et fodro regali, secundum quod in tenore pacis continetur. Quantitas vero fodri regalis[a] in hunc modum cognoscatur: eligantur homines bone opinionis, qui melius sciant vel scire possint quantum consuetum sit dari, et secundum eam quantitatem deinceps, quando fodrum regale dandum[b] erit, detur. Item adiuvabimus et manutenebimus civitatem Placentinam et adiuvabimus Placentinos manutenere, defendere et recuperare omnes possessiones et iura, quas vel que habent vel tenent vel soliti sunt habere et tenere, contra omnem hominem, civitatem, locum vel personam et ab omni homine, civitate, loco vel persona. Et de omni guerra vel discordia, quam Placentini habent vel habuerint, nos manutenebimus et iuvabimus eos usque in finem, ipsis Placentinis iusticiam facere volentibus vel non recusantibus, contra omnem* civitatem, locum vel personam, si fuerimus in Lonbardia, per nos et* loca nostra; si non fuerimus et habuerimus nuntium[c] nostrum in Lonbardia, per nuntium[c] nostrum et loca nostra; si non habuerimus[d] nuntium[c] in Lonbardia, per loca nostra, precipiendo sub debito fidelitatis et banni civitatibus, locis et personis, ut eos adiuvent, et precipiendo civitatibus, locis et personis sub debito fidelitatis et banni, ut eos non offendant. Quod si eos offenderint et requisiti non emendaverint, mittemus eos in bannum et de banno non extrahemus eos, nisi satisfecerint Placentinis aut cum voluntate Placentinorum[e] extrahantur. Predicta etiam faciemus, si in Lonbardia fuerimus vel nuntium[c] habebimus. Item faciemus iurare homines Burgi et Bargoni, quod adiuvabunt cum personis et locis Placentinos de omni guerra, quam habent vel habuerint, contra omnem civitatem, locum vel personam Lonbardie, salva fidelitate nostra. Et hec sacramenta singulis quinquenniis renovabunt, ipsis Placentinis iurantibus, defendere[f] et manutenere homines Burgi et Bargoni et loca ipsa, salva predicta nostra fidelitate, et singulis quinquenniis eadem sacramenta renovantibus[g]. Porro ipsi Placentini adiuvabunt nos manutenere et defendere et recuperare omnes possessiones et iura, quas vel que habemus in Lonbardia vel tenemus vel soliti sumus habere vel tenere, contra omnem civitatem, locum vel personam et ab omni civitate, loco vel persona, et adiuvabunt nos de omni guerra vel discordia, quam habemus vel[h] habuerimus in Lonbardia, usque ad finem, nobis iusticiam facere volentibus vel non recusantibus, contra omnem civitatem, locum vel personam; et similiter iuvabunt nuntium[c] nostrum, si habuerimus in Lonbardia, ipso nuntio iusticiam facere

**332.** a) regali 1. 1*. b) damdum 1; dampnum *alio atramento corr.* damdum 1*. c) numtium 1. d) tam *add.* 1*. e) non *add., sed alio atram. expunct.* 1*. f) defemdere 1. g) renouamtibus 1. h) habemus vel *eadem manu superscr.* 1.

volente vel non recusante. Et specialiter iuvabunt nos manutenere et defendere et recuperare possessiones et iura in podere comitisse Matheldis in Lonbardia, ita tamen ut propter hoc sacramentum non teneantur facere contra concessiones seu permissiones factas Societati Lonbardie, Marchie et Romanie; et nos similiter propter tenorem huius privilegii non teneamur facere contra concessiones seu permissiones factas predicte Societati Lonbardie, Marchie et Romanie. Contra confines quidem civitates iuvabunt nos cum exercitu militum et peditum; contra alias civitates in Lonbardia conpetens auxilium militum et arcariorum prestabunt. Cumque a nobis per uos vel per[i] litteras nostras requisiti fuerint vel a nuntio nostro, ut dent nobis conscilium, dabunt bona fide conscilium.* Predicta autem iuraverunt Placentini, bona fide pro parte sua se observaturos, et singulis quinquenniis renovabunt sacramenta, si requisiti fuerint. Et nos fecimus Rudolfum de Sibenech et Henricum de Lutra camerarios in animam nostram iurare, predicta nos observaturos pro parte nostra. Similiter fecimus de pignoratione Burgi et Bargoni. Pontremulenses quoque ad peticionem Placentinorum in gratiam, protectionem ac defensionem nostram recipimus. Ut autem hec omnia in perpetuum rata et firma permaneant, presentem divalem paginam inde conscribi iussimus et aureo maiestatis nostre sigillo insigniri.

Huius rei testes sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus, Godefridus patriarcha Aquilegiensis, Willelmus[k] Ravennas archiepiscopus, Matheus Capuanus archiepiscopus, Otto Frisingensis[l] episcopus, Bonefacius Novariensis episcopus, Iohannes Sancte Agathe episcopus, Oddo dux Boemie, Conradus dux de Rotemburc frater noster, Henricus frater ducis Austrie, comes Thidericus de Hostaden[m], comes Albertus de Bogen, Henricus marchio de Rumesberc, comes Rabodo de Ortemberc, Rubertus de Durne, Henricus Testa marscalcus et alii quam plures.

⁞ Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. ⁞ (M.)[n]

Ego Dietherus imperialis aule cancellarius vice domini Philippi Coloniensis archiepiscopi et totius Italie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCXCI, indict. IX, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXII, imperii primo.

Dat. in obsidione Neapolis, per manum[o] magistri Henrici Aquensis imperialis aule prothonotarii. Non. Iunii.

---

# 333. CONVENTIO CUM PISANIS.

## 1191. Mart. 1.

*Damus ex autographo, quod olim in tabulario regio Florentino, iam in tabulario Pisano asservatur; cuius bulla cum filis deperiit. Autographo iam usus est Stumpf 'Acta imperii adhuc inedita' 250 nr. 184; sed eius exemplar, nescio a quo viro docto exaratum, minus accurate confectum erat. Exemplatum est in codice universitatis Bononiensis 2385, chart. saec. XIV. fol. 7. Privilegium maximam partem verba diplomatis Friderici I. a. 1162. Apr. 6 (supra nr. 205) usurpavit. Ipsum, exceptis iuramentis et conventione, transiit in privilegia ipsius Heinrici VI. 1192. Mai. 30 (Stumpf, Reg. 4745), Ottonis IV. 1209. Oct. 25 (Böhmer, Reg. imp. V, 307), Friderici II. 1220. Nov. 24 (ibidem 1217). — Stumpf, Reg. 4686.* *(P. deest.)*

332. i) per *deest* 1*. k) Willmus 1; Wuillmus 1*. l) frisigen 1. 1*. m) Hostadem 1. 1*. n) *monogramma magnum in 4 lineas sequentes per medium dividit.* o) manuum 1.

(C.) ⁞ In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. ⁞ (1) Decet regalem excellentiam votis omnium ac peticionibus fidelium suorum clementer annuere, illorum precipue, quorum fides et devotio circa sublimationem imperii et nostram ita liquido resplenduit, quod ipsorum preclara et honesta servicia pre sui magnitudine et multitudine aliis imitanda proponuntur. Congruum etiam et rationabile videtur, nos eorum fidelibus obsequiis ex nostra regali largitione et ex beneficiorum gratuita collatione ita gratanter respondere, quod huius nostre pietatis exemplo minus fidelium animos ad serviendum fideliter imperio alacrius provocemus. Quanto enim potiora bene merentes de nobis beneficia recipiunt, tanto maiorem corone nostre gloriam accrescere credimus et provenire. (2) Unde quia universi cives Pisani nostri fidelissimi et imperio semper devotissimi pro suis magnificis et multiplicibus serviciis, que ad probationem et commendationem fidei sue inclite memorie patri nostro Friderico divo imperatori augusto nobisque et imperio frequentius exhibuerunt, ampliorem dilectionis et gratie favorem apud nostram maiestatem sibi thesaurizaverunt, omnium fidelium tam futurorum quam presentium etas cognoscat, quanta benignitate, quam largiflua regali munificentia Pisanorum merita merito respeximus, presertim cum per suam industriam et virium potenciam honorem et gloriam imperii atque statum reipublice ipsi pre ceteris gloriose semper adauxerint et semper augere proposuerint. Quanta enim fidelitate et probitate Pysana civitas a prima sui fundatione caput suum inter alias civitates extulerit, quanta etiam constancia divis antecessoribus nostris regibus Romanorum[a] et imperatoribus fidelissime serviendo perseveranter adheserit, nos per multa scripta et relationes sepius audivimus, et insuper ex ipsorum operum attestacione id ipsum luce clarius constat. Placet igitur nostre clementie, ut Pisanus populus pro sua fide et devotione honestissimum de nobis semper accipiat emolumentum, ut eo ferventiores ad promovendum honorem imperii semper existant, quo fidem et strennuitatem patrum suorum honestis moribus et perspicuis virtutum operibus emulantur. (3) Inde est quod nos Heinricus sextus Dei gratia Romanorum rex augustus damus et concedimus in feodum tibi Theodicio potestati Pisano, recipienti pro civitate Pisana, totum quod prefata civitas vel quelibet persona habet et tenet de rebus regni et totum quod regno et imperio pertinet sive de marchia vel alio modo, quoquo iure vel consuetudine, vel pertinuit retro a sexaginta annis vel pertinebit, in civitate Pisana et eius districtu per terras et insulas. Etiam concedimus et damus vobis in feodum comitatum vestro districtui, sicut tenet turris Benni ad Arnum et ad Cannetum, et inde ad Barbiallam, et sicut trahit ab Ebula ad Montem Tiniosum, et ipsum Montem Tiniosum cum pertinentiis suis, et ad Burianum et Quercetum, et Burianum et Quercetum cum pertinentiis suis, et ad Castrum Cornie, et Castrum Cornie cum pertinentiis suis, inde ad Scerlinum, et sicut trahit marina ad Portum Herculis; ab alia parte fluminis Arni, sicut trahit Planesule et comprehendit Cintorie curia[m] et sicut trahunt confinia inter vos et Lucenses usque ad pontem Mogionie, et inde sicut sunt confinia districtus Pisane civitatis. Infra quos terminos hec loca continentur: castrum Peccioli cum omnibus suis pertinentiis, castrum Montis Cucari cum pertinentiis suis, Gezanum, castellum Falfi, Camporena, Vignale, Leguli, Petra Raninga, Laiaticum, Chianni[b], Agnanum, Paua, Petracassia, Gabretum, Gellum, Casallia, Sassa, Caselle, Cannetum, Monsviridis, Castellione[c] Bernardi, Sassetum, Toianum, Tampianum, Palaia, Sanctus Cervasius, Mons de Castello, Mons Taupari, Marti, Corcarelli, Collegarli, Partilionum, Usilianum, Cerretum, Tregiaria, Forculi, Alica, Petriolum, Mons Bekerii et Cumulum[d], Stibbium, Mons Altus, Cumugnole, Pinochium, Pons Ere, Appianum, Gellum, Pencianum[e], Rapida, Tanule[f], Schecoculi, Travalda et Cisanum, et omnia predicta cum pertinentiis suis. Et preterea Vignale, Campilia, Rocchabiserni, Rocca Palmenti, Donoraticum, Castagnetum, Segalari, Bulgari, Biboni cum omnibus eorum pertinentiis, et Castellion de Piscaria cum omnibus pertinentiis suis, abbacia de Fango cum omnibus pertinentiis suis, Ilba et Capraria et Gorgona et

**333.** a) Rom̄ *or.* b) *seu* chranni *or.* c) castellio'n *or.* d) cumul *or.* e) P̄ecianum *or.*, *quod etiam* preccianum *esse potest;* Peciamum *cod. Bon.* f) Tāule *or.:* Tavelle *cod. Bon.*

Planusia et Corsica. Etiam in omnibus prenominatis locis iurisdictionem et districtum vobis concedimus, et quicquid aliqua persona habet ibi ab imperio vel regno et quicquid ibi imperio vel regno pertinet et quecumque alia infra predictos terminos continentur, tam in castris, locis, villis et burgis, habitationibus, terris et aquis, fluminibus, stagnis, paludibus, pascuis, piscariis, argenti fodinis et omnibus venis metallorum et salinis, portubus et silvis, cum omni plenitudine et integritate vobis concedimus. Concedimus etiam vobis castrum Masse et ipsam Massam cum suis pertinentiis. Insuper indulgemus vobis et concedimus, ut nulli persone vel hominibus vel alicui alii civitati vel loco de cetero liceat edificare aliquod edificium vel munitionem aliquam a loco dicto Corbo usque ad fauces Arni iuxta mare vel in plagia vel infra terram a pede montis usque ad mare per iam dictos fines. (4) Volumus ad hoc, ut Pisani et hii qui de eorum districtu sunt et eorum res sint liberi, etiam sub consulatu et iudicibus et potestatibus de se ipsis, sicut eis placuerit. Et Pisana civitas habeat plenam iurisdictionem et potestatem faciendi iustitiam et etiam vindictam et dandi tutores et mundualdos et alia, que iudex ordinarius vel quilibet potestate preditus ab imperatore vel rege habere debet ex sua iurisdictione in suo districtu et in suos, quos concessimus ei et concedimus. Et Pisani et qui de eorum districtu sunt a nulla persona debeant foderari neque hospitari; et Pisani potestatem habeant ducendi eos in expeditionem et ad omnem districtum suum. Et quicumque negociatorum voluerit transire ad eos causa negociandi, sive per terram sive per aquam, secure vadat et a nullo aliquo ingenio impediatur, nisi sit in banno domini regis vel imperatoris. Negociatores autem Pisani per Siciliam et Calabriam et Apuliam et Principatum et per totum imperium nostrum libere sint et vadant per terram et aquam absque omni pedagio et dritura, nec cogantur emere vel vendere ultra suum velle, nec alius quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Pisanis emere. (5) Et concedimus et damus vobis in feodum litus maris et tantum iuxta hoc,[a] quod libere Pisani in eo facere naves et galeas et exercere suas mercationes possint, et quod in eo nobis pertinet a Ciuitauecla usque ad Portum Ueneris; et quod nullus possit in eo vel faucibus aquarum infra terminum contentis facere portum vel applicare cum mercibus contra voluntatem Pisanorum. Preterea damus et concedimus vobis in feodum medietatem Palermi et Messane[g] et Salernie et Neapoli cum medietate eorum districtus et cum medietate agrorum et portuum vel aliorum que excoluntur ab ipsis civitatibus, et totam Gaetam et Mazari et Trapoli cum totis agris et ceteris que supra scripta sunt, et in unaquaque alia civitate, quam Tangredus tenet, rugam unam cum domibus convenientem Pisanis mercatoribus. (6) Volumus quoque et statuimus et faciemus iurare episcopum Lunensem, qui investituram regalium et comitatus a nobis receperit, vel quicumque alius pro nobis tenuerit, ut faciat Pisanos securos*, et res eorum salve sint in omni districtu suo per se et per omnes suos. Et si Pisani pro hiis vel de hiis concessionibus in toto vel in parte obtinendis vel recuperandis aliquem gravaverint vel possessionem abstulerint sive habuerint, non cogemus civitatem Pisanam nec potestatem seu rectorem vel consules, qui pro tempore fuerint, ad iusticiam faciendam. Si quis autem de predictis concessionibus quicquam Pisane civitati abstulerit vel inquietaverit, citabimus eum precipientes, ut desistat, et restitui faciemus; quod si non fecerit, per sententiam nostram eum banno supponemus nec extrahemus a banno, nisi prius satisfecerit Pisane civitati. Hec supradicta omnia damus in feodum et concedimus communi Pisanorum et per presentis privilegii paginam confirmamus, quam subtus aurea bulla nostra signari iussimus. Et de supradictis investivimus Pisanos per ensem, quem manu tenebamus; dantes eis tertiam partem thesauri, quem tenet Tangredus, ut sit eorum. Predictam autem concessionem seu dationem ratam esse volumus et firmam, non obstante aliquo privilegio vel rescripto vel litteris a predicto patre nostro vel a nostra maiestate impetratis vel impetrandis; et si qua talia privilegia seu rescripta fuerint inventa, ea regali auctoritate cassamus, confirmantes etiam omnia privilegia, que a predicto patre nostro vel aliis antecessoribus nostris eis indulta sunt[h].

333. g) pal 7 meff *or.* h) *finis lineae in or.*

(7) Hoc[i] est sacramentum, quod prestabunt principes domini regis Pisanis: 'In nomine Domini, amen. Principes, qui ibunt vel erunt in expeditione supra Tangredum vel aliquem qui terram illam tenuerit iurabunt, quod vivam guerram facient sine malo ingenio et dolo et Pisanos et eorum res per bonam fidem salvabunt et eos non derelinquent, nisi iusto Dei impedimento remanserit, sine fraude et malo ingenio, et quod nec rex nec ipsi facient pacem vel finem vel treugam vel guerram recredutam — sine parabola potestatis Pisanorum vel successoris eius aut successorum vel eorum qui preerunt Pisanis in expedicione, omnium vel maioris partis, data sine vi — cum predicto Tangredo vel cum alio qui illam terram tenuerit, et sine fraude donec in expeditione erunt. Preceptum et conventum factum Pisanis a domino H. Romanorum rege salvare iurabunt[k] et firmum tenebunt, nec erunt aliquo tempore in consilio vel facto ibi vel alibi ut rumpatur, immo ut salvum fiat. Et omnes rectores, quos rex vel ipsi in partibus illis constituerint, iurabunt, quod totum quod rex Pisanis dat et concedit ibi, sicut in precepto continetur, firmum tenebunt, nec tollent nec minuent per se vel per alios, et si aliquis voluerit tollere vel minuere, adiuvabunt eos inde per bonam fidem, ita ut omnes rectores, quos Pisani ibi constituerint, iurent adiuvare rectores quos rex ibi habuerit similiter'.

(8) Hec[l] est securitas*, quam dominus Heinricus Romanorum rex prestitit eis per sacramentum fidelium suorum ex suo mandato factum in presentia sua: 'In nomine Domini, amen. Dominus rex Heinricus nec per se nec per alium faciet finem vel pacem vel treugam vel guerram recredutam sine concordia potestatis sive omnium consulum Pisanorum vel maioris partis vel illorum, qui preerunt exercitui Pisanorum, vel eorum maioris partis facta sine vi, et quod principes, qui erunt in expeditione*, iurare faciet, ut dictum est. Et faciet exercitum et vivam guerram contra Tangredum vel contra omnem hominem, qui eam terram tenuerit contra eius voluntatem; in quo exercitu erit ipse vel magni principes Alimannie cum exercitu bona fide et sine fraude. Et ille exercitus in Apulia erit ante Kal. Semtembris proxime venientis, si nuntiaverit Pisanis ab hodie usque ad pentecosten proximum, eos velle facere ostem usque ad [Iun. 2.] Kal. Septembris proxime venientis. Et si Pisanis ad predictum terminum pentecostes nunciatum non fuerit, tunc postea Pisani debent prescire, si fieri debet in sequenti estate, usque ad festum sancte Marie medii Augusti. Et si tunc presciverint, Pisani movebunt per totum proximum Maium [Aug. 15.] postea absque fraude vel quocumque aliorum mensium voluerit dominus rex usque ad Kalendas Septembris, ita quod ex tempore medii Augusti presignet mensem. Et si in sequenti estate non fuerit, debent prescire per unum annum tempus motionis, et tunc in capite anni motio fieri debet, dum tamen fiat a Kalendis Maii usque ad Kalendas Septembris. Et rex vel imperator per se vel, ut dictum est, per suos principes cum exercitu intrabit Apuliam, antequam Pisani movere debeant. Et si dominus rex non venerit in ostem, non exibit de Ythalia, donec Pisani erunt in expeditione, et si opus fuerit eis vel civitati eorum, absque fraude succurret*. Hoc observabit, nisi Dei impedimento remanserit. Quo transacto, sine fraude recuperabit, vel nisi remanserit concordia utriusque partis. Et quod totum quod dat et concedit, sicut in precepto continetur, firmum tenebit nec tollet vel minuet per se vel per alium id Pisanis; et si aliquis voluerit hoc facere, vos inde adiuvabit. Et si de feodo, quod vobis dat et concedit, litem vel molestiam* ab aliqua persona habueritis, vos et civitatem vestram inde adiuvabit per bonam fidem usque ad finem factam. Et si vos stando in servicio domini regis vel faciendo guerram pro eo vel postea ea occasione aliquis homo vel civitas fecerit vobis guerram, inde vos adiuvabit per bonam fidem usque ad pacem factam, nec faciet finem sine vobis. Et si Pisani fecerint guerram precepto regis cum Ianuensibus vel* ostem, vel palam fuerit eos guerram eis pro eo facere, vel palam guerram eis indixerint precepto regis, rex non faciet cum eis pacem vel finem vel treugam vel guerram recredutam sine concordia potestatis vel omnium consulum Pisanorum vel eorum maioris partis facta sine vi et absque mala voluntate, et super eos faciet ostem et ibit ad obsidionem; ita si Pisani viderint, eum sine fraude sine gravissimo impedimento hoc facere non posse, tunc non teneatur. Et eo tempore quo viderint, eum sine fraude facere posse, teneatur. Et non faciet cum eis finem, quod Ianuenses castrum Portus

333. i) *littera* H *magna.* k) *sic pro* iuvabunt *or.* l) *nova linea in or.*

Ueneris non dent ei, et tunc vel si ante ceperit illud, dabit Pisanis illud castrum disbrigatum cum suo iure et pertinentiis in feodum et per preceptum suum confirmabit. Et octo diebus antequam exercitus Pisanorum esse debeat ad obsidionem, ipse erit ad obsidionem Ianue et postea vivam guerram faciet Ianuensibus. Pisanos autem et eorum res et eorum ostem salvabit et non derelinquet eos, nisi iusto Dei impedimento remanserit, sine fraude et malo ingenio. Et faciet iurare marchionem de Monteferrato et marchiones de Uasto et de Busco et Morruellum marchionem et Opizonem eius fratrem et comites de Lauania, quos poterit, ut Pisani sint securi in eorum forcia cum suis rebus; et si Ianuenses fecerint Pisanis guerram aliqua occasione ex supradictis, quod eos inde adiuvabunt usque ad pacem factam et vivam guerram facient Ianuensibus. Et si rex Ianuam ceperit vel sine conditione se reddiderit ei, Portus Ueneris castrum disbrigatum Pisanis in feodum dabit, ut dictum est. Et si contigerit eam destrui, homines de Ianua, qui ibi pro habitantia remanserint vel in eius districtu iuxta marinam, et alios, qui in castris et villis iuxta marinam pro habitancia fuerint usque ad Portum Ueneris, Pisanis iurare coget ad ostem et adiutorium et guerram eorum, et non reddere malum meritum eis, etiam si solummodo guerram vel hostem ex precepto domini regis Pisani fecerint'. (9) Hii vero sunt qui hoc sacramentum fecerunt: Otto Frisingensis episcopus, Dytherus imperialis aule cancellarius, Heinricus prothonotarius, Cunradus dux de Rotenburch, Heinricus filius Heinrici quondam ducis Saxonie, Heinricus dux Austrie, Heinricus marchio de Romesberc, comes Gerardus de Tullenstein, comes Gerardus de Bertheim, Heinricus Testa marscalcus legatus Ythalie, Heinricus camerarius de Grouz, Albertus Rendesmule, Heinricus de Lutra camerarius, Herdegenus pincerna.

(10) Hoc est iuramentum, quod Theodicius potestas Pisanorum fecit et quod facient omnes consules seu potestates Pisani et commune civitatis domino Heinrico Romanorum regi, qui modo sunt et de cetero erunt: 'In nomine Domini, amen. Ego Theodicius potestas iuro, quod ab hac hora inantea fidelis ero domino Heinrico Romanorum regi sicut de iure debeo domino et regi meo, et non ero in consilio vel facto, quod perdat vitam suam vel membrum vel imperium* suum, et iuvabo eum retinere coronam suam et imperium et honorem, quo navigio ire potero et in illis terris que sunt iuxta marinam, et nominatim civitatem Pisanam cum comitatu suo et districtu contra omnes homines; et si perdiderit, iuvabo eum recuperare bona fide. Et iuro, quod commune Pisanorum faciet ostem et expeditionem per mare cum sua forcia, postquam regis exercitus intrabit Apuliam et movebit per illos terminos, qui sunt in scripto facto inter regem et Pisanos, et ibit ad exercitum regis, quantocicius poterit, sine fraude*, et iuvabit regem conquistare Siciliam, Apuliam et Calabriam et principatum Capue, quo suo poterit navigio et in illis terris que sunt iuxta marinam. Et si acquisita fuerit Sicilia vel Apulia vel Calabria vel principatus Capue, iuvabunt Pisani eum retinere, et si perdiderit, recuperare bona fide contra omnes homines et nominatim contra Tangredum vel quemcumque, qui aliquam harum terrarum tenebit contra voluntatem regis Romanorum; et vivam guerram facient et non facient finem neque pacem neque treugam neque guerram recredutam cum Tangredo vel cum aliquo tenente aliquam predictarum terrarum contra voluntatem regis Romanorum absque eius parabola. Et iuro, quod faciam iurare Pisanos propria manu hoc sacramentum fidelitatis et pacti, secundum quod consules consueti sunt facere iurare populum sub consulatu, et quod iuvabunt eum retinere, et si perdiderit, recuperare totam marinam ab Arelato usque ad Montem Sancti Angeli. Et postquam exercitus Pisanorum se moverit ad hostem et expeditionem, non derelinquet exercitum regis Romanorum, nisi iustum Dei impedimentum intercesserit. Et iuro, quod quicumque civis Pisanus iurabit sub meo regimine in sacramento populi, ipse iurabit, quod ipsam fidelitatem, quam consules seu potestas regi iurant, idem per se observabit; et faciam eum iurare, quod pactum*, quod inter dominum Heinricum Romanorum regem et Pisanos est, similiter observabit bona fide absque fraude*. Item iuro, quod si rex preceperit Pisanis, ipsi facient guerram Ianuensibus et non facient pacem vel treugam vel recredutam guerram cum eis sine parabola regis Romanorum. Et si rex preceperit, Pisani hoc anno venient in obsidione Ianue cum forcia sua mense

Iunii, Iulii vel Augusti, si fecerit eos prescire usque ad octavam pentecostes. Et non derelinquent exercitum regis nec movebunt se de obsidione nec treugam facient nec pacem cum Ianuensibus sine parabola regis vel ante captionem Ianue. Et hec supradicta omnia, ut dicta sunt, observabo toto tempore mei regiminis et non recipiam aliquem in consulem vel potestatem, qui hoc sacramentum non faciat. Hec omnia servabo sine fraude*, nisi iusto Dei impedimento remanserit vel concordia utriusque partis'.

(11) Hii sunt qui iuraverunt de Pisanis: Theodicius potestas, Reinerius Gaitani, Albertus vicecomes, Berenhardus capitaneus, Iordanus iudex, Albertus Walandi, Bulgarinus vicecomes, Bulsus quondam Petri, Gaytanus Burgundi, comes Regno et omnes consiliarii Pisane civitatis et comites de mari et alii quam plures.

(12) Hec est conventio facta inter dominum Heinricum regem Romanorum et Theodicium potestatem nomine communis Pisanorum: 'In nomine Domini, amen. Ego Theodicius cum aliis Pisanis, qui mecum sunt, pro civitate Pisana paciscor et convenio cum domino Heinrico rege Romanorum, quod fidelitatem, quam ei facio, et sacramentum omnes Pisani consules, qui sunt vel futuri sunt, seu aliquis, qui regimen civitatis habebit, propria manu iurabunt, et Pisani idem debent facere. Item Pisani et eorum consules vel potestates semper facient et observabunt omnibus successoribus eius imperatoribus et regibus, quando requisitum fuerit ab eis per imperatorem seu regem aut per se aut per suos certos nuntios, et firmaverint preceptum factum a domino Heinrico rege Romanorum, sicut ab ipso factum et firmatum est, quod facere debent. Si autem futurorum regum seu imperatorum aliquis expetierit a Pisanis ostem vel eos guerram facere voluerit, secundum quod de domino Heinrico rege Romanorum dictum est, faciet eos securos, quemadmodum dominus Heinricus rex fecit'.

Huius[m] rei testes sunt: Godefridus patriarcha Aquilegensis, Bonefacius Nouariensis episcopus, magister Melior Cardinalis Massanus episcopus, Petrus prefectus Urbis, Cunradus dux de Rotenburc, Heinricus filius Heinrici quondam ducis Saxonie, Heinricus dux Austrie, Heinricus marchio de Romesberc, Gerardus comes de Tollenstein, Gerardus comes de Bertheim, Robertus de Durne, Heinricus Testa marscalcus, Heinricus camerarius, Ido Terdonensis, Lotharius de Sancto Genesio, Walfredus Papiensis, iudices curie nostre, et alii quam plures.

⁞ Signum domini Heinrici sexti Romanorum regis invictissimi. ⁞ (M.)

Ego Ditherus imperialis aule cancellarius vice domini Philippi Coloniensis archiepiscopi et tocius Ythalie archicancellarii ⁞ recognovi. ⁞

Acta sunt hec anno domini MCXCI, indictione IX, regnante domino Heinrico sexto Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius XXII.

Dat. Pysis, per manum magistri Heinrici prothonotarii, Kal. Martii: feliciter amen.

# 334. CONFIRMATIO IURAMENTI ANTE CORONATIONEM PRAESTITI.

## 1191. Apr. 12.

*Litteras die tertio ante coronationem Romanam (Apr. 15) datas servavit codex lat. Parisinus 8990 saec. XVIII. apographa Baviccana Rotulorum Cluniacensium (Rot. IX.)*

333. m) *nova linea in or.*

*continens, ex quo eas dedit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 326 nr. VI. Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. edidit Martene 'Collectio amplissima' II, 1249. — Stumpf, Reg. 4692. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum fieri volumus universis presentem paginam intuentibus, quod nos iuramenta securitatis venerabilibus patribus nostris, Celestino[a] pape et cardinalibus sancte Romane ecclesie, et rebus[b] ipsorum et Romanorum in coronatione nostra et illuc eundo et ibi stando et inde redeundo, que principes et comites, barones, nobiles et alii imperii fideles de mandato nostro et in nostra fecerunt presentia, rata habemus et ea secundum quod in scripto et bona fide utrinque est intellectum, nos observaturos promittimus et firmiter et inviolabiliter faciemus observari.

Datum iuxta lacum Anguillarie, II. Idus Aprilis.

---

## 335. MANDATUM DE APPELLATIONIBUS.

(1191. Apr. 15. – 1194. Dec. 25.)

*Exstat in codice dicto 'Minor' ecclesiae Spirensis, a. 1280 exarato, iam in tabulario Karlsruhano asservato, Kopialbuch Nr. 262, fol. 17' cum rubro:* De forma appellandi in iudiciis, *ex quo editum est a Dümgé in Regestis Badensibus p. 152 nr. 107 et aliis, nuperrime ab Hilgard 'Urkunden der Stadt Speyer' p. 23 nr. 19. Contulit vir cl. Schulte professor Friburgensis.. Tempus definitur die coronationis Romanae et die coronationis Siculae. Anno 1193 mense Martio, quo tempore imperator Spirae moratus sit, mandatum datum esse, vix credendum est, cum Spirae constitutus civibus iussum suum non scripto sed ore certe tradidisset. — Stumpf, Reg. 5090. (P. 568.)*

H(einricus) Dei gracia Romanorum imperator et semper augustus fidelibus suis universis civibus Spirensibus graciam suam et omne bonum.

Conquestus est nobis dilectus noster Spirensis episcopus quod, cum ipse et sui iudices in iudicio sedeant et de aliquo vestrum habeatur querimonia, statim ante latam sententiam ille de quo movetur querimonia subterfugii[a] ac dilationis causa absque termino prefixo ad nostram presenciam appellare soleat. Unde talem insolenciam a vobis supportare nolentes, vobis mandamus et districte precipimus, ne aliquis vestrum de cetero a presencia predictorum iudicum ad nostram vel alterius iudicis presenciam appellare presumat ante latam senteneiam; sed post latam senteneiam, antequam approbata fuerit, a gravamine et iniuria sibi illata appellare poterit, litteris tamen eorundem iudicum ad nostram presenciam delatis, que veritatem rei et modum appellacionis contineant et terminum ei prefixum, ut inspecto earum tenore iuxta senteneiam, quam curia nostra dictaverit, super hoc rescribere sciamus.

334. a) presbiteris nostri Celestini *cod.* b) rerum *cod.*
335. a) *supra* ii *linea compendii cod.*

# 336. SENTENTIA DE BONIS ECCLESIASTICIS NON ALIENANDIS ET DE AEDIFICIIS IN ATRIO PALATII NON CONSTRUENDIS.

1191. Apr. 19.

*Proferimus e Würdtweinii 'Novis subsidiis diplomaticis' X, 160, qui librum salicum capituli Argentinensis iam deperditum fol. 6 adhibuit. — Stumpf, Reg. 4697.*

*(P. 194.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Notum fieri volumus universis imperii fidelibus presentem paginam intuentibus quod, fideli nostro Conrado Argentinensi episcopo in sentencia querente, si aliquis episcoporum possit infeodare vel alio modo alienare de hiis bonis que pertinent ad suam coquinam vel ad aliquod officiorum suorum, adiectum est etiam inquirendo, utrum aliquis possit edificia ponere infra ambitum atrii, quo palatium eius cingitur. Astantibus igitur plurimis principibus et magnatibus imperii eisque consentientibus, talis in presencia nostra dictata est super hoc sentencia: quod nullus episcoporum vel abbatum imperio pertinentium possit vel debeat aliquid de bonis ad coquinam vel ad aliud officium suum pertinentibus infeodare vel alienare: quod si forte aliquem episcoporum seu abbatum facere contigerit, talis infeodatio seu alienacio a successore episcopo potest et debet de ratione in irritum revocari. De abbatibus idem est iudicium. Item si quis in atrio palacii episcoporum vel abbatum edificaverit, successores eorum poterunt ea pro voluntate sua funditus extirpare. Hanc itaque sententiam utpote iustam ratam habemus et eam imperiali auctoritate confirmamus.

Data in Silva Libertina, anno Domini MCXCI, indictione nona, XIII. Kalendas Maii, presentibus hiis: patriarcha Aquileiensi Godefrido, Philippo Coloniensi archiepiscopo, Ottone Bambergensi episcopo, Ottone Frisingensi episcopo, Ottone duce Boemie, Cunrado duce de Rotenberc, Cunrado duce Spoleti, Henrico marchione de Romersberc, Roberto de Durne[b], Heinrico Testa marscalco, et aliis multis.

# 337. CONVENTIO CUM IANUENSIBUS.

1191. Mai. 30.

*Privilegium, quod enuntiata privilegii Friderici I. 1162. Iun. 9 (supra nr. 211) maximam partem usurpavit, praebemus ex 1) codice B. IX. 2 universitatis seu Athenaei Ianuensis circa a. 1296—1301 exarato, fol. 53'—55, ubi legitur exemplatum e transsumto, quod a. 1228 mense Augusto fecerat Symon Donati notarius; contulit vir cl. Friedensburg; et 2) editione Monumentorum historiae patriae, Lib. iur. reip. Gen. I, 369—375*

**336.** a) Henricus *ed.* b) Durnei *ed.*

*nr. 385—387, quae nititur codice 1 (sign. A) et alio Libro iurium (sign. C), qui et ipse tunc exstabat in Athenaeo Ianuensi, nunc quidem non reperitur, fol. 22'. — Stumpf, Reg. 4701. (P. deest.)*

(C.)[a] In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus[b] sextus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. (1) Licet ad decorem et honorem imperii, ad nostram simul gloriam spectet, universos imperii nostri fideles confovere et tueri, diligere et amplecti, ad illorum tamen precipue tutelam propensius studium et vigilantiorem curam merito debemus adhibere, de quorum devotione, de quorum servitio et labore circa exaltationem corone nostre melior spes nobis incipit arridere et fidutia provenire. Congruum igitur et rationabile videtur, nos eorum obsequia cum largiflua benignitate et imperiali munificentia ad servicium et honorem imperii benignius applicare, quorum industria et virium potentia ad conservandum reipublice statum pre ceteris gloriosum potest conferre incrementum. (2) Unde quia Ianuensem civitatem a prima sua fundatione caput suum inter alias civitates maritimas altius extulisse et perspicuis virtutum atque multarum probitatum operibus terra marique omni tempore prepollere veraciter audivimus, placuit nostre maiestati tantorum virorum, omnium videlicet Iannensium fidelitatem eligere, tenere et cum omni benivolentia pre aliis conservare eosque in comune congruis honoribus et amplioribus beneficiis semper honorare, presertim cum nos ipsorum servitiis et strenuis laboribus gratanter uti maxime in mari navalibus bellis velimus, iuxta illud nostre voluntatis propositum, quo non solum in terra sed etiam in mari gloriam et honorem Romani[c] imperii dilatare modis omnibus et corroborare intendimus ac desideramus. Eapropter cognoscant universi fideles imperii presentes et futuri, quanto gratie nostre et honoris titulo, quanta etiam benefitiorum collatione, quanto dilectionis emolumento civitatem Ianue[d] exaltandam duximus et honorandam. (3) Concedimus enim et donamus consulibus et comuni Ianue[d] in feodum, ut quociens hostem vel expeditionem aut exercitum facere voluerint, salva tamen fidelitate imperiali, habeant totam maritimam a Portu Monachi usque ad Portum Veneris in illo oste, exercitu vel expeditione; sane hoc statuentes, ut propter hoc in ceteris iustitia comitum aut marchionum non minuatur. (4) Item donamus et concedimus in feodum consulibus et comuni Ianue[d] liberam potestatem eligendi ex se ipsis, firmandi et habendi consules et eis utendi, qui habeant ius et facultatem liberam faciendi iustitiam et puniendi maleficia in civitate et districtu suo bona fide, legittime et secundum bonos mores ipsius civitatis, et dandi tutores et curatores et mundualdos et cetera omnia que iudex ordinarius ab imperatore debet habere ex sua iurisditione in suo districtu et in suos, quos eis concessimus et concedemus[e]. Item statuimus ut a nulla persona fodrari debeant vel hospitari. Et eis aliam potestatem non imponemus. Item concedimus Ianuensibus, ut liceat eis edificare castrum super Portum Monachi ad honorem imperii et defenssionem christianorum contra Sarracenos, ita quod hoc castrum ab imperiali maiestate teneant in feodo in perpetuum sub eo tenore, ut ipsum castrum sit compositum[f] et paratum ad servitium imperii, cum nos vel aliquis[g] successor noster voluerimus guerram facere Massiliensibus[h] vel aliis de Provintia. Item concedimus eis in feodo castrum Gavii cum pertinentiis suis et omni iure et comodo ad ipsum pertinenti. (5) Preterea castra omnia, portus, regalia et possessiones, iura et res universas, quas in citramarinis* partibus tenent, habent vel possident, aut alius eorum nomine, eis concedimus et donamus in feodum et de gratia nostra in perpetuum imperiali auctoritate modis omnibus confirmamus. Proprietates autem et allodia eorum eis libere concedimus. (6) Item concedimus et damus eis in feodum Syracusanam civitatem cum pertinentiis suis omnibus et ducentas quinquaginta caballarias[i] terre in valle Noth ad caballariam illius terre; et si forte ibi deerit, in terra comittis Symonis quod defuerit compleatur. Preterea concedimus et damus eis in feudum in unaquaque civitate maritima, que propitia divinitate a nobis capta fuerit vel nobis reddita deinde, rugam unam eorum negotiatoribus convenientem cum ecclesia, balneo, fundico et furno.

337. a) *chrismon deest* 2. b) Henricus 2. c) Rom̄ 1. d) Ian̄ 1. e) concedimus 2. f) expositum 2. g) ali⁹ 1. h) *corr. ex* Malsiliensibus 1. i) cabalarias 1.

(7) Concedimus quoque eis, ut in aliqua terra, quam de cetero Deo auctore conquisierimus eorum ausilio assistente, nullum drictum, nullum pedaticum, dacitam quamlibet, usanciam vel impositionem dent homines eorum, etiamsi ab hinc nobis reddita fuerit. (8) Concedimus quoque et damus consulibus et comuni Ianue[d] liberam potestatem expellendi Provintiales et Francigenas euntes per mare vel redeuntes[k] a negotiatione totius Sicilie et totius Maritime et Calabrie et Apulie et omnis Principatus; Venetorum etiam, nisi ipsi Veneti gratiam nostram et bonam voluntatem fuerint consecuti. (9) Et damus eis, quod in terris, quibus negotiatum iverint, homines eorum habeant unum vel duos vel plures Ianuenses, qui inter eos iustitiam fatiant et rationem, et quod mercatores eorum ubique libere possint habere suum pondus et suam mensuram, quibus inter se res mercesque suas recognoscant. (10) Item concedimus et damus eis, quod, si quis adversus aliquem Ianuensem vel homines districtus eorum, qui sit Ianuensis[d], vel in terris quas eis concessimus querimoniam fecerit, non teneantur Ianuenses vel homo districtus eorum conquerenti facere rationem nisi ante Ianuenses iudices; ibi quidem secundum leges nostras Romanas et bonas consuetudines eorum iustitiam faciant conquerenti. Et si nos preceperimus[l], alicui faciendam esse iustitiam, infra terminum convenientem ei iustitiam fatiant Ianuenses iudices secundum quod predictum est; quod si noluerint, ante nos ipsa iustitia fiat. (11) Et concedimus eis, ut omnium mobilium, sicut est in auro, argento, monetis et pannis siricis preter incisos, que ceperint ipsi Ianuenses, medietatem nos et alteram medietatem habeant ipsi Ianuenses, ita tamen quod consules bona fide laborent, ut ipsa mobilia in ipsorum deveniant potestatem, et sic disponantur. Reliqua omnia ex nostra liberalitate eis concedimus. Preterea quartam partem totius pecunie palacii preter gemmas, que ad nos pervenerit vel reddita fuerit, ipsis Ianuensibus imperiali liberalitate concedimus et bona fide studebimus, ut in nostram potestatem deveniat ipsa pecunia, et sic disponatur sine fraude. Item voluntarie concedimus eis ut, si a proxime[m] preterito festo pasce, ex quo die de gratia nostra adipiscenda Ianuenses Apr. 11
studuerint, eorum pecunia capta vel detenta est a Siculo vel aliqua alia persona per eum terra vel mari vel deinceps capta fuerit vel impedita, habeant ipsi Ianuenses[n] vicesimam totius capte pecunie que ad nos et eos pervenerit, si damnum tantum fuerit; si vero minus fuerit, pro ratione amisse pecunie restitutio minuatur, ita tamen quod damnum amisse pecunie per iuramentum illorum, qui damnum passi fuerint, cognoscatur vel consulum sub sua[o] credulitate hoc sacramentum [facientium] sine fraude. (12) Item generali edicto et banno speciali auctoritate imperatoria sanctiemus, ut nulla persona maior, minor vel media aliquatenus Ianuenses[p] vel illos qui cum eis fuerint in rebus vel personis offendat. Et si quis temerario ausu contra facere presumpserit, vindictam inde faciemus secundum quod in edicto et banno expressum fuerit, nisi quantum per parabolam non coactam illius qui iniuriam passus erit aut Ianuensium consulum remanserit. (13) Nec cogemus exercitum Ianuensem alio ire nisi nominatim ad terras inter nos et eos expressas et nominatas absque eorum bona voluntate. Nec cogentur Ianuenses nobis facere ostem vel expeditionem aliam preter istam, nisi si[q] perdiderimus quod absit civitatem aliquam de maritimis aut maritimas ab Arelate usque ad Montem sancti Angeli et in Apulia atque Calabria vel Sicilia, quatenus ad eas partes poterunt navigio pervenire; tunc bona fide adiuvabunt nos perdita recuperare. Nec distringentur aliquo modo Ianuenses dare obsides vel pecuniam ipsi vel homines eorum districtus contra suam voluntatem. (14) Et faciemus iurare consules Papie, Placentie, Terdone et Aste sive potestates earum civitatum et marchionem de Monteferrato et filios Enrici Guercii et marchiones de Bosco et marchionem Malamspinam, quod quamdiu Ianuenses fuerint in expeditione[r] nostra, nullam offensionem vel iniuriam faciant Ianuensi[p] civitati vel in eius districtu vel hominibus de Ianuensi districtu aut in rebus eorum in aliqua parte, ubi habeant potestatem. Et si quis contra facere voluerit, bona fide eos defendent et adiuvabunt. Et hoc totum in debito fidelitatis eis iniungemus. Et si ipsi offenderint, quod hoc bona fide emendent. (15) Nostro quoque privilegio firmamus, quod nullus archiepiscopus, nullus episcopus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus gastaldo[s], nulla magna vel parva imperii nostri persona in his, que Ianuensibus consulibus et comuni Ianue[t] con-

337. k) reddeuntes 1. l) precepimus 1. m) prox̄ 1. n) ipsi Ianuenses *des.* 1. o) ea 1. p) Ianueñ 1. q) *deest* 1. r) expedictioni 1. s) gastaldio 2. t) Ian 1.

cessimus tam in civitate Ianue[t] quam extra vel que Deo auctore in futurum concedemus, inquietare, molestare, offendere vel disvestire presumat; et si quis contra facere presumpserit, penam mille librarum auri puri componat, medietatem camere nostre et alteram medietatem ipsis Ianuensibus inferendam. (16) Item non faciemus finem per nos nec fieri faciemus vel pacem vel treugam vel guerram recredutam cum Tangredo[u] vel alio, qui teneat regnum Sicilie et Apulie contra nos in toto vel in parte, sine voluntate consulum comunis Ianue omnium vel maioris partis vel potestatis[v], qui pro tempore erit, vel illorum qui preerunt voluntate consulum vel potestatis exercitui Ianuensium[w] omnium vel maioris partis facta sine vi. Principes autem nostros, qui erunt in expeditione, hoc iurare faciemus sine fraude, et quod Ianuenses, qui erunt in expeditione, salvabunt nec eos offendent aut relinquent, nisi iusto Dei impedimento remanserit sine fraude et malo ingenio. (17) Item si stando in servitio imperiali vel faciendo guerram pro eo aut postea ea occasione aliquis homo vel civitas fecerit vobis guerram, inde vos adiuvabimus bona fide usque ad pacem factam, nec inde faciemus sine vobis finem.

(18) Hoc[x] est sacramentum quod consules et cives Ianuenses[w], qui modo sunt et futuri sunt, facient domino Henrico Romanorum[y] imperatori et semper augusto: 'In nomine Domini, amen. Ego iuro quod ab hac die inantea ero fidelis domino Henrico Romanorum[z] imperatori et semper augusto, sicut de iure debeo domino et imperatori meo; et non ero in facto vel consilio quod perdat vitam suam vel membrum, coronam vel imperium vel honorem suum aut civitatum Ianue[t] vel comitatum aut eius districtum; et si perdiderit, quod absit, iuvabo eum recuperare bona fide et retinere sine fraude contra omnes homines. Et iuro quod comune Ianue[t] faciet ei ostem et expeditionem per mare cum sua fortia bona fide absque fraude et malo ingenio; et iuvabo dominum imperatorem conquistare Siciliam et Apuliam et Calabriam et principatum Capue, quatenus ad eas partes potest navigio perveniri, et civitates adiacentes litoribus in partibus illis. Et si placuerit domino
Sept. 1. 1192. Mai. imperatori, anno presenti scilicet in Kalendis Septembris vel in sequenti anno per totum Maium[a] comune Ianue[t] fatiet ei ostem et expeditionem illam cum sua fortia bona fide. Et si anno sequenti[b] quod Deus avertat iusto et evidenti impedimento expeditionem hanc complere non poterit[c], postea debemus prescire per annum tempus motionis, ita tamen quod fiat a Kalendis Maii usque ad Kalendas Septembris, ita quod tunc movebit et quamtocius poterit bona fide[d] veniet ad exercitum domini imperatoris et postea non relinquet exercitum eius, nisi iustum et evidens Dei impedimentum intercesserit, vel acquisitis terris supradictis aut redditis, vel licentia domini imperatoris vel eius certi missi ad hoc destinati. Et si acquisita fuerit Sicilia vel Apulia vel Calabria vel principatus Capue, iuvabunt[e] Ianuenses[t] eum retinere, ita tamen [quod] non cogantur stare ibi; et si perdiderit, quod absit, recuperare bona fide contra omnes homines et nominatim contra Tangredum vel alium quemlibet qui aliquam illarum terrarum occupabit vel tenebit contra voluntatem domini imperatoris. Et[f] non faciam finem neque pacem neque treugam neque guerram recredutam cum eodem* vel cum aliquo tenente aliquam supradictarum terrarum contra voluntatem domini imperatoris et absque eius parabola, et guerram inde fatiam. Et iuro, quod fatiam iurare bona fide absque malo ingenio omnes Ianuenses[g] cives a XVI annis supra et a LXX infra bona fide manu propria hoc sacramentum fidelitatis et pacti, et quod bona fide et absque fraude et malo ingenio hoc observabunt, et quod bona fide iuvabunt eum retinere et, si perdiderit, recuperare totam maritimam ab Arelate usque ad Montem sancti Angeli, et quod ipsam fidelitatem observabunt domino imperatori, quam consules iurant. Et iuro, quod nullum recipiam in consulatu Ianue[g] qui hoc sacramentum omne non iuraverit; et quicumque Ianuensis[g] civis sub nostro consulatu iurabit in sacramento populi, ipse iurabit, quod ipsam fidelitatem, quam consules domino imperatori iurant, itidem per se observabit. Hoc sane intellecto, quod consules Ianue[g] ordinare debeant de expeditione bona fide, qui ire debeant aut pro civitate remanere, et sic fiat. Et omni

337. u) Tangedo 1. v) pōt 1. w) Ian. 1. x) Hoc — augusto *des.* 2. y) Rom 1. z) *deest* 1. a) annum 1. b) *deest* 1. c) poterint 1. 2. d) bona fide poterit 1. e) iurabunt 1. 2. f) Et — domini imperatoris *des.* 1. g) Iañ 1.

quarto anno hoc iuramentum ab hominibus Ianue[g] renovabitur, qui illud non iuraverunt. Et si[h] sciero aliquem hoc iuramentum non prestitisse, consulibus communis Ianue[g] hoc manifestabo. Hec observabo bona fide, nisi quantum remanserit iusto Dei impedimento aut licentia domini imperatoris aut eius certi nuntii ad hec sacramenta recipienda destinati. Vassalli quoque Siculi vel omne hoc iurent vel a consulatu abstineant ex nunc, donec predictus exercitus fuerit consumatus[i]. Ut autem auctore Domino ista sint perpetuo valitura, hoc iuramentum fecerunt legati Ianuenses[g] Ydo Picius et Ugolinus Mallonus ex mandato Manegoldi potestatis Ianue[g] et in animam ipsius in exercitu nostro iuxta Neapolim.

(19) Hec[k] est conventio facta inter dominum Henricum imperatorem et predictos legatos Ianuensium, scilicet Idonem Picium et Hugolinum Mallonum. In nomine Domini, amen. Ego Ido Picius et Hugolinus[l] Mallonus[m] ex mandato Manegoldi potestatis Ianue[g] pro civitate nostra paciscimur et convenimus cum domino Henrico Romanorum imperatore, quod fidelitatem quam ei fecimus et sacramentum pacti omnes Ianuenses[g] consules sive[n] potestas, qui modo sunt et quicumque futuri sunt, iurabunt unusquisque propria manu. Et Ianuenses et eorum consules et potestates semper facient et observabunt omnibus successoribus eius imperatoribus et regibus Romanis, quando requisiti fuerint a regibus et imperatoribus Romanis per se aut[o] certos nuncios suos, ita quod ipsi concedant et confirment eis quemadmodum dominus imperator nobis concessit et confirmavit. Et quandocumque domino imperatori divinitus fuerit inspiratum ire contra Sarracenos in toto regno Luppi et regis Maiorice et Minorice* commune Ianue[g] faciet ei ostem cum sua fortia et invabit eum bona fide absque fraude et malo ingenio ad subiugandum ea ad honorem Dei et imperii Romani, ita tamen quod totius terre et pecunie propterea capte vel reddite terciam partem habeamus. Et omnes, quos dominus imperator voluerit, facient ei hominium'.

(20) Ut autem auctore Domino concessiones, quas fecimus Ianue[g], sint perpetuo valiture, Herdegenus pincerna noster per nostram parabolam et per nostrum preceptum iuravit super nos, quod eas observabimus. Id ipsum datam per manum dextram promiserunt Godefridus[p] patriarcha Aquilegensis, Philipus Coloniensis archiepiscopus, Willelmus[q] Ravennas archiepiscopus, Otto Frisingensis episcopus, Otto dux Boemie, Conradus frater noster dux de Rotenberc, Henricus frater ducis Austrie, Teodericus comes de Hostadin, Henricus prothonotarius. Qui etiam omnes huius rei testes sunt. Preterea huius rei testes sunt: Matheus Capuanus archiepiscopus, Bonefacius Novariensis episcopus, Iacobus Sancte Agathe episcopus, comes Rabodo de Ortemberc, comes Henricus de Ortemberc, comes Albertus de Bogin, comes Gerardus de Bertheim[r], comes Lambertus de Herfurdia[s], comes Guntherus de Keuerinberch[t], comes Gerardus de Tollenstein, comes Otto de Frantinhusin[u], comes Cuno de Negelingin[v], Henricus Testa marscalcus et alii quamplures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Ditherus imperialis aule cancellarius vice domini Philippi[w] Coloniensis archiepiscopi et totius Italie archicancellarii[x] recognovi.

Acta sunt hec anno Domini MCXC primo[y], indictione VIIII, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXII, imperii primo. Datum ante Neapolim, per manum magistri Henrici imperialis aule prothonotarii: III. Kal. Iun.[z]; feliciter amen.

**337.** h) *deest* 1. i) consummatus 2. k) Hec — Mallonum *des.* 2. l) Ugolinus 2. m) Malonus *hic* 1. n) et consules sui 1. o) per *add.* 2. p) Godofridus 1. q) Will's 1; Guillielmus 2. r) Berthein 1. 2. s) herfudia 1. t) Heuerinberch 1; Keuenmberch 2. u) Francinhusin 1. 2. v) negellingin 2. w) philipi 1. x) archicancellar. 1. y) MCXCI. 2. z) Kalendas Iunii 2.

# 338–340. CONVENTIO CUM CREMONENSIBUS.

## 1191. Nov. 25.

*Conventio, per quam Crema et Insula Fulcherii denuo in potestatem Cremonensium traditae sunt, perfecta est privilegio imperatoris a. 1192. Mart. 5 Hagenowae dato, edito a Muratorio 'Antiquitates Italicae' IV, 231 (Stumpf, Reg. 4740). Hoc loco tria proponimus instrumenta praevia, quae ex exemplaribus tabularii Cremonensis primus vulgarit vir cl. Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.'*

### 338. *CESSIO CREMAE ET INSULAE FULCHERII.*

*Dedit post editionem Toechei l. c. 610 nr. 13 Holder-Egger ex apographis duobus* 1) *sign. 2458 (A. 91 nr. 1), quod est fragmentum duorum foliorum Registri magni civitatis c. a. 1200 a notariis compluribus conscripti: et* 2) *sign. 2295 (L. 41), quod est transsumtum Raimundi notarii ab imperatore Friderico I. adhuc creati, negligenter scriptum. Cf. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 348. — Stumpf, Reg. 4719.*

*(P. deest.)*

(S. N.)[a] Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo nonagesimo primo, die lune, septimo Kal. Dec., indit.[b] decima, presentia Henrici de Lutra et Syri Saginbeni[c] et Alberti Struxii et Conradi de Pizoguitono[d, 1], testium ibi rogatorum. (1) Henricus Dei gratia sextus Romanorum imperator et semper augustus promisit Ottoni de Casalimorano et Lanfranco[e] advocato domini Uguicionis[f] Cremonensis potestatis et Oddoni de Comite, stipulantibus nomine comunis Cremone, quod cum venerit tempus, quo poterit esse publicum factum, quod ipse dominus imperator egit cum predictis Ottone et Lanfranco et Oddone et[g] similiter cum Pontio de Ghiroldis[h] et Ribaldo de Piscariolo[i] et Petracio Manaria[k] nomine comunis Cremone de facto Creme et Insule Fulcherii[l], quod dabit nuntium[m] suum, qui mittet[n] Cremonenses nomine comunis Cremone in tenutam Creme et locorum, que in brevibus et privilegio continebantur[o]. Et tunc investiet Cremonenses nomine comunis Cremone vexillo de predictis locis et Crema et Insula Fulcherii[p] et locorum, que in breviariis et[q] privilegio continentur. (2) Tempus vero, quo poterit esse publicum predictum factum[r] et quod dominus imperator predicta[s] facere debet, est ab[t] anno novo proximo usque ad duos annos aut antea, si prospere[u] domino imperatori successerit. (3) Quod si contigerit[v] dominum[w] imperatorem vita, quod Deus avertat, fungi, antequam predicta faciat et conpleantur, promisit ipse dominus[x] imperator suprascriptis advocato et Oddoni et Poncio[y] et Ribaldo et Petracio, stipulantibus nomine comunis Cremone, solvere suprascripto comuni per se vel per suum successorem aut missum mille libras imperialium[z] de illis tribus milibus[a] imperialium[z] libris[b], quas manifestus fuit dominus imperator se accepisse a suprascriptis advocato et Oddone et Poncio[c] et Ribaldo et[d]

338. a) *deest* 2. b) indic̄ 2. c) sagībeni 2. d) Piçowigtono 2. e) cod' cat *add. sed del.* 2. f) Ugotionis 2. g) *deest* 2. h) Giroldis 2. i) pissearolo 2. k) Petraçio Manaric 2. l) folcheriis 2. m) nūcium 2. n) mitet 2. o) continebuntur 1, *littera* u *in loca raso alio atramento;* continebatur 2. p) folcherii 2. q) *deest* 2. r) pred. factum *des.* 2. s) p̄reda 2. t) abno 2. u) prospera 1. 2. v) cotīgerit 2. w) dominum — promisit ipse *des.* 2. x) *pro* dominus imp. suprascriptis 2: dn̄o ipse impar suprascripti. y) potio 2. z) imperial 1. 2. a) millibus 2. b) *corr. ex* libras 1; lib̄ 2. c) oddonis pōdio 2. d) de 1.

1) *Pizzighettone, Cremonensis.*

Petracio nomine comunis Cremone pro dato et cessione et concessione[e] Creme et Insule Fulcherii et locorum, sicuti in brevibus et privilegio domini imperatoris predictis Cremonensibus nomine comunis Cremone concesso continetur. (4) Pro quibus namque mille libris inperialium[f] obligavit similiter dominus imperator suprascriptis Cremonensibus, accipientibus nomine comunis Cremone, pignori Luzariam[g] et[h] Warstallam cum suis pertinentiis et conditionibus et conditiis, redditibus, pedagiis tam in[i] comodis expeditionum, quam in aliis omnibus integre, sicuti dominus imperator habebat et tenebat per se vel per suos nuncios[k]. Ita et[l] ea lege quod, quamdiu suprascripte mille libre steterint[m] ad solvendum, habeat suprascriptum[n] comune fructus omnes et redditus[o] et conditiones et pedagia et commoda expeditionum[p] et conditia omnia et ex omnibus predicti pignoris dono, ita quod nullo[q] tempore in sortem conputentur. (5) Ibique etiam dedit dominus imperator suprascriptis Cremonensibus intrandi in tenutam suprascripti pignoris parabolam nomine suprascripti comunis et fecit etiam predictum Conradum[r] suum missum, ut mittat Cremonenses in tenutam predicti pignoris nomine comunis Cremone.

Actum est hoc apud Sanctum Salvatorem Papie[s].

Ego Azo[t] imperatoris Frederici notarius[u] interfui et hanc cartam[v] rogatus[w] scripsi.

## 339. *IMPIGNORATIO LUZZARAE ET GUASTALLAE.*

*Dedit vir d. Astegiano e duobus apographis 1) sign. iam 959 (olim sign. F. 68), quod est transsumtum a Roberto notario c. a. 1200 factum; et 2) sign. 2458 (A. 91 nr. 2) a Nicolao notario facto. Edidit Tocche l. c. 611 nr. 11. — Stumpf, Reg. 1720. (P. deest.)*

Anno ab incarnatione Domini nostri Ieshu Christi millesimo centesimo nonagesimo primo, die lune, septimo Kalendas Decembris, apud Sanctum Salvatorem Papie, indictione decima, presentibus testibus infrascriptis[a].

(1) Manifestus fuit dominus Henricus Dei gratia sextus Romanorum imperator et semper augustus, se accepisse ex causa mutui pro comuni Cremone a domino Lanfranco advocato[b] domini Ugucionis Cremonensis potestatis et eius missi ad hoc, sicut ibi dixit, et a domino Ottone de Casalimorano et a Pontio de Giroldis et ab Oddone de Comite et a Ribaldo de Pescarolo[c] et Petracio Manaria argenti denariorum bonorum imperialium mille libras. Quorum denariorum nomine exceptioni non numerate pecunie expressim renuntiavit ipse dominus imperator. (2) Ob quam causam obligavit suprascriptus dominus imperator pignori suprascriptis Cremonensibus, scilicet Lanfranco et Ottoni et Pontio et Oddoni et Ribaldo et Petracio, accipientibus nomine comunis Cremone, Luzariam et Warstallam[d] cum suis pertinentiis et conditionibus et conditiis, redditibus, pedagiis, et per omnia et in omnibus, sicuti ipse dominus imperator habebat et tenebat per se vel per suos nuntios. Et investivit idem dominus imperator donationis nomine suprascriptos Cremonenses et Lanfrancum nomine comunis Cremone de omnibus fructibus, redditibus, conditionibus, condiciis, fodr̄is, bannis, collectis, expeditionum comodis Luzarie et Warstalle[e] et earum curtium. Ita et ea lege quod, quandiu suprascripti denarii steterint ad solvendum, habeat ipsum comune et qui pro comune causam habuerit, suprascriptos fructus omnes et redditus et obventiones, con-

**338.** e) cessionem et concessionem 2. f) inperial 1; mile lib̄ īpr̄ 2. g) luçariam 2. h) *deest* 1. i) *deest* 2. k) noncios suos 2. l) et *superscriptum*, ut *add.* 2. m) steterit 2. n) ī ip̄m 2. o) retditus 2. p) īcomoda exspeditionum 2. q) n lo 2. r) graradū 2. s) Pap̄ 1; in Pap̄ 2. t) aço 2. u) noī imp. Fred. 2. v) car 1. w) scribere *add.* 2.

**339.** a) pres. test. infrasc. *des.* 1. b) Lanfrancho avocato 1. c) Piscariolo 2. d) Wastallam 2. e) Warstalie 1.

ditiones[f], condicia, fodra, banna, collecta, districta dono, ita quod nullo tempore in sortem[g] computentur. (3) Insuper promisit suprascriptus dominus imperator suprascriptis Cremonensibus, nomine comunis Cremone stipulantibus[h], quod non luet suprascriptum pignus pro dando alii et quod non computabit suprascriptos fructus et redditus et obventiones et conditiones et condicia et fodra vel banna aut collecta in sortem. (4) Preterea dedit parabolam suprascriptus dominus imperator suprascriptis Cremonensibus vice et nomine suprascripti communis intrandi tenutam suprascripti pignoris et fructuum et reddituum et donationis, et etiam fecit Conradum de Pizoguitono[i] suum missum ad dandam tenutam ipsi comuni vel personis recipientibus nomine ipsius comunis de predictis pignore et donatione. (5) Ad hoc[k] memorato domino imperatori stipulanti promiserunt suprascripti Cremonenses et Lanfrancus nomine comunis Cremone, quod quando dominus imperator aut eius successor reddet comuni Cremone suprascriptas mille libras, quod suprascriptum commune reddet ei possessionem suprascripti pignoris.

Signum † pro manu suprascripti domini imperatoris, qui hanc cartam ut prelegitur scribi rogavit.

Ibi interfuerunt de Papia Syrus Saginbene et Nicolaus Bellexomi et Bernardus Piscatus, de Cumis vero Paucobellus[l], de Cremona quidem Albertus Struxius et Conradus de Pizoguitono[m], de curia autem Henricus de Lutra, rogati testes.

Ego Azo imperatoris Frederici notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

## 340. *IURAMENTUM IN ANIMA IMPERATORIS.*

*Dedit vir d. Astegiano ex autographo sign. iam 2294 (olim II, 93). Edidit Toeche l. c. 612 nr. 15. — Stumpf, Reg. 4721.* *(P. deest.)*

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo nonagesimo primo, die lune, septimo Kalendas Decembris, apud Sanctum Salvatorem Papie, indictione decima, presentia Alberti Struxii et Ottonis de Casalimorano et Conradi de Pizoguitono et Pontii de Ghiroldis et Oddonis de Comite et Ribaldi de Piscarolo et Petratii Manarie, testium ibi rogatorum.

Iuravit Henricus de Lutra, parabola domini Henrici ibi data Dei gratia sexti Romanorum imperatoris et semper augusti, tactis sacrosanctis scripturis per sancta Dei evangelia, quod omni tempore habebit ipse dominus imperator per se suumque successorem rata datum et cessionem et iura et actiones et concessionem et rationes, que ipse dominus imperator Poncio de Ghiroldis et Oddoni de Comite et Lanfranco advocato Uguicionis Cremonensis potestatis et Ribaldo de Piscarolo et Petratio Manarie, nomine comunis Cremone accipientibus, fecerat et concesserat de Crema et Insula Fulcherii et locorum omnium, que in breviariis privilegii suprascripti domini imperatoris predictis Cremonensibus et suprascripto advocato nomine comunis Cremone concessi continentur et in ipso privilegio continebuntur, et quod nullo tempore per se aut per suum successorem aut submissam personam inquietabit suprascriptum comune de suprascriptis locis et Insula Fulcherii; nec erit in consilio aut facto, ut inquietetur, nec ullo tempore conabitur ea infringere aut contra ea veniet.

Ego Azo imperatoris Frederici notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

339. f) et ditiones 1. g) sorte 1. h) stip. nom. com. Crem. 2. i) Coradum de Piciwitono 1. k) hec 2. l) Pocobellus 2. m) Piciwitono 1.

# 341. PRAECEPTUM PACIS INTER VERCELLENSES ET NOVARIENSES.

## 1191. Dec. 4.

*Dedit Holder-Egger e Libro Pactorum saec. XIV, qui asservatur in tabulario municipali Vercellensi, fol. 80, ubi exemplatum est ab Ambrosio Anfiso notario. Ex quo libro prius editum est in Monumentis historiae patriae Chart. I, 971. — Stumpf, Reg. 4726. (P. deest.)*

(S. N.) In nomine domini nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo primo, indic. nona, die Mercurii, quarto mensis Decembri. (1) Nos[a] Heinricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus volentes firmare et statuere pacem inter fideles nostros Vercellenses et Novarienses super vuerra et discordiis, que inter eos vertebantur, tam pro se quam pro eorum parte, de quibus omnibus promiserunt et iuraverunt absolvere et sine tenore sponte stare omnibus nostris mandatis et preceptis et obedire quecumque fecerimus per nos vel nuntios nostros sive per litteras nostras, in primis statuimus et precipimus, ut utraque pars bona fide sine fraude illud sacramentum, quod fecerunt consules et consularii utriusque civitatis, quod starent omnibus mandatis nostris super predictis guerris et disscordiis, fatient fieri omnibus civibus suarum civitatum, scilicet a quatuordecim annis supra et a septuaginta infra. (2) Item statuimus et precipimus, ut bona fide et sine fraude utraque civitas per se et suam partem alteri firmam pacem teneat[b] in perpetuum. (3) Quia vero propter multas imminentes occupationes questiones, que inter eos vertuntur[c], ad presens audire et terminare per nos ipsos non possumus, vices nostras episcopis scilicet Novariensi et Vercellensi committimus, ut audiant quecumque ab utraque parte eis proposita fuerint et actoritate nostra conponant. Si qua vero fuerint que per eos decisa non fuerint, ad nostram transferent maiestatem, et quod nobis visum fuerit statuemus. (5) Item statuimus et precipimus de bannitis a nostra maiestate, ut nullum conscilium vel auxilium prestetis[d] nec ab eis, qui volunt eos offendere vel ledere, defendere presumatis[e], donec mandato nostro vel episcoporum scilicet Vercellensis et Novariensis vice nostra steterint; bannitos[f] intelligimus filios quondam[g] Martii de Castello, Rainerium de Vintebio et Staffum et Bonumamicum et Iacobum Nigrum de Gatinaria. (6) Item quod dicimus de omnibus aliis[h] bannitis, idem dicimus de omnibus aliis bannitis, qui sunt de predictis civitatibus vel episcopatibus, de latronibus et predonibus, quod episcopi[i] utriusque civitatis ordinaverint firmum teneatis et teneri a vestris fatiatis. (7) De Florio ita statuimus, ut stet mandato iam dictorum episcoporum, alioquin[k] Vercellensibus precipimus, ut nullum prestent ei[l] conssilium vel auxilium. (8) Si qua vero predictarum civitatum predictam pacem non observaverit, mille marcharum argenti penam conponat, medietas camere nostre et alia medietas civitati, cui pax predicta observata non fuerit. (9) De latronibus et predonibus ita dicimus, statuimus et ordinamus quod, si noluerint stare mandato predictorum episcoporum utriusque civitatis, precipimus ipsis episcopis, ut nostra actoritate mittant eos in banno.

**341.** a) Nos *in loco raso eadem manu post suppletum c.* b) teneant *c.* c) untur *in loco raso prima manu.* d) p̄statis *eadem manu corr.* prestetis *c.* e) psumatis *c.* f) banitos *hic c.* g) qd'am *c.* h) de omn. aliis *alio atramento in loco raso, sed prima manu c.; manus s. XVII—XVIII in margine addidit* de prefatis bannitis etc., *quae sensui congruunt.* i) episscopi *c.* k) aliquin *c.* l) eis *c.*

Actum in camara archiepiscopi Mediolanensis super palatium suum feliciter.

Unde plures cartule[m] uno tenore sunt scripte. Predictus dominus imperator hanc cartam[n] fieri precepit ut supra.

Interfuerunt Milo archiepiscopus Mediolanensis, Guilielmus archiepiscopus Ravenne, Anselmus Cumanus episcopus, Brisiensis episcopus, Sirus Salinbene[o], Vualfredus de Turricella[p] Papiensis, Otto Cendadarius, Passaguerra Mediolanensis, Albertus Struxius[q] de Cremona, imperialis aule iudices, Albertus de Summa Cremonensis, tunc potestas Papie, Otto de Casalemorano Cremonensis: de Papia: Ubertus de Olevalo, Vuido vexillifer, Vuido de Putheo iudex, Vuido Advocatus iudex, Gaiferius Issenbardus, Guilielmus de Castello, Ugo Camer. Mediolanensis[r]; de Cumis: Lafrancus de Via, Iohannes de Papa, iudices, Ottobellus de Robertengis, Gualdricus Sescalcus: de Placentia: Arnaldus Strictus, Iacobus frater eius, Otto de Pagano, Lanfrancus de Guascono; de Bergamo: Gruga de Eodem; de Lauda: Albertus Ençegnatus[s] iudex, Guidottus de Cuçio, Vuido de Marliano iudex, et multi alii testes.

(S. N.) Ego Martinus Filippi imperialis aule et Papiensis notarius interfui et precepto iam prefati domini imperatoris hanc cartulam scripsi[t].

---

# 342. PRAECEPTUM PACIS INTER BRIXIENSES ET CREMONENSES.

## 1191. Dec. 8.

*Proponimus ex* 1) *transsumto notarii Saraceni saec. XIII. in., quod asservatur in tabulario Cremonensi, sign. iam 2272 (olim G. 83)*[1], *quod contulit vir d. Astegiano: edidit ex exemplari Hippolyti Cereda Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 613 nr. 16; et* 2) *Libro Poteris Nr. 2 saec. XIII. fol. 27', qui asservatur in bibliotheca Queriniana Brixiensi*[2], *excusso iam olim a b. m. Iafféo. — Stumpf, Reg. 4728.* *(P. deest.)*

In nomine Domini. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo[a] primo, indictione nona[b], die dominico, octavo mensis Decembris. Super discordiis que vertebantur inter Brixienses[c] et suam partem et Cremonenses et Pergamenses et suam partem talis est ordinatio et preceptum domini Henrici Romanorum imperatoris.

1. In primis ordino[d] Sirum Salimbene et Passaguerram[e] iudices curie sue nuncios, qui recipiant iuramenta omnium Brixiensium cum nunciis Cremonensium et Pergamensium, si interesse voluerint. Simili modo recipiant sacramentum ab omnibus Cremonensibus et Pergamensibus cum nunciis Brixiensium, si interesse voluerint.

**341.** m) carle *c.* n) car̄ *c.* o) Salimben. *c.* p) īricella. q) Stuxius *c.* r) camer[s]. Mediolañ *c.* s) inçegu. *ead. m. corr.* ençegu. *c.* t) sepsi *c.*

**342.** a) MC nonag. 2. b) VIIII. 2. c) Brisienses 1, *similia semper.* d) *sic* 1. 2. e) Passavverram 2.

1) *In eadem membrana ab eodem notario transsumtae leguntur formae iuramenti Cremonensium, Bergamensium, Brixiensium a. 1191. Dec. 7:* Sacramentum quod fecerunt *etc. H.-E.* 2) *In Libro Poteris Nr. 1 legitur fol. XXVIII verso; v. Valentini 'Il Liber Poteris' p. 31. Mirum in modum lectiones seu potius corruptelae Libri Poteris Nr. 1 conveniunt cum exemplari Ceredae, quod excusit Toeche!*

2. Sacramentum tale est: 'Iuro ego Brixiensis ad sancta Dei evangelia, quod bona fide sine fraude de omnibus discordiis et guerris[f] et maleficiis, que sunt inter Brixienses et eorum partem ex una parte et ex altera Cremonenses et Pergamenses et suam partem, observabo omnia precepta que dominus imperator per se vel eius nuncium fecerit mee civitati vel michi, et pacem firmam tenebo et observabo in personis et rebus omni tempore pro facto huius[g] discordie Cremonensibus et Pergamensibus[h] et eorum parti, et illa loca sive castra, que fuerint adsignata propter istud factum domino imperatori vel eius nunciis, non auferam nec auferri faciam, sed pocius adiuvabo tenere nuncios, quos dominus imperator in predictis locis et[i] castris posuerit, usque quo domino imperatori placuerit vel eius nunciis ad hoc destinatis'. Simili[k] modo iurabunt Cremonenses et Pergamenses Brixiensibus et eorum parti.

3. Nomina castrorum, que in potestate[l] domini imperatoris permanere debent, sunt ista: scilicet Calupium[m] et totum illud, quod in valle Calupii[m] Pergamenses vel illi qui ex eorum parte tenebant ante guerram istam et modo non tenent, Vulpinum, Gorzanum[n] cum valle, Coalinum, Cerredellum[o]. Que omnia loca debent custodiri a nunciis domini imperatoris comuuibus expensis Brixie et Pergami.

4. Discordia[o*] vero predictorum locorum Oprando de Sancto Alexandro et Detesalve advocato ex parte Pergami et Iohanni de Galopino[p] et Wilielmo de Urriana[q] ex parte Brixie a domino imperatore cognoscenda et determinanda comittitur. Quod si amicabiliter vel per sententiam predictam discordiam non terminaverint, ad dominum imperatorem referant. De castris vero non teneantur Cremonenses nisi secundum tenorem pacis. Et predicta castra Brixienses et Pergamenses adsignabunt domino[r] imperatori vel eius nunciis, quandocumque eis preceptum fuerit.

5. Simile sacramentum facient[s] omnes captivi, quod faciunt[t] alii sue civitatis, et tanto plus quod quandocumque a domino imperatore vel eius nunciis fuerint requisiti propter pacem, que dicatur esse rupta ab aliqua partium, representabunt se in potestatem[u] domini imperatoris vel nuntiorum eius specialiter a domino imperatore destinatorum; nec de potestate eius vel nunciorum suorum recedent sine parabola domini imperatoris vel eius nuncii ad hoc destinati. Similiter ad illum locum venient, quem dominus imperator vel eius nuncius eis preceperit, nec de ipso loco recedent nisi eius vel eius nuncii parabola.

6. Et nullam iacturam vel lesionem occasione predicte discordie aliquibus personis de parte Brixiensium et specialiter comitibus de Martinengo inferam[v].

7. Eo modo observabunt Brixienses Pergamensibus[w] et eorum parti, factis utrimque predictis iuramentis.

8. Et habita possessione suprascriptorum locorum predicti Sirus et Passaguerra[x] in unum locum potestates et consules predictarum civitatum cum sapientibus earum facient[y] convenire et finem et pacem sibi vicissim facere facient[y], et postea captivos reddere secundum predictum tenorem facient.

9. Et nullum preiudicium alicui parcium generetur propter possessionem castrorum datam domino Henrico[z] imperatori pro comuni[a] et diviso de Gorzono supranominato.

10. Ita statuit dominus imperator, ut si prefati nuncii Syrus et Passaguerra[b] cognoverint, esse de curte Vulpini possessionem[c], sicut de aliis locis superius dictum est[d], recipiant, alioquin minime.

Actum in Mediolano super palacium[e] archiepiscopi Mediolanensis.

**342.** f) gueris 2. g) istius 2. h) Cremonensium et Pergamensium 2. i) pro *add.* 2. k) similiter 2. l) potestatem 2. m) Calip. 2. n) Corzonum 2. o) et Cerethellum 2. o*) Discordiam 1. 2. p) Calapino 2. q) Oriana 2. r) *deest* 2. s) faciens 2. t) facient 1. u) potestate 1. v) inferrent 2. w) et Pergamenses 2. x) Passaverra 2. y) faciant 1. z) *deest* 2. a) per comune 2. b) Passiverra 2. c) ut poss. 2. d) possessionem *abundat* 2. e) pallatium 2.

Predictus dominus imperator hanc chartam fieri precepit.

Interfuere dominus Petrus Placentinus alme Urbis cardinalis[f,1], archiepiscopus Ravenne[g] scilicet Vuilielmus, Bonefacius Novariensis[h] episcopus[i] vicarius imperialis aule, Anselmus Cumanus episcopus, Brixiensis episcopus, Albertus de Summo Cremonensis potestas Papie, Ubertus de Olevano, Gaiferius Ysembardus, Vuido de Puteo, Vuido de Codalo, Otto Cendadarius, Albertus Strussus[k] de Cremona, Arnaldus Strictus[l] de Placentia, Henricus de Lutra pincerna et camerarius domini imperatoris, Roglerius Vicecomes, Daniel[m] de Concisio, Ugo de Camerra[n], Tacius de Mandello, Ardericus de Modoecia testes[o].

Ego Martinus Filippi[p] imperialis aule et Papiensis notarius interfui et precepto iamdicti domini imperatoris hanc cartam scripsi.

# 343. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE MONASTERIO CASSINENSI.

(1192) Febr. 29.

*Monasterium Montis Cassini, quia eius incolae a fide imperatoris ad Tancredum recedere noluerunt, a. 1191 a pontifice interdicto suppositum esse, e Chronico Riccardi Sangermanensis (SS. XIX, 326) discimus. Epistola, qua imperator a pontifice poposcit, ut interdictum solveret, legitur in codice Parisino 8989, Rotulum II. Cluniacensem a. 1245 exaratum continente, et ex eo edita est a viro cl. Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 328 nr. VIII (= Dantier 'Les monastères des Bénédictins d'Italie' I, 499). Summarium codicis Ottobonianae 2546 edidit Martene 'Collectio amplissima' II, 1230 (= Watterich II, 722). — Stumpf, Reg. 4737. (P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Celestino sacrosancte Romane sedis summo pontifici H. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus salutem et sincerum filialis dilectionis affectum.

Inter variarum rerum eventus varios cum multa frequentius nostris auribus insonare soleant, nunc tandem res quedam inopinata et cui vix fidem adhibere possumus, ad maiestatis nostre prolata est audientiam. Audivimus enim, quod monasterium sancti Benedicti de Monte Cassino occasione nostri sub interdicto posueritis et in monachos eiusdem monasterii sententiam tuleritis excommunicationis. Super quo nostre serenitati tanto vehementior occurrit admiratio quanto specialius ecclesia Cassinensis ex privilegiis antecessorum nostrorum tam regum quam imperatorum, que inibi pre manibus habentur, nobis pertinere dinoscitur et imperio, et quanto uberiori bone pacis et amicabilis concordie firmitudine magnificentiam imperialem a vestra sanctitate nuperrime in coronatione nostra sperabamus recessisse; precipue cum et tunc prompti fuerimus et nunc parati sumus ad exequendum ea que vestre complacere debeant paternitati. Ut itaque hec, que circa hoc ipsum factum minus circunspecto, ut nobis videtur, con-

**342.** f) Petrus Aliene urbis card. de Placentia 2. g) Ravene 2. h) notarius Novariensis 2. i) et *add.* 2. k) Struxius 2. l) de Strictis 2. m) Manuel 2. n) Cameraria 2. o) et ceteri 2. p) Phylippi 2.

1) *Petrus Dianus Placentinus, presbyter cardinalis tituli S. Caeciliae.*

silio acta sunt, in eo severitatis rigore diutius non perdurent, dilectum principem nostrum Bertrannum Metensem episcopum, virum prudentem ac discretum, et fidelem nostrum Henricum nobilem virum advocatum de Huneburch ad vestram dirigimus presentiam, rogantes attentius quatinus, eorum commonitione ex parte nostra super hoc benigne admissa, latam sentenciam in prememoratum monasterium et monachos nostre serenitatis intuitu revocetis. Ceterum eisdem fidelibus nostris presentium latoribus super hiis, que ex parte nostra industrie vestre intimaverint, fidem adhibeatis indubitatam.

Datum apud Hagnowe, II. Kalendas Martii.

## 344. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE TREUGA CUM TANCREDO.

(1192) Mart. 11.

*Exstat in codice Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (in Rotulo IX.), ex quo eam dedit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 329 nr. IX. Summarium codicis Ottoboniani saec. XIII. ex. edidit Martene 'Collectio amplissima' II, 1249 (= Watterich II, 739)*[1]. — *Stumpf, Reg. 4741.*

*(P. deest.)*

Venerando in Christo patri Celestino summo sacrosancte Romane sedis pontifici H. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus salutem et sincerum filialis dilectionis affectum.

Paternitatis vestre litteras per abbatem Casemarii, virum religiosum et providum ac nobis dilectum, imperiali presentatas maiestati ea qua decuit reverentia nostra recepit serenitas. Quibus diligentius inspectis et perlectis sicut earum tenor edocuit, consideravimus id et perpendimus, quod ad reformationem pacis et concordie inter imperium et regnum Sicilie vestras velletis partes libenter interponere, dum nostre celsitudinis animus ad hoc prosequendum sanctitatis vestre exhortationibus inclinari posset et induci. Super cuius rei negotio, cum ea, que prememoratus abbas nobis intimaret, discretionem nostram attendere et tam per ipsum quam per litteras imperiales magnificentie nostre voluntatem inde prudentie vestre rogaveritis exprimere[a], mansuetudini vestre significandum[b] ducimus quod, licet hec, que iamdictus abbas et de treugis dandis et de aliis prudenter factis nostre sublimitati proposuisset, intellexerimus, tamen — de earumdem treugarum interpositione cum vix audientiam ei prebuerimus — minime placet nobis, immo nulla ratione volumus admittere, ut aliqua super hoc deinceps nostre fiat mentio celsitudini. Verumtamen hanc pacis et concordie reformationem, ut regnum Sicilie tam iniuriose quam proditorie occupatum ea pace

**344.** a) et *add. cod.* b) significandas *cod.*

1) *Hoc loco afferri libet sententiam, quae eodem tempore Mart. 4 Hagenowae lata est et in privilegio imperatoris monasterio Erstein dato (Würdtwein 'Nova subsidia diplomatica' X, 156 = 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' I, 107 nr. 130; Stumpf 4739) continetur:* de principum sentencia placuit, ut predicta donacio facta de claustro Erstein ad imperium pertinente retractaretur, quia non est licitum, res ad imperium spectantes alienare absque imperii proventu et utilitate.

qua debemus possidere valeamus, affectantes, si placet, ad id exequendum vestra diligentia curam adhibeat sollicitam. Super quo et aliis cum nuntios nostros ad vestram presentiam decreverimus dirigendos, si menti vestre sederet, gratum nobis esset, ut ab Urbe usque Viterbium seu Urbemveterem vel ad alium locum circa partes illas velletis declinare, ubi nuntii nostri viri honorabiles et discreti, videlicet dilectus princeps noster Bertrannus Metensis episcopus et fidelis noster Henricus vir nobilis advocatus de Hunebure, quos incontinenti ad presentiam vestram destinamus, et fidelis noster Bertoldus de Kunigesberc, quem consequenter et sine dilatione cum exercitu in Apuliam premittimus, de propositis negotiis et aliis commodius quam in ipsa Urbe vestre possint loqui industrie.

Datum apud Hagenowe V. Idus Martii.

---

# 345–347. FOEDUS CUM CREMONENSIBUS ET EORUM SOCIIS.

## 1192. Iun. 6.—9.

*Ad hanc conventionem pertinent etiam scripta quatuordecim, quae ad solutionem certae pecuniae summae imperatori a Cremonensibus praestandum spectant; quae ab Hippolyto Cereda e tabulario Cremonensi eruta edidit Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 618 usque 626 nr. 20—27. 30—35, inter quae sunt tria mandata imperatoris p. 620 nr. 23—25 (Stumpf, Reg. 4768—4770).*

### 345. *IURAMENTUM IN ANIMA IMPERATORIS.* *Iun. 6.*

*Dedit vir cl. Holder-Egger ex apographo saec. XIII. tabularii Cremonensis sign. 1915 (D. 12), ex quo prius edidit Toeche l. c. p. 616 nr. 18.* *(P. deest.)*

(S. N.) Anno[a] ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo nonagesimo tertio, mense[b] Iunii, indic. decima, quinto Idus Iunii, regnante[c] gloriosisimo Romanorum imperatore et semper augusto[d] Henrico sesto, anno regni eius vigesimo tertio, imperii vero secondo.

Henricus de Lutre imperialis aule pincerna iuravit parabola data a domino Henrico Romanorum imperatore et semper augusto[e], quod ipse dominus imperator Henricus observabit et firmam tenebit pactum et conventionem factam inter ipsum dominum imperatorem et Cremonensses per Albertum Strussum missum cumunis Cremone, sicut in privilegiis inde factis continetur.

Interfuerunt ibi Guiscardus comes, Ato de Pergamo, Guilielmus de Cumo. Actum in Wirçeborgo[f].

(S. N.) Ego Oto iudex et notarius[g] sacri palatii interfui et ut supra legitur scripsi.

345. a) ano *c.* b) mse *c.* c) regnate *c.* d) et p agusto *c.* e) agusto *c.* f) uiurçeborgo *c.* g) nōat *c.*

## 346. 347. *CONFIRMATIO FOEDERIS. Iun. 9.*

*Supersunt duo exemplaria, alterum civitati Cremonae, alterum civitati Cumarum datum, quorum textus ita inter se conveniunt, ut eos in unum redigi fas sit.* 1) *Exemplar Cremonense, cuius transsumtum c. a. 1200 exaratum asservatur in tabulario Cremonensi sign. 1922 (G. 43), quod contulit Holder-Egger; ex ipso edidit Toeche l. c. 616 nr. 19;* 2) *exemplar Cumanum, cuius apographon, copiario tabularii Cumani saec. XIII. ex. signato 'Vetera monumenta civitatis Novocomi' tom. I. fol. 14' illatum, contulit et ipse Holder-Egger. Ex ipso edidit Rovelli 'Storia di Como' II, 362. — Stumpf, Reg. 4751. 4752.*

*(P. deest.)*

(C.)[a] ⁞ In[b] nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator[c] semper augustus. ⁞ (1) Imperialem magnificentie nostre celsitudinem decet plurimum et exornat, ut fidelium nostrorum, qui constantis fidei sinceritate ad exaltationem imperii nec non patris nostri Friderici[d] Romanorum imperatoris divi augusti honorem amplificandum laborare consueverunt, obsequiis inspectis, ad commoditatis[e] ipsorum et honoris laudabilem processum ardenter intendamus. (2) Qua sane inducti consideratione puram fidem et intensam devotionem fidelium nostrorum Cremonensium[f] attendentes, commendabilium obsequiorum suorum intuitu que patris nostri[g] et nostrę maiestati perseveranter exhibuisse dinoscuntur[h], notum facimus universis tam presentis quam future etatis imperii nostri fidelibus, quod nos devotis[i] fidelibus nostris Wizardo comiti de Crema et Alberto Strucio curie nostre iudici, nuntiis communis Cremonensium, vice ipsius communis[k] et pro communi promittimus, quod omnia iura, actiones, rationes et bonas[l] eorum consuetudines quas habent bona fide iuvabimus eos manutenere, defendere et recuperare. Et quicquid tenent et possident[m] iuvabimus eos contra unamquamque[n] civitatem, locum et[o] personam que non sit de hac societate — Bonefacii videlicet marchionis Montisferrati[p], Cremonensium, Papiensium, Laudensium, Pergamensium et Cumanorum — manutenere et[q] defendere. Et si aliqua civitas, locus vel persona* in hiis, que ipsi tenent vel[r] possident, violentiam eis fecerit[m] vel ipsi alia de causa aliquem in ius vocaverint, statim cum super hoc per eos vel per litteras suas fuerimus requisiti, civitatem, locum vel personam vocabimus ad presentiam nostram, et si venerint, facturi iusticiam sub nobis infra spatium unius mensis ex quo requisiti fuerimus[s], postea causam ipsam infra spacium trium mensium diffiniemus, nisi per ipsos Cremonenses[t] steterit. Et si non venerint[u], videbimus testes et probationes eorundem Cremonensium[v], et si probaverint, quod fuerint in possessione[u], ipsos in eam[w] mittemus infra predictum spatium et civitatem, locum et personam in banno nostro infra predictum terminum ponemus nec extrahemus a banno, nisi[x] eis satisfecerint[y] ad preceptum nostrum factum cum consilio[z] maioris partis[a] huius societatis; et exinde guerram eis faciemus, si fuerimus[b] in Lombardia; et si in Lombardia non fuerimus[u], vassallis[c] et omnibus fidelibus[d] nostris in Italia[e] existentibus sub debito fidelitatis[f] sacramento quo nobis

*) que non sit de hac societate, Bonefacii videlicet marchionis Montisferrati, Cremonensium, Papiensium, Laudensium, Pergamensium et Cumanorum *add.* 2.

**346. 347.** a) *chrismon deest* 2. b) *litterae elongatae in* 1. c) et *add.* 2. d) frederici 2. e) comoditatis 2. f) Cumanorum 2. g) ñrē *corr.* ñri 2. h) exibuisse dignoscuntur 2. i) *pro* devotis — Cremonensium 2: fideli nostro Guillehelmo Greco civi Cumano, nuncio comunis Cumanorum. k) comunis 2, *similia semper.* l) bona 2. m) et *add.* 2. n) unaquamque 2. o) *deest* 2. p) montisferati 2. q) ac 2. r) et 2. s) *correxi;* fuerint 1. 2. t) Cumanos 2. u) et *add.* 2. v) Cumanorum 2. w) possessionem 2. x) nixi 2. y) *corr. ex* satisfaecerint 2. z) conscilio 1. a) *alio atramento superscr.* 1. b) si fuerimus *alio atramento superscr.* 1. c) *corr. ex* vassalliis 2. d) hominibus 2. e) ytalia 2. f) fidelitalitatis 2; et *add.* 1. 2.

tenentur mandabimus, ut eos adiuvent. Et societatem antiquam destruemus et istam manutenebimus et augmentabimus nec cum aliqua civitate, loco vel persona[g] pactum aliquod[h] contra hanc societatem faciemus. Et omnia que predicta sunt observabimus[i] universis civitatibus, locis et personis, que[k] hanc societatem de nostra licentia intrabunt. Concessiones, dationes[l] et privilegia, quę pater noster fecit vel nos fecimus[m], rata et firma tenebimus*[1]. Et si civitas aliqua, locus vel persona de hac societate[g] aliquid de predictis[n] non observaverit, nichilominus concordia rata manebit[o], sed illud quod non fuerit observatum[g] emendabitur in arbitrio nostro et totius aut maioris partis societatis: alioquin ei civitati, loco[p] vel persone alii de hac societate guerram movebunt. Et si guerram pro nobis intrabunt[g], non faciemus pacem vel treugas[q] sine consilio[r] totius aut maioris partis huius societatis. (3) Ut autem hec prescripta[s] promissio nostra rata observetur, Otto Babenbergensis, Otto[t] Frisingensis et Heinricus Wormatiensis[u] episcopi de mandato nostro fidem dederunt et[v] frater noster Conradus[w] dux Suevie, Lupoldus[x] dux Austrie et Stirie, Bertoldus dux Meranie, Cuno de Minzenberc[y], Marquardus dapifer et Heinricus[z] pincerna de Lutra iuraverunt[a]. (4) Versa vice sepedicti Cremonenses[b] bone voluntatis nostre studium et gratie ac dilectionis nostre[c] augmentum circa ipsos considerantes et[d] ad propensiorem et magis expressam devotionis[e] et[f] fidei sue memoriam per supradictos[g] nuntios ipsorum Wizardum comitem de Crema et Albertum Strucium pro communi eorum et vice communis promiserunt nobis et successoribus nostris Romanis[h] imperatoribus seu regibus, quod bona fide iuvabunt nos manutenere, defendere et recuperare omnia iura, actiones et rationes, quas imperium habuit vel habere debuit, habet vel habere debet, habebit vel habere debebit, vel pater noster habuit, vel nos habemus vel habituri sumus, contra omnem civitatem, locum vel personam, que non sit de eorum societate. Et omnes promissiones, que nobis vel patri nostro facte sunt vel nobis fient[i], iuvabunt nos manutenere et obtinere, et precipue terram comitisse[k] Mathildis[l]. Item privilegia omnia, quibus derogatum est, bona fide iuvabunt nos recuperare et ea, que in suo robore adhuc consistunt[i], rata tenere et inconvulsa. Item omnes possessiones et iurisdictiones, quas imperium tenuit et possedit et nos tenemus vel tenebimus, possidemus vel possidebimus[i] in civitatibus, episcopatibus, districtibus, comitatibus, locis, rebus et[m] personis[i] bona fide iuvabunt nos recuperare, manutenere et[n] defendere nec imminuent nec imminuenti consentient. Et bona fide operam dabunt ad aliam societatem destruendam et imminuendam et istam promovendam. Nec facient pactum cum alia[o] societate sine nostra parabola nec aliquem assument in eorum societatem sine nostra parabola. Et bona fide nos iuvabunt in omnibus guerris nostris, quas habemus vel habituri sumus in Lombardia, contra omnem civitatem, locum vel personam, que non sit de hac societate, sive illa civitas, locus vel persona sit caput guerre[p] vel non. Et nos nuntium[q] nostrum

*) excepto loco Clavenne, in quo nec imperio nec Cumanis aliquid propter hanc concordiam vel acquiritur vel amittitur *(corr. ex* admittitur*) add.* 2.

**346. 347.** g) et *add.* 2. h) *deest* 2. i) *alio atramento corr. ex* oseruabimus 1. k) qui 1. l) dat<sup>s</sup>ones 1. m) vel nos fecimus *des.* 2. n) de predictis *des.* 2. o) manebit rata 2. p) loco *deest* 2. q) treuguas 2. r) conscilio 1. s) predicta 2. t) ottho 2. u) gormaciensis 2. v) *deest* 2. w) Curadus 2. x) liuboldus 2. y) miñhenberc̄ 2. z) henricus 2. a) Et iuraverunt versa *etc.* 2. b) Cumani 2. c) nostre *deest* 2. d) *deest* 1. e) deuot<sup>s</sup>onis 1. f) ac 2. g) *pro* supradictos — Strucium 2: supradictum nuncium ipsorum Guillielmum Grecum. h) Rom̄ 1. 2. i) et *add.* 2. k) comittisse 2, *similia semper.* l) meithildis 1. m) vel 2. n) ac 2. o) aliqua 2. p) pers. et sit guerre capud 2. q) noncium 2.

1) *De his quae in exemplari Cumano hoc loco addita sunt cf. privilegium Cumanis indultum a. 1191. Febr. 12 ed. Rovelli 'Storia di Como' II, 360; Stumpf, Reg. 4678.*

eis adiungemus, qui in guerris nostris ducentos milites tenebit[r]. Omnes quoque captivos, quos in iamdictis guerris ceperint[s], ad redemptionem captivorum nostrorum et suorum dabunt. Si quos autem superfluos habuerint[t], sine mandato nostro non restituent. Possessiones etiam, quas ab[u] inimicis eorum[u] abstulerint[s], si imperio placuerit illas tenere[s], imperium eas tenebit. Si autem imperio illas[v] tenere non placuerit[s], eas a nobis in feodo[w] tenebunt. Item concambium denariorum dabunt competens et mercatum aliarum rerum pro competenti precio dabunt nobis bona fide et sine fraude. Si vero contingat, quod Padum[x] vel aliam aquam[y], que vadari non possit, transire debeat exercitus[s], per pontes expeditum[z] nobis facient transitum et exercitui, et nominatim pontem facient in Warstalla, si guerra erit. (5) De hiis autem omnibus hec[a] facta est nobis securitas, quod supradicti comes Wizardus de Crema et Albertus Strucius ex parte communis et pro communi Cremonensium iuraverunt, quod et ipsi[b] et omnes de communi Cremonensium[c] a XV annis supra usque ad LX annos iurabunt, hec se firmiter observaturos, et singulis quinquenniis hoc iuramentum renovabunt. Et semper deinceps nobis et successoribus nostris imperatoribus seu regibus Romanis erunt obligati et eandem securitatem prestabunt, si ipsi successores nostri eis voluerint esse obligati[d] et securitatem que dicta est prestari fecerint. Insuper etiam[e] si quam potestatem aut consules inter se elegerint[f], illos idem iurare cum eis[g] facient in iuramento quod civitati prestabunt de consulatu vel regimine. Ut autem hec omnia tam ex parte nostra quam ipsorum rata deinceps observentur et inviolata[f], presentem inde paginam conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo[h] communiri.

Huius rei testes sunt: Ortolfus[i] prepositus, Berardus Esculanę ecclesie archidiaconus[k], Fridericus prefectus de Nurenberc[l], Fridericus comes de Abenberc[m], comes[n] Boppo de Wertheim[o], Gebehardus comes de Tollenstein[p] et alii quam plures.

Signum[q] domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris (M.)[r] invictissimi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MCXCIII, indictione X[s], regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo[t], anno regni eius XXIII, imperii vero secundo[u].

Dat. apud Wirceburc[v] per manum Sigeloi imperialis aule prothonotarii, quinto Idus Iunii.

# 348–351. CONVENTIO CUM BRIXIENSIBUS.

## 1192. Iun. – Iul. 27.

### 348. *CONVENTIO PRAEVIA.* *ante Iun. 23.*

*Scriptum hoc, cuius mentionem iam vir cl. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 45 fecit, insertum est instrumento proxime sequenti (nr. 349) et cum eo legitur in Registro*

**346. 347.** r) habebit 2. s) et *add.* 2. t) habebunt et 2. u) *deest* 2. v) eas 2. w) feudo 2. x) paddum 2. y) *corr. ex* aliam quam 2. z) *pro* expeditum — guerra erit 2: vel navigium (*corr. ex* navigia) nobis et exercitui facere transitum non tenentur. a) *pro* hec — iuraverunt 2: supradictis Guillelmus Grecus ex parte comunis et pro communi Cumanorum iuravit. b) quod ipse 2. c) Cumanorum 2. d) nostri obligati esse voluerint 2. e) *bis* 2. f) et *add.* 2. g) cum eis iurare 2. h) sigillo nostre magestatis 2. i) ortholfus 2. k) B'rardus archidiaconus esculanus 2. l) gurembo 1; nurēberc 2. m) Abimberc 1. n) de *add.* 2. o) gerteim 2. p) comes gebeardus tholenstein 2. q) *littere elongatae in* 1. r) *in* 1. s) decima 2. t) invictissimo 2. u) et II°. 2. v) Data aput Guiçeburc 2.

*minore civitatis Brixiensis saec. XIII. in. in bibliotheca Queriniana asservato, quod nunc Librum Poteris II. inepte vocant, fol. 35*[1]. *Exemplavit Holder-Egger. Et scriptum nostrum et privilegia infra edenda textum conventionis, quam Fridericus I. a. 1185. Febr. 11 cum Mediolanensibus iniit (supra nr. 303, c. 6. 9) pro fundamento sumpserunt.*

*(P. deest.)*

In nomine Domini. (1) Nos Henricus[a] Dei gratia Romanorum imperator confirmamus Brixiensibus[b] omnes concessiones quas in tenore pacis[2] eis fecimus. (2) Insuper concedimus Brixiensibus[b] omnia regalia que imperium habet in episcopatu Brixiensi[b] seu iurisditione vel districtu, scilicet infra hos confines: in tota curte et territorio Mosi ab utraque parte[c] fluminis Ollii; et a curte et territorio Mosi insusum, sicut fluit flumen Ollii usque Pallaçolum; et in ipso flumine et ripis eius versus Brixiam et terram Brixianam; et in omnibus locis et castris et burgis, sicut extenduntur curtes et territoria locorum Brixiensium[b] ab utraque parte Ollei; et in curte et territorio Murc; et in curte et territorio Pallaçoli; et a Pallaçolo insusum usque ad lacum Yseo, unde fluit Ollium versus Brixiam; et in ipso flumine et ripis eius versus terram Brixianam; et inde supra per totum episcopatum Brixie usque ad Dalegnum et per totum territorium eius; et a Dalegno in omnibus locis et castris et burgis, que distringuntur per civitatem Brixie, et curtibus et territoriis ipsorum locorum usque Lemonum; et a Lemono ad Poçelengum; et a Poçelengo usque ad Guditiolum; et a Guditiolo usque ad Mosum; et in aliis locis que distringuntur vel distringebantur per civitatem Brixie, ubicumque fuerint in terra et in aqua. (3) Eo addito ut, si in predictis locis vel infra predictos fines a glorioso patre nostro Frederico[d] bone memorie Romanorum[e] imperatore vel a nostra clementia vel ab eo, qui a nobis [habuit], aliquod datum vel scriptum factum fuerit de predictis regalibus, Brixiensibus[b] non obsit; de quibus, qui adquisivit, non habet publice possessionem, non violentam, non clandestinam. (4) Ab hac concessione excipimus omnia feuda et beneficia antiqua seu a patre nostro vel a nobis concessa, de quibus ille, qui adquisivit, manifestam habet possessionem, non clandestinam, non violentam. Et excepto fodro regali, quando aliquis successor noster profecturus est Romam pro corona suscipienda ab his qui solent et debent predictum fodrum dare. Et exceptis appellationibus secundum quod in forma pacis[3] continetur. (5) Pro predictis autem regalibus, que eis in pace non concessimus et nunc concedimus, dabunt nobis vel nuntio nostro in civitate Brixie in proximis Kalendis Marcii[f] et a proximis Kalendis Marcii[f] inantea singulis annis pro censu .....[g] libras imperiales[h]. (6) Ad maiorem autem fidei et gratie nostre plenitudinem et eorum cautelam et securitatem talem cum Brixiensibus[b] inimus pactionem, que iuramento hinc inde firmata est. Iuravit H. parabola in anima nostra, quod nos manutenebimus civitatem Brixie et adiuvabimus Brixienses[b] manutenere omnes suprascriptas concessiones et confirmationes et possessiones, iura, iusticias et rationes. Et si quas possessiones, iura, iustitias et rationes amiserunt vel amiserint, eos adiuvabimus bona fide recuperare. Et adiuvabimus eos contra omnes civitates, loca vel personas Lombardie, Marchie et Romaniole; ita ut pro speciali negotio Papiensium non faciamus guerram Brixiensibus[b], nec pro speciali negotio Brixiensium[b] teneamur facere guerram Papiensibus. Si vero Papienses adiuncti sunt vel adiunxerunt se alicui civitati, loco vel persone, adiuvabimus Brixienses[b] contra Papienses. Nec faciemus aliquam societatem cum

**348.** a) Heñ *c.* b) Brixieñ *c.* c) parte *alio atramento post superscr. c.* d) federico *c.* e) romañ *c.* f) kll mar̄ *c.* g) *spatium numero inscrendo vacuum relictum c.* h) libr̄ imper. *c.*

1) *Cf. Valentini 'Il Liber Poteris' p. 32 nr. XXXVI. Librum Poteris I (Registrum maius) eiusdem bibliothecae est apographon Registri minoris, in quo carta nostra legitur fol. XXXIV.* 2) *Constantiensis.* 3) *Constantiensis cap. 10.*

aliqua civitate[i], loco vel persona Lombardie. Marchie vel Romaniole sine parabola omnium consulum Brixie vel maioris partis, salvis pactis Mediolanensium[k] et Placentinorum[l], que fecimus cum eis. (7) Iuraverunt Brixienses[m], quod bona fide adiuvabunt nos manutenere imperium[n] in Lonbardia, Marchia[o] et Romaniola et possessiones, iura, iustitias et rationes, quas habemus in Lombardia, Marchia et Romaniola: et specialiter terram comitisse condam[p] Matildis[q]. Si quas etiam possessiones, iura, iustitias, rationes in predictis locis et quod de terra condam comitisse Matildis ammisimus, bona fide adiuvabunt nos recuperare contra omnes civitates, loca vel personas Lombardie, Marchie, Romaniole, eo tenore ut, si nos, quod[r] nobis licere nolumus, aliquando contra concessiones et permissiones factas civitatibus, locis vel personis societatis venire voluerimus, non teneantur Brixienses[m] hoc sacramento ad hoc nos adiuvare. Nec aliquam societatem specialem faciant cum aliqua societate, civitate, loco vel persona Lombardie[s], Marchie et Romaniole sine nostro consensu. (8) Item consules et credentia iurabunt, quod bona fide dabunt nobis rectum consilium, cum pecierimus per nos vel per nostrum certum nuntium vel per nostras litteras, nec per fraudem se subtrahent, quin illud dent. (9) Hoc etiam sacramentum facient omnes Brixienses[m] a decem et octo annis[t] supra et a LXX infra, qui generalia sacramenta facere consueverunt. Et si qui non fecerunt propter minorem etatem, iurabunt infra quinquenium, si requisiti fuerint. Et renovabunt singulis decenniis hoc sacramentum etiam illi qui fecerunt, si requisiti fuerint.

## 349. *FACULTAS NUNTIORUM BRIXIENSIUM.* *Iun. 23.*

*Exscripsit vir cl. Holder-Egger e Registro minore (Libro Poteris II.) fol. 35*[1].
*(P. deest.)*

In Christi nomine. Die Martis VIII. exeunte mense Iunii in pallatio comunis Brixie, in presentia horum hominum, quorum nomina inferius scripta sunt, lecta est hec cartula pacti et concordie domini Henrici Romanorum[a] imperatoris et Brixiensium[b], que sic incipitur et legitur:

'In nomine Domini — si requisiti fuerint'. *nr. 348.*

Autem predicta cartula[c] lecta et cum suis capitulis diligenter audita, omnes infrascripti a domino Wilielmo de Domna[d] Oriana vice et nomine domini Azonis comitis de Moso et domini Milonis Griffonis seu aliorum suorum sociorum consulum comunis, qui ituri essent ad dominum imperatorem ad suprascripta perficienda . . . .[e], interrogati responderunt et dederunt ei domino Wilielmo consuli comunis et dictis aliis eius sociis, qui ad dominum nostrum imperatorem ire debent pro ipsa concordia facienda, parabolam, ut ea[f] faciant et conpleant et sacramento firmare debeant. Et si predicta sive alia adiuncta, que infrascripta invenietur, perfici non possent, illam adiunctam cum suprascriptis perficiant nec propter adiunctam dimittant, quin illud faciant. Que adiuncta talis est: Eas autem concessiones, quas in tenore pacis fecimus et nunc facimus, cum iustitia et ratione adiuvabimus eos manutenere[2].

**348.** i) cum aliqua cinitate *eadem manu in marg. suppl. c.* k) Mediol *c.* l) Placent̄ *c.* m) Brixieñ *c.* n) *bis scriptum, semel deletum c.* o) machia *c.* p) ꝯ *post alio atram. suppletum c.* q) matilde, *post corr. alio atramento* matildis: ām̄isimus *add., sed expunct. c.* r) ꝑ (pro) *eadem manu corr.* ꝗ (quod) *c.* s) Lombar̄ *c.* t) an̄ *c.*

**349.** a) roman *c.* b) Brixien *c.* c) car̄ *c.* d) Dn̄a *c.* e) *spatium unius vocis vacuum relictum c.* f) *eadem manu superscr. c.*

1) *Liber Poteris I. fol. XXXIV.* 2) *Haec 'adiuncta' in privilegiis imperatoris non reperitur, v. infra nr. 350. 351.*

Nomina autem illorum, qui supradictis interfuerunt et parabolam domino Wilielmo, sicut dictum est, dederunt, sunt hec: Baiamundus de Manduchasinis. Maurus Bulgarellus. Bellottus Cichamice. Brochognonus de Grumethello. Iohannes de Guxiacho. Boxader de Salodo. Albertus Quinciani. Rançerius de Porta. Teutaldus de Muscolinis. Ugutio de Bassaguerra. Boxader de Pontecarali. Iohannes de Urgnano. Aymo de Aymonibus. Anselmus de Porta. Iacobus de Calepio. Marius de Pallatio. Iacobus de Alkeriis. Ottobellus de Pontecarali. Mayfredus Advocatus. Bonacursus Domne[g] Cerude. Lafrancus de Martinego. Iacobus de Gauardo. Iohannes Baiamundi de Candethino. Martinus Petenalupi. Bruxiadus de Leccapistis. Basalasinus. Vitalis de Malelauello. Albertus de Capriolo. Iohannes de Cocallio. Imblauatus. Wibertus iudex de Lograde. Ribaldus de Salis. Landulfus Scanamoier. Biatta de Pallatio. Aposagius Advocatus. Albertus[h] Galfardus de Martinengo. Lafrancus Tasche. Withottus de Pontecarali. Mayfredus Bucii. Obiço de Ugonibus. Hemanuel de Concesio. Comes Wifredus de Martinengo. Manduchasinus de Manduchasinis. Bonapax Faba. Obiço de Pontecarali. Boccatius de Maneruio. Warinus Tonsi. Iohannes Boccardus. Magnanus de Sancto Gervasio. Iohannes Bernardi. Girardus Gisulfius. Alguilfius de Cocallio. Oddo Advocatus. Giroldus de Salis[i]. Wido de Porçano. Lafrancus de Salis. Lafrancus de Lauello Longo. Inuerardus de Guxiacho. Marchesius Occanonum. Berardus iudex de Domna Aicarda. Carnealis[k] de Codeferro. Lafrancus Testa de Pontecarali[l]. Botilia de Pontecarali. Albertus iudex de Prato Albuino. Raymundus de Monteclaro. Wilielmus de Muscolinis. Petrus causidicus de Pontecarali. Brixianus Leo. Biaquinus causidicus Disinciani. Stephanus Boccardus. Girardus de Cruce. Desiderius iudex de porta Sancti Andree. Oprandus de Martinengo. Iacobus Siccasolis. Girardus de Bornado. Gandulfus de Castello. Girardus Prandonum qui dicitur Scotatus.

Isti vero sunt consules qui eandem parobolam dederunt prenominatis consulibus sociis suis pro se: Iohannes Faba, Albertus de Lauello longo, Petrus Petenalupi, Azo confanonerius.

Actum est hoc anno Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, indict. X.

Ego Petrus Brognolus, domini Federici imperatoris notarius et a rege Henrico iudex ordinarius factus ac missus regis constitutus, hiis omnibus interfui et parabola iam dicti domini Wilielmi hanc [cartulam] scripsi.

## 350. 351. *DUO PRIVILEGIA IMPERATORIS.* *Iul. 26. 27.*

*Duo privilegia imperator Brixiensibus indulsit, quorum utrumque conventione praevia nititur, unum* A *Iul. 26 datum, quod omnia huius conventionis capita excepit, alterum* B *Iul. 27 datum, in quo desiderantur capita 6—9, quae foedus inter imperatorem et Brixienses initum continent. In explicanda hac discrepantia iam vir cl. Ficker recte indicasse mihi videtur, haec foederis capita secreta, ideoque altero privilegio Brixiensibus opus fuisse, quod sociis suis Lombardis exhibere possent. Quod imperator, suppressis istis foederis capitibus, postero die scribi iussit. Cum haec privilegia eiusdem fere tenoris sint, ea coniunximus, omnia quibus* A *abundat uncis includentes, ceterum textum privilegii* B *pro fundamento ponentes. Privilegium* A *proferimus ope* 1) *transsumti autographi ab Heinrico VII. a. 1311. Ian. 22 dati, quod asservatur in tabulario Vindobonensi; quod exemplavit iam olim Pertz, contulit Wattenbach; eodem et altero autographo*

349. g) Dnē *c.* h) aduocatus *add., sed del. c.* i) Sal *c.* k) Carneual *c.* l) pontecalali *corr. c.*

*eiusdem transsumti, quod asservari dicitur in bibliotheca Queriniana*[1], *usa est editio Böhmeri in Actis imperii selectis 758 nr. 1063*, 2) *ope editionis Muratorii 'Scriptores' XIV, 888, ubi continetur in Iacobi Malvecii Chronico Brixiano saeculo XIV. med. confecto.* *Privilegium* B, *quod aliquoties propius accedit ad enuntiata conventionis praeviae, dedit Holder-Egger e Registro minore (Libro Poteris II.) fol. 11' (= Reg. maius fol. 11'). Ex eodem editum est, omissa tamen linea signi, in Muratorii Antiquitatibus Italicis IV, 465. — Stumpf, Reg. 4762. 4763.* *(P. deest.)*

In[a] nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus sextus[b] divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. (1) Circumspecta eminentie nostre discretio nominatiores imperii regiones suis approbatas laudibus diligenti industria in nostri pectoris archano ab invicem distinguens, civitates etiam illarum, loca et personas, que suis late clarent titulis, non minus sollicite considerat et attendit, ut statu cuiuslibet earum inspecto, secundum devotionis et fidei sue exhibitionem et meritum loco et tempore imperialis gratie favorem eo uberius percipiant et honorem. Inter memorandas itaque Ytalie civitates cum Brixia strenuitate[c] militie, fortitudine[d] populi, decore armorum, sapientie et divitiarum commendata, sinceritate intense devotionis [sue][e] et fidei celsitudini nostre et imperii exhibite et exhibende ita se applicuerit, ut ad eius et ipsorum Brixiensium exaltationem indesinentem[f] et commodum firmum et inmutabile intendendi habeamus propositum, notum facimus universis tam presentis quam future etatis imperii fidelibus, quod nos eorum devotis precibus aurem clementie nostre benigne et favorabiliter accomodantes[g], confirmamus eis videlicet Brixiensibus omnes concessiones et permissiones, quas in tenore pacis eis fecimus. (2) Insuper concedimus eis omnia regalia que imperium habet in episcopatu Brixiensi seu iurisdictione vel districtu Brixie, [scilicet][e] infra hos confines[h]: in tota curte et territorio Mosi ab utraque parte fluminis Ollei; et a curte et territorio Mosi insusum, sicut fluit[i] flumen Ollei usque Palazolum[k]; et in ipso flumine et ripis eius versus Brixiam et terram Brixianam; et in omnibus locis et castris et burgis, sicut extenduntur curtes et territoria locorum Brixiensium ab utraque parte Ollei; et in curte et territorio Mure; et in curte et territorio Palazoli; et a Palazolo[l] insusum usque ad lacum Ysex[m], unde fluit Olleum versus Brixiam; et in ipso flumine et ripis eius versus terram Brixianam; et inde supra per totum episcopatum Brixie usque Dalegnum et per totum territorium eius; et a Dalegno in omnibus locis et castris et burgis, que distringuntur per civitatem Brixie, et curtibus et territoriis ipsorum locorum usque Lemonum; et a Lemono[n] ad Pozelengum; et a Pozelengo usque ad Gutheçolum[o]; et a Gudiciolo[p] usque ad Mosum; et in aliis locis que distringuntur vel distringebantur per civitatem Brixie, ubicumque fuerint[q] in terra et[r] in[s] aqua. (3) Eo addito ut, si in predictis locis vel infra predictos confines[t] a glorioso patre nostro Friderico felicis memorie Romanorum imperatore vel a nostra clementia vel ab eo, qui a nobis habuit[u], aliquod datum vel scriptum factum[v] fuerit de predictis regalibus, Brixiensibus non obsit; de quibus, qui acquisivit, non habet publice[w] possessionem, non violentam, non clandestinam. (4) Ab hac concessione excipimus omnia feuda et beneficia antiqua seu a patre nostro vel[x] a nobis concessa.

**350. 351.** a) In — clementia Ro[manorum] *prima linea litteris elongatis in B.* b) sextus *deest A.* c) strenuitate A 1. d) *pro* fortitudine — divitiarum A: et armis. e) *deest B.* f) indeficientem A 2. g) acomodantes *B.* h) fines A. i) fluit *deest A.* k) fluere dinoscitur *add. hic A.* l) et a Palazolo *in marg. post suppleta B.* m) Yses A 1; Ysei A 2. n) usque *add. A 2.* o) Gudiciolum A 1; Gudizolum A 2. p) *sic hic etiam B*; Gudizolo A 2. q) vel *add. A 2.* r) vel A. s) in *ead. manu superscr. B.* t) fines A. u) habuerit A 2. v) factum *post in marg. suppl. B.* w) plubice *B.* x) seu A.

1) *Hoc fortasse est apographon in Libro Poteris I. nr. CCIV contentum, ad quod provocat Valentini p. 29 ad nr. XII: 'il quale è la conferma fatta da Enrico VII. del 1311'; cf. ibidem p. 132, ubi legimus, confirmationem Heinrici VII. ex hoc codice impressam esse a Mazzuchellio 'Raccolta di privilegi conc. la città di Brescia' (Brescia 1732) p. 2, quem librum nancisci non potui.*

de quibus ille, qui adquisivit[y], manifestam habet possessionem, non clandestinam, non[z] violentam. Et excepto fodro regali, quando aliquis successor noster profecturus est Romam pro corona suscipienda ab his qui solent et debent predictum fodrum dare. Et exceptis appellationibus secundum quod[a] in forma pacis continetur. (5) Pro predictis autem regalibus, que eis [in pace][b] non concessimus et nunc concedimus, dabunt nobis vel nuntio nostro in civitate Brixie in proximis Kalendis Marcii et a proximis Kalendis Marcii inantea singulis annis pro censu duas marcas auri[c]. |(6) Ad maiorem autem fidei et gratie nostre plenitudinem et eorum cautelam et securitatem talem cum Brixiensibus inivimus pactionem, que iuramento hinc inde firmata est. Iuravit Sefridus[d] marschalcus noster de Hagenowe de parabola nostra in anima nostra, quod nos manutenebimus civitatem Brixie et adiuvabimus[e] Brixienses manutenere omnes supradictas concessiones, confirmationes et possessiones, iura, iusticias et rationes. Et si quas possessiones, iura, iusticias et rationes amiserunt vel amiserint, eos adiuvabimus bona fide recuperare. Et adiuvabimus eos contra omnes civitates, loca vel personas Lombardie, Marchie et Romaniole; ita tamen ut pro speciali negotio Papiensium non faciamus werram Brixiensibus, nec pro speciali negotio Brixiensium teneamur facere werram Papiensibus. Si vero Papienses adiuncti sunt vel adiunxerint se alicui civitati, loco vel persone, adiuvabimus Brixienses contra Papienses. Nec faciemus aliquam societatem cum aliqua civitate, loco vel persone Lombardie, Marchie et Romaniole sine parabola omnium consulum Brixie vel maioris partis, salvis pactis Mediolanensium et Placentinorum, que fecimus cum eis. (7) Iuraverunt Brixienses, quod bona fide adiuvabunt[f] nos manutenere imperium in Lombardia, Marchia et Romaniola et possessiones, iura[g], iusticias et rationes, quas habemus in Lombardia, Marchia et Romaniola; et specialiter terram quondam comitisse Mahtildis. Si quas etiam possessiones, iura, iusticias et rationes in predictis locis et quod de terra quondam comitisse Mahtildis amisimus, bona fide adiuvabunt nos recuperare contra omnes civitates, loca vel personas Lombardie, Marchie et Romaniole, eo tenore ut, si nos, quod nobis licere nolumus, aliquando[h] contra concessiones seu permissiones factas civitatibus, locis vel personis societatis venire voluerimus, non teneantur Brixienses hoc sacramento ad hoc nos adiuvare. Nec aliquam societatem specialem facient cum aliqua civitate, loco vel persona Lombardie, Marchie et Romaniole sine nostro consensu. (8) Item consules et credentia iurabunt, quod bona fide dabunt nobis rectum consilium, cum petierimus per nos vel per nostrum certum nuntium vel per nostras litteras, nec per fraudem se subtrahent, quin illud dent. (9) Hoc etiam sacramentum facient omnes Brixienses a decem et octo annis supra et a[i] septuaginta infra, qui generalia sacramenta facere consueverunt. Et si qui non fecerint propter minorem etatem, iurabunt infra quinquennium, si requisiti fuerint. Et renovabunt singulis decenniis hoc sacramentum etiam illi qui fecerunt, si requisiti fuerint.|

A.

(10) Ut autem hec omnia, que predicta sunt, rata deinceps observentur et illibata, presentem inde paginam scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri, statuentes et imperiali auctoritate sancientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta huic pracmatice sanctioni nostre contraire vel aliquo temeritatis ausu eam presumat infringere.

B.

(10) Ut autem hec confirmationis et concessionis nostre pagina maiestatis nostre sigillo roborata rata deinceps observetur et inviolata, statuimus et imperialis auctoritatis edicto sanctimus, ut nulla[k] omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica eam infringere vel aliquo temeritatis ausu ei obviare presumat.

Quod qui facere attemptaverit, in ultionem temeritatis sue centum libras auri puri pro pena componat, medietatem imperiali camere nostre, partem vero residuam personis iniuriam passis.

**350. 351.** y) adquisiverit *A 2*. z) vel *A 1*. a) quod *superscr. B*. b) in pace *des. B*. c) duas m. auri pro censu *A 1*. d) Sefredus *A 1*. e) omnes *add. A 2*. f) iuvabunt *A 1*. g) et *add. A 2*. h) aliquomodo *A 2*. i) *deest A 2*. k) nulli *B*.

Huius[l] rei testes sunt: Cunradus Maguntinus archiepiscopus, Wilielmus[m] archiepiscopus Rauennas, Henricus Vormaciensis[n] episcopus, Godefridus comes de Veihingen[o], Robertus de Durne et[p] filius eius Ulricus, Hartmannus de Butingen, Wernerus[q] de Rossewac, Cuno senior de Mincenberc[r] et Cuno iunior filius eius[s], Cunradus de Walehusen[t] camerarius et frater eius Albertus, Wolframus[u] de Lapide, Sefridus marscalcus de Agenowe et frater eius Wolframus, Ottebellus[v] Mediolanensis et Arnoldus Placentinus, imperialis aule iudices [et alii quamplures][w].

Signum domini Henrici[x] sexti Romanorum imperatoris invictis(M.[y])simi.

Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini MCXCII, indictione decima, regnante domino Henrico[x] sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno[z] regni eius XXIII, imperii vero II; feliciter amen. Data apud Geilenhusen[a], sexto[b] Kal. Augusti.

# 352. SENTENTIA DE FEODIS MINISTERIALIUM.

## 1192. Nov. 17.

*Legitur in Copiario ecclesiae Verdensis sign. II. 125 saec. XIV. nr. 20, qui in tabulario Hannoverano asservatur, ubi rubrum praecedit:* Sentencia H. imperatoris de feodis ministerialium. — *Stumpf, Reg. 4780.* *(P. 195.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii fidelibus ad quos presens pagina pervenerit gratiam suam et omne bonum. Constitutus in presentia nostra dilectus noster Rodolfus Verdensis episcopus in sententiam quesivit, si ministerialis ecclesie sue feodum, quod habet ab ecclesia iure ministerialium, filio suo, qui non est sue conditionis, vel alii persone in fraudem ecclesie vel subterfugium possit concedere. Super quo sententiatum[a] est et consensu principum, nobilium et ministerialium imperii nostri legitime comprobatum: quod nullus ministerialis alicuius ecclesie feodum, quod habet ab ecclesia iure ministerialium, filio suo, qui sue non est conditionis, vel alii persone in fraudem ecclesie vel subterfugium potest vel debet concedere. Quam sententiam imperiali auctoritate confirmamus precipientes, ut sicubi ministerialis ecclesie tale quid in fraudem ecclesie sue perperam fecisse dinoscitur, eius factum non valeat et omnino revocetur dignaque satisfactio domino suo vel episcopo super hoc exhibeatur. Huius rei testes sunt: Heinricus Pragensis episcopus, Bertoldus Cicensis episcopus, et alii quam plures.

Datum apud Aldemburc, XV. Kal. Decembris.

**350. 351.** l) Huius — gloriosissimo *des. A 2.* m) Wilelmus *A 1.* n) Heinricus Wormatiensis *A 1.* o) vei°hingen *B.* p) et filius eius Ulricus *des. A 1.* q) Wernherus de Rossewac *in A 1 sequitur Cunonem iuniorem.* r) de Incenberc senior *A 1.* s) filius eius *des. A 1.* t) wallhúsen *B*; walthusen *A 1.* u) Wolframus — Wolframus *des. A 1.* v) Ottobellus *A 1.* w) et alii quamplures *des. B.* x) Heinric. *A 1.* y) *monogramma deest B.* z) anno — amen *in A 2 post* Augusti *leguntur.* a) Ge°lenhúsen *B*; Geylenhusen *A 1.* b) VII. *A.*

**352.** a) sentenciarum *cod.*

# 353. SENTENTIA DE AEDIFICIIS IN PLATEA PUBLICA CONSTRUCTIS.

1192. Nov. 17.

*Prodit ope Copiarii ecclesiae Verdensis tabularii Hannoverani sign. II. 125 saec. XIV. nr. 22, ubi rubrum:* De edificiis constructis in publica platea. — *Stumpf, Reg. 4781.* *(P. 195.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii fidelibus presentem paginam intuentibus gratiam suam et omne bonum. Dilectus noster Rodolfus Verdensis episcopus in sententiam quesivit, si alicui liceret in publica platea vel in loco publico domos vel aliqua edificia construere sine concessione sui episcopi vel domini, et quod concessio episcopi diutius valere non debeat quam ipse vixerit[a]. Hanc itaque sententiam imperiali auctoritate confirmantes, precipimus districte, ut ubicumque in civitate Verdensi vel alias quispiam domos vel edificia aliqua contra concessionem predicti fidelis nostri Rodolfi episcopi in publica platea vel loco publico exstruxerit, episcopus liberam habeat licentiam et potestatem predicta in usus suos trahendi, nullumque ius vel consuetudo contra hoc ipsi opponatur, set super hoc digna satisfactio ipsi episcopo exhibeatur. Huius rei testes sunt: Heinricus Pragensis episcopus, Bertoldus Cicensis[b] episcopus, et alii quam plures.

Datum apud Aldenburc[c], XV. Kal. Decembris.

# 354. CONVENTIO CUM DUCE AUSTRIAE DE REGE ANGLIAE.

1193. Febr. 14.

*Superstes est carta ducis Austriae, cui insertae sunt etiam promissiones, quas imperator fecit, servata in Ansberti Historia de expeditione Ierosolimitana Friderici imperatoris, quam Gerlacus Milovicensis in Annales suos recepit. E codice Gerlaci autographo fol. 51', iam monasterii Strahoviensis, dederunt viri d. Tauschinsky et Pangerl in Fontibus rerum Austriacarum I, 5, 80, quorum editionem repetimus, et antea vir d. von Hormayr 'Archiv für Geschichte und Statistik' 1825, 352. Imperatorem pro sua parte cartam dedisse, certe negandum erit. — Stumpf, Reg. 4796.* *(P. deest.)*

Hec est forma conventionis sive tractatus habiti inter dominum Heinricum Romanorum imperatorem et Liupoldum ducem Austriae super incolumitate et pace regis Anglorum aliisque negotiis.

1. Ego Liupoldus dux Austriae dabo et presentabo domino meo Heinrico Romanorum imperatori regem Angliae hoc modo seu tenore, quod idem rex, sicut condictum est, donet domino imperatori centum milia marcarum argenti. Quarum ego medietatem habebo ad dotandam filiam fratris Anglorum regis, quam ducturus est

353. a) *hoc loco sententia ipsa omissa est.* b) Sitensis *cod.* c) Aldēburc *cod.*

unus filiorum meorum in uxorem. Hec autem filia fratris regis Anglorum in festo beati Michaelis uni filiorum meorum, quem ad hoc elegero, erit presentanda; et Sept. 29. medietas de iam dictis centum milibus marcarum argenti, videlicet quinquaginta milia marcarum argenti, in eodem termino erit solvenda, quarum dominus meus imperator unam medietatem recepturus est et ego alteram. Altera vero medietas de eisdem centum milibus marcarum, videlicet quinquaginta milium marcarum, quae restant, persolvenda est usque ad inicium quadragesimae proxime venturae; cuius pe- 1194. Feb. 23. cuniae similiter dominus imperator mediam partem habebit et ego mediam. Et quecunque pars totius pecunie predictae sub quocunque numero domino imperatori infra terminum illum, quo tota debet solvi, [solvetur], illius medietas sine malo ingenio mihi presentetur.

2. Dominus autem meus imperator ducentos mihi obsides dabit. quod si ipse, postquam regem Anglorum ipsi presentavero, quod Dominus avertat, in fata decesserit[a], eodem rege in sua potestate existente, ipse rex mihi sine malo ingenio presentetur. Sed si me prius mori contigerit, eadem conventio uni filiorum meorum, quem ad hoc elegero, per omnia observetur, illi videlicet, qui ducturus est filiam fratris regis Angliae in uxorem; et si ille non fuerit, alii filio meo eadem servetur conventio.

3. Item rex Anglorum dabit domino imperatori quinquaginta galeas cum hominibus et expensis et aliis omnibus attinentiis; et centum milites cum quinquaginta balistariis in eisdem ponet galeis. Et ipse preter hec in propria persona cum centum aliis militibus et quinquaginta balistariis intrabit regnum Siciliae cum domino imperatore et bona fide assistet ei, quousque regnum obtineat, nisi de bona eius voluntate et licentia ab eo recedat. Et ut idem rex hec omnia fideliter exequatur et persolvat, dabit domino meo imperatori ducentos obsides meliores de terra ditionis suae, quos dominus imperator ab eo requiret, nisi domino imperatori de veritate constiterit, quod aliquis vel aliqui ex illis ita manifeste se ei opponat vel opponant, quod illum vel illos nullatenus habere possit; et tunc loco illius vel illorum[b] alium vel alios, quem vel quos dominus imperator denominaverit, idem rex ei obsidem vel obsides dabit, exceptis filiis sororis suae et Heinrici quondam ducis Saxoniae et filio fratris sui.

4. Hii autem, quibus dominus imperator eosdem obsides servandos comittet, iurabunt quod[c], si dominus imperator, quod Deus avertat, interim dum idem obsides in eorum sunt potestate, decesserit, ipsos obsides dimittent[d] absolutos et sine malo ingenio in tutum locum conducent[e].

5. Item si rex Angliae domino imperatori universa que promisit persolverit, dominus imperator insuper obsides tam diu detinebit, quousque ipse rex me ducem Austriae apud papam absolvet. Si autem dictus rex promissum non persolverit domino imperatori, in voluntate eius erit, ut de obsidibus regis agat secundum suum beneplacitum, ita quod ego dux Austrie nichil inde habeam disponere.

6. Ad hec dominus imperator decem nobiles de imperio suo iurare faciet, tales videlicet quales ego dux elegero, quod si rex Anglie universa que ei promisit persolverit, obsides eius dimittentur absoluti.

7. Item dominus imperator regem Angliae in potestate sua tam diu detinebit, quousque rex Cypri et eius filia, qui in captivitate regis sunt, absolvantur. Si autem rex Cypri et eius filia absoluti sunt a captivitate et pro liberatione eorum aliquid datum est vel exactum, dominus imperator regem Anglie similiter in potestate sua detinebit, quousque illud ex integro restituatur.

8. Item si rex Angliae infra hunc annum presentem, videlicet ab hoc capite Feb. 10 ieiunii usque ad caput sequentis ieiunii, neque pecuniam neque obsides dederit vel, 1194. Feb. 23

**354.** a) concesserit *corr. cod.* b) aliorum *cod.* c) quidem *cod.* d) dimittet *cod.* e) conducet *cod.*

uno[f] istorum completo, reliquum omiserit, et transacto illo termino de conscientia mea domino imperatori de veritate constiterit, quod dictus rex neque pecuniam promissam neque obsides persolvere possit vel, uno istorum facto, alterum non fecerit, et eo cognito, si dominus imperator regem mihi offerre noluerit, in optione mea erit, ut de supradictis ducentis obsidibus, quorum dominus imperator mihi dabit quinquaginta videlicet qui pueri sint et non milites, quos ego voluero retineam, aliis dimissis, et rex Anglie in meam recipiatur potestatem.

9. Si autem regem Anglie in potestate domini imperatoris decedere contigerit, predicti ducenti obsides domini imperatoris erunt absoluti, nisi dominus imperator de supradicta pecunia aliquid perceperit, cuius medietatem ego non habuerim; qua medietate habita, idem obsides erunt absoluti.

10. His autem omnibus secundum quod supra dicta sunt bona fide[g] et sine malo ingenio conpletis, dominus imperator sepe dicto Anglorum regi pacem firmam observare tenetur et concordiam.

Datum apud Wirzpurch anno incarnationis Domini MCXCIII, XVI. Kal. Martii.

# 355. PACTUM CUM RICHARDO REGE ANGLIAE.

(1193. Iun. 29.)

*Servavit illud Rogeri de Hoveden Chronica, ex cuius editione novissima a viro cl. Liebermann parata SS. XXVII, 164 ipsum repetimus. Ubi etiam p. 163 et 167 invenies duas imperatoris epistolas de regis liberatione ad Angliae magnates datas a. 1193. Apr. 19 (Stumpf, Reg. 4809) et Dec. 20 (ibid. 4843). — Stumpf, Reg. 4822.*

*(P. 196.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Hec est forma composicionis inter dominum imperatorem semper augustum et dominum Ricardum illustrem regem Anglie.

1. Dominus imperator mittet nuncios suos cum nunciis domini regis, qui Londonias ibunt et ibi recipient C milia marcharum puri argenti ad pondus Colonie. Que pecunia a nunciis imperatoris accepta et ponderata sigillabitur in presencia nunciorum ipsius et in conductu regis per regni sui terminos ducetur, ita ut si eam in regno suo perdi contigerit, periculo regis perdatur. Postquam vero ad terminos imperii venerit dicta pecunia, per nuncios regis nunciis domini imperatoris presentabitur, qui eam ilico ibi recipient, et si forte in partibus imperii eam perdi contigerit, periculo imperatoris perdetur, et rex in ea non tenebitur nec obsides sui.

2. Alia quoque L milia marcharum argenti dabit rex imperatori et duci Austrie et pro illis ponet obsides, scilicet domino imperatori pro XXX milibus marcis LX obsides, duci vero Austrie VII obsides pro XX milibus marcis.

3. Solutis ergo centum milibus marcis et datis obsidibus, rex libere recedet. Si autem dominus rex solverit promissionem, quam domino imperatori de Henrico quondam duce Saxonie fecerat, imperator de L milibus marcis regem liberum dimittens

354. f) unu *corr. cod.* g) fine *cod.*

et absolutum, pro ipso rege solvet duci Austriae XX milia marcharum, ut rex non tenebitur dare duci Austrie VII obsides, nec imperatori LX. Cum igitur rex predictam promissionem de Henrico quondam duce Saxonie impleverit et C milia marcharum solverit, libere recedet.

4. Preterea rex fecit iurare in animam suam, quod neptem suam filiam comitis Britannie tradet nuptui filio ducis Austrie infra VII menses postquam liberatus fuerit et in terram suam redierit, et eam transmittet usque ad introitum imperii, si eam recipere voluerint; et si noluerint, erit absolutus.

5. Item si promissio de Henrico quondam duce Saxonie completa non fuerit, L milia marcharum, que residua sunt, solventur infra VII menses, postquam dominus rex in terram suam redierit.

6. Cum autem rex liberatus fuerit et redire voluerit, imperator dabit ei conductum per terram suam usque ad fines imperii sui et in portu illo, ubi mare intrabit, quamdiu ibi stabit, donec prospero vento recedat.

7. Preterea ea omnia, que tam in his quam in aliis familiaribus literis sigillatis sigillis imperatoris et regis super contractibus qui inter eos ordinati sunt [continentur], uterque pro parte sua rata et firma habebit et bona fide observabit.

# 356–363. LEGATIO ITALICA.

## 1194. Ian. 12. – Mai. 18.

*In Lombardia cum a. 1193 duae partes et societates, Mediolani et Cremonae, acriter pugnassent, Trushardus de Kestenberg ministerialis imperii, legatus ab imperatore missus, treugam et pacem restauravit, cuius acta quae supersunt proponimus.*

### 356. *IURAMENTUM DE PRAECEPTIS LEGATI SERVANDIS.* *Ian. 12.*

*Proferimus ope* 1) *exemplaris partis Cremonensis, quod dedit vir cl. Holder-Egger e Registro magno civitatis Placentinae saec. XII–XIII, fol. 137; ex eius apographo* 1*) *Registro parvo (seu 'mezzano' dicto) fol. 93' excerptum dedit Poggiali 'Memorie storiche di Piacenza' V, 21;* 2) *exemplaris partis Mediolanensis, quod legitur in Annalibus Alexandrinis Schiavinae editis in Monumentis historiae patriae XI (Scriptores IV.), p. 82. Hoc exemplar edidit etiam Moriondi 'Monumenta historica Aquensia' I, 105 nr. 89 e Collectaneis Burontii, quem textum* (M) *aliquantum depravatum Pertz recudi fecit.* *(P. 197.)*

Anno[a] dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima, duodecimo die mensis Ianuarii. Hoc est iuramentum pacis et concordie factum sub domino Trusardo[b] legato domini Henrici Dei gratia invictissimi Romanorum[c] imperatoris et[d] semper augusti super guerris et discordiis Lombardie.

Ego iuro ad sancta Dei euangelia, quod bona fide et sine fraude et malo ingenio observabo et adtendam omnia precepta, que dominus Henricus Dei gratia invictissimus imperator Romanorum[e] et semper augustus vel dominus Drusardus prefati[f] domini imperatoris in Ytalia legatus fatiet michi super discordiis et guerris[g] quas habeo cum

**356.** a) *pro* Anno — quarto 2: MCXCIIII. b) Drusardo 2; *similia semper.* c) rom̄ 1. d) et semper augusti *des.* 2. e) rom̄ 1; Rom. imp. 2. f) ipsius 2. g) guerris et discordiis 2.

1.

Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, Novariensibus[h], Cesariensibus, Astensibus, Cremensibus, Pontremolensibus, Grabadoniensibus, Domasinis, Clavennensibus[i]

2.

Papiensibus, Laudensibus, Bergomatibus, Cumanis, Parmensibus, marchione Montisferrati et marchione Murvello

et omni eorum parte, scilicet de pace, de treugua et iustitia fatienda et rebus ablatis et dampnis datis tempore treugue facte per ipsum dominum Druxardum restituendis. Insuper alia omnia[k] precepta, que michi fatiet[l] pro predictis omnibus, observabo. Preterea observabo et adtendam omnia precepta, que michi fatiet de stratis aperiendis et mercatis ducendis tam per aquam quam per terram. Et hoc sacramentum fatiam fieri ab omnibus quos voluerit de civitate et terra et loco meo.

Hoc autem sacramentum fecerunt, sicut supra legitur

1.

per omnia, de Papia[m]: Gaiferius, Isembardus, Gualterius Mezabarba, consules, et Ubertus de Olevalo[n] et Petrus de Ramfredo, Syrus Sallimbene[p] et Guido de Puteo; de Cremona: Albertus de Summa consul et Homobonus de Tercio, Rainaldus Zelagia et Iohannes Salvaticus; de Pergamo: Rainerius de Sancto Nazario potestas et Detesalvus advocatus et Galicianus Nazaronus; de Cumis: Adam Ruscha et Butigla Brocus[s], consules, et Iohannes Papa; de Laude: Albertus iudex consul et Samalinus Saccus.

Actum in palatio Vercellensis episcopi, presentia ipsius domini Trusardi et domini Alberti Dei gratia Vercellensis episcopi. Interfuerunt etiam testes: dominus Ottobonus Bazanus Vercelliensis ecclesie canonicus et frater Iacobus de Lancedio, presbiter Robaldus Mortariensis canonicus et multi alii, qui ibi erant in plena curia.

(S. N.) Ego Lantelmus notarius iussu Ruffini notarii hanc cartam[u] scripsi. (S. N.) Ego iandictus Ruffinus notarius interfui et hanc cartam[u] iussu suprascripti domini Drusardi scribi feci et subscripsi[x]. Unde plures carte[u] uno tenore scripte sunt.

2.

pro hominibus de Mediolano: Bertramus Scaccabarocius, Roglerius de Lampugnano, Roglerius de Bollate[o], consules, et Guido vicecomes, Ugo camerarius, Albertus de Lampugnano, Laurentius Corbus, Passaguerra et Prealoneus[q] consul negotiatorum; et de Placentia: Gullelmus Scorpia consul et Guido de Runcoveteri, Arnaudus Strictus; de Cesarea: Balduinus et Bonifacius; de Crema[r]: Antonius de Granzis et Benzonus; de Domasio: Martinus iudex; de Grabadona: Thomas Porta; de Clavenna[t]: Obertus de Rovaglia.

Actum in palatio Vercellensis episcopi, presentia domini Alberti Vercellensis episcopi et ipsius domini Drusardi. Interfuerunt testes dominus Octobonus Bazanus Vercellensis ecclesie canonicus et magister Ugo Novariensis canonicus, presbiter Rubaldus Mortariensis canonicus, frater Iacobus de Laude et multi alii, qui ibi erant in plena ecclesia.

Unde plures carte[v] eiusdem tenoris scripte[w] sunt.

## 357. *PRONUNTIATIO TREUGAE.* *Ian. 14.*

*Damus ex* 1) *Annalibus Alexandrinis Schiavinae l. c. p. 83;* 2) *editione Moriondi l. c. p. 103 nr. 88 e Collectione Burontii.* *(P. 197.)*

356. h) novariensis 1; nouarieñ 1*. i) *correxi;* Eravennensibus 1; Erauenensibus 1*. k) omnia alia 2. l) faciet mihi 2. m) pp̑ 1. 1*. n) Obertus de Oleuallo 1*. o) Rollate *M.* p) Sallimben. 1; Salimbene 1*. q) Praeaneus *M.* r) *correxi;* Cremona 2. *M.* s) Buthigla bochus 1*. t) *correxi;* Gravena 2; Graveria *M.* u) carī 1. v) eartas 2. *M.* w) uno tenore scripta *M.* x) *intrusa est in* 1 *subscriptio librarii Registri Placentini:* Ego Iohannes de Sparoaria sacri palatii notarii auctenticum huius exempli vidi et legi in quo sic continebatur ut hic legitur et propriis manibus exemplavi.

Anno dominice incarnationis MCXCIIII, indictione XII, quartodecimo die mensis Ianuarii.

1. Ego Drusardus legatus aule imperialis statuo et precipio firmiter[a] treguam esse omnibus et inter omnes civitates et loca, que iuraverunt stare mandatis domini imperatoris et meo, et super discordiis et guerris, quas habebant ad invicem, ita scilicet, ut homines omnium predictarum civitatum et locorum secure vadant et redeant per aquam et per[b] terram in rebus et personis et mercatis et quocumque voluerint, et nullus offendat alterum.

2. De blava vero quod statuerunt civitas unaqueque de suo, non mutamus omnino, sed si aliqua persona de predictis civitatibus et locis voluerit[c] ducere blavam aliunde per terram et episcopatum alterius civitatis, non prohibeatur.

3. Si qua vero de predictis civitatibus vel locis fregerit hanc treguam, precipio, ut restituat lesis omnia ablata et damna infra XV dies, et insuper libras[d] centum imperiales mihi vel certo nuncio meo infra mensem, postquam fuerit requisitus, pro pena persolvat.

4. Quod si persona specialis vel persone hanc treguam fregerint, precipio, ut civitas vel locus, de cuius districtu est illa persona vel persone, restituat lesis omnia ablata et damna illata infra XV dies. Sed si talis persona fregerit treguam, que non habet unde restituat, de persona illius iustitiam faciant; quam si habere non possent, banno supponent[e] nec relaxabunt bannum, donec satisfactum fuerit damnum passis.

5. Preterea si quod castrum, villa vel locus vel persona alicuius predictarum civitatum vel locorum treguam hanc[f] fregerit, precipio, ut civitas vel locus, de cuius districtu est illud castrum, villa vel locus vel persona que treguam fregit, infra XV dies restituat damnum passis omnia ablata et damna. Quod si civitas aut[g] locus, ad quem pertinet restitutio, infra XV dies, sicut statutum est, eam non fecerit, ipsa civitas vel locus solvat nobis vel certo nuncio nostro libras centum imperiales pro pena infra unum mensem, postquam inde fuerit requisitus. Idem statuo de marchione Montisferrati et eius terra atque hominibus[h].

6. Item precipio, ut omnes captivi, rustici et alii qui ostiatim mendicant et omnes alii quos consules predictarum civitatum vel locorum cognoverint vel bona fide crediderint ita pauperes esse, ut in captivitate se non possint de suo procurare[i], infra quatuor dies, postquam fuerint domi[k] prefati consules, libere et absolute dimittantur.

7. Omnes autem quicumque fuerint capti infra tempus tregue, quam statui, absolute et omni occasione remota libere dimittantur, tam pauperes quam divites, infra IV dies.

8. Hanc enim treguam secundum predictum tenorem, qualiter supra legitur, per omnia observari precepit prefatus dominus Drusardus et[l] sub debito sacramenti, videlicet Mediolanensibus, Placentinis, Cesariensibus, Cremensibus, Grabadonensibus, Domaxinis[m], Clavensibus, Papiensibus, Cremonensibus, Laudensibus, Bergomensibus et Cumanis, qui ibi erant in sua presentia[n]. Et iuraverunt stare suo mandato, sicut instrumentis inde factis continetur.

Actum in palatio Vercellensis episcopi, presentia domini Alberti Vercellensis episcopi. Interfuerunt testes de civitate Vercellarum Guido advocatus, Bemundius, Martinus Bicherius[o], Gullielmus de Biogracano, Bombellus Bassanus[p], Nicolaus de Fontaneto, Ioannes de Oliva, Arditio Alzatus, Landriens Caraira[q], et multi alii, qui ibi erant in plena curia.

357. a) firmam 2. b) *deest* 2. c) noluerit 2. d) lib. 1; solvat 2. e) supponant 2. f) *deest* 1. g) vel 2. h) omnibus 1. i) procuratore . . . 1; procurare . . . 2. k) doni 1. l) Haec 1. m) Demaxinis 2. n) persona 2. o) Bischerius 2. p) Rombellus Bussanus 2. q) Caraita 2.

## 358. *CONDITIONES PACIS A PARTE CREMONENSI ADIURANDAE.*

*Apr. 20.*

*Dedit vir cl. Holder-Egger e membrana longa tabularii Cremonensis sign. nunc 476 (olim G. 66), quae e cancellaria Trushardi emanarisse videtur; cuius in imo margine parva foramina incisa sunt; textus 41 lineis unius paginae exaratus est. Cuius partem unam edidit Odorici 'Storie Bresciane' VI, 90, alteram Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 571.* *(P. deest.)*

In nomine Domini.

1. Ego Trushardus[a] legatus domini imperatoris precipio sub vinculo sacramenti marchioni Montisferrati[b], Papiensibus, Cremonensibus, Laudensibus, Pergamensibus et Cumanis, cunctis locis et hominibus ad eorum partem pertinentibus, exceptis Parmensibus et marchione Murrvello[c] et fratre eius Alberto, ut firmam pacem iurent servare et servent inantea inviolabiliter Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, Cæsariensibus, Pontremulensibus, Cremensibus, Clavennensibus[d], Domasio et Grabadone totique eorum parti de omnibus maleficiis et dampnis datis et omnibus ablatis tam pro comuni[e] quam pro diviso tempore guerre, et ut eis finem faciant. Hanc pacem iurent tam ipsi quam omnes homines et loca de eorum parte, a quibuscumque recipere voluerit[f] sacramentum pars adversa.

2. Item precipio, ut dampna data infra treuguam, si iam certum est vel postquam certum fuerit quod data sint, sine fraude omnia restituant secundum formam treugnarum, que date fuerunt ab hac[g] die usque ad XV dies. Post hec quicumque voluerit querimoniam facere de castellis, terris, possessionibus, iurisdictionibus et districtis coram me vel coram iudicibus, quos dominus imperator vel ego[h] ad hoc constituerimus, conqueratur et iustitiam plenariam accipiat. In quibus omnibus salva sit utrique parti omnis sua iustitia.

3. Item precipio sub vinculo sacramenti, ut hec sacramenta iurentur ab omnibus a predicta hac[i] die usque ad XV dies. Et si qua persona vel locus de civitate Papiensi[k], Cremonensi, Laudensi, Pergamensi, Cumana[l] sive de episcopatibus aut districtis eorum ad hunc terminum non iuraverit, nisi forte iusta et manifesta occasio impedimentum ei fecerit, ipsa civitas, de cuius episcopatu vel districto est illa persona vel locus, in pena componat domino imperatori et michi quingentas libras imperialium[m] infra XV dies, postquam inde fuerit[n] requisita. Quod autem dico de persona, bona fide dico et sine fraude. Insuper ego captivos illius civitatis tenebo, donec sacramenta compleantur et pena persolvatur[o].

4. Item precipio sub sacramento quod, si qua harum civitatum vel aliquis locus aut persona sub ipsis consistens hanc pacem violaverit et infra VI ebdomadas non satisfecerit vel restituerit, ipsa civitas componat domino imperatori mille marcas argenti. Et si forte civitas illa noluerit satisfacere vel restituere pacem violatam infra VI ebdomadas, ut dictum est, et fortassis inde guerram provenire contingerit, omnes alie civitates sive loca de sotietate ipsius nullum auxilium vel conscilium ei ferant contra partem adversam, donec emendatum fuerit et satisfactum de pace violata. Nichilominus[p] tamen ipsa civitas penam prefatam persolvat.

5. Item precipio sub sacramento, quatinus Parmenses et marchionem Murrvellum[c] et fratrem suum Albertum habeant pro suppositis banno imperiali nec conscilium eis

358. a) Trush *c.* b) montisfr̄ *c.* c) murr̄ *c.* d) Crem̄ Clavenn̄ *c.* e) com̄ *c.* f) r *in loco raso c.* g) runt ab hac *in loco raso c.* h) nl ego *eadem manu superscr. c.* i) *in loco raso c.* k) Pap̄ *c.* l) Pergam̄ Cuman̄ *c.* m) imperial *c.* n) *corr. ex* fuerint *c.* o) per *eadem manu superscr. c.* p) eint *add. sed deletum c.*

vel auxilium prebeant, quousque preceptum domini imperatoris vel meum super hoc recipiant.

6. Item precipio[q] sub sacramento, ut omnes possessiones, quecumque ablate sunt tempore guerre, infra XV dies a prefata hac[r] die restituantur, salvo eo quod superius dictum est de castellis, villis, possessionibus, iurisdictionibus et districtis.

7. Item precipio, ut Laudenses, Guidotto cum sotiis suis, qui de Lauda recesserant, similiter firmam pacem iurent et servent et finem faciant et omnia observent secundum tenorem suprascriptum, sicut et aliis hominibus, locis et civitatibus, salvo unicuique[s] suo iure[t] in aliis; et ipse Guidottus suique sotii similiter hoc idem iurent Laudensibus. Ipsi autem Guidottus et sotii eius teneant, sicut de iure debent, bona sua sita in episcopatu[u] Laudensi, salvo unicuique suo iure.

8. Sic autem statuo hec precepta et iuramenta, ut in nullo noceant vel derogent concessionibus vel privilegiis, quecumque dominus imperator alicui concessit.

9. Consules omnes sive potestates iurabunt, quod hec que predicta sunt observabunt bona fide et facient alios de civitatibus, locis et terris suis idem iurare, et operam dabunt bona fide, ut ab omnibus observentur. Alii vero iurabunt, quod ipsi hec que predicta sunt observabunt bona fide et operam dabunt, ut observentur.

10. Preterea[v] ne qua fraus adhibeatur, precipio, ne Guillehelmo filio Murrvelli[w] marchionis, quamvis non sit in banno, consilium vel auxilium contra partem adversam prebeant, quousque preceptum domini imperatoris et meum inde recipiant.

Dat. Vercellis anno domini incarnati[x] MCXCIIII. XII. Kal. Madii.

## 359. *CONDITIONES PACIS A PARTE MEDIOLANENSI ADIURANDAE.*
*Apr. 20.*

*Vir cl. Holder-Egger contulit* 1) *apographon coaevum tabularii Cremonensis sign. 478 (G. 73) ab Iohanne Carmangiario notario confectum, ex quo lectiones nonnullas communicaverat Toeche l. c. 572; quod integrum edidit Odorici l. c. VI, 88;* 2) *Registrum magnum civitatis Placentinae saec. XII—XIII. fol. 89 et* 2*) *eius apographon, Registrum parvum fol. 56, ex quo excerptum dederunt Poggiali l. c. V, 22 et Affo 'Storia di Parma' III, 302.*
*(P. deest.)*

In nomine Domini.

1. Ego Trushardus[a] legatus domini imperatoris precipio sub vinculo sacramenti Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis[b], Cesariensibus, Pontremolensibus et Cremensibus[c], Clavenensibus[d], Domasio[e] et Grabadone cunctisque locis et hominibus ad eorum partem pertinentibus, ut firmam pacem iurent servare et observent inantea inviolabiliter marchioni Montisferrati, Papiensibus, Cremonensibus, Laudensibus, Pergamensibus, Cumanis totique eorum parti, exceptis Parmensibus et[b] marchione Muruello[f] et fratre eius[g] Alberto, de omnibus maleficiis et[b] dampnis datis et omnibus ablatis tam pro comuni quam pro diviso tempore guerre, et ut eis finem faciant. Hanc pacem iurent tam ipsi quam omnes homines et loca de eorum parte, a quibuscumque recipere voluerit sacramentum pars adversa.

2. Item precipio, ut dampna data infra treuguam[h], si iam certum est vel postquam certum fuerit sine fraude quod data erant[i], restituantur[k] omnia secundum formam treuguarum[l], que date fuerunt a proxima dominica die[m] usque ad XV dies. Post hec Apr. 24.

**358.** q) p̄cipuo *c.* r) *in loco raso c.* s) cuicuique *c.* t) iuri *c.; corr. postea in* iure. u) epatu *c.* v) *abhinc altera manus pergit c.* w) murr *c.* x) dm̄ inc. *c.*

**359.** a) Trush 1; Trusch 2. 2*. b) *deest* 2. 2*. c) Cremensibus pontremulis 2. d) Claueneñ 2. e) Domaxio 2. f) Muruell 1; Monruello 2. g) ipsius 2. h) infra treug. *des.* 1. i) fuerat 1. k) tur *iam legi nequit* 1. l) treguarum 1. m) fuerunt ab hac die 2.

quicumque voluerint[n] querimoniam facere de castellis, terris vel[o] possessionibus, iurisdictionibus aut districtis coram me vel coram iudicibus, quos dominus imperator vel ego ad hoc constituerimus, conquerantur et iusticiam plenariam accipiant[p]. In quibus omnibus salva sit utrique parti omnis[q] sua iusticia.

3. Item precipio sub vinculo sacramenti[r], ut hec sacramenta iurentur ab omnibus a prefata die dominica[s] usque ad XV dies. Et si qua persona vel locus de civitate Mediolani sive Brixie sive Placentie[t] vel de[q] episcopatibus aut[u] districtis eorum ad hunc terminum non iuraverit[v], nisi forte iusta et manifesta occasio impedimentum ei fecerit, ipsa civitas, de cuius episcopatu vel districto[w] est illa persona vel locus, in pena conponat quingentas libras imperialium domino imperatori et michi infra XV dies, postquam requisita fuerit[x] inde[y]. Quod autem dico de persona, bona fide dico et sine fraude. Si vero aliqua[z] persona de locis capitalibus, scilicet de Cesaria, Pontremolo, Crema[a], Clavenna, Domasio et Grabadona, vel de locis, que sub eis sunt, hanc pacem non iuraverit ad predictum terminum, ipse locus capitalis, sub quo est illa persona vel locus, in pena conponat domino imperatori et michi C libras imperialium similiter infra XV[b] dies, postquam inde fuerit requisitus. Hoc item dico de persona bona fide et sine fraude. Insuper ego captivos eorum, per quos vel in quorum districto[c] hec facta fuerint, tenebo, donec sacramenta conpleantur et pena persolvatur.

4. Item precipio sub sacramento, quod si qua harum civitatum vel etiam Cesaria vel aliquis locus aut persona[d] sub ipsis consistens hanc pacem violaverit et infra VI ebdomadas[e] non restituerit, ipsa civitas sive Cesaria in pena conponat domino imperatori mille marcas argenti. Si autem de locis capitalibus, scilicet de Crema[f], Pontremolo et Clavenna[g], Domasio et Grabadona, vel de his, qui sub eis consistunt[h], hec pax fuerit violata et non fuerit infra VI ebdomadas[e] restitutum, ipse locus capitalis[i] in pena conponat domino imperatori centum marcas argenti. Item precipio sub iuramento[k], quatenus si qua civitas vel capitalis locus, sicut supradictum est, restituere noluerit infra VI ebdomadas[e] pacem violatam, omnes alie civitates sive loca de societate illius[l] nullum auxilium vel consilium ei ferant[m] contra partem adversam, si forte contigerit ei guerram inde provenire, donec emendatum fuerit et satisfactum. Nichilominus tamen penam prefatam persolvet[n].

5. Item precipio sub sacramento, quatenus Parmenses et marchionem Murruellum[o] atque fratrem ipsius[p] Albertum habeant[q] pro suppositis banno imperiali nec auxilium nec[r] consilium eis prebeant, quousque preceptum domini imperatoris vel meum super[s] hoc recipiant.

6. Item precipio, ut omnes possessiones, quecumque ablate sunt tempore guerre, infra XV dies a prefata die dominica[t] restituantur, salvo eo quod superius dictum est de castellis, villis, possessionibus, iurisdictionibus et districtis.

7. Item precipio, ut Laudenses, Widoto[u] cum[v] sociis suis[w], qui a Lauda recesserant, similiter firmam pacem iurent et servent et finem faciant et omnia observent secundum tenorem suprascriptum, sicut et aliis hominibus, locis et civitatibus, salvo unicuique iure suo[x] in aliis: et ipse Widotus[y] suique socii similiter hoc idem iurent Laudensibus. Ipsi autem Widotus[y] et socii eius teneant, sicut de iure debent, bona sua sita in episcopatu Laudensi, salvo unicuique iure suo.

**359.** n) uoluerit 1. o) vel *deest* 2. p) accipient 2. q) *deest* 2. r) sacr. ut hec *des.* 2. s) omnibus ab hac die inantea (inantea *expunct.*) 2. t) brixieñ sive plac̄ 2. u) et 1. v) iuraverīt 1. w) districtu 2. x) fuerit req. 1. y) *deest* 1. z) aliä 1. a) Crema Pontremulo 2. b) sim. ad quindecim 2. c) districtu 2. d) civ. vel aliquis locus et pers. vel Cesaria 2. e) edomadas 2. f) cesaria 2. 2*. g) Pontremulo Clavenna 2. h) consistens *corr.* consistent 2. i) ali *in loco raso* 1. k) sacramento 2. l) ipsius 2. m) eis ferent 2. n) persolvat 2. o) Murrnell 1; Monruellum 2. p) suum 2. q) *deest* 2. r) vel 2. s) sub 2. t) hac 2. u) Guidotto 2. v) et 2. w) eius 2. x) iure suo unicuique 2. y) Guidottus 2.

8. Sic autem statuo hec precepta et iuramenta, ut in nullo noceant vel derogent concessionibus vel[z] privilegiis, quecumque dominus imperator alicui concessit.

9. Consules omnes sive potestates iurabunt, quod hec que predicta sunt observabunt bona fide et facient alios de civitatibus, locis et terris suis idem iurare, et operam dabunt bona fide, ut ab omnibus observentur[a]. Alii vero iurabunt, quod ipsi hec que predicta sunt observabunt bona fide et operam dabunt, ut observentur.

Dat.[b] Vercellis anno dominice incarnationis MCLXXXXIIII, XII. Kal. Madii[c].

## 360. *IURAMENTA NUNTIORUM PARTIUM.* *Mai. 17.*

*Dedit Holder-Egger ex autographo tabularii Cremonensis sign. 2146 (J. 11 II). (P. deest.)*

(S. N.) Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima, die Martis quintodecimo exeunte Madio. In palacio episcopi Laude, presentia Iohannis Walcosii notarii de Bergamo et Ravanini de Nuce notarii de Brixia et Asagiti de Sancto Naçario et Brugnoli avocati et Liaçarri causidici et Airoldi Pocalodhi et aliorum plurium testium. Albertus de Summo et Iacobus Surdi consules communis Cremone et Hençelerius de Burgo et Talamacius de Gaidoldis iuraverunt precepto domini Drushardi[a] imperialis aule legati et ad eius voluntatem[b], ita attendere et observare bona fide ut in scripto pacis domini Drushardi[a, 1] continebatur. Versa vice Iohannes de Guxago consul Brixie et Bonapax Faba et Apoxacius avocatus et Petraceus[c] de Nuce de Brixia et Gotecinus Mainerius consul Mediolani et Rogerius de Bolato consul Mediolani et Loterius medicus et Aliprandus et Pasawerra iudices et Iacobus Mainerius de Mediolano et Bençonus de Bençonibus et Baxanecla de Crema iuraverunt ita attendere et observare ut in scripto pacis domini Drushardi[a, 2] continebatur. Quo facto suprascripti omnes[d] precepto predicti domini Drushardi[a] adinvicem pacem fecerunt de his, que in ipso brevi domini Drushardi[a] continebantur, et ita ut in eo continetur.

† Signum pro predicto domino Druxhardo[e], qui de his cartam[f] fieri precepit.

(S. N.) Ego[g] Iohannes Valcosii sacripalatii notarius interfui et subscripsi.

(S. N.) Ego[h] Robertus sacripalatii notarius his interfui et hanc cartam[f] suprascripti domini Drushardi[a] scripsi.

## 361. *EXCEPTIO CREMONENSIUM DE CREMA.* *Mai. 17.*

*Autographon legitur in eadem membrana tabularii Cremonensis sign. 2146 (J. 11 II) subter nr. 360, eadem manu, sed alio atramento et litteris minoribus exaratum. (P. deest.)*

(S. N.) Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima, die Martis quintodecimo exeunte Madio. In palacio episcopi de Laude, presentia Asaiti de Sancto Naçario et Iohannis Walcoxii et Brugnoli avocati et Alberti de Summo et Hençelerii de Burgo et Talamacii de Gaidoldis. Cum Bençonus de Bençonibus consul Creme vellet iurare coram domino Druxhardo[a]

**359.** z) aut 2. a) serventur 2. b) Datum 2. c) millesimo centesimo nonagesimo quarto, duodecimo Kls Madii 2.

**360.** a) Drush c. b) ad eius vol. *alio atramento in loco raso c.* c) *seu* Petractus *c.* d) *in loco raso c.* e) Druxh *c.* f) car̄ *c.* g) *alia manus et alium notarii signum c.* h) *rursus prior manus; signum idem atque in initio c.*

**361.** a) Druxh *c.*

1) *supra nr. 358.* 2) *supra nr. 359.*

imperialis aule legato sacramentum pacis, dominus Iacobus de Surdo consul communis Cremone ibi dixit: quod nolebat eum facere debere ipsum sacramentum. Cum vero idem dominus Iacobus ex precepto et voluntate ipsius domini Druxhardi[a] debebat facere pacem ipsi Bençono pro Crema, prefatus dominus Iacobus dixit: 'Ego vobis facio pacem salvis datis et concessionibus factis a domino imperatore Cremonensibus[b] de te et terra tua et de omni re'. Et dominus Druxhardus[a] respondit: 'Et ego ita dico et volo'. Et ita idem dominus Iacobus ei fecit.

(S. N.) Ego Robertus sacripalatii notarius his interfui et hanc cartam de his scripsi.

## 362. *DECLARATIO LEGATI DE CREMA ET INSULA FULCHERII.* *Mai. 17.*

*Dedit Holder-Egger ex autographo tabularii Cremonensis sign. 2415 (J. 11 I), quod lineis 23 exaratum est eadem manu ac nr. 360 et 361. Ex eodem prius edidit Tocche l. c. p. 629 nr. 58.* *(P. deest.)*

(S. N.) Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima, die Martis quintodecimo exeunte Madio. In palatio episcopi Laude, presentia domini Asaiti de Sancto Naçario et Walterii Meçabarbe de Papia et Airoldi Pocalodhi de Laude et magistri Ugonis notarii domini Drushardi. Predictus dominus Drushardus[a] imperialis aule legatus talem intellectum et intendimentum dedit domino Alberto de Summo et domino Iacobo de Surdo, consulibus comunis Cremone, et domino Hençelerio de Burgo[b] et domino Talamacio de Gaidoldis, suo nomine et comunis et omnium hominum Cremone et episcopatus, qui debent iurare pacem et finem et alia, que in brevi Vercellis ab ipso domino Drushardo[a] ordinato continetur, et supra quod breve paulo postea iussu prefati domini Drushardi[a] et ad[c] eius voluntatem predicti Cremonenses iuraverunt, videlicet quod ipsum sacramentum vel pax vel finis vel promissio vel aliquid aliud, quod facient vel quod in ipso brevi continetur, in nullo noceat vel deroget privilegiis vel promissionibus vel concessionibus vel datis factis a domino imperatore Cremonensibus de Crema et Insula Fulcherii et de locis et terris et iurisdictionibus et districtis et possessionibus ad ipsum castrum et loca pertinentibus tam in castro quam extra castrum, et per hoc sacramentum vel pacem non minus Cremonenses possint exequi et defendere omnia iura, que habent et eis concessa sunt a domino imperatore de predicto castro et iurisdictionibus et districtis et locis et hominibus in ipso castro et locis habitantibus et de facto et de iure, non obstante hoc sacramento vel pace vel fine seu aliquo alio, quod continetur in ipso brevi, supra quod iurare debent. Et insuper intellectum et intendimentum datum prefato domino Iacobo Surdi et his, qui cum eo erant, aput Novariam confirmavit, sicut in instrumento ipsius intellectus et intendimenti facto a Raimondo notario continetur. Et etiam idem dominus Drushardus[a] ibi dixit suprascriptis dominis Alberto et Iacobo et Hençelerio et Talamacio, ut secundum hos intellectus et intendimenta iurarent et facerent alios de terra Cremone et episcopatus iurare, qui debent hoc sacramentum facere super brevi Vercellis ab ipso Drushardo[a] ordinato continetur[d].

† Signum pro suprascripto domino Drushardo[a], qui de his cartam fieri et predictos adesse testes rogavit.

(S. N.) Ego Robertus sacri palatii notarius his interfui et hanc cartam[e] rogatu suprascripti domini Drushardi[a] scripsi.

**361.** b) Cremoñ *c.*

**362.** a) Drusħ *c.* b) būgo *c.* c) ad e. vol. *alio atramento in loco raso c.* d) *sic c.* e) car̄ *c.*

**363.** *DOCUMENTUM LEGATI DE IURAMENTIS NUNTIORUM. Mai. 17. 18.*

*Litteras patentes dedit Holder-Egger ex apographo coaevo tabularii Cremonensis sign. 477 (G. 69), quod lineis 24 in una pagina exaratum est; membrana in forma epistolae plicata erat et in imo margine foramina incisa praebet. Ex ipsa prius edidit Odorici l. c. VI, 91. (P. deest.)*

Ego Trushardus[a] sacri inperii legatus in Italia notum esse volo universis inperii fidelibus ad quos hec pagina pervenerit, quod me existente Laude in palatio domini episcopi anno domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, XVII. die mensis Madii, scilicet die Martis, Cremonenses consules, videlicet Iacobus Surdus et Albertus de Summo, Ançelerius quoque de Burgo et Talamatius iudex in presentia nostra ex precepto meo iuraverunt pacem firmam tenere Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis et toti eorum parti in eadem carta, in qua nuncii aliarum civitatum coram nobis in curia celebrata Vercellis[b] iuraverunt et quam nos de pace ordinaveramus iuranda et tenenda. Preterea sicut et alie civitates coram nobis Vercellis[b] fecerant, sic et ipsi[c] Cremonenses consules, Iacobus Surdus videlicet et Albertus de Summo, osculum pacis dederunt consulibus civitatum adverse partis nomine communis eorum, scilicet Gotecino Manerio et Rugerio de Bulato consulibus Mediolani[d], Iohanni quoque de Gussiaco consuli Brixie, Uberto nuntio Placentie, Bençoni quoque consuli Creme. Et ego precepi, quod nuntii civitatum proximo sabbato venirent Cremonam pro recipiendis illis (Mai. 21.) sacramentis, precipiens[e] sub sacramento, quod statim[f] sequenti die dominico scilicet Cremonenses inciperent iurare sacramenta, donec complerentur. Preterea eodem in loco nuncii civitatum adverse partis qui aderant iuraverunt similiter in eadem carta, eandem pacem servare Cremone et Pergami[g], videlicet de Brixia: Iohannes de Gusago, Aposatius advocatus, Bonapax Faba, Petracius de Nuce, de Mediolano: Gotecinus Maynerii, Rogerius de Bolate, Lotherius medicus, Aliprandus iudex, Passaguerra[h] iudex, Iacobus Maynerii, de Crema: Bençonus consul et Basavetula.

Hec facta sunt et scripta die Martis ad vespera, ut[i] dictum est. Sequenti vero die mane scilicet die Mercurii statui, ut a Cremonensibus sacramenta illa compleantur (Mai. 18.) bona fide a predicta dominica ad VIII dies sub pena que in carta pacis scripta est. Ut autem hec in posterum pateant, sigillo meo feci communiri.

# 364. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE LEGATIS MITTENDIS.

## (1195. Mart. 12.)

*Epistolam, quae singulari certe notarii incuria dici falso adscripta est*[1], *servavit codex Parisinus lat. 8989, qui Rotulum II. Cluniacensem a. 1245 exaratum continet. Ex quo edita est ab Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 334, cuius editionem repe-*

**363.** a) Trush *c.* b) ṽcell *c.* c) ipē *corr.* ipī *c.* d) mediol *c.* e) p̄cepiens *corr.* p̄cipiens *c.* f) stati *c.* g) et pergami *eadem manu superscr. c.* h) erra *nunc detersum c.* i) ū *c.*

1) *Itinerarium imperatoris* IIII. Id. Martii *postulat, ut animadverterunt Stumpf et Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 373 not. 2.*

*timus. Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. edidit Martene 'Collectio amplissima' II, 1231 (= Watterich II, 741). Epistola pontificis a. 1195. Apr. 27 ad imperatorem data, quam recepit Chronicon Reicherspergense (SS. XVII, 524; Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 17226) ad hanc imperatoris epistolam non respondet, quae tunc fortasse ad manus pontificis nondum venerat, sed provocat ad epistolam imperatoris ad cardinales datam, quae iam deperdita est. — Stumpf, Reg. 4908.* *(P. deest.)*

Reverendo patri in Christo C. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici H. Dei gratia Romanorum imperator augustus et rex Sicilie salutem et filialem dilectionem.

Cum pro hiis, que ad salutem nostram et Romani imperii incrementum conducunt, ad sinum paternitatis vestre declinare velimus et debeamus, inde est quod dilectum et familiarem nostrum C.[1] Maguntinensis ecclesie maiorem prepositum sanctitati vestre transmittimus, rogantes affectuose, quatinus eum benigne recipere velitis et hiis, que ex parte nostra vobis proposuerit, fidem adhibeatis. Ad hec discretionis vestre plenitudinem exoratam esse cupimus, quatinus dilectos vestros et nostros cardinales, videlicet O.[2] Ostiensem episcopum et Petrum[3] Placentinum et Pandulfum[4], ad nostre serenitatis presentiam transmittatis, plenariam eis dantes potestatem, ut ipsi ad decidendas causas ecclesiasticas vel spirituales, si quas eis forte pro aliquo negotio nostro proposuerimus, ordine iudiciario vicem vestram[a] adimplere possint et debeant. Inter cetera quoque petimus, ut latorem presentium quantocius possitis ad nos remittatis.

Datum Tarenti, IIII. Idus Februarii.

# 365. ENCYCLICA DE EXPEDITIONE IEROSOLIMITANA.

## 1195. Apr. 12.

*Recepta est in Chronicam regiam Coloniensem, cuius editionem Waitzianam p. 157 repetimus. — Stumpf, Reg. 4921.* *(P. 198.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator, rex Siciliae et semper augustus dilectis ac fidelibus suis archiepiscopis, abbatibus et ecclesiarum prelatis gratiam suam et omne bonum.

Universitati vestrae duximus significandum, quod per gratiam Dei regno Siciliae nobis subiugato et in bonum statum redacto, ad honorem eius, qui brachia sua extendit in crucem pro nobis immolatus, recolentes miseriam et angustias, quae terra promissionis peccatis exigentibus feritate paganorum intolerabiliter oppressa sustinet, Apr. 2. in sollempni curia apud Barum in festo resurrectionis Domini celebrata pro redemptione eiusdem terrae mille quingentos milites et totidem sargantos in expensis nostris a Marcio usque ad annum transmittere decrevimus et hoc manifeste spopondimus, unicuique militi XXX uncias auri et tantum annonae, quae ei cum[a] duobus servientibus

**364.** a) nostram *cod.*

**365.** a) cum — annonae quae ei *des. B. C.*

1) *Conradum.* 2) *Octavianum.* 3) *S. Caeciliae presbyterum.* 4) *duodecim apostolorum presbyterum.*

ad victum unius anni potest sufficere, et sarganto X uncias auri et tantum annonae, quae ei ad annum sufficiet, daturi. Pecuniam vero ubicumque naves ascendent eis dabimus, annonam autem traduci faciemus et ex illa parte maris ubi naves applicuerint eis presentabimus. Milites itaque et sarganti iurabunt, obedire illi quem magistrum eis ac ducem constituemus et per annum stare in servitio Dei. Et si aliquem eorum ex hoc mundo migrare contigerit, quicquid de pecunia vel annona ei data reliquerit, nulli assignare poterit, set pro consilio magistrorum ac ducum exercitus alii, qui vicem eius compleat et pro ipso serviat, assignabitur. Mandamus igitur universitati vestrae rogantes, ut hanc voluntatem nostram militibus et bonis hominibus in dyocesi vestra constitutis insinuare curetis, ut si qui eorum ad propulsandas iniurias Christo et christianitati illatas instinctu divino ire voluerint, infra terminum predictum ad iter se preparent.

Datum apud Tranum, II. Idus Aprilis.

# 366. SENTENTIA DE IURE VILLICATIONIS FERRO CANDENTE PROBANDO.

### 1195. Aug. 24.

*Ex autographo tabularii Monasteriensis, rasuris et correcturis non paucis deformato, nuper dedit Philippi apud Wilmansium 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' II, 352 nr. 253, antea Erhard in Regestis historiae Westfaliae Cod. dipl. II, 238 nr. 542. — Stumpf, Reg. 4959.* *(P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie fidelibus suis episcopo, clero, ministerialibus et universis hominibus in episcopatu Mindensi constitutis gratiam suam et omne bonum.

Universitati vestre notum fieri volumus, quod dilectus capellanus noster magister Willelmus Mindensis scolasticus in presentia nostra constitutus proposuit nobis, quod quidam ministeriales ecclesie vestre, qui sunt officiati sive villici episcopi, tenentur ipsi magistro Willelmo ex antiquo iure et consuetudine ratione beneficii scolastici de qualibet curti episcopali dimidium diei servicium annuatim persolvere; illi vero asserunt de qualibet curti ex iure tantum novem solidos Mindensis monete annuatim sibi debere. Super quo cum sententiam quereremus, sententiatum est coram nobis: quod quilibet homo, sive esset nobilis sive ministerialis, qui officium principis sive villicationem tenere vellet vel possidere, quicquid in[a] ipso officio sive villicatione sibi iuris addiceret iure officiati vel villici, illud teneretur probare. Secundo quesitum est, quo iure deberet probare: et sententiatum est: divino iudicio. Tercio quesitum est, quo divino iudicio; et data est sententia: quod si iuri suo voluerit inniti, ferro candenti ius suum debet probare. Sententias igitur predictas imperiali auctoritate confirmantes mandamus tibi episcopo, similiter clero et ministerialibus firmiter precipientes, quatinus eosdem officiatos seu villicos auctoritate nostra compellatis, ut debita diei servicia, sicut ex antiquo iure et consuetudine tenentur[a] et sicut primo fuit institutum, omni occasione et dilatione

366. a) *supra lin. add.*

remota prefato magistro Willelmo persolvant vel iure predicto se eximant. Alioquin eos tamquam iusticie violatores et mandati nostri transgressores habeatis.

Acta sunt hec apud Hagenowe, presentibus testibus quorum hec sunt nomina: Conradus Moguntinus archiepiscopus, Conradus imperialis aule cancellarius, Albertus prothonotarius, Conradus maior prepositus Moguntinus, comes Albertus de Werningerothe, comes Sibertus de Frankenburch, Walterus de Arnesteine, Arnoldus de Hornberch, Conradus dapifer de Rodenburch et alii quam plures. Anno[b] dominice incarnationis MCXCV, VIIII. Kl. Septembr.

## 367. SENTENTIA DE TESTIBUS IURIS FEODALIS.

### 1195. Oct. 27.

*Damus e Copiario ecclesiae Verdensis tabularii Hannoverani saec. XIV. sign. II. 125 sub nr. 21, ubi rubrum praecedit:* Qui possint testimonium ferre in iure feodali. — *Stumpf, Reg. 4971.* *(P. 199.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum et regni Cicilie et Apulie imperator et semper augustus universis Verdensis ecclesie fidelibus, prelatis, clero, liberis et ministerialibus, gratiam suam et omne bonum.

Dilectus noster Rodolfus sancte Verdensis ecclesie episcopus in curia nostra sententiam requisivit, si aliquis homo suus, qui nullum ab eo tenet beneficium, possit homini suo ab eo inbeneficiato in feodali causa testimonium ferre; et item, si ministerialis ecclesie, qui nullum tenet beneficium ab eo, valeat ferre testimonium ministeriali beneficiato in iure feodali. Super hoc[a] itaque data est sententia et a fidelibus imperii, tam liberis quam ministerialibus approbata: quod nec liber nec ministerialis, qui non habet beneficium a domino, debeat ferre testimonium pro beneficiato in causa feodali contra beneficiatum vel contra dominum.

Data Geilenhusen[b] anno dominice incarnationis MCXCV, indict. XIIII, VI. Kal. Novembris.

## 368. 369. LEGATIO ITALICA.

### 1196. Ian. 20.

*Ex scriptis eorum, quae gessit Conradus episcopus Hildeshemensis, totius Italiae legatus, de controversia acta inter Mediolanenses et socios ac Cremonenses et socios, proponimus scripta duo, quae contulit Holder-Egger.*

366. b) Anno — Septembr. *scriptura alia tenui post addita sunt; voces* Kl. Septembr. *tamen genuinae esse possunt.*

367. a) hac *cod.* b) Geileh' *cod.*

## 368. *MANDATUM DE TREUGA SERVANDA. Ian. 20.*

*Exstat autographon in tabulario Cremonensi sign. 475 (D. 3), cuius maximam partem edidit Odorici 'Storie Bresciane' VI, 95, integram Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 632 nr. 41.* *(P. deest.)*

(S. N.) In nomine Domini. Anno dominice nativitatis millesimo centesimo nonagesimo sexto, indictione quartadecima, die dominico terciodecimo Kalendas Februarii, apud Burgum Sancti Domini in ipsa ecclesia sancti Domini.

1. Nos Conradus Dei gratia Hildesemensis ecclesie electus, imperialis aule cancellarius et tocius Ytalie et regni Sicilie et Apulie legatus, precipimus sub vinculo et debito iuramenti Cremonensibus, ut firmam et stabilem treuguam inviolabiliter observent Mediolanensibus et Cremensibus et universe eorum parti usque ad triginta dies post introitum domini imperatoris in Ytaliam. Item precipimus sub vinculo et debito iuramenti Mediolanensibus et Cremensibus, ut firmam et stabilem treuguam inviolabiliter observent Cremonensibus et universe eorum parti usque ad triginta dies post introitum domini imperatoris in Ytaliam. Et hoc iuramentum faciant omnes quos nos vel nuncii nostri facere preceperimus.

2. Insuper statuimus, ut si Mediolanenses vel Cremonenses hanc treuguam fregerint, duo millia marcharum argenti domino imperatori componant. Cremenses vero si contra treuguam venerint, mille marchas argenti componant, nisi infra triginta dies violatam treuguam emendaverint dampnum passis. Si vero aliquis locus de districto illorum violaverit hanc treuguam et infra triginta dies, ex quo hoc certum fuerit et inde fuerint requisiti, non fecerint emendari, eandem penam persolvant. Si vero certa persona contra hanc treuguam venerit et ipsi, de quorum districto fuerit illa persona, infra triginta dies, ut predictum est, non fecerint emendari vel personam delinquentis non tradiderint, si in potestate habeant, centum marchas domino imperatori componant et dampna resarciant.

3. Item si Mediolanenses vel Cremenses vel Cremonenses treuguam istam non servaverint, precipimus sub debito iuramenti, quod nobis fecerunt vel facient, omnibus civitatibus et locis sue societatis, et sub debito fidelitatis, qua domino imperatori tenentur, ut nullum consilium vel auxilium parti violanti hanc treuguam prebeant contra partem adversam.

4. Item precipimus eisdem, ut omnia dampna data ab ipsis, ex quo receperunt[a] litteras domini imperatoris pro treugua tenenda, his qui lesi fuerint cum omni integritate restituant usque ad triginta dies, postquam ex ipsis dampnis datis constiterit et inde fuerint requisiti. Similiter omnes captivos, qui post acceptas easdem litteras capti fuerunt, restitui precipimus cum omnibus sibi ablatis.

5. Preterea precipimus, ut alii captivi a vinculis et carceribus eximantur et remotis gravibus et superfluis expensis custodiantur. Si vero tam pauperes fuerint, quod custodes tenere non possint, in decenti custodia teneantur[b]. Preterea precipimus ut, si qui dare voluerint idoneos obsides, permittentur, et ire ad tempus permittantur.

6. Precipimus quoque Brixiensi, qui est potestas Cremensis, ut nuncio nostro usque ad dominicam proximam prestet[c] iuramentum, quod fecit alia potestas eiusdem loci pro servandis mandatis nostris; quod si usque ad diem illam hoc non fecerit, precipimus Cremensibus, ut removeant eum et nullum alium eligant, qui hoc sacramentum non faciat infra quinque dies, ex quo intraverit potestariam. Ian. 21.

368. a) recepr͞ut *c.* b) neantur *eadem manu et eodem atramento in loco raso c.* c) pstent *c.*

7. Hec autem omnia edicimus reservata domino imperatori et nobis potestate, ut quod ad presens propter temporis brevitatem complere non possumus, dominus imperator vel nos vel nuncii, quibus hoc commissum fuerit, subplere valeamus sub factorum iuramentorum securitate. Precipimus insuper, ut strate secure sint et nullus ambulans per eas ab aliquo debeat inpediri.

Predictus[d] dominus Conradus hanc cartulam fieri precepit.

Interfuerunt dominus Ubertus Mediolanensis archiepiscopus, dominus Albertus Vercellensis episcopus, dominus Opizo Parmensis episcopus, Novariensis episcopus, dominus Lafrancus Bergamensis episcopus, dominus Otto Bubiensis episcopus, Sirus Salimbene, Bertramus Salimbene, Arnaldus Strictus, Albertus Struxius de Cremona, Passaguerra Mediolanensis, Otto Cendadarius, Lafrancus de Via de Cumis, imperialis curie iudices, Thomas castellanus de Nono, Engilerius de Burgo, Francesscus de Placentia atque Petrus Ranfredus Papiensis[e], testes.

(S. N.) Ego[f] Martinus Filippi imperialis aule notarius hanc cartulam[g] michi preceptam fieri a domino cancellario scribere feci et in ea subscripsi.

(S. N.) Ego[h] Guilielmus imperialis aule notarius hanc cartulam scripsi.

## 369. *MANDATUM CREMONENSIBUS DATUM DE DAMNO PLACENTINIS RESTITUENDO. Ian. 20.*

*Ex autographo tabularii Cremonensis sign. 572 (D. 18), ex quo etiam edidit Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 633 nr. 42.* *(P. deest.)*

(S. N.) In nomine Domini. Anno dominicc nativitatis millesimo centesimo nonagesimo sexto, indictione quartadecima, die dominico terciodecimo Kalendas Februarii, apud Burgum Sancti Domini in ecclesia sancti Domini.

Nos Conradus Dei gratia Hildesemensis ecclesie electus, imperialis aule cancellarius et tocius Ytalie et regni Sicilie et Apulie legatus, precepimus sub vinculo et debito iuramenti Cremonensibus, silicet Engilerio de Burgo et Ottoni de Casale Morano et Ottoni de Comite consuli Cremone et Martino Mariano et Talamacio iudici et omnibus aliis Cremonensibus in ipso quolloquio existentibus, ut in continenti reddant Petro de Vico Merchato et sociis et aliis negotiatoribus Placentie omnia[a] eis ablata a Cremonensibus, restituendo Placentini ipsis Cremonensibus omnia ablata eis ab ipsis Placentinis.

Predictus[b] dominus Conradus hanc cartulam fieri precepit.

Interfuerunt dominus Albertus Vercellensis episcopus, Thomas castellanus de Nono, Arnaldus de Nurimbergha[c], Balduinus et Conradus scriptores imperialis curie, Antulinus de Andito, Ubertus Vicecomes de Placentia et multi alii testes.

(S. N.) Ego[d] Martinus Filippi imperialis aule notarius hanc cartulam[e] michi preceptam fieri a suprascripto domino cancellario scribere feci et in ea subscripsi.

(S. N.) Ego[f] Guilielmus imperialis aule notarius hanc cartulam[e] scripsi.

**368.** d) *praecedit signum paragraphi c.* e) Rāfredus Pap. *c.* f) *alia manus et aliud notarii signum.* g) car̄ *c.* h) *prior rursus manus et idem signum notarii atque in initio.*

**369.** a) om̄i *c.* b) *praecedit signum paragraphi c.* c) nurib̄gha *c.* d) *alia manus et aliud notarii signum.* e) car̄ *c.* f) *prior rursus manus et idem notarii signum atque in initio.*

# 370. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE LEGATIS ET HAERETICIS.

(1196.) Mai. 15.

*E codice lat. Parisino 8989, autographo Rotuli II. Cluniacensis a. 1245 exarati, dedit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 335 nr. XIII, qui animadvertit, duas textus lacunas e foramine ortas iam tempore Lamberti de Barive exstitisse ideoque ex eius apographo suppleri non posse. Summarium codicis Ottobonianae 2546 saec. XIII. edidit Martene 'Collectio amplissima' II, 1230 (= Wallerich II, 740), quod tamen ad supplendas lacunas nihil facit. — Stumpf, Reg. 4991.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Celestino sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie salutem et sincerum filialis dilectionis affectum.

Vestre paternitatis nuntium P. tituli Sancte Cecilie presbiterum cardinalem, virum providum et discretum, ad presentiam nostram accedentem ea qua vestram sanctitatem nostramque maiestatem decuit honestate recepimus, pleno et benigno ad ea que nobis ex parte vestra significavit adhibito intellectu, eo quidem propensius ac maturius super hiis deliberantes, quo[a] ad universalis ecclesie robur et augmentum ac sacri Romani imperii dilatationem et statum tranquillum hec indubitanter pertinere dinoscuntur. Considerantes itaque, quoad[b] Terre Sancte liberationem ac ramosam heresis pravitatem sectarum diversitate late per orbem dispersam eliminandam, quantum ad presentis temporis cursum et ad totius christianitatis commune bonum, nil esse salubrius, nil utilius quam inter regnum et sacerdotium pacem solidam et inconcussam stabiliri, toto mentis nisu ad id intendimus, ut talis inter utriusque nostrum personam ecclesiamque Romanam et imperium roboretur concordia que, amputatis hinc inde frivolis questionum ambagibus que huc usque passim emerserunt, nullo de cetero eventu intercurrente dissolvi possit aliquatenus . . . . . . . . . . .[c] revocari. Quod ut evidentius vestre compareat prudentie, quosdam de familiaribus nostris viros prudentes ac pacis amatores ad habendum super hoc vobiscum tractatum diffinitivum ad vestram in brevi destinamus obedientiam; sciturі pro certo, quod per nos nullo modo stabit, quin inter nos et vos ecclesiamque Romanam et imperium vinculum perenne pacis et amicitie . . . . . . . . . . .[c] regni et sacerdotii tam ad utriusque nostrum quam posteritatis nostre bonum commune et commodum feliciter solidetur. Eosdem autem nuntios cum et super facto hereticorum ad vos simus transmissuri, ne ipsi heretici christiane fidei perversores, quasi oves morbide totum gregem corrumpentes, mundum universum sui erroris tabe inficiant amplius et invalescant, rogamus attentius quatinus, sicut vestri iuris est, gladium Petri contra eos ferventer et sollicite exeratis vestrosque nuntios discretos et studiosos ad hoc dirigatis, qui verbum Dei seminando eorum nequitiam et detestabilem enormitatem penitus evacuent et extirpent. Nos enim ad id exequendum gladio materiali vobis nullatenus deerimus, id quod nostri iuris est, dum gladius precedat spiritualis, diligenter et strenue prosequentes.

Datum in villa Durla, Idus Maii.

**370.** a) quod *cod.* b) quod ad *cod.* c) *foramen in cod.*

# 371. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE RETENTIONE LEGATI APOSTOLICI.

(1196. Iun.)

*E codice lat. Parisino 8990 sacc. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. IX.) edidit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 336 nr. XIV. — Stumpf, Reg. 5005.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Celestino summo sacrosancte sedis Romane pontifici H. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie salutem et filialem in Christo dilectionem.

Ne paternitatis vestre industria quid adversum in vestro concipere debeat animo super eo quod legatum vestrum P. tituli Sancte Cecilie presbiterum cardinalem, virum utique honorabilem et discretum[a], tamdiu apud nos hucusque in Alemania detinuimus et adhuc detinemus, quod ipsum una cum nuntio nostro ad vestram non remisimus presentiam, discretionis vestre circumspectionem nosse cupimus, quod id non aliquo alio fecimus intuitu, nisi quod per talem eius moram eo oportunius et cum maiori deliberatione in tali et tam diffinitivo cum ipso conveniremus tractatu, per quem tam inter nostram serenitatem et vestram sanctitatem quam inter ecclesiam Romanam et imperium firmus deinceps pacis et concordie stabiliretur processus. In qua equidem cum hactenus fuerimus et adhuc quotidie simus ordinatione, totaque mens nostra et omnium familiarium curie nostre affectus pariter et consilium ad id promovendum et complendum fuerit ac bona fide intendat, rogamus attentius, quatinus mora eiusdem legati vestri seu detentio prudentie vestre nec gravis nec onerosa existat, quoniam[b] ipsum in brevi una cum nuntio nostro, quos et nos veniendo ad partes illas subito Deo dante subsequemur, ad vestram audientiam ita diffinitive premittemus, quod hic indubitanter inter vos et nos ecclesiamque Romanam et imperium unionis et amicitie nexus firmetur. Qui, nisi per vos aut divina[c] dispositione steterit, processu stabili tam apud nos quam utriusque nostrum posteritatem indissolubiliter ac perenniter perseverans, nullo de cetero interveniente casu dissolvatur.

# 372. SENTENTIA DE CITATIONE SUPER FEODO.

1196. Iun. 3.

*Dedit iam olim Böhmer e* 1) *Copiario ecclesiae Trevirensis tabularii Berolinensis sacc. XIV. in.; edidit tum Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' II, 190 nr. 148 e* 2) *Balduineo Nr. 167 tabularii Confluentini. — Stumpf, Reg. 5002.* *(P. 199.)*

**371.** a) cum *add. cod.* b) quum *cod.* c) diurna *cod.*

Heinricus[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie universis hominibus Treverensis archiepiscopatus graciam suam et omne bonum.

Quia questio apud vos fuit, quod dilectus noster Iohannes Treverensis archiepiscopus homines suos super feodo ad ius per XIIII dies debebat vocare, [et] quidam affirmabant per VI septimanas per ternam[b] vocationem, curie nostre dictavit sententia: quod idem archiepiscopus homines suos super feodo ad XIIII dies tantum per ternam[b] vocacionem vel ad sex septimanas peremtorie[c] teneatur citare. Mandamus igitur[d] et districte precipimus, ut nullus omnino contra hanc sententiam venire presumat.

Datum apud Bopardiam, III. Non.[e] Iunii.

# 373. CONSTITUTIO PRO MERCATORIBUS IURE NAUFRAGII LIBERIS.

1196. Iun. 24.

*Edicti, quod ius quod dicimus 'grundruhr' rescindit, autographon in tabulario Darmstadiensi inter res Moguntinas asservatum descripserunt Böhmer et Karolus Pertz. Cum ex autographo tabularii civitatis Argentinensis antea editum sit a Schöpflino in 'Alsatia diplomatica' I, 305 (= Schönemann 'Codex für practische Diplomatik' I, 119), Böhmer opinatus est, autographon a Bodmanno ex hoc tabulario desumptum et inter eius reliquia tabulario Darmstadiensi illatum esse. At duo autographa olim fortasse extiterunt ideoque lectionem variam Schöpflini sub siglo S adnotavimus. Textum depravatum dedit etiam Wencker 'Apparatus et instructus archivorum' p. 160. — Stumpf, Reg. 5009.*

*(P. 199.)*

Heinricus sextus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Ad imperialis excellentię cumulum et honoris accedit incrementum, cum per auctoritatis nostrę limam[a] quę secus ordinata sunt resecamus et ea ad formam iusticię diva[b] satagimus reducere[c] constitutione. Quapropter notum facimus universis imperii fidelibus presentibus et futuris, quod nos, attendentes gravamen et contra iuris rationem statutum, universos imperii nostri mercatores, per aquarum decursus cum mercimoniis suis euntes, cum rebus suis eos ab hac penitus excludimus consuetudine inordinate statuta, ne periculum naufragii cum rerum suarum dimersione[d] perpessi aliquod in bonis suis idcirco dispendium sustineant vel iacturam: statuentes et imperiali sanctientes edicto, ut nulla omnino persona alta vel humilis hanc nostram audeat infringere constitutionem vel ei temere contraire. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus communiri.

Datum[e] apud Ehinheim, VIII. Kal. Iulii, indictione[f] XIIII.

**372.** a) Henricus 2. b) trinam 2. c) peremptoriter 2. d) sibi 1. e) Nonas 2.

**373.** a) lima *or*; limam *S*. b) divina *S*. c) rediicere *or*. d) dimisione *S*. e) Dat. *S*. f) indict. *S*.

# 374. CONSTITUTIO DE MONETA SPIRENSI.

## 1196. Iun. 26.

*Damus ex 1) codice Minore ecclesiae Spirensis saec. XIII. ex. fol. 27, qui asservatur in tabulario Karlsruhano sign. Kopialbuch nr. 262, quem contulit vir cl. Aloisius Schulte; 2) Libro oblationum ecclesiae Spirensis dicto Maior saec. XV. eiusdem tabularii, sign. Kopialbuch nr. 265, quem iam olim exemplavit Böhmer. Autographon non exstare in hoc tabulario, editionesque Dümgéi in Regestis Badensibus p. 153 et Remlingii 'Urkundenbuch der Bischöfe von Speyer' I, 133 et ipsas solum codicem Minorem adhibuisse, auctor est Schulte. Nuper ex eodem eam iterum edidit Hilgard 'Urkunden der Stadt Speier' p. 24 nr. 20. — Stumpf, Reg. 5011.* (P. 569.)

Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator augustus et rex Sicilie. Quoniam serenitatis nostre sublimitas exigit, ut ea que in statutis antecessorum nostrorum aliquid ambiguitatis offerunt, nostra interpretacione declarentur et perspicua fiant[a] et que discordiam nutrire videntur, imperiali auctoritate ad statum pacis et tranquillitatis reformentur, dissensionem illam, que de moneta Spirensi inter fidelem nostrum Ottonem venerabilem Spirensis ecclesie episcopum et dilectos nostros eiusdem ecclesie canonicos vertebatur, penitus amputare decrevimus secundum antiquorum privilegiorum tenorem ac iuxta peticionem prefati episcopi, sanctientes, ut de cetero Spirensis moneta libralis sit, quod vulgo phundich dicitur, sub ea scilicet forma, quod XII uncee et VI denarii unius marce pondus habeant, et XIII uncee et VI denarii unam marcam puri argenti valeant et representent. Nulla[b] alia mutacio in hiis fieri debet, nisi quod singulis annis, si voluerit episcopus, novum signum pro arbitrio suo denariis imprimetur. Ut autem hec constitucio omni evo inconvulsa permaneat, presentis scripture et sigilli nostri auctoritate eam corroboramus[c]. Et ne aliqua potestas ipsam monetam in levius aut deterius imminuat aut aliqua racione sine communi consensu et voluntate prelatorum et canonicorum nostrorum[d] permutet, sub pena C librarum auri firmissime statuimus.

Huius rei testes sunt: Cunradus Argentinensis episcopus, Fridericus prepositus Sancti Thome et[e] frater Argentinensis ecclesie, Arnoldus[f] et Fridericus Argentinensis ecclesie canonici, comes Albertus de Tagesburg[g], comes Sigebertus, Cuno de Minzenberg, Heinricus pincerna, Drusardus de Spira, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXCVI[h], ind. XIIII. Datum apud Ehenheim[i], VI. Kalen.[k] Iulii.

374. a) fient 2. b) vero *add.* 2. c) corroboravimus 2. d) nostrum 2. e) Arnoldus *add.* 1; et — ecclesie *des.* 2. f) Arnoldus — canonici *des.* 1. g) Tagesburc 2. h) *littera* C *prior ab alia manu suppleta in* 1. i) Hehenheim 1. k) Kal. 2.

# 375. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE DUCE TUSCIAE, EPISCOPIS SICULIS, ALIIS.

(1196.) Iul. 25.

*E codice lat. Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. IX.) edidit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 337 nr. XV. Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. edidit Martene 'Collectio amplissima' II, 1249 (= Watterich II, 745). — Stumpf. Reg. 5019. (P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Celestino summo pontifici sacrosancte Romane sedis H. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie salutem et sinceram filialis dilectionis affectum.

(1) Super reformandam concordiam ac pacem firmandam inter regnum et sacerdotum personamque vestram et nostram sincerum habentes animum, ne quis extimare debeat contrarium, frequens et assidua legatorum tam patris nostri felicis memorie F. Romanorum imperatoris invictissimi quam nostra super hoc ad ecclesiam Romanam facta satis declarat transmissio. Que et rem recte intuenti, nos ad id non secundum apparentiam, sed potius secundum existentiam evidenter intendere, demonstrat, maxime cum neque per nos neque per iamdictum patrem nostrum huc usque steterit, quin eiusdem pacis et concordie tractatus dudum habitus ad optatum finem fuerit perductus. Super hoc itaque quod[a], sperare a nobis pacis et quietis tempora vos quasi desperare cogamini, in vestris scripsistis litteris, ex eo quod per fratrem nostrum Philippum ducem Tuscie et eius officiales vos graviter offensum esse proposuistis, respondentes de certa conscientia dicimus quod, si idem frater noster per se aut per homines suos vos lesit in aliquo, id neque de nostra voluntate neque de nostro aliquatenus processit consilio, immo cum proximo mutuis presentialiter ad invicem fruebamur alloquiis, ipsum studiosa commonuimus exhortatione, ut neque per se neque per alios aliquid tale ageret, quod vobis seu ecclesie Romane ad gravamen cederet aut offensam. Sciat tamen vestra industria quod, si de voluntate nostra seu consilio vobis ab ipso aliqua illata esset lesio, in illa discretius pariter et honestius quam absque nostro consensu fuisset processum, precipue cum de conniventia nostra et persuasione nulla ab eo velimus emanare opera, nisi que decentia sunt et honesta. Verumtamen si per ipsum aliqua vobis fuerint illata gravamina, minus in eo, quia puer est, quam si ad etatem maturiorem processisset, sunt pensanda.

(2) Super hiis autem ad presens plenius vobis daremus responsum, nisi quod iam iter nostrum ad partes illas declinamus, ubi si intellexerimus, quod ex parte vestra eidem fratri nostro sit iniuriatum, vos eius esse credimus discretionis pariter et mansuetudinis, quod paterne corrigi faciatis et emendari; quoniam si e converso ex parte ipsius vestre sanctitati aliquas irrogatas cognoverimus iniurias, operam adhibebimus, ut ille ad honorem Dei et ecclesie Romane corrigantur, et Vitrallum, quod ab ipso vobis ablatum dicitis, faciemus restitui.

(3) Ad hec cum pro absolutione archiepiscopi Salernitani preces vestras nobis porrexeritis, dicimus, quod vobis constat et manifestum est, si scire dignum duxeritis,

375. a) *sensus exigit, ut addatur* quatenus *seu tale quid.*

in quot et quantis nostram leserit maiestatem nostrisque agendis fuerit contrarius, per que non tantum captionem, sed etiam peiora meruisset. Verum si hanc, quam erga nos exercuerit malitiam, scire nolueritis, vos ad eam sciendam, cum de vestra non sit voluntate, nequimus inducere, cum nulli de eo, quod scire non affectat, fides sciendi fieri valeat. De absolutione igitur eiusdem archiepiscopi licet ad presens vestre non satisfacere possimus voluntati, intercessionis vestre intuitu ipsum benignius tractari faciemus et honestius teneri, ita tamen quod eam de ipso habeamus securitatem, ut nullam nobis possit inferre lesionem.

(4) De magistro quoque Hugone, quem de approbate vite notitia et tam de religione et honestate quam de scientia et humilitate plurimum commendatis, et quem ad instanciam precum Wolfgeri Pataviensis et Henrici quondam Wormaciensis[b] episcoporum vos in Sipontinum archiepiscopum consecrasse asseritis, dicimus, quod serenitati nostre non displicet, eundem Hugonem hiis que enumerăte sunt decoratum esse virtutibus, sed quod iamdicti episcopi aliquas pro ipso litteras intercessorias a nobis receperint aut intercedendi pro ipso modo aliquo a nobis mandatum acceperint, penitus inficiamur. Hic ergo ut in Sipontino archiepiscopatu contra antecessorum nostrorum et regni consuetudinem instituatur, concedere non possumus, maxime cum in hoc iuri ipsius regni nostroque detrahatur honori, quem non minorem predecessoribus nostris in regno esse volumus neque vos velle credimus, sed maiorem, ex eo quod illis sublimiores iudicamur et potentiores.

(5) De aliis autem episcopis, qui suis exigentibus meritis extra regnum exulant, cum ad partes illas venerimus, de consilio fidelium nostrorum amore vestro id quod honorem Dei, nostrum et imperii decere debeat faciemus.

(6) De nuntio Greci exoculato vos scire volumus, quod malum illi illatum moleste ferimus, cum neque de conscientia nostra processerit neque mandato. Res etiam, si que illi ablate, in potestatem nostram nullatenus devenerunt nec illas curamus, sed si ex illis adhuc aliqua reperiri poterunt et constiterit a Constantinopolitano vobis per ipsum fuisse transmissas, diligentiam nostram libenter adhibebimus, ut vestre benevolentie restituantur.

Datum apud Taurinum, VIII. Kalendas Augusti.

# 376. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE PACIS CONDITIONIBUS.

(1196. Dec. 18.)

*Epistolam, cuius signum chronologicum incuria notarii* XV. Kal. Decembris *pro* XV. Kal. Ianuarii *audit, edidit e codice lat. Parisino 8990 saec. XVIII, apographo Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. IX.) Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 339 nr. XVI. — Stumpf, Reg. 5053. (P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Celestino sancte Romane ecclesie summo pontifici H. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie salutem et sincerum filialis dilectionis affectum.

375. b) Wermacien *cum signo compendii cod.*

Cum in tractatu pacis, qui huc usque inter vos et nos habitus est, quedam serenitati nostre fuerint intimata, per que pacem debere firmari. si ea admitteremus, nobis datum fuit intelligere, nos hec approbavimus atque ad huiusmodi processum intuitu Dei et pro anime nostre salute et pro amore persone vestre, quam caram habemus, Romaneque ecclesie profectu pariter et honore talia obtulimus, que nec a patre nostro felicis memorie Frederico quondam Romanorum imperatore invictissimo nec ab aliquo antecessorum nostrorum alicui antecessorum vestrorum fuere oblata. Verumtamen per nuntios vestros viros venerabiles Ostiensem episcopum, Petrum de Placentia et Centium camerarium vestrum, Romane ecclesie cardinales, quos ad nostram destinastis presentiam, nobis significatum est, quod ad presens per ea que fuerunt proposita pax habere non posset processum. Nos igitur id equo ferentes animo nec letitiam inde concepimus nec turbationem, maxime cum per nos non stet nec unquam steterit, quin ipsa concordia inter vestram sanctitatem nostramque mansuetudinem finem bonum sortiretur et optatum. sicut ex eo apparuit evidenter, quod nos arduis ac multiplicibus imperii nostri negotiis omissis, circa Urbem longam moram fecimus gratia pacis et concordie inter nos reformande, ut voluntatem, quam ad processum ipsius pacis optimam, teste Altissimo, gerimus et habemus, mundo etiam faceremus manifestam. Si itaque volueritis, ut examini[a] iuris, videlicet faciendo seu recipiendo iustitiam, aut aliquorum consilio, qui ad hunc tractatum perficiendum sufficiant, hinc inde supponamur, nos ad utrumque horum promptos[b] invenietis et consentaneos. Verum cum per memoratos nuntios vestros intellexerimus, quod super hiis, que de pacis stabilitate proposita sunt, inducias deliberandi habere velletis usque ad epiphaniam Domini, nos id patienter sustinentes, fidelium atque familiarium nostrorum una nobiscum similiter super hiis consilio interim utendum esse decernimus et deliberatione. Alia, que nos cum prenominatis nuntiis vestris contulimus, ipsi voce viva paternitatis vestre prudentie poterunt enarrare. Ian. 6.

Datum Capue, XV. Kalendas Decembris.

# 377. EPISTOLA AD COELESTINUM III. DE LEGATIS NOVIS MITTENDIS.

(1197. Ian.)

*E codice lat. Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. IX.) edidit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 340 nr. XVII. — Stumpf, Reg. 5057.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri Celestino summo sacrosancte Romane sedis pontifici H. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie salutem et sincerum filialis dilectionis affectum.

Venerabiles paternitatis vestre nuntii cardinales ad presentiam nostram accedentes ea, que ipsis a discretione vestra iniuncta fuerunt, ad nos proferenda tanquam viri providi prudenter satis et decenter sunt prosecuti secundum quod a vobis se accepisse asserebant in mandatis. Verum quia hec non erant talia, ut vestre sanctitati con-

376. a) ex animi *cod.* b) proraptos *cod.*

veniens esset illa a nobis requirere, aut nobis et imperio expediens esset et decens ea approbare, ad nullum fuere finem perducta. Quare fideles nostros Albertum Vercellensem episcopum, Albertum imperialis aule protonotarium, Conradum ducem Spoleti, Marquardum senescallum et Henricum pincernam super eodem negotio ad vos destinantes rogamus, quatinus verbis eorum ex parte nostra vobis dicendis fidem adhibeatis indubitatam, maxime cum ipsos eo transmittamus tenore quod, si vos aliquid diffinitivum cum eis super hiis de stabilitate pacis et concordie inter nos et vos geruntur, volueritis pertractare, quod cum honore nostro et imperii atque regni Sicilie possint admittere, id ipsum vobiscum terminandi et complendi vice nostra plenam a nobis habeant auctoritatem.

---

# 378. PACTUM CUM VENETIS.

## 1197. Iun. 6.

*Legitur in* 1) *Libris pactorum lib. I. fol. 12;* 2) *Libris pactorum lib. II. fol. 83', ex quibus transscriptum est in codice Tririsano fol. 247;* 3) *Libro blanco fol. 47, nr. 23, praefixa rubrica:* Privilegium Henrici imperatoris factum domino Henrico Dandulo duci Veneciarum confirmationis et renovationis illorum, que ex antiquo *etc.; cuius librarius in describendo nostro pacto in Ottonis IV. pactum (a. 1209. Aug. 19) ita aberravit, ut nostris capitibus 1—17 illius subiungeret capita sequentia et eschatocollum. Pactum Heinrici VI. derivatum est e Friderici I. a. 1177 pacto (supra nr. 274). — Stumpf, Reg. 5066.*

*(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie gloriosus. Quoniam stabilem christianorum principum karitatem operari plurima bona ad multorum utilitatem evidenter novimus et viros sapientes ac discretos rectores regnorum suorum notos habere et amicos semper curavimus, Heinricum Dandulum[a] virum egregium et clarissimum Veneticorum ducem, quem luce sapientie et totius honestatis ubertate predicabiliter pollere manifestum est, habere notum et amicissimum ad decus imperii nostri[b] stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto cordis[c] affectu amplectentes, in confirmandis illis, que ab antecessoribus nostris suis antecessoribus collata et confirmata sunt, libenti animo voluntati et peticioni ipsius, sicut karissimi nostri, per omnia satisfacere studuimus. Hac igitur ratione omnino uniti nostram utriusque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis magnisque negotiis publicis ac privatis eius sinceram dilectionem ac preclaram sapientiam imperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei efficatia et sapientum[d] iuditio sapiens atque discretus Venetici regni rector extitit, et egregia fides et pure dilectionis exhibitio, quam semper erga nos habuit et nostrum imperium, cum in omnibus nobis[e] commendabilem exhibuit[f], dignus eius et honestus interventus apud nostram imperatoriam maiestatem locum utpote amici karissimi et viri sapientissimi venerabiliter optinuit. Igitur ob sinceram et venerabilem eius dilectionem quicquid ipse dux et Venetici ducatus ecclesie et populus ex antiquo per multos annos in[e] imperii nostri potestate secundum quod in preceptis nostrorum antecessorum, regum et imperatorum, continetur et in pacto Oddonis[g] et Henrici atque Lotharii et Friderici[h], patris nostri inclite recordationis, imperatorum legitur, iuste et legaliter tenuit et habuit, per hanc nostram imperialem

378. a) Heinricus Dandulus 1; Henricum Dandulum 3. b) et *add.* 3. c) corde 1. 3. d) sapienī 1; sapienti 2. 3. e) *om.* 2. 3. f) habuit 2. 3. g) Ottonis 3. h) Frederici 3.

paginam renovamus et confirmamus, ita quidem, ut pars parti nil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum est, in omnibus actionibus et rebus facere presumat et si, quod absit[i], aliqua malicia vel lesio inter partes commissa fuerit, per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione a rebelli et transgressore parte ad pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum semper curricula maneat, remota contradictione vel inpugnatione tam nostra quam omnium successorum nostrorum.

Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel equis sanctionibus oppugnare nitatur, et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex nostro regno quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decernimus, hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Ianuenses, Placentini, Florentini, Ferrarienses, Ravenenses, Clomaclenses, Ariminenses, Pisaurienses, Cesenenses, Fanenses, Senogallienses, Anconenses, Humani, Firmenses, Epinenses, Veronenses, Montesilicenses, Gavellenses, Vincentenses[k], Paduani, Tervisini, Cenotenses, Foroiulienses, Histrienses, et cuncti de nostro Italico regno, sive qui modo sunt vel qui in posterum futuri sunt; ex predicto vero ducatu[l] Venetie sunt: Rivoaltenses, Metamaucenses, Torcellenses, Clugienses[m], Palestrinenses, Caputargellenses[n], Brundulienses[o], Lauretani, Murianenses[p], Amianenses, Burianenses, Equilenses, Caprulenses[q], Civitatinenses, Finenses, Gradenses et cuneta generalitas populi Venetici, sive qui modo sunt vel qui futuri sunt.

(1) Confirmamus itaque Veneticorum fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, sed libere et absque ullo impulsu que retro ab annis possederunt multis, deinceps possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non episcopi, abbates et ecclesie sancte Dei et reliquus populus Venetie sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive in campis, sive in domibus, pratis, silvis[r], vineis, paludibus, salictis, saeionibus[s], piscationibus et ceteris possessionibus, quiete possideant absque cuiusquam insultantis machinatione aut lesione sive sinistra quapiam[t] tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis inde facere presumat. Nec etiam venationes[u] aut pabulatum[v] sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navem ipsorum Veneticorum in aliqua[w] nostri imperii parte periclitantem[x] predari seu hominibus naufragium pacientibus aliquam controversiam inferre presumat; quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam intulerit[y], et res dominio possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, ipsa persona, que in capite fuerit ad eandem maliciam faciendam, infra LX dies tradatur, et omnia, que fuerint ablata, in duplum restituantur[z]; quodsi ipsum duplum compositum non fuerit vel persona ipsa tradita non fuerit infra LX dies, ut dictum est, tunc per[a] unamquamque personam, que ipsam maliciam perpetraverit, componantur aurei quingenti.

(3) Si furtum inter partes fuerit factum, in quadruplum restituatur.

(4) Si servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur; et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum ydonea dominis illorum satisfactio fiat. Si vero iudex aut aliquis[b] ipsos fugitivos susceperit[c] et eos reddere cura negaverit et exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXII[d]. Quodsi dubium fuerit et denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum duodecim electi, quod ibi suscepti non fuerint nec illos habeant nec in conscientia illorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam

378. i) absit quod 1. k) Vincent. 1. 2. l) *om.* 1. m) Clugenses 3. n) Capargellelenses 1; Campargellenses 2. 3. o) Brudulienses 2. 3. p) Maurianenses 2. 3. q) Caprulenē 1. r) *om.* 3. s) sanctionibus 3. t) quippiam 3. u) venationem 3. v) pabulat 1; pabulationem 2. 3. w) aliquam 2. x) periclitantes 1—3. y) intulit 1—3. z) restituatur 1. a) per per 1. b) aliquos 1. c) suscepit 1. d) LXXV 1—3.

contestationem presentia testium peractam[c] per iussionem iudicis sui liceat pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam[c] iusticiam per[f] integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur; et si pignoratio pervenerit, non presumat aliqua[g] pars pro pignore aliam pignorare, set expectet usque ad audiendam causam, ita sane ut cause in VI mensium spatio fiant et sint finite cause, reddens prius, quia ex iudicio condempnatus fuit, et prius[h] suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore pignoraverit[i], in duplum, qui tulerit, restituat.

(6) Si vero equi aut[k] eque seu armenta aut aliqua quadrupedia furtim fuerint sublata, in duplum restituantur; si ipsa aberraverint, omnino reddantur. Quodsi post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hec requiruntur[l], usque dum pars parti satisfaciat; et post satisfactionem reddantur ipsa pignora.

(7) Et hoc statutum est, ut, si[m] fugitivus seu res reddita fuerit[m] vel si per[m] sacramenta satisfactio adimpleta fuerit, modis omnibus pars parti securitatem faciat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat, et quod tulit, restituat.

(9) Negotia autem inter partes fiant, et liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negotiatoribus conservetur.

(10) Ripaticum autem et quadragesimum Venetis detur secundum antiquam consuetudinem. Ipsi vero Veneti per totum imperium et per totam terram, quam vel nunc habemus vel in posterum auctore Deo habituri sumus, liberi sint ab omni exactione et datione; et licentiam habeant homines ipsius ducis[m] ambulandi per terram seu per flumina totius imperii nostri; similiter et nostri per mare[n] usque ad eos et non amplius.

(11) De hoc convenit, quod, si qua[o] lesio evenerit inter partes, legatarii non detineantur; si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis[m] solidi CCC[u]; et si, quod[p] absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi M, et ipsa persona tradatur in manus[q] eorum.

(12) Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel aut bis cum epistola iudicis sui; si ei iusticia facta non fuerit infra dies XIIII, si ipse homo, unde iusticia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies VII licentiam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra causam[r] suam, quantum ipsum debitum erit; et ipsum pignus usque ad determinationem cause teneatur. Quodsi antesteterit pignus, componantur solidi XII, causa manente, ut pro eo iterum pignoratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi iuditium ambabus partibus annuntiatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte, ubi causa requiritur, quod ipsi per evangelium terminaverint, pars parti satisfaciat.

(13) Addimus autem, quod, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur; quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi CCC.

(14) Simili pena decernimus dampnandum eum[s], qui in communibus mercatis tumultum populi excitans homicidium perpetraverit[t]. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione solidos auri CCC.

(15) Si aliqua pignoratio in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur solidi auri CCC et pro servo L; si plaga facta fuerit, ut non[u] moriatur, pro libero homine solidi L[v], pro servo XXX.

**378.** c) peratam 1. 2. f) in 3. g) *ita* 1. 2 *et pactum Ottonis IV;* alia 3 *et anteriora pacta.* h) *ita* 1—3 *pro* pignus; *cfr. pactum Friderici I, supra p. 211 n.* q. i) pignorare presumserit 3. k) vel 3. l) ubi causa requiritur 3. m) *om.* 3. n) per mare *om.* 2. 3. o) aliqua 2. 3. p) *om.* 1. q) manibus 2. 3. r) *ita* 1—3 *pro* casam; *cfr. pactum Lotharii III. supra p. 173 n.* u. s) illum 3. t) inpetraverit 1. 2. u) fuerit unde 3. v) et *add.* 3.

(16) Statutum est, ut de rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causam habeat[w]; et ante compellatio fiat semel vel bis; nam qui aliter[x] presumpserit, duplum componat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque salvum restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses, Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis multis: habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per flumina sive per mare[y].

(18) Equilenses vero capulari debent in ripa sancti Zenonis usque in fossam Metamauri[z] et Gentionis secundum consuetudinem omnem arborem et vegere[a] in carro aut ad collum, quantum sibi placuerit; et habeant licentiam pecudes in ipsis finibus pascere vel pabulari.

(19) De finibus Civitatis nove statuimus, ut terminatio, que a tempore Lutprandi[b] regis facta est inter Paulitionem ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de Plave maiore usque in Plavem siccam; pecudes quoque et greges cum securitate pascere debent.

(20) Caprulani[c] vero in silva Foroiuliana[d], ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii[e] capulum faciant.

(22) Confirmamus etiam Lauretum[f], ut quantum aqua salsa continet, eorum subiaceat potestati.

(23) Et nullus princeps vel pauper aliquem[g] Veneticorum[h] distringere aut legem facere de aliqua habita substantia aut ad placitum ducere, nisi in presentia illorum ducis aut fodrum tollere de illorum terris, que in nostro sunt imperio, aut bannum mittere tam dominis habitantibus in Venecia quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iusticiam aliquam accipere presumat, nisi in presentia dominorum suorum.

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum, monasteriorum omnimodo iusticiam faciat.

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum[i], et si usque ad XII libras denariorum Veneticorum XII electi iuratores addantur; nam si ultra XII libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII non accedant.

(26) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes facta fuerint, ut, si qua de eis contentio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit[k], soli[l] sine electis.

(27) De cautionibus[m] vero simili modo agatur.

(28) Promisit cunctus ducatus Veneticorum[n] nobis et successoribus nostris pro huius pactionis federe annualiter omni mense Marcio persolvere libras denariorum suorum L et totidem libras piperis et unum pallium.

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna vel parva persona huius nostre imperialis pagine violator extiterit, quod minime credimus futurum, sciat se pro pena compositurum auri optimi libras mille, medietatem fisco imperiali et medietatem duci Veneticorum. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Huius rei testes sunt: Angelus Tarentinus archiepiscopus, Heinricus dux Austrie, Willelmus[o] marchio Montisferati, Conradus dux Spoleti, Marcoaldus dapifer, marchio Ancone, dux Ravenne et Romaniole, Albertus comes de Spanheim, Arnoldus de Horenberc[p], Albertus prothonotarius, Heinricus marscalcus de Kalindin et alii quam plures.

378. w) habuerit 2; habeat causam 3. x) *supplendum est* facere; *cfr. pactum Ottonis II., supra p. 42 n. i.* y) *usque ad hunc locum librarius codicis 3 pactum Heinrici VI. descripsit, deinde aberravit in finem pacti Ottonis IV.* z) Metarnauri 1. a) arb. evegere 1. b) Lurprandi 2. c) Caprulari 1. d) Foraiuliana 1; Foroiulia 2. e) Foroiuli 1. f) Lauret. 1. g) aliquando 1. 2. h) Venet. 1; Veneticos 2. i) *supplendum est* fiat; *cfr. pactum Heinrici V. supra p. 155 n. o;* accipiat *add.* 2. k) habuit 1. 2. l) *ita correxi secundum pactum Friderici I. supra p. 377;* soli qui p. h. 1. 2. m) captionibus 1. 2. n) Venet. 1; Venec. 2. o) Veills 1; Weillelmus 2. p) Hozenberc 1. 2.

Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie. (M.)

Ego Conradus Hildinsheimensis episcopus et imperialis aule cancellarius vice domini Adolfi Coloniensis archiepiscopi et totius Ytaliae archicancellarii recognovi.

Acta sunt hęc anno domini MCXCVII. indictione XV, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo et rege Sicilie, anno regni eius vicesimo VIII, imperii septimo et regni Sicilie tertio. Dat. apud Castrum Iohannis, VIII. Idus Iunii.

# 379. TESTAMENTUM.

(1197. Sept.)

*Fragmentum tantum servaverunt sola Gesta Innocentii III. cap. 27, quae Marcwardum de Anwilre in proelio apud Montem Regalem a. 1200. Iul. 21 a clavigeris victum in fuga testamentum perdidisse tradunt his verbis:* In hac fuga perdidit Marcualdus universam suppellectilem suam, et inventum est in quodam scrinio testamentum imperatoris Henrici aurea bulla signatum, in quo inter cetera hec de verbo continebantur ad verbum: Imperatrix *etc. Hoc fragmentum cum auctores nostri aevi omnes suppositicium esse contenderent, vir cl. Winkelmann primus a. 1870 id genuinum esse comprobare conatus est 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' X, 469. Contra quam sententiam cum pugnavisset vir cl. Ficker ('Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' II, 324. 393; III, 447 et 'Wiener Sitzungsberichte' LXVII, 257) arbitratus, testamentum a Marcwardo fictum seu certe interpolatum esse, vir cl. Winkelmann in libro suo 'Philipp von Schwaben' I, 483 novis argumentis sententiam Fickeri reprobavit. Ad testamentum provocare Innocentium III. in epistola ad Anconitanos a. 1205 data (Registr. l. VII, ep. 228; Potthast, Reg. pont. Rom. 2425) et epistola a. 1209. Mart. 10 ad Ottonem IV. data (Reg. de negotio imperii ep. 188; Potthast 3688) viri docti animadverterunt. Ad textum constituendum adhibuimus editiones Gestorum Innocentii III. et quidem* 1) *Baluzii, 'Epistolae Innocentii III.' tom. I, p. 10, quae usa est tribus codicibus, uno bibliothecae regiae, altero Caroli Mauritii Tellier archiepiscopi Remensis, tertio apographo Duchesniano codicis ecclesiae Podiensis; hanc editionem repetivit Muratori 'Scriptores rerum Italicarum' III, 1, 494;* 2) *editionem Bréquigny 'Diplomata et chartae ad res Francicas spectantia' Pars II, tom. I, p. 27, quae usa est codice Vallicelliano J. 49 saec. XVII. in.;* 3) *editionem fragmenti apud Baronium 'Annales ecclesiastici' XII, 895 (ad a. 1197 § 9), qui Gestorum codicem nescio quem in usus vertit;* 4) *editionem Bosquetii in Epistolis Innocentii III. p. 17, qui codicem collegii Fuxensis vilioris pretii excussit; eam repetivit Carusius 'Bibliotheca historica regni Siciliae' II, 646. — Stumpf, Reg. 5100. (P. II, 185.)*

1. Imperatrix consors nostra et filius noster Fredericus domino papae et ecclesiae Romanae exhibeant omnia iura, quae a regibus Siciliae consueverunt habere, et domino papae securitatem faciant, sicuti reges Siciliae summo pontifici et Romanae ecclesiae facere consueverunt[a].

2. Si vero praedicta consors nostra praemoreretur[b], filius noster secundum ordinationem suam[c] remaneat, et si[d] filius noster sine herede decesserit, regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam deveniat.

379. a) curaverunt 4. b) praemoriatur 3; et *add.* 4. c) nostram 3. d) *deest* 4.

3. Si vero filius noster praemoreretur[e], dilecta consors nostra regnum in vita sua teneat[f], et post mortem suam regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam deveniat.

4. De imperio ordinamus, quod dominus papa et ecclesia Romana illud filio nostro confirment[g]; et pro hac confirmatione imperii et regni volumus, quod tota terra nostra[h] comitissae Mathildis restituatur domino papae et Romanae ecclesiae, praeter Medisinam[i] et Argelatam cum earum[k] pertinentiis.

5. Et insuper ordinamus et volumus, ut tota terra de Ponte Payle[1] cum Monte Fortino[2] libere dimittatur domino papae usque[l] Ceperanum, et quod[m] ecclesia Romana habeat Montem Flasconem cum omnibus pertinentiis[n] suis.

6. Insuper praecipimus Marcualdo senescalco nostro, ut ducatum Ravennae[o], terram Brittonorii et marchiam Anconitanensem[p] recipiat a domino papa et Romana ecclesia[q], et recognoscat etiam ab eis[r] Medisinam et Argelatam cum suis[s] pertinentiis. De quibus omnibus bonis[t] securitatem ei iuret et fidelitatem ei[u] faciat sicut domino suo. In morte vero sua[u], si sine herede decesserit, ducatus Ravennae, terra Brittonorii et marchia Anconae, Medisina[i] et Argelata cum suis[v] pertinentiis in dominio Romanae[u] ecclesiae remaneant.

**379.** e) praemoriatur 3. f) retineat 3. g) confirmet 3. 4. h) *deest* 3. 4. i) Medecissimam 4. k) eorum 3. l) ad *add.* 3. 4 m) est *add.* 4. n) appenditiis 4. o) Ravennatem 3. p) Anconae 3. 4. q) et Rom. ecclesia *des.* 4. r) *pro* ab eis 4: ei. s) eorum 3; earum 4. t) suis *add.* 4. u) *deest* 3. v) earum 3. 4.

1) *Nunc Ponte Gregoriano super flumen Paglia, ab Aquapendente ad septentriones, secundum Ficker II, 299.* 2) *A Velletri inter septentriones et orientem, secundum Ficker III, 447.*

# APPENDIX I.

# ACTA ET CONCILIA PONTIFICUM ROMANORUM.

## 380. IOHANNIS XII. SYNODUS ROMANA.

964. Febr. 26.

*Annis 963 et 964 octo mensium spatio tres Romae synodi habitae sunt: prima quidem a. 963 mensibus Novembri et Decembri, in qua praesente Ottone Magno Iohannes XII. papa depositus ac Leo VIII. electus est, secunda, in qua a. 964 mense Februario Iohannes XII. iterum Roma et papatu potitus Leonem VIII. dampnavit, tertia, in qua a. 964 mense Iunio Leo VIII. ab Ottone I. restitutus in praesentia imperatoris Benedictum V, quem Romani post mortem Iohannis XII. pontificem elegerant, deposuit. Ex Actis primae et tertiae harum synodorum Pertz p. 30 et 32 ea dedit, quae Liutprandus Cremonensis suae Historiae Ottonis c. 9—14 et 21 inseruit et 'quae authenticam formam praeferebant'. Sed cum haec res difficilis sit diiudicatu, et liber Liutprandi iam omnium in manibus versetur, nos, omissis omnino Actis primae et tertiae synodi, typis dare duximus potius Gesta genuina synodi secundae, quorum codex optimus ad manus venit. Est 1) codex Guelferbytanus 488, Helmst. 454, membr. saec. X, continens opus canonicum in Treverensi dioecesi, ut videtur, compositum, cuius caput 143, fol. 84'—89 Gesta praebet. Ope huius codicis editionem principem paraverunt Centuriatores Magdeburgenses in Centuria X, cap. 9. col. 442. Dein 2) Baronius in Annalibus ecclesiasticis X, 779 ea dedit 'ex scripto codice Vaticano', nescio quo. Quam editionem repetiverunt cum Leibnizius in 'Annalibus imperii' III, 133 tum collectores conciliorum usque ad Mansi XVIII, 471. Variam Baronii lectionem adnotavimus, cuius auxilio menda compluria codicis correximus[1]. (P. deest.)*

In[a] nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et filii et Spiritus sancti. Anno Deo propitio domni Ottonis imperatoris ex quo Italiam cepit tercio habitum est con-

**380.** a) In — sancti *des. 2, qui sic incipit:* Anno Domini nongentesimo sexagesimo quarto, domini Ottonis imperatoris tertio, indictione septima, habitum est concilium *etc.*

1) *Acta iam in partes vocavit Bernhardus magister Hildesheimensis in epistola ad Adelbertum a. 1076 data (ed. Ussermann 'Prodromus Germaniae sacrae' II, 209), ex qua hausit Sigebertus ad a. 963. (SS. VI, 350.)*

cilium in ecclesia beati Petri apostolorum principis V. Kal. Mart.[b] mense Februario[c] die vicesima sexta, indictione septima, prepositis[d] in medio sacrosanctis Christi quattuor euangeliis, presidente piissimo et coangelico domino Iohanne summo pontifice, sancte Romane ecclesie duodecimo papa, in venerabili basilica eiusdem presentibus[e] etiam cum eo reverentissimis episcopis: id est[f] Iohanne Gallisane[g] ecclesie episcopo, item Iohanne Anagninę[h] ecclesie episcopo, item Iohanne Narniensis ecclesie episcopo, Iohanne Normitane[i, 1] ecclesie episcopo, item Iohanne Berolensis[k] ecclesie episcopo, Uuidone sancte Silve Candide ecclesie episcopo, Gregorio sancte Albanensis ecclesie episcopo, Lunisso sancte Lavicanensis ecclesie episcopo, Romano sancte Ferentinatis ecclesie episcopo, Sabbatino sancte Terracinensis[l] ecclesie episcopo, Zacheo gentium episcopo[m, 2], Iohanne Manturianensis[n, 3] ecclesie episcopo, item Iohanne sancte Savinensis[o] ęcclesię episcopo, item Iohanne sancte Nepessinę[p] ecclesię episcopo, Benedicto sancte Treuicensis[q, 4] ecclesie episcopo, Iohanne sancte Falarnitane[r] ecclesie episcopo; seu venerabilibus presbiteris: Stephano archipresbitero tituli Sanctorum Nerei et[s] Achillei, Leone presbitero tituli Sancte Balbine, Domino[t] presbitero tituli Sanctę Anastasię, Petro presbitero tituli Sancti Laurentii, Adriano[u] presbitero tituli Sanctę Marię, Theophilacto presbitero tituli Sancti Crisogoni, item Theophilacto presbitero tituli Sanctorum quattuor coronatorum, Iohanne presbitero tituli Sanctorum Silvestri et Martini, Stephano presbitero tituli Sancte Savine[v], Benedicto presbitero tituli Sancti Syxti, Iohanne presbitero tituli Sanctę Cecilie, Adriano[w] presbitero tituli Sancti Laurentii[x]; astantibus diaconibus: id est[y] Benedicto archidiacono, item Benedicto diacono, Bonofilio[z] diacono, seu reliquis astantibus.

Actio prima. Iohannes piissimus ac mitissimus[a] sancte Romane ecclesię papa dixit: 'Scitis dilectissimi fratres, me fuisse expulsum imperiali vi a propria sede per duos menses, quapropter vos plurimum rogo: si dici regulariter potest synodus illa, que habita est me absente in ecclesia mea quarto Id.[b] Decembris ab Ottone imperatore (963 Dec. 10.) suisque archiepiscopis atque episcopis, an non?' Sanctum concilium respondit: 'Regulariter[c] synodus illa dici non potest, quia sanctorum patrum decreta omnino prohibent'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Quo nomine rite vocari potest?' Sanctum concilium respondit: 'Prostibulum favens adultero[d], invasori scilicet alienae sponsae, nempe Leoni intruso'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Ergo dampnanda[e] est a nobis?' Sanctum concilium respondit: 'Auctoritate sanctorum patrum dampnanda'. Item[f] piissimus ac mitissimus papa dampnavit eam in perpetuum cum eorumdem[g] episcoporum consona responsione. Post hec autem interrogavit idem papa sanctum concilium dicens: 'Dicite dilectissimi fratres, si episcopi a nobis ordinati in nostro patriarchio ordinationem facere potuerunt, an non?' Sanctum concilium respondit: 'Minime'. Piissimus

**380.** b) a *supra lin. add.* 1; hoc est *add.* 2. c) Februarii 2. d) positis 2. e) praesidentibus 2. f) ep. videlicet 2. g) galli sane 1; Gallesianae 2. h) Anagniae 2; eccl. *deest.* i) Numentanae 2. k) ecclesiae Verulensis ep. 2. l) Ferrariensis 2. m) Z. sanctae ecclesiae Gentianae episcopo 2. n) Marturanensis 2. o) Sabinensis 2. p) Nepesinae 2. q) Trevirensis 1. r) Salernitanae 2. s) et *supra lineam add.* 1. t) Domno 2. u) Hadriano 2. v) Sabinae 2. w) Hadriano 2. x) in Lucina *add.* 2. y) diac. videlicet 2. z) Bonfilio 2. a) sanctissimus 2 *hic et infra semper.* b) videlicet 2. c) Regulariter — respondit *des.* 2. d) adulteris 1, *cui desunt* invasori *usque* intruso. e) dapnanda 1. f) Tunc 2. g) eorum consona 1.

1) *Cf. Liutprandi Hist. Ottonis c. 9.* 2) *Cf. ibid. c. 6, ubi Iohannes XII. Zacheum Ungaris episcopum consecrasse narratur; male igitur editor in adnotatione 'Genzano prope Velitras', ubi numquam episcopi sedes erat.* 3) *Monteranno in ducatu Romano potius est quam Martorano archiepiscopatus Cosentini; episcopus Manturanensis obvius est in concilio Romano a. 855, v. Holstenius 'Coll. Romana bipartita' II, 116; Iohannes episcopus Maturanensis in synodo Gregorii V. supra nr. 24.* 4) Trebensis *Liutprand. c. 9; Treri potius esse videtur quam Trerico, Vico, archiepiscopatus Barensis; episcopus Tribensis occurrit in concilio a. 855 apud Holstenium II, 117 et in concilio Romano a. 1027 supra nr. 38.*

ac mitissimus papa dixit: 'Quid censetis de Sicone[h] episcopo a nobis dudum consecrato, qui in nostro patriarchio Leonem curialem et neophitum atque periurum nostrum[i] ostiarium[k], lectorem, acolitum, subdiaconum, diaconum atque subito presbiterum ordinavit eumque sine aliqua probatione contra cuncta sanctorum patrum statuta in nostra apostolica sede consecrare non formidavit?' Sanctum concilium respondit: 'Deponatur ipse qui[l] ordinavit et qui ab eo est ordinatus'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Nescitur ubi latet'. Sanctum concilium respondit: 'Requiratur diligenter, si placet, usque ad tercium conventum. Quod si minime repertus fuerit, canonica feriatur sententia'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Placet'. Tunc[m] consuluit concilium dicens: 'Quid igitur, reverentissimi fratres, sancitis de istis duobus episcopis a nobis ordinatis, Benedicto scilicet Portuensi et Gregorio[n] Albanensi, qui super prefatum[o] curialem et neophitum atque periurum nostrum orationes dederunt?' Sanctum concilium respondit: 'Simili poena multentur, sed vestrę interim relinquantur potestati usque ad tercium conventum'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Quid ergo de illo curiali et neophito, periuro atque invasore nostre sedis censetis?' Sanctum concilium respondit: 'Omnino dampnetur[p], ut nullus deinceps curialium aut neophitorum aut iudicum[q] aut publice[r] penitentium[s] ad summum ecclesię gradum aspirare presumat'. Tunc piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Sit Leo curialis ac neophitus et periurus noster Dei[t] omnipotentis et beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli et omnium simul sanctorum atque venerandorum sex[u] universalium conciliorum auctoritate nec non et Spiritus sancti per nos iuditio omni sacerdotali honore et nomine alienus et omni clericatus officio prorsus exutus, ita ut si post hanc constitutionem divina inspiratione depromptam et unanimitate atque concordia sancti concilii[v] promulgatam temptaverit in apostolico throno residere aut si ulterius ausus fuerit aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere, iuxta precedentem consuetudinem nullo modo liceat ei communionis spem aut locum habere satisfactionis, sed anathematis vinculis innodatus maneat una cum sociis suis atque fautoribus perpetuo Dei per nostram mediocritatem iuditio ac sententia et sacrum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi nonnisi vicino mortis periculo omnino percipiat. Quicumque[w] autem predicto curiali et neophito atque invasori sancte catholicę et apostolice ecclesię consilium aut adiutorium dederit ad recipiendum ecclesiasticum honorem, quo regulariter expoliatus est, anathema sit'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Quid sancitis[x] de his qui ab ipso[y] ordinati sunt?' Sanctum concilium respondit: 'Priventur honore quem ab ipso acceperunt'. Tunc idem benignissimus papa precepit ingredi eos in concilium cum vestimentis[z], planetis atque stolis et unumquemque eorum in cartula scribere fecit huiusmodi verba: 'Pater meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit'. Et sic eos exutos[a] privavit honore[b], quem dederat eis ipse invasor et neophitus atque curialis, et revocavit illos[c] in pristinum gradum.

Actio secunda. Iohannes piissimus ac benignissimus papa dixit: 'Recordari credimus vestram dilectionem, qualiter de Sicone[d] refuga episcopo hesterno dię definitum est in presentia vestra, ut diligenter inquireretur; sed plurimum quesitus inveniri[e] non potuit. Nunc vero[f] quid agendum sit de eo edicite[g]'. Sanctum concilium respondit: 'Suspendatur eius dampnatio, si placet vobis[g], usque in tercium concilium'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Fiat secundum vestram sancionem'. Tunc convocavit episcopos Benedictum Portuensem et Gregorium Albanensem, qui super ipsum neophitum orationes dederant, et fecit tenere eos cartulas in manibus continentes hec verba:

**380.** h) censetis descone 1. i) iam *add.* 2. k) ostiarum 1. l) qui ordinavit *des.* 1. m) sanctissimus papa *add.* 2. n) Georgio *hic* 1. o) prefactum 1. p) dapnetur 1. q) inditū 1. r) *deest* 1. s) penitentum 1. t) Domini 2. u) et 2. v) consiliū 1. w) consilium *abundat* 1. x) sentitis 2. y) eo 2. z) concilium vestimentos 1. a) *deest* 1. b) honorē 1. c) eos 2. d) desiconē 1. e) invenire *corr.* 1. f) decernite 2. g) *deest* 2.

'Ego Benedictus episcopus sancte Portuensis ecclesię vivente patre meo consecravi in loco eius Leonem curialem et neophitum atque periurum illius contra statuta sanctorum patrum'. 'Ego Gregorius episcopus sancte Albanensis ecclesię vivente patre meo consecravi in loco eius Leonem curialem et neophitum atque periurum illius contra statuta sanctorum patrum'. Post hęc autem[h] consuluit concilium dicens: 'Quid agendum sit de his[i]?' Sanctum concilium respondit[k]: 'Suspendantur et isti, si placet vobis[g], usque in tercium concilium'[l]. Tunc idem[m] piissimus ac sanctissimus papa consuluit iterum concilium dicens: 'Quid censetis, dilectissimi fratres, de his qui sepefato[n] neophito precium accommodaverunt ad emendam[o] graciam Dei, que vendi non potest?' Sanctum concilium respondit: 'Si episcopus fuit[p] aut presbiter aut diaconus, proprii gradus periculo subiaceat; si vero monachus aut laicus anathematizetur'[q]. Benignissimus ac mitissimus papa dixit: 'Recte iudicastis[r]. Dicite queso, quid agendum sit de abbatibus nostris, qui supradicte dampnatę sinodo interfuerunt?' Sanctum concilium respondit: 'Hi autem vestro relinquantur iuditio, in cuius potestate consistunt'. Piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Potest aliquis vendere suum ecclesiasticum gradum cuiquam, an non?' Sanctum concilium respondit: 'Minime; quoniam neque vendi neque emi ab aliquo potest'. Benignissimus ac mitissimus papa dixit: 'Hoc etiam statuite, ut numquam minor priori[s] suo gradum tollere presumat; si autem fecerit, communione privetur usque ad emendationem. Simili modo statuite, ut monachi in locis, quibus seculo renuntiaverint[t], habitent; sin alias fecerint, revocentur ad loca que dimiserint[u], aut communione priventur, donec resipuerint'. Sanctum concilium dixit: 'Statutum atque confirmatum hoc a[v] nobis maneat'.

Actio tercia. Iohannes piissimus ac mitissimus papa dixit: 'Reverentissimi fratres, Domino protegente iam ad tercium venimus concilium. Modo diffinite[w] de Sicone[x] episcopo, ordinatore ipsius neophiti, quid agendum sit. Nam a nostris diu quesitus, sed minime inventus est'. Sanctum concilium respondit: 'Canonico mucrone feriatur'. Tunc benignissimus ac mitissimus papa dixit: 'Siconem[y], qui sancte Ostiensi ecclesię inregulariter atque Deo contempto prefuit[z] et Leonem curialem ac laicum nec non et periurum nostrum subito consecrare in pontificali honore non formidavit, sancimus et iuxta canonicam deliberationem apostolica auctoritate deffinimus atque statuimus, omni sacerdotali carere atque privatum fore ministerio, ita ut nullo modo liceat ei in qualibet sinodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Quodsi de reliquo presumpserit in sacro offitio more sacerdotis quovis tempore ministrare, anathema sit[a], et omnes communicantes ei ab ecclesia abiciantur, sed et ipsi anathema sint[b]. Eos vero, quos ipse Leo neophitus et invasor sancte catholice et apostolice Romane ecclesię in quolibet ecclesiastico ordine provexit, apostolica atque canonica[c] auctoritate et sinodali decreto in pristinum revocamus gradum, quia ordinator eorum nihil sibi habuit, nihil illis dedit; sicut olim noster decessor[d], pie memorię papa Stephanus, fecit[e] de his, qui ordinati fuerant a Constantino quodam[f] neophito et invasore sancte sedis apostolice, et postmodum quosdam eorum sibi placabiles presbiteros aut diaconos consecravit, statuens, ut hi, qui ex eis consecraturi[g] erant, nequaquam[h] ad fortiorem[i] honorem ascenderent nec ad pontificatus promoverentur culmen, ne talis impię novitatis error in ecclesia Dei[k] pullularet'. Piissimus ac mitissimus papa dixit:

**380.** h) piissimus ac sanctissimus papa *add.* 2. i) dicite *add.* 2. k) dicens *add.* 2. l) Piissimus ac mitissimus papa dixit *add.* 1. m) idem — papa *des.* 1. n) prefato 2. o) tuendam 2. p) fuerit 2. q) anathematizentur 1. r) idem sanctissimus papa dixit *add.* 2. s) maiori 2. t) renuntiaverunt 2. u) *radendo corr. ex* dimiserunt 1. v) *deest* 2. w) finite 2. x) disicone 1. y) Siconem sane qostiensi 1. z) fuit 1. a) an. sit *des.* 2. b) sunto 2. c) canonice 1. d) predecessor 2. e) sententiam tulit 2. f) quandā 1. g) *sic* 1, *loco* consecrandi; qui ab eo consecrati 2. h) numquam 2. i) superiorem 2. k) *deest* 2.

'Et[l] hoc nefarium est; statuite[m], si placet vobis dilectissimi fratres, ut in circuitu altaris aut in presbiterio nullus laicorum stare presumat, quociens missarum sollempnia celebrantur: quod si fecerit[n], communione privatus maneat usque ad emendationem'. Sanctum concilium respondit: 'Hoc quoque omnibus placet'[o].

Iohannes sancte catholicę et apostolice Romane ecclesię episcopus[p] huic decreto a nobis sicut[q] supra legitur promulgato subscripsi[r].

# 381. GREGORII V. SYNODUS PAPIENSIS.

## 997. Febr.

*Decreta septem cum subscriptionibus pandit epistola synodica Gregorii V. ad Willigisum archiepiscopum Moguntinum data, quam integram servavit* 1) *codex Guelferbytanus August. 83. 21. fol. (olim S. Iacobi Moguntinensis) membr. saec. X. fol. 169'—170*[1]. *Ediderunt epistolam ex hoc codice Pertz SS. III, 694, qui tamen hoc loco codicem perperam signavit Helmstad. 32 fol.*[2], *minus recte Wasserschleben 'Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen' p. 189, Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' III, p. 351, alii. Capita 1—5 tantum servata sunt in* 2) *codice Bambergensi E. III. 21 (olim H. nr. 13) membr. circa a. 1000 exarato, quae edidit Pertz LL. II, 2, p. 171. Qui censuit ex hoc codice capita illa in Udalrici Babenbergensis codicem epistolarem transscripta esse, ubi omissis ultimis capitis 4 verbis et capite 5* (Synodus Simmachi — anathema sit) *leguntur sub nr. 5 editionis Iafféanae ('Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 24). — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 3876.* *(P. II, 171.)*

Gregorius[a] servus servorum Dei dilecto confratri Will(igiso)[b] archiepiscopo et vicario nostro salutem et apostolicam benedictionem. Decreta enim synodi Papiensis, quibus ego licet indignus subscripsi et una mecum archiepiscopus Ravennas necnon archiepiscopus Mediolanensis cum aliis confratribus, queso ducite ad memoriam, et ut haec ad profectum veniant, auxilii operam inpendite.

1. Placuit sanctae synodo, ut omnes episcopi occidentales, qui in depositione Arnolfi[c] archiepiscopi[3] fuerunt et certis induciis vocati Papiensem synodum spreverunt et inconvenientes causas ad confundendam[d] synodum per laicalem personam miserunt, ab episcopi[e] officio suspendantur. Adelbero Lodunensis episcopus[f], qui etiam metropolitanum suum apprehendit et tradidit, ab episcopi[e] officio suspendatur[g]. Auctoritate[h] Iulii papae sancitum est[4], qui etiam orientales[i] episcopos ad sinodum venire spernentes depositionis[k] reos iudicavit, illos vero absque apostolica auctoritate depositos innocentes remanere.

**380.** l) Et *deest* 1. m) statuere 1. n) quis *add.* 2. o) Secuta subscriptio *add.* 2. p) *deest* 1. q) ut 2. r) subscripsit et sic ceteri praefati episcopi fecerunt et finis impositus est praesenti concilio 2.

**381.** a) Gregorius — operam inpendite *des.* 2, *qui lemma posuit:* Capitula Papiae inventa et constituta a Gregorio Romano summo pontifice filio Ottonis ducis. b) Will 1. c) Remensis *add.* 2. d) confutandam 2. e) episcopali 2. f) Adalberonem Laudunensem episcopum 2. g) quia ad sinodum venire contempsit *add.* 2. h) enim *add.* 2. i) occidentales 2. k) depositione 2.

1) *Qui continet Reginonis librum de synodalibus causis, Nr. 4 editionis Wasserschlebenianae.* 2) *Qui et ipse Reginonis librum (Nr. 3) continet.* 3) *Remensis.* 4) *Cf. Decreta Iulii Pseudoisidor. c. VIII. IX. ed. Hinschius p. 460. 466.*

2. Decretum est etiam, ut rex[1] Robbertus[l], qui consanguineam suam[2] contra interdictionem apostolicam in coniugium duxit, ad satisfactionem convocetur cum episcopis his nuptiis incestis consentientibus. Si autem renuerint, communione priventur.

3. Item[m] sancta synodus sancivit, ut Neappolitanus[n] invasor, qui illius loci archiepiscopum apprehendere fecit et se in eundem locum per symoniacam heresim constitui fecit, nisi[o] satisfaciat, anathematizetur.

4. Constituit[p] etiam[q], ut si quis[r] episcopus, presbiter aut diaconus aut clericus, papa incolume[s] et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare aut pictationem[t] promittere aut sacramentum praebere temptaverit aut aliquod[u] certe suffragium pollicitus fuerit, loci sui dignitate et omnium fidelium communione privetur et anathematizetur. Synodus Simmachi papae[3].

5. Decrevit sancta synodus, ut nemo sancti Spiritus donum vendere praesumat[v] aut pro alicuius episcopi, presbiteri, diaconi vel[w] alicuius ordinis consecratione pecuniam accipere[x]; et qui dat et qui accipit et qui mediator est, anathema sit[y].

6. Placuit etiam omnibus, ut Gisilharius[z] episcopus[4], qui contra canones sedem suam dimisit et aliam invasit, in natale domini Romam vocatus ad satisfaciendum veniat; quod si renuerit, a sacerdotali officio suspendatur.

7. Notum vobis etiam facimus, qualiter per communem consensum fratrum Crescentium sanctae Romane aecclesiae invasorem et depraedatorem a gremio sanctae aecclesiae et omnium fidelium communione segregavimus; et ut unusquisque vestrum in suo episcopatu huic facto adsensum praebeat, caritative rogamus.

Ego Gregorius sanctae catholicae et apostolicae Romanae aecclesiae praesul subscripsi.

Ego Iohannes sanctae Ravennatis aecclesiae archiepiscopus subscripsi. Landulfus sanctae Mediolanensis aecclesiae archiepiscopus subscripsi. Wido Papiensis aecclesiae episcopus subscripsi. Iohannes Albanensis[a] aecclesiae episcopus subscripsi. Blinwarmundus sanctae Ipporiensis[b] aecclesiae episcopus subscripsi. Sigifredus sanctae Parmensis aecclesiae episcopus subscripsi. Iohannes Mutinensis aeclesiae episcopus. Adam Taurinensis aeclesiae episcopus subscripsi. Andreas Laudensis aeclesiae episcopus. Iohannes Iannensis aeclesiae episcopus. Constantinus sanctae Albensis aeclesiae episcopus. Albertus sanctae Brixensis aeclesiae episcopus. Liutifredus Terdonensis aeclesiae episcopus subscripsi.

# 382–385. NICOLAI II. CONCILIUM LATERANENSE PRIUS.

## 1059. Apr.

*De scriptis quae edituri sumus et eorum ordine chronologico quamvis nuper a compluribus viris doctis controversia actitata sit*[5], *nos quidem eorum argumentis haud convicti.*

**381.** l) Rodbertus 2. m) Cum his etiam 2. n) Neapolitanus 2. o) ni 2. p) Constitui 1. q) sancta synodus *add.* 2. r) qui 2. s) incolome 2. t) pitacio 2. u) aliquid 2. v) donum venderet 2. w) *deest* 2. x) acciperet 2. y) *desinit* 2. z) Gisitbarius 1. a) abbanensis 1. b) ipponensis 1.

1) *Franciae.* 2) *Bertham.* 3) *499. Mart. 1 celebrata, cuius Acta exstant etiam in Libro Pseudoisidor. ed. Hinschius p. 658 c. 11.* 4) *Merseburgensis et Magdeburgensis.* 5) *Cf. inprimis virum*

*adhuc sententiae viri cl. Scheffer-Boichorst ('Die Neuordnung der Papstwahl durch Nicolaus II.' et 'Hat Nicolaus II. das Wahldecret widerrufen' in periodico 'Mittheilungen des Instituts' VI, 550) adstipulamur*[1].

## 382. *DECRETUM ELECTIONIS PONTIFICIAE.*

*Decreti recensionem, quam vocant 'papalem', a nobis siglo* P *signatam, genuinam esse, clarissime evicit vir cl. Scheffer-Boichorst, qui etiam primus editionem criticam paravit in libro 'Die Neuordnung' p. 14. Cuius vestigia prementes ad editionem nostram instruendam adhibuimus subsidia haec:* 1) *cod. Parisinum lat. 10402 saec. XII. fol. 67, quem iam olim contulit b. m. Waitz; praeterea usi sumus textu Schefferi, qui nititur apographo a viro cl. Morff parato;* 2) *textum quem inseruit Chronico suo Hugo Flaviniacensis (SS. VIII, 408); novam codicis Phillipsiani 1870, nunc Berolinensis, collationem nobis benivole ministravit vir cl. Sackur; qui etiam nos certiores fecit, Hugonem Floriacensem in tractatu de regia potestate et sacerdotali dignitate II, 5 (Libelli de lite II, 491) textum Hugonis Flaviniacensis transscripsisse*[2]*, quod virum cl. Scheffer-Boichorst latuerat;* 3) *cod. Parisinum lat. 3187 saec. XII. fol. 146, cuius lectiones suppeditavit editio Schefferi;* 4) *cod. Vaticanum 1345 saec. XII—XIII. fol. 139', quem contulit b. m. Waitz;* 5) *textum quem recepit Ivo Carnotensis in Panormiam III, 1, cuius lectionem potiorem Scheffer-Boichorst desumpsit e codicibus Monacensibus lat. 11316 fol. 34, 17099 fol. 26, 17100 fol. 189; cui adiungimus* 5a) *lectiones Collectionis canonum Caesaraugustanae codicis Parisini lat. 3876, quae pendet ab Ivone, secundum editionem Schefferi, et* 5b) *lectiones codicis Vaticani 5715 saec. XII. fol. 19, qui viro cl. Maassen teste aut ipsam Caesaraugustanam aut collectionem ei simillimam continet; contulit b. m. Waitz;* 6) *cod. civitatis Brugensis saec. XIII, qui commentarium Petri de Riga super tota biblia continet; cuius textus medius est inter* 5b *et textum Gratiani, contulit vir cl. Holder-Egger;* 7) *cod. civitatis Duacensis 320 saec. XII. fol. 165, quem exemplavit vir cl. Augustus Molinier; textus in exordio aliquantum abbreviatus est et cap. 7. 8 et partem cap. 9 suppressit, intercalatis verbis* et post aliquanta; 8) *cod. Parisinum lat. 16216 (Sorbonne 280) saec. XIII. folio ultimo, quem et ipsum vir cl. Molinier exemplavit; eiusdem indolis est ac Duacensis, nequaquam tamen ab eo pendet. Sub siglo* G *denique lectiones singulares Decreti Gratiani Dist. XXIII. c. 1 attulimus*[3].

*Textus omnes ad unum idemque apographon, idque subscriptionibus carens et leviter paratum recedere, vir cl. Scheffer-Boichorst probavit; neque aliter se habent codices 7 et 8. Attamen cum vir doctus in editione sua solummodo apographon hoc vitiatum restituere*

*cl. Panzer 'Zeitschrift für Kirchenrecht' XXII, 400, qui Bonizonis Libro ad amicum l. VI (Libelli de lite I, 594) nisus synodicum 'Vigilantia' (nr. 384) anno 1060 attribuere conatus est, et virum cl. L. de Heinemann 'Historische Zeitschrift' LXV, 44. qui capita 7 et 8 Decreti electionis a. 1060 demum concepta et promulgata esse contendit.* 1) *Ad controversiam diiudicandam cum multum faciat relatio eorum, quae acta sunt in synodo anni 1059 de communi vita clericorum, edita a Mabillonio in Annalibus ordinis s. Benedicti IV, 585 (ed. II. p. 686) e vetere codice Romano, exordium eius hoc loco proponimus, quod b. m. Waitz e codice Ottoboniano 38 saec. XI. fol. 223 exscripsit:* Anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo nono, indictione XII, Kal. Mai, presidente domno et venerabili papa Nicholao, anno primo pontificatus sui, cum cardinalibus suis, episcopis et presbiteris, considentibus quoque Dominico Gradensi patriarcha et Widone Mediolanensi et Odelrico Beneventano et Petro Amalfitano et Odelrico Papiensi *(error manifestus, cum Papia archiepiscopi sedes non fuerit)* metropolitanis et archiepiscopis cum suffraganeis eorum et nonnullis aliis episcopis Tusciae et Campaniae aut Apuliae et Marchiae Firmanae, astantibus quoque diaconibus, in basilica sacri palatii Lateranensis quae cognominatur Leoniana, praestantissimus vir Hildebrandus, apostolicae sedis archidiaconi auctoritate functus, ait: Nonnulli ex clericali ordine *etc. Relatio in codice abrumpitur* (— quia quamvis imperator et devotus tamen erat laicus) *paullulum ante eius finem, quem v. apud Mabillonium.* 2) *Cf. quae nuper disseruit vir cl. Sackur 'Neues Archiv' XVI, 379.* 3) *Gratiani textum dedit Baronius XI, 255 ad a. 1059, quem secuti sunt collectores conciliorum Binius III, 1130, Labbeus IX, 1103, Mansi XIX, 903; Labbeus et Mansi subscriptiones adiecerunt ex Hugone Flaviniacensi.*

*sibi proposuisset, nos eius vestigia secuti ope coniecturae et recensionis regiae* (R) *textum genuinum, exceptis subscriptionibus, restituere ausi sumus. Capitum distinctionem a Schefferiana diversam instituimus, quae totum textum contineat.* *(P. deest.)*

1. In[a] nomine Domini Dei salvatoris nostri[b] Iesu Christi. anno ab incarnatione eius MLIX[c], mense Aprili, indictione XII[d], propositis[d*] sacrosanctis evangeliis, praesidente quoque reverendissimo ac beatissimo Nicolao apostolico[e] papa, in basilica Lateranensis patriarchii[f] quae cognominatur Constantiniana. considentibus etiam[g] reverendissimis archiepiscopis[h], episcopis[i]. abbatibus seu[k] venerabilibus presbyteris atque diaconibus. idem venerabilis[l] pontifex, auctoritate apostolica decernens, de electione summi pontificis inquit:

2. Novit beatitudo[m] vestra, dilectissimi fratres[n] et coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto[o] piae memoriae[p] domino Stephano decessore[q] nostro[r], haec apostolica sedes, cui auctore Deo deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacae haeresis trapezitas[s] malleis crebrisque[t] tunsionibus[u] subiacuerit, adeo ut columna Dei viventis iamiam[v] paene videretur [concussa][w] nutare et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur[x] in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestrae[y], debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere et ecclesiastico statui, ne rediviva — quod absit — mala[z] praevaleant, in posterum praevidere[a]. Quapropter instructi[b] praedecessorum nostrorum aliorumque[c] sanctorum patrum auctoritate decernimus[d] atque statuimus[e]:

3. Ut, obeunte huius Romanae universalis ecclesiae pontifice, inprimis cardinales episcopi diligentissima simul[f] consideratione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant; sicque reliquus[g] clerus et populus ad consensum novae electionis accedant.

4. Ut[h] — nimirum ne[i] venalitatis morbus qualibet[k] occasione subrepat[l] — religiosi[m] viri praeduces sint in promovendi[n] pontificis electione, reliqui autem sequaces. Et[o] certe rectus atque legitimus hic electionis ordo[p] perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis sive[q] gestis, etiam illa beati praedecessoris[r] Leonis sententia recolatur: 'Nulla', inquit[1], 'ratio sinit, ut[i] inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt[s] electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprovincialibus[t] episcopis cum[u] metropolitani iudicio consecrati'. Quia vero[v] sedes apostolica cunctis in orbe terrarum praefertur ecclesiis atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur. qui videlicet[u] electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehunt[w].

**382.** a) *capitis 1* (In — pontificis inquit) *partem in narratione contexuit 2 hoc modo:* qui secundo anno ordinationis suae concilium habuit in basilica Lateranensi, mense Aprili, indictione XII, ubi considentibus venerabilibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus seu venerabilibus presbyteris et diaconis de electione summi pontificis decernens ait: In — Iesu Christi *des.* 7. 8. b) Domini nostri et salvatoris *G.* c) MLXI 5*b*; anno incarnati verbi millesimo sexagesimo 7. 8. d) ind. XII. mense Aprili 7. 8. d*) *sic R. G.* 5*b*; praepositis 1. 3—5. 5*a*. 6; propositis — Constantiniana *des.* 7. 8. e) *deest G.* f) *sic* 6. *R. G*; Lateranensi patriarchi 1. 3. 5. 5*a. b*: Lateranensi patriarchali 4. g) *deest* 7. 8. h) *deest* 6. *G.* i) et *add.* 7. 8. k) seu venerabilibus *des. G*; seu — idem *des.* 7. 8. l) Nicholaus venerabilis 7. 8. m) modestia *Hugo Flor.* n) fratres karissimi *H. Flor*; fr. dil. 5*b*. o) defunctae 1; extincto 7. 8. p) *deest* 1. q) praedecessore 1. *G.* r) nb *add.* 5*b*. s) repetitis *add.* 6. *G.* t) et crebris 2. u) tonsionibus 5*b*. 6. v) iam iamque 3; iam 5*b*. *G.* w) *sic R*; *deest* 1—8. x) *deest* 2. y) *deest* 1. z) mala quod absit 6. a) providere *G.* b) sanctorum *add.* 4. c) aliorum 5*b*. 6. d) decrevimus 2. e) constituimus 2. f) *deest* 6. g) reliquis 5*b*. h) accedant, nimirum praecaventes ne *G*; accedant, et ne *H. Flor.* i) *deest* 1. k) aliqua *G.* l) *sic* 4. 6. *G*; surripiat *rell.* m) religiosissimi 5. 5*a. b. G.* n) promovenda 6. *G.* o) Et recte certus legitimus 3; Certus vero atque leg. *G.* p) modus 7. q) seu 2. r) *deest* 2; nostri *add.* 6. *G.* s) sint 1. t) provincialibus 3. 4. 5*a. b* u) *deest* 2. v) *deest G.* w) provehant *G.*

1) *In epistola ad Rusticum Narbonensem, Opera ed. Ballerinii I. 1120 (Jaffé 544).*

5. Eligant[x] autem[y] de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur[z] idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur.

6. Salvo[a] debito honore et reverentia dilecti filii nostri[b] Henrici, qui inpraesentiarum rex habetur et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus, et successorum[c] illius, qui ab hac[d] apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint[e].

7. Quodsi[f] pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura[g], sincera atque[h] gratuita electio fieri in Urbe non possit[i], cardinales episcopi cum religiosis clericis[k] catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant eligere apostolicae sedis pontificem[l], ubi congruentius[m] iudicaverint[n].

8. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio[o] restiterit[p], ut is qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut[q] papa auctoritatem obtineat regendi sanctam[b] Romanam ecclesiam et disponendi omnes facultates illius, quod[r] beatum Gregorium[s] ante consecrationem[t] suam[u] fecisse cognoscimus[v].

9. Quodsi quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem vel[w] praesumptionem aut quodlibet[x] ingenium electus aut etiam ordinatus seu intronizatus fuerit, [non[y] papa sed sathanas, non apostolicus sed apostaticus ab omnibus habeatur et teneatur et] auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri[z] et Pauli perpetuo anathemati[a] cum suis auctoribus, fautoribus[b], sequacibus a liminibus sanctae Dei ecclesiae separatus subiciatur[c], sicut[d] Antichristus et[e] invasor atque[f] destructor totius christianitatis; nec aliqua super hoc audientia aliquando ei reservetur[g], sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocunque[h] prius fuerat, sine retractatione[i] deponatur. Cui quisquis adhaeserit vel qualemcunque tanquam pontifici reverentiam exhibuerit aut in aliquo illum[k] defendere praesumpserit, pari sententia[l] sit mancipatus. Quisquis autem[m] huius nostrae decretalis[n] sententiae temerator extiterit et Romanam ecclesiam sua praesumptione confundere et perturbare contra hoc statutum temptaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur et cum impiis, qui non[o] resurgent in iudicio[1], reputetur[p]. Omnipotentis[q] scilicet[r] Dei Patris et Filii et Spiritus sancti contra[s] se iram sentiat et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum praesumit confundere ecclesiam[t], in hac vita et in futura furorem reperiat[u]. Fiat habitatio eius deserta et in tabernaculis eius non sit qui inhabitet[2]. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua[3]. Commotus amoveatur ipse atque[v] filii eius et mendicent et eiciantur de habitationibus suis[4]. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius et diripiant alieni labores eius[w, 5]. Orbis terrarum pugnet contra eum[x] et cuncta[y, 6] elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum quiescentium[z] merita illum confundant et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant.

**382.** x) Eligatur 5 *a. b. G.* y) tamen 3. z) repertus fuerit 2. a) cum *add.* 6. b) *deest G.* c) *sic* 1. 2. *R*; successoribus 3—6. *G.* d) *deest* 1. 7. 8. e) impetraverunt 1. f) Quodsi — sententia sit mancipatus *(c. 9) des.* 7. 8, *intercalatis verbis* Et post aliquanta. g) atque *add.* 3. h) et 3. i) gratuita fieri in U. non poss. electio *G.* k) cum reliquis clericis religiosis 3. l) antistitem 2. m) congruum 1. n) ubi congruerit *G.* o) studio mal. 4. p) resisterit 5 *b.* q) vere *add. G.* r) qui 5 *b*; et *add.* 4. s) beatus Gregorius 3 5. t) aelectionem 2; suam ordinationem 4; suam cons. 5 *b.* u) *deest* 1. v) cognoscitur 1; cognovimus *G.* w) *deest* 3. x) malum *add.* 4; quolibet ingenio *G.* y) non *usque* teneatur et *des.* 1—6. *G*; *suppleri ex R.* z) apostoli *add.* 5. *a. b*; et Pauli *des.* 5 *a.* a) *sic* 6; anathemate 1—5 *b.* b) factoribus 1. 2. 4. c) abiciatur *G.* d) *deest* 5 *a. b.* e) at 5 *a. b.* f) et *G.* g) *deest* 3. h) quacumque 5 *b.* i) retractione 5 *b.* k) eum 2. 4. l) sententiae 1. m) *deest* 3—5 *b.* 7. 8. *G.* n) decreti vel 2. o) *loco* qui non 2: quando. p) deputetur *G.* q) Omnipotentis — Petrus Ostiensis eccl. ep. subscripsi *des.* 7. 8. r) scilicet — sancti *des. G.* s) iram contra se sent. 4; contra se sentiat iram *G.* t) eccl. praes. conf. 4; et *add.* 5 *b.* u) sentiat 5—5 *b. G*; sentiat furorem 6. v) et 6. *G.* w) Scrutetur f. o. s. e. et d. a. l. eius 2. x) illum 2. y) cetera 5 *b.* z) hic *add.* 1.

1) *Ps. 1,5.* 2) *Ps. 68,26.* 3) *Ps. 108,9.* 4) *Ps. 108,10.* 5) *Ps. 108,11.* 6) *Cf. Sapient. 5,21.*

10. Observatores autem huius nostri decreti Dei[a] omnipotentis gratia protegat et auctoritate[b] beatorum apostolorum Petri et Pauli ab omnium[c] peccatorum[d] vinculis absolvat[e].

Ego[f] Nicolaus episcopus sanctae catholicae[d] et apostolicae[g] Romanae ecclesiae huic decreto a nobis promulgato, sicut superius legitur[h], subscripsi. Bonifacius[i] Dei gratia[k] Albanensis[l] episcopus[d] subscripsi. Humbertus[m] sanctae[n] ecclesiae Silvae Candidae episcopus[o] subscripsi. Petrus Ostiensis[p] ecclesiae[d] episcopus subscripsi. Et[q] caeteri episcopi numero LXXVI[r] cum presbyteris et diaconibus subscripserunt.

## 383. *DECRETUM ELECTIONIS A WIBERTINIS VITIATUM.*

*Aut Wibertum Ravennatem aut suos decretum electionis vitiasse, ut suae parti favorem adscriberent, i. e. post electionem Wiberti antipapae a. 1084 factam, auctor est Deusdedit cardinalis in libro contra invasores*[1]. *At fortasse iam antea, a. 1076, cum post depositionem Gregorii VII. partis regiae asseclae de novo pontifice eligendo agerent, decretum vitiatum est, ut norma fieret novae electionis*[2]. *Utut haec se habent, recensionem decreti a Pertzio vulgatam, quam regiam* (R) *appellare consuevimus, interpolatam esse, nemo iam est quin post Schefferi argutissimam commentationem credat. Eam tamen hoc loco proponi, certe par est, praesertim cum sola subscriptiones episcoporum praebeat*[3].

*Subsidia editionis nostrae, quae maximam partem Scheffer indagavit, sunt haec:* 1) *cod. Berolinensis ms. lat. in quarto 324, chartularium ecclesiae S. Mariae Aquensis continens, saec. XII. ex. fol. 65, quem exscripsit vir cl. Loersch Bonnensis;* 2) *cod. Floreffiensis deperditus, ex quo cap. 1 et subscriptiones dederunt Martenius et Durandus 'Collectio amplissima' VII, 59 (= Mansi XIX, 910); textus propius accedit ad textum codicis Aquensis. Reliqua exemplaria pendere videntur ab apographo quodam, quod eundem archetypum ac codices 1 et 2 descripsit:* 3) *cod. Vaticanus 1984 saec. XI—XII.*

**382.** a) *deest G*; omnip. Dei 6. b) auctoritas *G*. c) omnibus 2. d) *deest* 2. e) omnibus vinc. abs. peccatorum *H. Flor; reliqua des. H. Flor. G.* f) *deest* 2—6. g) et ap. *des.* 5*a. b.* h) sicut sup. leg. *des.* 2. i) Bonefacius 2. 4. 5*b*. 6. k) Dei gratia *des.* 2. l) aecclesiae *add.* 4. m) Gumbertus 4. 5*a*; Ymbertus 6; Umbertus 5*b*; Humbertus – subscripsi *des.* 3. n) Dei *add.* 6. o) *deest* 2. 4. 5*a. b.* 6. p) Hostiensis 4. 6. q) *loco* Et – LXXVI 7. 8: Huic decreto (indicio 7) ceteri episcopi numero septuaginta novem. r) CXXII. 1.

1) *Cap. 11 (Libelli de lite II, 310; eadem attulit Watterich 'Pontificum Rom. Vitae' I, 233 not. ex Anselmi Lucensis libro contra eos qui dicunt regali potestati Christi ecclesiam subiacere):* Preterea autem prefatus Guibertus aut sui, ut suae parti favorem ascriberent, quaedam in eodem decreto addendo, quaedam mutando, ita illud reddiderunt a se dissidens, ut aut pauca aut nulla exemplaria sibi concordantia valeant inveniri. Quale autem decretum est, quod a se ita discrepare videtur, ut quid in eo potissimum credi debeat, ignoretur? *et cap. 13 (p. 312):* Excommunicatio autem, quae in prefato decreto terribiliter profertur, a Guiberto aut suis fautoribus indita creditur, quoniam in antiquioribus eiusdem decreti exemplaribus longe aliter habetur. *Ex his verbis Panzer l. c. p. 431 concludendum esse putat, verba* non papa sed sathanas, non apostolicus sed apostaticus ab omnibus habeatur et teneatur et *in cap. 8 a Wibertinis intrusa esse. Econtra Scheffer-Boichorst p. 42 rectius indicavit, haec verba in exemplari* P, *ex quo omnes codices nostri fluxerunt, casu quodam excidisse.* 2) *Haec fuit sententia viri b. m. Giesebrecht, cui adstipulatus est Scheffer-Boichorst p. 114.* 3) *Subscribentium episcoporum numerus, additis quinque episcopis cardinalibus, est 79, ut Panzer p. 407 recte numeravit; qui numerus etiam in textu* P, *additis tribus cardinalibus, (76 + 3) apparet. Solus codex 1 praebet summam 122 + 3 = 125. Qui numerus etiam in actis synodorum Wormatiensis (supra nr. 58) et Brixiensis (supra nr. 70) legitur. Quae ex his numeris conclusit Panzer, nequaquam stare posse contenderim, praesertim cum vir doctus minime discernat inter numerum episcoporum subscribentium et eorum qui concilio interfuerunt. Neque enim omnes decretum subscriberent oportebat. Concilio autem interfuisse episcopos 113, mihi cum Scheffero sole clarius est. Unde numerus episcoporum praesentium (non subscribentium) 125 ortus sit, in medio relinquamus.*

*fol. 192', quem pro fundamento posuit Pertz*[1]; 4) *cod. bibl. universitatis Pragensis IV. B. 12 saec. XV. fol. 213', qui codex e codice quodam saec. XII. ex. transscriptus est; exemplar fecit vir cl. Adolfus Bachmann Pragensis;* 5) *cod. Bambergensis P. I. 9. saec. XI—XII. fol. 105, quem ipse iterum contuli, ut etiam* 6) *cod. Bambergensem Q. VI. 31 saec. XII. fol. 68, qui fortasse pendet a codice 5;* 7) *cod. Monacensis lat. 4317 saec. XII. fol. 39', qui medio in capite 7 abrumpitur;* 8) *textus collectionis Udalrici Bambergensis receptus in codicibus Vindobonensi 398 fol. 8 et Zwetlensi 283 p. 16, quibus Iafféi editionem (Bibl. rer. German. V, p. 41 nr. 21) secuti usi sumus;* 9) *cod. Vindobonensis 2213 (Ius can. 105) saec. XII—XIII. fol. 9, quem contulit b. m. Giesebrecht;* 10) *textus quem Gregorius Catinensis Chronico Farfensi codicis iam bibliothecae Romanae Vittorio Emanuele Cod. Farf. nr. 1 saec. XII. in. fol. 354 (365) inseruit, quem descripsit vir cl. Tschiedel; ex hoc ipso codice paravit editionem decreti etiam Le Blanc in libro 'Dissertation historique sur quelques monnoyes de Charlemagne' Parisiis 1689 p. 184 (Amstelodami 1692 p. 100), quamquam decretum ultimum locum obtinet inter monumenta quae desumpta sunt e Registro Farfensi*[2]*; codex autem Registri, Vaticanus 8487, testante viro cl. Mau decretum minime continet;* 11) *cod. Monacensis lat. 148 saec. XV. fol. 186, ubi decretum insertum est libello fratris Beraldi monachi et abbatis monasterii Farfensis circa a. 1105 scripto*[3]*, quem Onufrius Panvinius codici intulit;* 12) *idem cod. Monacensis, cui fol. 100 Panvinius iterum decretum intulit 'ex antiquissimo libro et huius forte concilii tempore scripto'; codicis Monacensis lectiones damus secundum editionem Schefferianam.*

*In subscriptionibus scripturas omnes codicum pro parte pessime depravatas adnotare supersedemus*[4]. *(P. pars II, 177.)*

1. In[a] nomine Domini Dei[b] salvatoris nostri Iesu Christi, anno ab incarnatione eius[c] MLVIIII[d], mense Aprili[e], indictione XII, propositis[f] sacrosanctis ewangeliis, presidente quoque reverentissimo ac beatissimo Nicolao[g] apostolico papa[h], in basilica Lateranensis patriarchii que cognominatur[i] Constantiniana, considentibus[k] etiam reverentissimis archiepiscopis[l], episcopis[m], abbatibus seu[n] venerabilibus presbiteris atque diaconibus, idem venerabilis[o] pontifex auctoritate apostolica decernens[p] de[q] electione summi pontificis inquit[r]:

2. Novit[s] beatitudo vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi[t], inferiora[u] quoque[v] menbra[w] Christi non latuit, defuncto pie memorie domno Stephano decessore[x] nostro,

**383.** a) *lemma in* 1: Decretum domni Nicholai pape de electione summi pontificis; *in* 4: In nomine domini nostri Ihesu Christi incipit concilium Nicolai pape de ellecccione summi pontificis. Anno ab *etc.*; *cod.* 9 *sententias transposuit:* Anno — indictione XII, in nomine — Christi. b) ac *add.* 5. 6; et *add.* 7. 8. c) eiusdem 5—8. 11. 12. d) MLVIII. 4. e) Aprilis 3. 4. 11. 12; *loco* mense Aprili 5—8: idus Aprilis. f) prepositis 6; apositis 7; propositis — ewangeliis *des.* 10—12. g) papa *add. hic* 12. h) *deest* 5—8; viro 10—12. i) agnominatur 2. 4—9; appellatur 3. k) consedentibus 4. 6. 7. 10. l) et *add.* 3. 4—6. 8. m) et *add.* 3. n) et 3; ac 5. 6. 8; *deest* 7. o) venerandus 11. p) *loco* dec. de electione 9: pro decernenda electione; 10—12: decernendae electionis. q) de — pontificis *des.* 6. r) ait 6. s) Noverit 2. 3; *reliqua usque ad subscriptiones des.* 2. t) quia *add.* 5. 6; et *add.* 8. u) interiora 5—8. v) *deest* 5—8. w) *deest* 9; Christi membra 5—8. 10. x) predecessore 3. 5. 6. 8. 12.

1) *Watterich I, 229 se decretum dare e codice Vaticano dicit, sed editionem Pertzianam secutus est; lectio sane* subrepat *(p. 230 not. 1) teste viro cl. Mau in hoc codice obvia non est. — Pertz pars II, p. 180 decreto canonem adiecit sub rubro 'Augmentum', qui in codice Vaticano subscriptiones sequitur. At b. m. Iaffé docuit, canonem istum esse enuntiatum sancti Augustini et siglum* Aug̅ *solvendum esse* Augustinus, *non vero* Augmentum. 2) *Le Blanc p. 91—130 Chronici Farfensis cap. 20—25 praelo dedit usque ad locum, ubi decretum inseritur, et deinde haec protulit: 'le célèbre décret de Nicolas. Celuy qui est rapporté dans ce plaidoié et qu'on verra parmy les titres qui sont à la fin de cette dissertation'.* 3) *Neminem nos vituperaturum esse speramus, quod codicem Beraldi saec. XV. postposuimus codici autographo Gregorii, quamvis Gregorius decretum e libro Beraldi receperit; v. Scheffer-Boichorst p. 22.* 4) *Excerptum recensionis regiae e codice Laurentiano Plut. 23 d. cod. 5 saec. XI. ex. fol. 185 dedit Giesebrecht 'Münchener historisches Jahrbuch für 1866' p. 172.*

hec apostolica sedes, cui Deo auctore deservio, quot adversa pertulerit, quod[y] denique per symoniace heresis trapezitas[z] malleis crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo ut columpna Dei[a] viventis iamiam[b] pene videretur[c] concussa nutare[d] et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda[e] submergi. Unde, si placet fraternitati vestre, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere[f] et ecclesiastico statui, ne rediviva[g] — quod absit — mala prevaleant, in posterum providere[h]. Quapropter instructi predecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernimus atque statuimus:

3. Ut, obeunte huius Romane universalis ecclesie pontifice, inprimis cardinales diligentissima[i] simul consideratione tractantes[k] — salvo debito honore et reverentia dilectissimi[l] filii nostri Heinrici[m], qui in presentiarum rex habetur et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi[n] mediante eius nuntio Longobardie cancellario W.[o] concessimus, et successorum[p] illius[q], qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius[r] impetraverint[s] — ad consensum nove electionis[t] accedant[u].

4. Ut — nimirum ne[v] venalitatis morbus qualibet occasione[w] subrepat[x] — religiosi viri cum serenissimo[y] filio nostro rege[z] Heinrico[a] preduces sint in promovendi[b] pontificis electione[c], reliqui autem sequaces.

5. Eligant autem de ipsius ecclesie gremio, si reperitur ydoneus, vel si de ipsa non invenitur[d], ex alia assumatur.

6. Quodsi pravorum atque[e] iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, licet[f] pauci sint, ius tamen potestatis[g] obtineant eligere[h] apostolice sedis pontificem, ubi cum invictissimo rege H.[i] congruentius[k] iudicaverint.

7. Plane[l] postquam electio[m] fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit[n], ut[o] qui electus est in apostolicam sedem[p] iuxta consuetudinem[q] inthronizari non valeat, electus tamen sicut papa auctoritatem obtineat regendi sanctam[r] Romanam ecclesiam[s] et disponendi[t] omnes facultates illius[u], quod beatum[v] Gregorium ante suam[w] consecrationem fecisse cognoscimus[x].

8. Quod si quis contra hoc nostrum decretum synodali sentencia promulgatum per seditionem vel presumptionem aut quodlibet ingenium[y] electus[z] aut etiam[a] ordinatus seu intronizatus[b] fuerit, non papa sed sathanas, non apostolicus sed apostaticus ab omnibus habeatur et teneatur et[c] auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli perpetuo anathemati[d] cum suis auctoribus[e], fautoribus et[f] sequacibus a liminibus sancte[g] ecclesie separatus subiciatur[h], sicut Antichristus et invasor atque[i]

**383.** y) quot 10. z) tepezitas 1. a) *deest* 5. 6. b) iam 3. 8. 9. c) videtur 1. 9; concussa vid. 6. 8. d) natare 3; unitate 4; nutari 10. 11. e) profundum 8; naufragio profundo 7. f) libenter succurrere 3. g) recidiva 3; vere divina 4. h) praevidere 5. 6. 11; ꝓvidere 10. i) dilectissima 7. k) tractent 8. l) delecti 1; dilecti 4; *deest* 5—8. m) H. 10, *eadem manus in marg. supplevit* einrici. n) *deest* 10—12. o) Wicberto 4. 5; Wiperto 6; Wiberto 7. 8. p) successori 5. 6. 12; successor 7. 8; successorem 10. 11. q) et successor *add.* 7. r) hoc ius *des.* 8. 11. s) impetraverit 5—8. 10—12. t) dilectionis 3. 5—7. u) accedat 5—8. v) *deest* 8. w) non *add.* 8. x) *sic* 8. 12; subripiat *seu* surripiat *rell.* y) reverentissimo 3. z) *deest* 3. 4. 12. a) H. 5—7. 10; N. 4. 8. b) promovendis 3; promovendo 10; promovenda 11. 12; summi *add.* 8. c) electionem 3. 10. d) reperitur 5—8. e) et 11; atque iniquorum *des.* 5. 6. f) tantum *add.* 3. g) *deest* 5. 6. 11. h) eligendi 5. 6. 10—12. i) *deest* 3—12. k) congruenter 7. l) Sane 8. m) *deest* 5—7; fuerit electio 8. n) restitunt 3; resisterit 9; restiterint 10—12. o) his *add.* 1. p) apostolica sede 3. 10—12. q) iuxta cons. *des.* 5. 6. r) *deest* 5. 6. s) eccl. Rom. 1. t) dis, *desinit* 7. u) eius 8. v) beatissimum 1; beatus Gregorius 3. 10—12. w) *deest* 3. x) cognoscitur 3; cognovimus 9. 11; *in* 3 *manus secunda eiusdem fere temporis in margine addit:* ita tamen ut a nemine consecretur nisi prius a rege investiatur ac laudetur. y) quolibet ingenio 1. 10—12; aliquod ingenium 9. z) *deest* 9—12. a) et 5. b) aut ordinatus seu etiam si (*deest* 11) intronizatus 10—12. c) ex 1. d) *sic* 4. 6; anathemate 1. 3. 5. 8—12. e) *deest* 3. f) omnibus *add.* 3. g) Romanae *add.* 9—12. h) subiaceat 12; abiciatur 8. i) et 5; ac 6.

destructor tocius Christianitatis, nec aliqua super hoc[k] audientia aliquando ei[l] reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocunque[m] prius fuerat[n], sine retractatione[o] deponatur[p]. Cui[q] quisquis adheserit vel qualemcunque tamquam pontifici reverentiam exhibuerit[r] aut illum in aliquo[s] defendere presumpserit, pari sententia[t] sit mancipatus[u]. Quisquis autem huius nostre decretalis sentencie[v] temerator extiterit et Romanam ecclesiam sua presumptione[w] confundere et perturbare[x] contra hoc statutum temptaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione[y] dampnetur et cum impiis, qui[z] non resurgent[a, 1] in iudicio, reputetur[b]. Omnipotentis scilicet Dei Patris et[c] Filii et Spiritus sancti contra se iram senciat et sanctorum apostolorum[d] Petri et Pauli, quorum presumit ecclesiam confundere[e], in hac vita et in[c] futura[f] furorem reperiat. Fiat habitacio eius deserta et in tabernaculis[g] eius non sit qui inhabitet[2]. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua[3]. Commotus amoveatur[h] ipse atque eius[i] filii et mendicent et eiciantur de habitacionibus suis[4]. Scrutetur fenerator omnem substanciam eius[k] et diripiant alieni[l] labores eius[5]. Orbis terrarum pugnet contra eum[6] et cuncta[m] elementa sint ei[n] contraria, et omnium sanctorum[o] quiescentium merita illum confundant et[p] in hac vita super eum apertam vindictam ostendant.

9. Observatores autem huius nostri decreti omnipotentis Dei[q] gratia protegat[r] et auctoritate[s] principum[t] apostolorum Petri et Pauli ab omnibus peccatorum vinculis absolvat. Amen[u].

† Ego[v] Nicolaus[w] episcopus sancte[x] catholice et[y] apostolice Romane[z] ecclesie huic[a] decreto a nobis, sicut[b] superius[c] legitur[d] promulgato subscripsi[e].

Bonifatius[f] Dei gratia Albanensis[g] episcopus subscripsi[h].

Humbertus sancte ecclesie Silve Candide[i] episcopus[k] subscripsi[h].

Petrus[l] Ostiensis episcopus[k] subscripsi[h].

Petrus[m] Lavicanensis episcopus[k] subscripsi[h].

Iohannes[n] Portuensis episcopus[k] subscripsi[h].

Iohannes[o] cardinalis[p] tituli Sancti Marci, Leo cardinalis[p] tituli Sancti Laurentii in Damaso[q], Vivus[r] cardinalis[s] tituli Sancte Marie trans Tyberin, Desiderius cardinalis[t] tituli Sancte Cecilie; hii[u] omnes subscripserunt.

Mancius archidiaconus[p], Crescentius diaconus[p], Amantius diaconus[p], omnes[v] sancte[w] Romane ecclesie[x], subscripserunt.

**383.** k) haec 4; eo 12; *loco* hoc — ei 8: hac audacia venia ei aliquando. l) *deest* 12. m) quocum 3; quo 6. 9. n) erat 3; fuerit 4. o) retractione 1. 3. 5. 6. 9. p) puniatur 5. 6. q) si *add.* 12. r) exibuerit 1. s) in aliquo illum 10. t) sententiae 4. 8. 9. u) sent. mancipetur 5. 6. v) decretali sententia 1; decretalis sentencia 4. w) sua pres. *des.* 9—12. x) conturbare 3; voluerit et *add.* 10—12. y) atque exc. *des.* 5. 6. z) quo 8. a) *sic* 10—12 *cum P et Ps. 1,5;* resurgunt *rell.* b) deputetur 3. 5. 6. 8. c) *deest* 12. d) *deest* 8. e) conf. eccl. 10. f) futuro 10. g) *sic cum P* 8. 9; habitaculo 1; tabernaculo *rell.* h) commoveatur 12. i) *deest* 10—12. k) *deest* 4. 10—12. l) omnes *add.* 3. 4. 10. m) omnia 1. 9—12. n) *deest* 9. o) Rome *add.* 1. 3—6. 8. p) et *usque* ostendant *des.* 10—12. q) Dei omnip. 3. 4—6. 8. 10. r) et benedicat *add.* 10—12. s) beati *add.* 5; beatorum *add.* 8. 10—12. t) princ. apost. *des.* 5. 6 u) *deest* 4. 8. 10. 12. v) *hic rursus incipit* 2; Ego *deest* 3—6. 8—10. 12. w) Nicholaus 1. x) sedis *add.* 12. y) atque 12. z) *deest* 4. a) hoc 3. b) *loco* sicut — legitur 12: asserto et legitimo. c) supra 11. d) *deest* 5. 6. e) subscripsit 3; *deest* 12; *hic desinit* 11. f) Et Romani episcopi IIII, Id Bonifatius *etc.* 10. g) Albanensi 1. h) *sic* 2; subscripsit 1; *deest rell.* i) *sic* 4 *cum P;* sancte S. C. ecclesie 3; S. C. ecclesie 9; Silve Candide *rell.; explicit* 8. k) episcopus *in solis* 1—3. l) 4 *ponit Lavicanensem ante Ostiensem.* m) Petrus — subscripsi *des.* 2. n) *loco* Iohannes — subscripsi 3—6. 9: hi (huius omnes 3) Romani episcopi subscripserunt una cum Iohanne Portuensi episcopo (*deest* 4. 6). o) Et cardinales IIII, Iohannes *etc.* 10. p) *deest* 10. q) *sic* 9. 10. 12; sancti Damasi *rell.* r) Guido 10. s) *deest* 2. 10. t) *deest* 9. 10. u) *pro* hii — subscr. 10: et diaconi III. v) hi diaconi 3; omnes — subscripserunt *des.* 10. w) *deest* 4. x) *deest* 5.

1) *Ps. 1,5.* 2) *Ps. 68,26.* 3) *Ps. 108,9.* 4) *Ps. 108,10.* 5) *Ps. 108,11.* 6) *Cf. Sapient. 5,21.*

Hildebrandus[y] monachus et subdiaconus[z] et ceteri[a] Romane[b] ecclesie subscripserunt.

Wido[c] archiepiscopus[d,1], Dominicus Gradensis[e] patriarcha, Ugo Grisopolitanus[f,2] archiepiscopus[g], Hildebrandus Capuanus archiepiscopus, Udelricus Beneventanus archiepiscopus, Alfanus Salernitanus archiepiscopus: hii[h] omnes subscripserunt.

Iohannes episcopus[i] Sabinensis, Iohannes episcopus[k] Tiburtinensis, Rolandus episcopus Sutriensis, Aylardus[l] episcopus et[m] abbas Sancti Pauli Rome[n,3], Leo episcopus Gaietane[o,4], Iohannes episcopus Terracinensis[p,5], Pandolphus episcopus Marsiensis[q,6], Atto episcopus Theatensis[r,7], Dominicus episcopus Balbensis[s,8], Iohannes[t] episcopus Pennensis[9], Palumbo episcopus Suranensis[10], Petrus episcopus Civitatis Castellanae[u,11], Ludowicus[v] episcopus Nucerinus[12], Herimannus episcopus Castellanensis[w,13], Heinricus episcopus Spoletinus, Meynardus[x] episcopus Urbinensis, Godefridus[y] episcopus Perusinus[z], Hageno[a] episcopus Eduensis[14], Godefridus[b] episcopus Attelanensis[c,15], Udelricus episcopus Firmanensis[16], Berardus[d] episcopus Esculanus[17], Hugo episcopus Camerinensis[18], Willelmus episcopus Numanus[e,19], Trasimundus[f] episcopus Fesulanus[20], Iohannes episcopus[g] Suane[h,21], Roifredus[i] episcopus Atestensis[k,22], Marinus[l] episcopus Fundensis[23], Albertus episcopus Narianensis[m,24], Bernhardus[n] episcopus Agathensis[25], Teuzo episcopus Urbibetanus[26], Iohannes episcopus Clusinus[27], Iohannes episcopus Senensis[28], Wido episcopus Vulternensis[o,29], Petrus episcopus Vulturnensis[p,30], Benedictus episcopus[q] Suessanus[31], Azo episcopus Fullienensis[32], Petrus episcopus Apprutiensis[33], Gerardus episcopus Rosellanus[34], Anselmus episcopus Lucensis[r,35], Petrus episcopus[s] Pensauriensis[t,36], Andulfus[u] episcopus Fertranus[v,37], Rodulphus episcopus Egubinus[w,38], Teotius[x] episcopus Senogaliensis[39], Arduinus[y] episcopus Tudertinus[40],

**383.** y) Et Hildebrandus 10. z) subdiaconibus 9; subdiaconus et monacus 10. a) cum ceteris 10. 12; et ceteri subdiaconi 3. b) Rom. eccl. *des.* 10. c) Wibertus 10. 12. d) Ravennas *add.* 12. e) Gradiensis 10. f) Trisop. 4; Crisop. 5; Chrisop. 6. 10. g) patriarcha 9. 10. 12. h) *pro* hii — subscr. 10: et ceteri episcopi. i) 1. 2 *hic et in sequentibus vocem* episcopus *saepius post nomen civitatis posuerunt;* episcopus *deest multoties* 10. k) *Iohannem Tiburtinensem* 5. 6 *ponunt inferius post Petrum Civitatis Castellanae.* l) Ayraldus 4. m) *deest* 5. 6. 9. n) *deest* 4—6. 9. 10. 12. o) gagetanus 10. p) *sic* 2. 3 *alii*; Tarac. 1; Tarrac. 4; Taraconensis 10. q) Marciensis 1; Narnyensis 5; Narniensis 6. r) *hic* 12 *inseruit* Gilbertus Tusculanus. s) Babensis 1—6. t) Ioh. ep. Pennensis *des.* 2. u) *sic* 10. 12; civitatis Castalensis 5. 6; civ. Castellanensis 9; Castellanus 1; Castallanensis 2. 3; *sequitur in* 5. 6 *Iohannes Tiburtinensis, v. supra not.* k. v) Lodewicus episcopus (Nucerinus *deest*), Herimannus episcopus Castellanus 5. 6 *ponunt infra ante Teuzonem Urbevetanum.* w) Castelanensis 1; Castellanus 2—4. 10. x) Maginardus 3. y) Godefridus — Eduensis *des.* 3. z) Perosinus 1. 2. 10. a) Aganus 10. b) Goffridus 4. 5; Gosfridus 6. c) Avellanensis 3. d) Gerardus 9. e) Humanus 6; Numianus 10. f) Transmundus 3. 10; Erasmus 2. g) *deest* 1. 2. h) Suave 1. i) Rofredus 2. 3. 10; Roifredus — Agathensis *des. hic* 5. 6 *et sequuntur infra post* Achinus ep. Asissinus, *at hoc loco ponuntur quae v. supra not.* v. k) Egubinus 9. 10. 12; Atestensis — Clusinus, Iohannes episcopus *des.* 3. l) Marius 2; Martinus 3 *(qui hunc ponit post Teotium Senogaliensem).* 1. 10. 12. m) Mutinensis 1—6; narian^s^s 10. n) *sic* 2. 6; Barnardus 4; Pernhardus 5; Burchardus 4. o) *sic* 3; Walternensis 1; Wlturnensis 2; nulteran^s^s 10. p) *sic* 2. 3; Colturnensis 1; Vulturanensis 9; Vulturensis 4; nulteranensis 10; *deest* 5. 6. q) *deest* 5. 6. r) Luciensis 1. 2. s) *deest* 9 *et abhinc saepius.* t) *sic* 5. 6; Pesauriensis 10; Pensumensis 1; Pensaurensis 2. u) *sic* 2. 3. 5. 6. 10; Adolphus 1; Adulfus 3. v) *sic* 1. 2; Feretranus 3; Ferreranus 5. 6; ferensis 10. w) gubinus 10. x) *sic* 1. 2; Theodotius 3; Theodicius 4; Teudicius 5. 6; Theodicus 10; *al. al.* y) Harduvicus 5. 6; Arduinus ep. Tudertinus *des.* 1.

1) *Mediolanensis.* 2) *Bisuntinus.* 3) *S. Paolo fuori le muri.* 4) *Gaeta.* 5) *Terracina.* 6) *terrae Marsorum; episcoporum vaga incertaque sedes fuit; cf. Ughelli 'Italia sacra' ed. Coleti I, 883.* 7) *Chieti.* 8) *Valva.* 9) *Penne.* 10) *Sorano.* 11) *Cività Castellana.* 12) *Nocera.* 13) *Città di Castello.* 14) *Autun.* 15) *Aversa.* 16) *Fermo.* 17) *Ascoli in Piceno.* 18) *Camerino.* 19) *Umana.* 20) *Fiesole.* 21) *Soana.* 22) *Ateste audit civitas Este; at haec episcopi sedes haud fuit. Episcopo civitatis Asti hoc tempore Giselmo nomen erat. S.-B.* Aretiensis *(Arezzo) coniecit Pertz. Sed huic nomen Arnaldo fuit.* 23) *Fondi.* 24) *Narni.* 25) *Santa Agata de' Goti.* 26) *Orvieto.* 27) *Chiusi.* 28) *Siena.* 29) *Volterra.* 30) *Volturaria.* 31) *Suessa.* 32) *Foligno.* 33) *Teramo.* 34) *Rosello, postea Grosetto.* 35) *Lucca.* 36) *Pesaro.* 37) *Montefeltre.* 38) *Gubbio.* 39) *Sinigaglia.* 40) *Todi.*

Arduinus[z] episcopus[a] Fanensis[1], Arnulphus episcopus Cusentinus[b,2], Stephanus episcopus Troianensis[3], Benedictus episcopus Symphroniensis[4], Hugo episcopus Callensis[5], Gerardus episcopus Reatensis[c,6], Giselbertus episcopus Tuscanensis[d,7], Achinus episcopus[e] Asisinus[8], Ingo episcopus Balneoregis[9], Tegrimo[f] episcopus Populoniensis[g,10], Ubertus episcopus Ianuensis[11], Deodatus episcopus Corbinensis[12], Iohannes episcopus Trebensis[13], Iohannes episcopus Alatrinensis[14], Placitus episcopus Berolanensis[15], Erasmus episcopus Signensis[16], Arechis episcopus[h] Alifane[17], Cunibertus episcopus Taurinensis[i,18], Opizo[k] episcopus Bobiensis[l,19], Benzo[m] episcopus Albensis[20], Otto[n] episcopus Novariensis[21], Heinricus episcopus Yporigiensis[22], Willehelmus episcopus Pampulie[o,23], Gregorius[p] episcopus[q] Vercellensis[24]. Hii omnes confirmaverunt.

Summa episcoporum qui interfuerunt sanctissime synodo fuit[r] CXXIII.[s]

## 384. *NICOLAI II. SYNODICA GENERALIS.*

*Supersunt duae formae: A omnibus Christi fidelibus missa, quam servaverunt codices 1) civitatis Rotomagensis 701 (olim E 11/6) saec. XII. fol. 133'*[25]*, quem contulit vir cl. Molinier; inscribitur* Synodale decretum Nicholai papae; *2) civitatis Carnotensis 424*[26] *saec. XIV. fol. 158d, quem contulit vir cl. Carolus Danker discipulus, nunc Berolinensis; 3) codex deperditus quem adhibuit Surius 'Tomus tertius conciliorum' (Coloniae 1567) p. 599*[27]*. Alteram formam B ad Amalfitanae provinciae suffraganeos datam edidit Mansi XIX, 907 (Supplem. p. 1331) e vetusto codice membranaceo Pistoriensi. Quae nonnulla habet additamenta iis ad quos data est congruentia, nonnulla autem diversa, et capite 9 omnino caret. Ad hanc formam propius accedit textus partis capitis 1 et caput 2, quae Deusdedit in Collectionem canonum l. I, c. 137 (ed. Martinucci p. 101) recepit, cuius lectionem adnotandam curavimus. Et ipse Bonizo partem priorem canonis, quem protulit in Libro ad amicum l. VI (Libelli de lite I, p. 594:* Si quis — apostaticus habeatur*), e capite 1 petivit, non vero e decreto contra simoniacos anni 1060, ut iam Waitz recte animadvertit; e synodica nostra notionem quoque 113 episcoporum hausit, quos concilio subscripsisse perperam dicit. Pars capitis 3 et caput 4 etiam obvia sunt in Synodica ad Gallos data c. 1 et 2 (infra nr. 385). — Iaffé, Reg. pont. ed. II. 4405. 4406. (P. deest.)*

**383.** z) Arduinus ep. Fanensis *des.* 5. 6. a) episcopus — Stephanus *des.* 3. b) cunensis 10. c) Reatinus 3—6; Teatinus 2. d) Tuscanensis — Ingo episcopus *des.* 3; tusculanus 10. e) *hic* 5. 6 *ponunt* Roifredus — Agathensis, *v. supra not.* i. f) Tegruno 2; Vegrimo 3; Tegrino 4—6; Tegrinus 10. g) *hic inserit* 3 *Signensem, Alifanensem, Taurinensem, Novariensem, Iporegiensem, Pampuliensem.* h) *pro* Ar. ep. 3: archiepiscopus. i) Paurinensis 1. 3-6. 9. 10; Paulinonensis 2. k) Opizo — Albensis *des.* 3. l) Bobiensis Benzo episcopus *des.* 9. m) Benzo ep. Albensis *des.* 10. 12. n) 5. 6 *Iporegiensem ponunt ante Novariensem.* o) *sic* 1. 2; Populoniae 3; Apri 4; Apuliae 5. 6; Apuliensis 9; Willelmus aps 10; Aquensis 12. p) Gregorius ep. Vercellensis *des.* 3—6. 9. 10. 12. q) *deest* 2; Verc. ep. 1. r) *deest* 1. s) Summa — CXXIII *in solis* 1. 2; De quibus fuerunt episcopi LXXVI, cardinales IIII, diaconi III, subdiaconus Hildebrandus monachus et ceteri subdiaconi Romanae ecclesiae; et multi alii catholici confirmaverunt *add.* 10; Episcopi omnino LXXVII, cardinales IV, diaconi III, Hildebrandus subdiaconus et alii subdiaconi *add.* 12.

1) *Fano.* 2) *Cosenza.* 3) *Troja.* 4) *Fossombrone.* 5) *Cagli.* 6) *Rieti.* 7) *Toscanella.* 8) *Assissi.* 9) *Bagnorea.* 10) *Massa maritima.* 11) *Genova.* 12) *Monte Corvino provinciae Beneventanae.* 13) *Trevi.* 14) *Alatri.* 15) *Veroli.* 16) *Segni.* 17) *Alife.* 18) *Torino.* 19) *Bobbio.* 20) *Alba.* 21) *Novara.* 22) *Ivrea.* 23) *An Ampurias Sardiniae? S.-B.* 24) *Vercelli.* 25) *Cf. 'Archiv' VIII, 369.* 26) *Cf. 'Wiener Sitzungsberichte' LIX, 483 et 'Catalogue de la bibliothèque de la ville de Chartres' (1840) p. 89.* 27) *Surius l. c.:* codex ex Anglia exibilitus, redemptus et nobis oblatus, cuius superius sub Adriano I. mentio fit. *Hunc tamen locum invenire non potui. Editionem Surii repetivere Binius III, 1666, Labbeus IX, 1099, Mansi XIX, 897.*

Nicolaus[a] episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis catholicis[b] cunctoque clero et populo salutem carissimam[c] et benedictionem[d] apostolicam.

Vigilantia universalis regiminis assiduam sollicitudinem omnibus debentes[e], saluti[f] quoque vestrae[g] providentes, quae in Romana synodo nuper celebrata, coram centum tredecim episcopis, nobis licet immeritis presidentibus, sunt canonicę constituta, vobis notificare curamus, quia ad salutem vestram executores eorum vos esse optamus et apostolica auctoritate iubendo mandamus.

1. Primo nanque inspectore Deo est statutum, ut[h] electio Romani pontificis in potestate cardinalium episcoporum sit, ita ut, si[i] quis apostolicae sedi[k] sine premissa[l] concordi[m] et canonica electione eorum[n] ac deinde[o] sequentium ordinum[p] religiosorum clericorum[q] et[r] laicorum consensu intronizatur[s], non papa vel[t] apostolicus sed apostaticus[u] habeatur.

2. Ut[v] moriente Romano pontifice vel cuiuscunque civitatis nullus presumat facultates eorum[w] invadere, sed successoribus eorum reserventur[x] integrae.

3. Ut nullus missam audiat[y] presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere aut subintroductam mulierem. Unde etiam ipsa sancta[z] synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: Quicunque[1] sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum[a] post constitutum beatae memoriae predecessoris nostri sanctissimi[b] Leonis papae[c] de castitate clericorum, concubinam palam[b] duxerit vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei auctoritate beatorum apostolorum[d] Petri et Pauli precipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet neque euangelium vel epistolam[e] ad[f] missam legat, neque in presbyterio ad divina officia cum iis[g] qui praefatae constitutioni obędientes fuerint[h] maneat, neque partem ab aecclesia suscipiat[i], quousque a nobis sententia super huiusmodi Deo[k] concedente procedat[l].

4. Et[2] precipientes statuimus, ut ii[m] predictorum ordinum, qui eidem predecessori nostro obędientes castitatem servaverunt, iuxta aecclesias quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducent et dormiant et quicquid eis ab aecclesiis venit[n] communiter habeant. Et rogantes monemus, ut ad apostolicam, communem scilicet vitam[o] summopere pervenire studeant[p].

5. Deinde[q] ut decimae et primiciae seu[r] oblationes vivorum et mortuorum aecclesiis Dei fideliter[s] reddantur a laicis et ut in dispositione episcoporum sint[t]. Quas qui retinuerint, a sanctae aecclesiae communione[u] separentur.

6. Ut per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat aecclesiam nec gratis nec precio.

**384.** a) Nycholaus *A* 1. b) *pro* catholicis *B*: Amalphitanae ecclesiae suffraganeis. c) karīmam *A* 2. d) ap. ben. *A* 3. e) debentis *A* 2. f) salutis *B*. g) causa praerogativae dilectionis carissimi confratris nostri archiepiscopi vestri specialiter *add. B*. h) ut *usque* ita *des. B*. i) *abhinc usque* reserventur integrae *Deusdedit; usque* habeatur *Bonizo*. k) sedis *A* 2. l) *deest B, Deusdedit, Bonizo*. m) concordia *B. Bonizo*. n) *pro* eorum *B*: ac benedictione cardinalium episcoporum; *Deusd.*: cardinalium eiusdem; *Bonizo*: cardinalium. o) *pro* ac deinde *Bonizo*: et. p) *deest Deusd*. q) cler rel. *Deusd*. r) et laicorum consensu *des. B. Deusd. Bon*. s) intronizatus *A* 2; fuerit intronizatus *Bonizo*; is *add. A* 2. 3. t) papa vel *des. Bonizo*. u) sed apostaticus *des. B*. v) Et ut *B. Deusd*. w) illorum *Deusd*. x) serventur *B*; integre res. *Deusd*. y) aud. missam *A* 2. z) prima *B*. a) diaconus vel subdiaconus *B*. b) *deest B*. c) papae Leonis *A* 2. 3. d) principum *add. B*. e) nec epistolam nec euangelium *B*. f) ac *A* 3. g) hiis *A* 2; his *B*. h) fuerunt *A* 1. i) suscipia *A* 1. k) Domino *B*. l) praecedat *A* 2. m) hii *A* 2; hi *B*. n) competit *B*. o) sc. com. vitam *B*; com. vitam sc. *A* 2. p) studeat *A* 2. q) Denique *B*. r) quaecumque *add. B*. s) fidelibus *A* 3. t) secundum canones distribuendae *add. B*. u) gremio *B*.

1) Quicunque — concedente procedat *leguntur etiam in Synodica ad Gallos c. 1*. 2) Et — pervenire studeant *leguntur etiam in Synodica ad Gallos c. 2*.

7. Ut nullus habitum monachi suscipiat spem aut promissionem habens, ut[v] abbas fiat.

8. Nec[w] aliquis presbyter duas aecclesias simul obtineat.

9. Ut[x] per symoniacam heresim nemo ordinetur vel promoveatur ad quodlibet aecclesiasticum officium[y].

10. Ut cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent nec[z] de aecclesiis eiciant.

11. Ut de consanguinitate sua nullus uxorem ducat usque ad[a] generationem septimam vel quousque parentela cognosci poterit.

12. Ut laicus uxorem simul[b] et concubinam habens non communicet aecclesiae.

13. Ut nullus laicus ad quemlibet gradum aecclesiasticum repente promoveatur, nisi post[c] mutatum habitum secularem diuturna[d] conversatione inter clericos fuerit comprobatus.

Vos ergo haec et alia sanctorum patrum statuta fideliter et Christiana reverentia observate[e], si vultis de sanctae Romanae aecclesiae et apostolicae sedis pace et communione atque benedictione gaudere.

## 385. *NICOLAI II. SYNODICA AD GALLOS, AQUITANOS, VASCONES.*

*Damus ex editione Labbei IX, 1096, qui eam e Sirmondi apographo desumpsit (= Mansi XIX, 873). Partem eius inseruit Hugo Flaviniacensis Chronici libro II. (SS. VIII, 409), cui in c. 2 sententiam debemus, quae in editione Labbei desideratur. Capita 1 et 2 convenire cum capitibus 3 et 4 Synodicae generalis supra diximus. Nonnulla autem congruunt cum canonibus Nicolai II, quos Mansi XIX, 915 extraxit e codice bibliothecae universitatis Taurinensis signato E. 51. 1, collectionem canonum saec. XI. continente; convenit c. 3 cum priore parte capitis XV, c. 5 cum capite XV bis, sententia ultima cum capite XVI. Caput 6 receptum est in Iconis Decreto III, 104 et in Panormia II, 81 (= Gratiani Decr. C. XVII. qu. 4. c. 6). — Iaffé, Reg. pont. ed. II, 4404.*

*(P. deest.)*

Nicolaus[a] episcopus servus servorum Dei omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis et laicis fidelibus, tam maioribus quam minoribus, per omnes Gallias in Christo[b] commorantibus, immo Aquitanicis et[c] Vasconibus[d], salutem et apostolicam benedictionem.

Anno[e] dominicae incarnationis MLIX, anno pontificatus nostri primo, indict. XII. Romana urbe in basilica sancti Salvatoris, quae appellatur Constantiniana, sanctam celebrantes synodum, a sanctis patribus videlicet CXIII episcopis, exceptis abbatibus et clericis religiosis ac laicis, celebratam de statu ecclesiae sanctae, ad communem utilitatem Deo propitio canonice disposuimus inter caetera de Nicolaitarum haeresi, id est de coniugatis presbyteris, diaconibus et omnibus in clero constitutis. Ab omni concilio statutum est et corroboratum ita:

1. Quicumque[1] sacerdotum, diaconorum et subdiaconorum[f] post constitutum[g] beatae memoriae praedecessoris nostri sanctissimi[h] Leonis papae de castitate clericorum con-

384. v) quod *B.* w) Nec — obtineat *des. B.* x) Et ut *B.* y) off. eccles. *B.* z) nec de aecclesiis eiciant *des. A 3.* a) post *B.* b) *deest A 2.* c) prius *B.* d) diutina *B.* e) et nominatim illa quae vobis archiepiscopus vester praecepit in synodo, quam apud vos habuit primo anno ordinationis suae *add. B.*

385. a) Nicholaus *H.* b) in Christo *des. H.* c) *deest H.* d) Wasc. *H.* e) Anno *usque* corroboratum ita *des. H.* f) sacerdos diaconus et subdiaconus *H.* g) institutum *H.* h) *deest H.*

1) Quicumque — procedat *leguntur etiam in Synodica generali c. 3.*

cubinam palam duxit vel ductam non reliquit, ex parte omnipotentis Dei[i] auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli praecipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet[k] neque euangelium pronuntiet[l] neque epistolam ad missam legat[m] neque in presbyterio ad divina officia cum his qui praefatae constitutioni[n] obedientes fuerint[o] maneat[p], neque partem ab ecclesia recipiat[q], quousque a nobis sententia super huiusmodi Deo concedente procedat.

2. Et[1] praecipientes statuimus, ut hi praedictorum ordinum, qui eiusdem praedecessoris nostri decreto obedientes haec[r] servaverint, iuxta ecclesias quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducent et dormiant et[s] quidquid eis[t] ab ecclesiis competit communiter habeant[u]. Et rogantes monemus, ut ad apostolicam, communem scilicet vitam summopere pervenire studeant, quatenus perfectionem consecuti, cum his qui centesimo fructu ditantes in caelesti patria mereantur adscribi.

3. De his autem clericis qui tonsuram proiciunt et a clericatu recedunt, quos apostatas Iulianistas iure vocitamus, statuimus ut, nisi ad professionem clericatus redierint, omni Christiana communione priventur.

4. De monachis vero propositum non servantibus decrevimus ut, quousque ad propositum redeant et in monasterio regulariter consistant, communione privati permaneant.

5. Illi etiam, qui peregrinos vel oratores cuiuscumque sancti sive clericos sive monachos vel feminas seu inermes pauperes depraedati fuerint vel bona eorum rapuerint vel in malum eis obviaverint, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emendaverint.

6. De confiniis coemeteriorum, sicut antiquitus a sanctis patribus statutum est, statuimus ita: ut maior ecclesia per circuitum sexaginta passus habeat, capellae vero sive minores ecclesiae triginta. Qui autem confinium eorum infringere tentaverit vel personam hominis aut bona eius inde abstraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet et quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Haec igitur et cetera huiusmodi, quaecumque in sacris canonibus habentur, authenticum sancta synodus praefata fore censuit observandum.

---

# 386. NICOLAI II. CONCILIUM LATERANENSE POSTERIUS.

## 1060. Apr.

*Huius concilii, in quo antipapa Benedictus X. depositus est, nonnisi pars canonum, quae tangit simoniacos et electionem pontificiam, ad nos pervenit. Gestorum genuinam formam prae se ferre videntur capita quatuor, quae primo loco proponimus. Quae servaverunt* 1) *codex civitatis Rotomagensis 701 (olim E 11/6) saec. XII. fol. 134 a viro cl. Molinier collatus;* 2) *codex civitatis Carnotensis 424 saec. XIV. fol. 159c a viro cl. Carolo*

**385.** i) Dei omn. *H.* k) cantent *L.* l) pronuntient *L*; *loco* pronuntiet neque *H*: aut. m) legant *L.* n) institutioni *L.* o) fuerunt *L.* p) maneant *L.* q) recipiant *L.* r) qui eidem praedecessori nostro obedientes eius institutum *H.* s) et — habeant *des. L.* t) *suppleri.* u) *desinit H.*

1) Et — pervenire studeant *leguntur etiam in Synodica generali c. 4.*

*Dunker collatus;* 3) *codex deperditus e quo Surius 'Tomus tertius conciliorum' p. 600 editionem principem paravit*[1]; 4) *codex Vaticanus 1345 saec. XII—XIII. fol. 151 a Waitzio collatus. Praeterea Ivo Carnotensis capita 1 et 3 recepit in Decreti parte V, c. 79 et in Panormiae l. III, c. 125. 126 (= Gratiani Decretum C. I. qu. 1 c. 110. 109), maiorem partem capitis 4 in Decreti parte V, c. 80 cum inscriptione* ibidem cap. 2. *Haec capitis 4 pars legitur etiam in Collectione canonum Deusdedit l. I, c. 138 (ed. Martinucci p. 101), sed paullisper variata seu decurtata. Bonizo etiam in Libro ad amicum l. VI (Libelli de lite I, p. 594) canonis sui partem posteriorem* (liceatque — intronizatus sit) *capite 4 adhibito confecit*[2]. *Quorum trium auctorum lectionem variam afferre non supersedimus.*

*Adiunximus quatuor illis capitibus duo capita, quae ad eundem certe concilium pertinent. Quorum prius (c. 5) integrum legitur in codice 4, ubi e vestigio sequitur caput 4, et in Ivonis Panormia l. III, c. 127 (= Gratiani Decr. C. I. qu. 1 c. 107); excepta sententia prima legitur etiam in* 5) *codice civitatis Carnotensis 172*[3] *saec. XI. fol. 62. Qui codex solus capiti 5 adiungit caput 6.*

*Notandum denique, iam in concilio anni 1059 de simoniacis actum esse, ut testatur c. 9 Synodicae generalis*[4]. — *Iaffé, Reg. pont. ed. II. 4431a.* *(P. deest.)*

Domnus papa Nicholaus[a] synodo in basilica Constantiniana presidens[b] dixit:

1. Erga symoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus[c], sed iuxta canonum sanctiones[d] et decreta sanctorum patrum[e] eos omnino damnamus ac deponendos esse[f] apostolica auctoritate sancimus.

2. De iis[g] autem, qui non per pecuniam sed gratis sunt a symoniacis ordinati, quia questio a longo tempore est diutius ventilata, omnem nodum[h] dubietatis absolvimus, ita ut super hoc capitulo neminem deinceps ambigere permittamus. Quia igitur usque adeo haec venenata pernicies hactenus inolevit, ut vix quaelibet aecclesia valeat reperiri que hoc morbo non sit aliqua[i] ex parte corrupta, eos, qui usque modo gratis sunt a symoniacis consecrati, non tam censura iusticiae, quam intuitu misericordiae[i] in acceptis ordinibus manere permittimus, nisi forte alia culpa ex vita eorum contra canones eis existat. Tanta quippe talium multitudo est, ut, dum rigorem canonici vigoris super eos servare non possumus, necesse[k] sit, ut dispensatorie ad piae condescensionis studium nostros animos ad presens inclinemus. Ita tamen auctoritate sanctorum apostolorum Petri et Pauli omnimodis interdicimus, ne aliquando aliquis successorum nostrorum ex hac nostra permissione regulam sibi vel alicui assumat vel prefigat, quia non hoc[l] auctoritas antiquorum patrum iubendo aut concedendo promulgavit, sed temporis nimia necessitas permittendum a nobis extorsit.

3.[m] De caetero autem[n] si quis hinc[o] in posterum ab eo, quem symoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus non disparem

**386.** a) *loco* Domnus papa Nicholaus 4: Nicholaus iunior. b) presidens in ecclesia Const. 4. c) decrevimus 4. d) sanctionem 4. e) s. patr. decreta 4. *Ivo.* f) eos 4. *Ivo.* g) hiis 2. h) modum 3. 4. i) *deest* 2. k) neccesse 1. l) hoc non 3. 4. m) Idem in eadem sinodo *rubrum in* 4. n) *deest* 4. *Ivo.* o) *deest* 2. 4. *Ivo.*

1) *Quam repetiverunt Binius III, 1666, Labbeus IX, 1100, Mansi XIX, 899.* 2) *De parte priore canonis Bonizoniani v. supra nr. 384. Idem canon e codice Vaticano 1346 saec. XII. p. 24 editus est a Pflugk-Harttung 'Acta pontif. Roman.' II, nr. 47* (Nicholaus papa iunior. Si quis — intronizatus sit). *Editor censuit, canonem confectum esse e Deusdedit l. I, c. 137 et 138. Bonizo potius exscriptus esse videtur. Caput 4 legitur etiam in codice bibliothecae Libri c. annum 1100 exarato, collectionem canonum continente, ex quo Pertz adnotavit haec:* Ex concilio papae Nicolai iunioris CXIII episcoporum. Si quis pecunia vel gratia humana aut populari seu militari tumultu — quasi iam inthronizatus sit. *V. 'Neues Archiv' IV, 618.* 3) *Cf. 'Wiener Sitzungsberichte' LIX, 463 et 'Catalogue des mscr. de la bibliothèque de la ville de Chartres' (1840) p. 43.* 4) *Cf. etiam concilium a. 1060. Ian. 30 Viennae a Stephano cardinali apostolicae sedis vicario ex praecepto Nicolai II. habitum in Martenei Thesauro anecdotorum IV, 93 e codice S. Albini Andegavensis editum.*

damnationis sententiam subeat[p], sed uterque depositus[q] penitentiam agat et privatus a propria dignitate persistat.

4. Nichilominus auctoritate apostolica decernimus quod in aliis conventibus nostris decrevimus: ut si[r] quis pecunia vel[s] gratia humana vel[t] populari seu militari tumultu, sine concordi et canonica electione ac[u] benedictione cardinalium episcoporum[v] ac[w] deinde[v] sequentium ordinum[v] religiosorum clericorum[x] fuerit apostolicae sedi[y] intronizatus, non[z] papa vel apostolicus, sed apostaticus habeatur. Liceatque[a] cardinalibus episcopis[b] cum religiosis et[c] Deum timentibus clericis et laicis invasorem etiam[d] cum[b] anathemate[e] et humano auxilio et studio a sede apostolica repellere[f], et quem dignum iudicaverint[g] preponere[h]. Quod si hoc intra Urbem[i] perficere nequiverint, nostra[b] auctoritate apostolica extra Urbem congregati in loco qui[k] eis placuerit eligant[l] quem[m] digniorem et utiliorem apostolicae sedi perspexerint, concessa ei[n] auctoritate regendi et disponendi res et[o] utilitatem sanctae Romanae aecclesiae[p], secundum[q] quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino[b] intronizatus sit.

---

5. Nicolaus[r] episcopus episcopis omnibus. Statuimus decretum de simoniaca[s] tripartita heresi, id est de simoniacis simoniace ordinatoribus[t] vel ordinatis, et de simoniacis simoniace a non simoniacis, et simoniacis non simoniace a simoniacis. Simoniaci[u] simoniace ordinati vel ordinatores secundum ecclesiasticos canones[v] a proprio gradu decidant. Simoniaci quoque simoniace a non[w] simoniacis ordinati similiter ab officio male accepto removeantur. Simoniacos autem non simoniace a simoniacis ordinatos[x] misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate[y] concedimus in officio permanere[z].

6. Nullus[a] episcopus sacros ordines vendat a maiore usque ad minorem, quia simoniacum est. Quod si quis fecerit, et venditor et emptor omni ecclesiastico officio privetur. Simili quoque modo venditor sacri crismatis et sacri olei seu baptismatis vel alicuius spiritualis negotii condemnetur.

---

# 387. ALEXANDER II. DE CORONATIONE IMPERIALI.

## (1064. 1065.)

*Fragmentum commonitorii, quod papa Mainardo cardinali episcopo Sanctae Rufinae, hoc tempore in Germaniam ad Heinricum IV. regem, ut videtur, mittendo destinavit, ser-*

**386.** p) subeant 4. q) dispositus 2. r) *abhinc Ivo V, 80 et Deusdedit.* s) aut *Ivo.* t) aut *D. I.* u) et 2. *I.*; ac benedictione *des. D.* v) *deest D.* w) et *D.* x) *deest I.* y) ap. sedi fuerit *I.* z) nec *D.* a) *abhinc etiam Bonizo.* b) *deest D. B.* c) relig. et *des. D*; aliis *B.* d) et *B.* e) anathematizare *B.* f) pellere *D. B.* g) quem dicaverint *B.* h) reponere *D. B.* i) intra U. hoc *B.* k) quo *I.* l) electionem faciant *D. B.* m) quem — perspexerint *des. D. B.* n) electo *D*; electa *B.* o) ad 3. 4. *D. B*; in *I.* p) eccl. s. Rom. *D.* q) secundum — videbitur *des. D. B.* r) *cap 5 integrum exstat in cod. 4 cum rubro* In decretis Nicholai pape cap. II; *in Ivonis Pan. III, 127 cum rubro:* Nicolaus in decretis c. 11; *in cod. 5 deest initium* Nicolaus — a simoniacis. s) simoniacis *Ivo.* t) ordinatoribus — simoniace *des.* 1. u) *abhinc 5 cum rubro* Decretum Nicolai papae. v) ordines 5. w) *pro* a non 5: aut. x) *deest* 5. y) tempore in necessitate 4; tempore et necessitate 5. z) conc. perm. in off. 5. *Ivo.* a) *cap. 6 in cod.* 5.

*ravit Collectio epistolaris Britannica codicis Musaei Britannici Add. mss. 8873, quam luci dederunt viri cl. Bishop et b. m. Ewald. Ewaldi editionem 'Neues Archiv' V, 332 nr. 22 sequimur.*

Alexander etc. Mainardo Rufine episcopo etc. Quia vetus consuetudo est, ut in libris Teutonicorum sicut in nostris invenitur, cum imperialis corona queritur, prius securitatem a prioribus curie regis in papam et a legatis Romanis a papa in regem de vita et menbris, honore et captura fieri oportet necessario, ut huius securitatis firmitas ex utraque parte ad alterutrum procedat.

---

# 388. 389. GREGORII VII. CONCILIUM ROMANUM.

## 1079. Febr. 11.

### 388. *ORATIO NUNTII HEINRICI REGIS.*

*Exstat in codice epistolari Hannoverano XI. 671 saec. XVI. fol. 53, e quo primus dedit Sudendorf 'Registrum' I, p. 19 nr. 11. Codicem iterum contuli. (P. deest.)*

Dominus meus H. rex supplex me misit ad vos, venerande pater, pro indicanda vobis adventatione fidelium suorum, quos ipse ad vos mittere decrevit in propinquo tempore, non unum autem[a] de minoribus regni, sed plures et de melioribus regni, ad componendam pacem inter ipsius regnum et sacerdotium vestrum, probabiles viros et religiosas personas, quibus et vos merito credere debeatis et ipse iure obedire possit, quae cum illis statueritis ad honorem suum et ad salutem sanctae ecclesiae. Me in haec verba directum ab ipso domino rege consilio principum suorum, et ipsos, sicut dixi, venturos exceptis legitimis soniis, si aliter fides non habetur, sacramento confirmare paratus sum. Sed inter haec, venerande pater, audieram, prorupisse quosdam inimicos eius in lacerationem domini regis. Qui propter infestationem inimicitiarum et odii calumniatores potius deputandi sunt iniusti, quam iusti accusatores, et per hoc nec audiendi quidem in sancto concilio super hoc negotio sunt. Horum autem calumnia facile Deo volente confutabitur in omnibus, cum illi venerint in medium, quos probabiles et religiosas personas ex regio latere vobis promitto venturos. Cum igitur et absens sit, in quem infertur calumnia, et inimicos esse constet, qui calumniam inferunt, et ipse dominus rex obediens esse velit in omnibus, appello dignitatem vestram, venerande pater, appello discretionem Romanae et apostolicae sedis, ne detis sententiam in dominum regem. Appello misericordiam omnium vestrum, qui adestis sanctae Romanae ecclesiae filii, quatenus ab hac sententia ferenda flectatis animum domini papae, scientes, nec levem[b] quamlibet personam, antequam canonice convincatur, damnandam, nedum regem.

388. a) aut aūt *cod.* b) laevem *cod.*

## 389. *GESTA CONCILII.*

*Leguntur integra in* 1) *codice Registri tabularii Vaticani l. VI, 17a ed. Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' II, p. 352; prior tantum pars in* 2) *codice Petri Pisani tabularii eiusdem ed. Duchesne 'Le Liber pontificalis' II, 285. Gestorum exordium et caput 1 in usus suos vertit Chronicon Hugonis Flaviniacensis SS. VIII, 443. Mansi XX, 523 attulit lectiones codicis cuiusdam Mutinensis nullius pretii. Nos partem eam resecuimus, quae ad Berengarii Turonensis dampnationem spectat*[1]. *(P. deest.)*

Anno ab incarnatione sempiterni principii millesimo septuagesimo nono, mense Februarii, indictione secunda, pontificatus vero domni Gregorii universalis pontificis septimi anno sexto ad honorem Dei et hedificationem sanctae ecclesiae, salutem quoque tam corporum quam animarum, ex praecepto sedis apostolicae convenerunt finitimi et diversarum provinciarum archiepiscopi, episcopi religiosaeque personae, ut sanctam synodum cęlebrarent.

1. Omnibus igitur in ecclesia Salvatoris congregatis, habitus est sermo de corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi, multis haec, nonnullis illa prius sentientibus. Maxima siquidem pars[2] . . . . . . . . . . . . ab ea recesserant.

2. His itaque pie et feliciter actis, inter multas proclamationes conquesti sunt legati regis Rodulfi super Heinrico: quod, nulli loco nullique personae parcens, regionem[a] Transalpinam contereret et conculcaret; neminem debitus honor vel reverentia vel dignitas tueretur; et ceu vilia mancipia non modo sacerdotes sed etiam episcopi et[b] archiepiscopi caperentur vinculisque manciparentur partimque[c] trucidarentur. Decreverunt ergo quam plures concilii, in illius tyrannidem gladium apostolicum debere evaginari; sed distulit apostolica mansuetudo. Iuraverunt igitur legati Heinrici regis illud, quod in sequentibus scriptum repperitur:

3. Sacramentum[d] nunciorum Henrici regis.

'Legati domini mei regis ad vos venient infra[e] terminum ascensionis Domini — exceptis legitimis soniis[f], id est morte vel gravi infirmitate vel[g] captione absque dolo — qui legatos Romanae sedis[h] secure ducent et reducent. Et domnus rex oboediens erit illis in omnibus secundum iustitiam et iudicium illorum. Et haec omnia observabit absque dolo, nisi quantum ex iussione vestra remanserit. Et haec iuro ex praecepto domini mei regis Heinrici'.

4. Item[i] iusiurandum nunciorum Rodulfi regis, itidemque Rodulfi, quod sequitur.

'Si colloquium ex vestro praecepto constitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco et tempore a vobis definito ante praesentiam vestram vel legatorum vestrorum dominus noster rex Rodulfus vel ipse veniet vel episcopos et fideles suos mittet; paratusque erit, iudicium, quod sancta Romana ecclesia decreverit de causa regni, subire; nulloque malo ingenio conventum a vobis sive legatis vestris constitutum impediet; et postquam certum inde[k] vestrum nuncium videbit de pace in regno constituenda[l] et confirmanda, studebit, ut legatio vestra provenire ad pacem regni et concordiam possit. Haec omnia

389. a) religionem 1. b) *deest* 1. c) etiam *add.* 2. d) Sacramentum — regis *des.* 2. e) intra 2. f) excepta maiore vi 2. g) vel captione *des.* 2. h) aecclesie 2. i) Item *usque* regis *des.* 2. k) inde certum 2. l) statuenda 2.

1) *Gesta leguntur etiam in codice Rotomagensi E.* ¹¹₆ *membr. fol. saec. XII, attamen solummodo usque ad verba c. 1* ab ea recesserant *concordant cum editis, abhinc diversa continent:* Statuimus ut si quis symoniace ordinatus fuerit, ab officio omnino cadat quod illicite usurpavit; vel si quis — Sane regibus et principibus faciendae iusticiae facultatem consultis archiepiscopis et episcopis non negamus. V. *'Archiv' VIII, 369.* 2) *Omisimus ea, quae ibi narrantur de Berengarii Turonensis dampnatione.*

observabuntur, nisi quantum ex vestra certa[m] licentia remanserit vel ex[m] impedimento legitimo, scilicet morte vel gravi infirmitate vel captione sine dolo.

5. Sacramentum[n] archiepiscopi Aquileiensis.

Iuravit item eodem tempore archiepiscopus Aquileiensis Heinricus secundum haec verba: 'Ab hac hora et inantea fidelis ero et oboediens beato Petro et papae Gregorio suisque successoribus, qui per meliores cardinales intraverint. Non ero[o] in consilio neque in facto, ut vitam aut membra aut papatum perdant, aut capti sint mala captione. Ad synodum, ad quam me vocabunt vel per se vel per suos nuncios vel per suas litteras, veniam et canonice oboediam aut, si non potero, legatos meos mittam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor ero ad tenendum et defendendum, salvo meo ordine. Consilium vero, quod michi crediderint per se aut per nuncios suos sive per litteras, nulli pandam me sciente ad eorum damnum. Legatum Romanum eundo et redeundo honorifice tractabo et in necessitatibus suis adiuvabo. His, quos nominatim excommunicaverint, scienter non communicabo. Romanam ecclesiam per saecularem militiam fideliter adiuvabo, cum invitatus fuero. Haec omnia observabo, nisi quantum sua certa licentia remanserit'.

6. Excommunicati sunt in eadem synodo sine spe recuperationis archiepiscopus Narbonensis[1], Tedaldus dictus archiepiscopus Mediolanensis, Sigifredus dictus episcopus Bononiensis, Rolandus Tarvisiensis, item episcopi Firmanus[2] et Camerinus[3]; hi omnes cum sequacibus suis, tam clericis quam etiam laicis.

7. Sacramentum Regiensis episcopi.

'Ego Gandulfus Regiensem episcopatum contra interdictum vestrum aut vestri legati octo diebus non tenebo; neque aliquo inveniam studio, quo vestre legationi resistatur. Sic me Deus adiuvet et haec sacra euangelia'.

# 390. 391. GREGORII VII. CONCILIUM ROMANUM.

1080. Mart. 7.

## 390. *PROPOSITIO RUDOLFI REGIS ET PRINCIPUM IMPERII.*

*Ediderunt Goldastus 'Constitutiones imperiales' I, 240, dein Labbeus et Cossartius in Collectione conciliorum X, 1830 (= Mansi XX, 536), nescio quo e fonte, sub rubrica:* Rudolphi regis Romanorum et principum imperii propositio in synodo Romana contra Henricum IV. imperatorem. *Recepit quoque monumentum nostrum Paulus Bernridensis in Vitam Gregorii VII. cap. 106 (ed. Gretser p. 233); at neque ex editione Gretseri neque e codice Pauli Goldastus et Labbeus haurire poterant, quia in utroque linea temporis desideratur*[4]. *Postremo Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' I, 437 propositionem dedit cum rubro aliquantisper mutato*[5] *et cum linea temporis, adiecta adnotatione:* Haec leguntur in registro Gr. post synodi acta. *Hoc certe falsum est; neque in editione Iafféi neque in editione principe (Romae 1591; tom. III, 805) talia leguntur. Equidem virum d. Watterich adhibitis editionibus Labbei et Gretseri rubrum et nomina propria suo Marte variasse crediderim.* *(P. deest.)*

389. m) *deest* 2. n) *sequentia in solo* 1. o) ergo 1.

1) *Petrus; cf. p. 556.* 2) *Grisforanus.* 3) *Hugo I.* 4) *De codice v. Watterich I, 538 not. 3.* 5) Propositio Rudolfi regis *etc.*

Nos ex legatione domini nostri regis Rodulfi[a] et principum eius conquerimur Deo et sancto Petro vestraeque paternitati et cuncto huic sanctissimo[b] concilio, quod ille Heinricus[c], quem vos apostolica auctoritate deposuistis a regno, id ipsum regnum contra vestrum interdictum tyrannice invasit: omnia circumquaque ferro, praeda, incendio devastavit; archiepiscopos, episcopos de episcopatibus suis impia crudelitate expulit et eorum episcopatus suis fautoribus in beneficia distribuit. Per cuius etiam tyrannidem piae memoriae Werinharius Magdeburgensis archiepiscopus occisus est. Adelbertus Wormatiensis episcopus adhuc ab eo contra sedis apostolicae praeceptum in captione cruciatur; multa hominum millia eius factione sunt occisa; quamplures ecclesiae ablatis reliquiis incensae ac penitus destructae. Innumerabilia quidem facinora sunt, quae idem Heinricus in principes nostros perpetravit, eo quod sibi contra sedis apostolicae decretum ut regi obedire noluerunt. Et colloquium, quod vos pro inquirenda iustitia et pace componenda fieri decrevistis, ex culpa Heinrici et fautorum eius remansit. Quapropter vestram humiliter imploramus clementiam, ut nobis, immo sanctae Dei ecclesiae, decretam sacrilego pervasori ecclesiarum iustitiam faciatis.

Actum[d] Romae anno ab incarnatione Domini MLXXX, pontificatus vero domni Gregorii papae septimi anno VII, indictione III.

## 391. *GESTA CONCILII.*

*Integra servata sunt in* 1) *codice Registri l. VII, 14 a ed. Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' II, p. 398; exceptis capitibus 5 et 6 et postrema parte capitis 2 in* 2) *codice Petri Pisani apud Duchesnium 'Le Liber pontificalis' II, p. 287, ubi initium exordii in narrationem contexitur; solum caput 7, excommunicatio Heinrici regis, legitur etiam in* 3) *Hugonis Flaviniacensis Chronico SS. VIII, 451 et* 4) *in collectione Udalrici Babenbergensis nr. 150 ed. Eccard 'Corpus historicum' II, 152. Praeterea leguntur in codice Gotwicensi nr. 56 saec. XII. fol. 127*[1] *exordium et capita 1. 2. 5 (cui rubrum praecedit:* G. in secundo capitulo. De falsa poenitentia*). 6; excommunicatio regis cap. 7 apud Paulum Bernridensem in Vita Gregorii VII. c. 107 (ed. Gretser p. 234) et pro parte et mendis deturpata in codice Guelferbytano 1126 (Helmst. 1024) saec. XII. fol. 15'. Edidit Mansi XX, 531 cum varia lectione codicis cuiusdam Mutinensis, quae nil valet; porro p. 517 dedit capita 1 et 2 pro parte e libello Anselmi Lucensis contra Wibertum (Canisius Vet. Lect. ed. Basnage III, 384). (P. deest.)*

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo, pontificatus vero domni Gregorii VII. papae anno septimo, indictione tertia, celebravit ipse domnus papa synodum Romae; ubi[a] interfuerunt archiepiscopi et episcopi diversarum urbium, nec non et abbatum ac diversorum ordinum clericorum et laicorum innumerabilis multitudo. In qua, apostolica constituta corroborans multa quae corrigenda erant correxit et quae corroboranda firmavit. Inter cetera namque in fine synodalis absolutionis haec annexuit et perpetuae memoriae pro[b] posteris scribenda mandavit, ita dicendo:

1. Sequentes statuta sanctorum patrum[c] — sicut in prioribus conciliis, quae Deo miserante celebravimus, de ordinatione[d] ecclesiasticarum dignitatum statuimus — ita et nunc apostolica auctoritate decernimus ac confirmamus: ut, si[2] quis deinceps epi-

**390.** a) *sic W;* Rudolphi *G. L. Gr.* b) sacratissimo *e cod. Pauli adnotat W. p. 538 not. 3.* c) *sic W;* Henr. *semper G. L. Gr.* d) Actum — III. *des. Gr. et cod. Pauli Bernrid.*

**391.** a) *exordium hucusque variatum in* 2. b) *deest* 2. c) Patrum sanct. stat. sequentes 2. d) ordine 2.

1) *Cf. Wiener Sitzungsberichte LVII, 565.* 2) Si quis deinceps — sententiae vinculo se esse sciat obstrictum *sunt in Gratiani Decr. P. II. C. XVI qu. 7 c. 12. IAFFE.*

scopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur nec ulla ei ut episcopo seu abbati audientia concedatur. Insuper etiam ei gratiam sancti Petri et introitum ecclesiae interdicimus, quo usque
1. Reg. 15,23. locum, quem sub crimine tam ambitionis quam inobedientiae, quod est scelus idolatriae, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus.

2. Item si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum vel quilibet[e] saecularium potestatum aut personarum investituram episcopatuum[f] vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sententiae vinculo se obstrictum esse sciat. Insuper[g] etiam, nisi resipiscat et ecclesiae propriam libertatem dimittat, divinae animadversionis ultionem in hac praesenti vita tam in corpore suo quam ceteris rebus suis sentiat, ut in adventu Domini spiritus salvus fiat.

3. Item sententiam depositionis et excommunicationis iam plerumque datam in Tedaldum Mediolanensem dictum archiepiscopum et Guibertum Ravennatem et Rolandum Tarvisiensem confirmamus et corroboramus. Et Petrum olim Rotonensem[h, 1] episcopum nunc autem Narbonensis ecclesiae invasorem pari sententia damnamus.

4. Item si quis Normannorum terras sancti Petri, videlicet illam partem Firmanae marchiae, quae nondum pervasa est, et ducatum Spoletanum et Campaniam nec non Maritimas atque Sabinum et comitatum Tiburtinum nec non monasterium sancti Benedicti Montis Cassini et terras sibi pertinentes, insuper etiam Beneventum invadere vel depraedari praesumpserit, gratiam sancti Petri et introitum ecclesiae ei usque ad satisfactionem interdicimus. Verumtamen, si quis illorum adversus habitatores harum terrarum aliquam iustam causam habuerit, prius a nobis vel a rectoribus[i] seu ministris inibi constitutis iustitiam requirat; quae si ei denegata fuerit, concedimus: ut pro recuperatione suarum rerum de terra illa accipiat; non tamen ultra modum nec more praedonum, sed ut decet christianum et eum, qui sua magis querit recipere, quam aliena diripere, et qui timet gratiam Dei amittere et maledictionem beati Petri incurrere.

5. Preterea[k] admonemus omnes, qui aeternae damnationis poenas evadere et verae beatitudinis gloriam cupiunt intrare, ut a falsis sibi caveant poenitentiis. Sicut enim falsum baptisma non lavat originale peccatum, ita post baptismum falsa poenitentia non delet nefas commissum. Ideoque valde necessarium est, ut, qui se aliquod grave crimen commisisse cognoscit, animam suam prudentibus et religiosis viris committat, ut per veram poenitentiam certam peccatorum suorum consequatur veniam. Haec est enim vera penitentia: ut post commissum alicuius gravioris criminis — utpote meditati homicidii et sponte commissi, seu periurii pro cupiditate honoris aut pecuniae facti, vel aliorum his similium — ita se unusquisque ad Dominum convertat, ut, relictis omnibus iniquitatibus suis, deinde in fructibus bonae operationis permaneat.
Ezech. 18,21. Sic enim Dominus per prophetam docet: ‘Si conversus fuerit impius ab omnibus iniquitatibus suis et custodierit universa mandata mea, vita vivet et non morietur’. In quibus verbis manifeste datur intelligi: quoniam, qui aliena bona diripuit et ea, cum possit, reddere vel emendare noluerit, vel qui arma contra iustitiam portaverit, aut odium in corde retinet, vel qui huiusmodi negociationibus aut officiis implicitus fuerit, quae sine fraude, sine falsitate, sine invidia, sine deceptione fratrum exercere non possit, nec ad Deum conversus nec de perpetratis facinoribus veram poenitentiam facere credendus est. Unde inter omnia vos hortamur atque monemus: ut in accipiendis poenitentiis non ad illos curratis, in quibus nec religiosa vita nec est consulendi

391. e) quarumlibet 2. f) episcopatus 2. g) Insuper — fiat *des.* 2. h) Rodonensem 2. i) nostris *add.* 2. k) Praeterea — eligendi potestate privatur *des.* 2.

1) *Ruthenensem. IA.*

scientia, qui animas hominum magis ad interitum quam ad salutem ducunt, teste Veritate quae ait: 'si caecus caecum ducat, ambo in foveam cadunt'; sed ad eos, qui religione et scripturarum doctrina instructi viam veritatis et salutis vobis ostendere valeant. Matth. 15,14.

6. Item de electione pontificum.

Quotiens, defuncto pastore alicuius ecclesiae, alius est ei canonice subrogandus, instantia visitatoris episcopi, qui ei ab apostolica vel metropolitana sede directus est, clerus et populus, remota omni saeculari ambitione, timore atque gratia, apostolicae sedis vel metropolitani sui consensu pastorem sibi secundum Deum eligat. Quodsi corruptus aliquo vitio aliter agere praesumpserit, electionis perperam factae omni fructu carebit: et de caetero nullam electionis potestatem habebit: electionis vero potestas omnis in deliberatione sedis apostolicae sive metropolitani sui consistat. Si enim is, ad quem consecratio pertinet, non rite consecrando, teste beato Leone, gratiam benedictionis amittit, consequenter is, qui ad pravam electionem declinaverit, eligendi potestate privatur.

7. Item excommunicatio regis Heinrici.

Beate[l] Petre princeps apostolorum et tu beate Paule doctor gentium, dignamini queso aures vestras ad me inclinare meque clementer exaudire. Quia veritatis estis discipuli[m] et amatores, adiuvate, ut veritatem vobis dicam, omni remota falsitate quam omnino detestamini, ut fratres mei melius michi adquiescant et sciant et intelligant, quia ex[n] vestra fiducia post Deum et matrem eius semper virginem Mariam pravis et iniquis resisto, vestris autem fidelibus auxilium praesto. Vos enim scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi; et invitus ultra montes cum domino[o] papa Gregorio abii, sed magis invitus cum domino meo papa Leone ad vestram specialem ecclesiam redii, in qua utcunque vobis deservivi; deinde valde invitus cum multo dolore et gemitu ac planctu in throno vestro valde indignus sum collocatus. Hec[p] ideo dico, quia non ego vos, sed vos elegistis me et gravissimum pondus vestrae ecclesiae supra[q] me posuistis. Et quia super montem excelsum me iussistis ascendere et clamare atque annunciare populo Dei scelera eorum et filiis ecclesiae peccata eorum, membra Ies. 58, 1. diaboli contra me coeperunt insurgere et usque ad sanguinem praesumpserunt in me manus suas[r] inicere. Astiterunt enim[s] reges terrae et principes saeculares et ecclesiastici, aulici etiam et vulgares convenerunt in unum adversus dominum et adversus vos christos eius, dicentes: 'dirumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum Ps. 2, 3. ipsorum'; et ut me omnino morte[t] vel exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere.

Inter quos specialiter Heinricus, quem dicunt regem, Heinrici imperatoris filius[u], contra vestram calcaneum erexit ecclesiam, facta cum multis episcopis ultramontanis et Italicis conspiratione, anniteus, me deiciendo eam sibi subiugare. Cuius superbiae vestra resistit[v] auctoritas, eamque[w] vestra[x] destruxit potestas. Qui confusus et humiliatus ad me in Longobardiam veniens[y] absolutionem ab excommunicatione quesivit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de suae vitae emendatione[z], solam ei communionem reddidi; non tamen in regno, a quo eum in Romana synodo deposueram, instauravi[a]; nec fidelitatem[b] omnium, qui sibi[c] iuraverant vel erant iuraturi, a qua[d] omnes absolvi in eadem synodo, ut sibi servaretur[e], praecepi. Et haec ideo detinui, ut inter eum et[f] episcopos vel principes ultramontanos, qui ei causa iussionis vestrae ecclesiae restiterant, iustitiam facerem vel pacem componerem.

**391.** l) *abhinc etiam in* 3. 4. m) apostoli 3. n) *deest* 2. o) meo *add.* 2. 3. p) Nec 1. q) super 2. 3. r) *deest* 3. 4. s) *deest* 3. t) morti traderent 4. u) filium 1. v) restitit 2. 4. w) eumque 3. x) nostra 1. y) venit 3. z) melioratione 3. a) restauravi 3. b) *sic pro* fidelitas 1—4. c) ei 3. d) quo 1. e) servarent 4. f) et episcopos *des.* 3.

sicut[g] ipse Heinricus iuramento per duos episcopos michi promisit. Praedicti autem episcopi et principes ultramontani audientes, illum non servare mihi[h] quod promiserat, quasi desperati de eo, sine[i] meo consilio vobis testibus, elegerunt sibi Rodulfum ducem in regem. Qui rex Rodulfus festinanter ad me misso nuncio indicavit, se coactum regni gubernacula suscepisse, tamen sese[k] paratum michi omnibus modis oboedire. Et ut[l] hoc verius credatur, semper ex eo tempore eundem mihi[m] misit sermonem, adiciens etiam filio[n] suo[o] obside et fidelis sui ducis Bertaldi[p] filio, quod promittebat, firmare[q]. Interea Heinricus cepit me precari, ut illum contra predictum Rodulfum adiuvarem. Cui respondi: me libenter facere, audita utriusque partis ratione, ut scirem, cui iustitia magis faveret. Ille vero putans, suis viribus eum posse devincere, meam contempsit responsionem. Postquam autem persensit, se non posse sicut speravit agere, duo episcopi, Verdunensis videlicet[r] et Osenburcgensis, de consentaneis suis Romam venerunt et in synodo ex parte Heinrici me, ut ei iustitiam facerem, rogaverunt. Quod et nuncii Rodulfi fieri laudaverunt. Tandem, aspirante Deo sicut credo, statui in eadem synodo: in partibus ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax statueretur aut, cui amplius iustitia faveret, cognosceretur. Ego[s] enim, sicut vos mihi testes estis patres et domini, usque hodie nullam partem disposui adiuvare nisi eam, cui plus iustitia faveret. Et quia putabam, quod iniustior pars colloquium nollet fieri, ubi iustitia suum locum servaret, excommunicavi et anathemate alligavi[t] omnes personas sive regis sive ducis aut episcopi seu alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut[u] non fieret. Predictus autem Heinricus cum suis fautoribus non
1. Reg. 15,23. timens periculum inoboedientiae, quod est scelus idolatriae, colloquium impediendo excommunicationem incurrit et se ipsum anathematis vinculo alligavit magnamque multitudinem christianorum morti tradi[v] et ecclesias fecit dissipari et totum paene Teutonicorum regnum desolationi dedit. Quapropter confidens de iudicio et misericordia Dei eiusque piissime matris semper virginis Mariae, fultus vestra auctoritate, saepe nominatum Heinricum, quem regem dicunt, omnesque fautores eius excommunicationi subicio et[w] anathematis vinculis alligo. Et iterum[x] regnum Teutonicorum et Italiae ex parte omnipotentis Dei et vestra interdicens ei, omnem potestatem et dignitatem illi regiam tollo et, ut nullus christianorum[y] ei sicut regi oboediat, interdico omnesque[z], qui ei iuraverunt vel iurabunt de regni dominatione, a iuramenti promissione absolvo. Ipse autem Heinricus cum suis fautoribus in omni congressione belli nullas vires nullamque in vita sua victoriam optineat. Ut autem Rodulfus regnum Teutonicorum regat et defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in regem, ad vestram[a] fidelitatem ex parte vestra dono, largior[b] et concedo: omnibus[c] sibi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum vestramque benedictionem in hac vita et in futura, vestra fretus fiducia largior. Sicut enim Heinricus pro sua superbia, inoboedientia et falsitate a regni dignitate iuste abicitur, ita Rodulfo pro sua humilitate, oboedientia et veritate potestas et dignitas regni conceditur.

Agite nunc queso, patres et principes sanctissimi, ut omnis mundus intelligat et cognoscat, quia, si potestis in coelo ligare et solvere, potestis in terra imperia, regna, principatus, ducatus, marchias, comitatus et omnium hominum[d] possessiones pro meritis tollere unicuique[e] et concedere[f]. Vos enim[e] patriarchatus, primatus[g], archiepiscopatus, episcopatus frequenter tulistis pravis et indignis et religiosis viris dedistis. Si enim

**391.** g) et *add.* 3. h) *deest* 3. i) sine meo consilio *des.* 3. k) se 2. l) ut — credatur *des.* 3. 4. m) semper *abundat* 1. n) et filio 4. o) dato *add.* 3. 4. p) Bertholdi 4; filio *deest* 3. q) sacramento firmare 3; confirmare 4. r) Teodericus *add.* 3. s) Ego — faveret *des.* 3. 4. t) obligavi 3. u) *loco* ut non 3. 4: ne; 2: ut. v) tradidit 2; tradit 4. w) et — alligo *des.* 3. x) totum 4. y) christianus 2. 3. 4. z) omnesque — absolvo *des.* 3. a) nostram 4. b) *deest* 2. c) omnibusque 3. 4. d) *deest* 2. e) *deest* 3. f) possessiones tollere et meritis concedere 4. g) *deest* 2.

spiritualia iudicatis, quid de saecularibus vos[h] posse credendum est! Et si angelos dominantes omnibus superbis principibus iudicabitis[i], quid de illorum servis facere potestis! Addiscant nunc reges[k] et omnes saeculi principes, quanti vos estis, quid potestis; et timeant parvipendere iussionem ecclesiae vestrae. Et in praedicto Heinrico tam[l] cito iudicium vestrum exercete, ut omnes sciant, quia[m] non fortuitu[n] sed vestra potestate cadet[o]. Confundetur[p]; utinam ad penitentiam, ut spiritus sit salvus in die Domini.

Acta[q] Rome Nonis Martii, indictione III.

---

# 392. SACRAMENTUM ELIGENDI REGIS.

(1081.)

*Gregorius VII. a. 1081, occiso Rudolfo Suevo nondumque creato Herimanno Luxenburgensi, scribens Altmanno episcopo Pataviensi et Wilhelmo abbati Hirsaugiensi (Registrum VIII, 26 ed. Iaffé 'Bibliotheca rerum Germanicarum' II, p. 475) haec verba facit:* De praedicto enim Rodulfo rege quid sancta Romana ecclesia speraverit et quid ille promittebat, tu ipse, frater karissime, satis cognoscis. Providendum est ergo, ut non minus ab eo, qui est eligendus in regem, inter tot pericula et labores sperare debeamus. Qua de re quid promissionis iuramento sancta Romana ecclesia ab illo requirat, in sequenti significamus. *Succedit forma iuramenti, quam proponimus ex* 1) *editione Iafféi, quae nititur codice Registri in tabulario Vaticano asservato;* 2) *editione collectionis canonum cardinalis Deusdedit l. IV, c. 161 (Martinucci p. 502), ubi inscribitur:* Ex eodem reg. *(registro Gregorii)* lib. V cap. LXVI. *Cum liber quintus Registri acta anni 1077 complexus sit, textusque cardinalis aliquantum abhorreat a textu codicis Vaticani, persuasum habeo, pontificem iuramentum istud iam a. 1077 a Rudolfo Suevo petivisse.*

*(P. deest.)*

Ab hac hora et deinceps[a] fidelis ero per rectam fidem beato Petro apostolo eiusque vicario pape Gregorio[b], qui nunc in carne vivit [et successoribus eius meliorum cardinalium electione intrantibus][c]. Et[d] quodcumque mihi ipse papa praeceperit, sub his videlicet verbis: per veram oboedientiam, fideliter, sicut oportet christianum, observabo. De ordinatione vero ecclesiarum et de terris vel censu, quae[e] Constantinus imperator vel Carolus[f] sancto Petro dederunt, et de omnibus ecclesiis vel praediis[g], quae apostolicae sedi ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore sunt[h] oblata vel concessa et in mea sunt vel fuerint potestate, ita conveniam cum papa, ut periculum sacrilegii et[i] perditionem animae meae non incurram. Et Deo sanctoque Petro, adiuvante Christo, dignum honorem et utilitatem impendam. Et eo die, quando[k] illum primitus[l] videro[m], fideliter per manus meas miles sancti Petri et illius efficiar. [Sic[n] me Deus adiuvet et haec sancta euangelia.]

**391.** h) *loco* vos — est 3: potestis. i) *deest* 3; iudicatis 4. k) terre *add.* 3. l) *deest* 2. m) quod 2. n) fortuito 3. 4. o) cadat potestate 2. p) confundatur 2; et confundetur 3. 4. q) Actum 2; Data 3; Acta — indictione III. *des.* 4

**392.** a) ego ill. *add.* 2. b) domno pape ill. 2. c) *uncis inclusa add.* 2. d) Et — observabo *des.* 2. e) censum quem 2. f) Karolus 2. g) presidiis 2. h) vel fuerint *add.* 2. i) et — meae *des.* 2. k) quo 2. l) prius 2. m) videbo 2. n) *uncis inclusa add.* 2; Si 2.

# 393. URBANI II. CONCILIUM PLACENTINUM.

1095. Mart. 1—7.

*E Gestis huius concilii plura refert Bernoldus Constantiensis (SS. V, 461), qui ea integra ante oculos habuisse videtur, at canones eius suo modo variavit*[1]. *Ea, quae nobis in codicibus servata sunt, pro Breviario tantum Gestorum habenda sunt, quod in duobus vel fortasse tribus recensionibus ferebatur. Codices, quos adhibuimus, hi sunt:* 1) *codex Musaei Britannici Harlei. 3001 membr. saec. XII. fol. 80'—82; capiti 15 presso pede succedit relatio de conventu Conradi regis et Urbani II. Cremonae facto (v. infra nr. 394); ubi haec inscriptio:* De concilio ab Urbano II. papa Placentiae habito et de pactione eiusdem cum Conrado rege Cremonae confecta; *exemplavit Iaffé;* 2) *codex Parisinus 4246 saec. XII, quem contulit Bethmann;* 3) *codex Vaticanus Christin. 987 saec. XIII. in. fol. 165: abundat notitia de decima praefatione missae; contulit vir cl. Friedensburg;* 4) *codex bibliothecae Barberinianae, nimirum XVI. 67 chart.*[2] *fol. 66, quem iam in usus suos verterunt Labbeus et Cossartius X, 504, cuius varias lectiones adnotavit Mansi XX, 804 sq.; quorum editiones secuti sumus; excellit Barberinianus notitia de decima missae praefatione, quae immediate sequitur caput 15, et canone (16) extravagante de investitura;* 5) *codex Bruxellensis 495—503 saec. XI. ex. fol. 16' et 17', cuius textus aliquando singularia praebet; exemplavit Bethmann, contulit Holder-Egger. Codices 1—5 capita 1—15 continent, codices vero 6—12 modo capita 1—14.* 6) *Codex Vaticanus 1208 saec. XIII. ex. fol. 127, qui idem esse videtur quem Mansi codicem suum vocat; uterque enim distinctionem capitum singularem praebet; contulit Friedensburg; a quo etiam exemplatus est* 7) *codex Vaticanus 1364 saec. XI. ex. fol. 189'; ubi inscriptio:* Incipiunt capitula Placentinae synodi quae celebrata est a domino papa Urbano secundo; 8) *codex bibliothecae capituli Lucensis 124 saec. XI. ex. in calce;* 9) *codex quidam Vaticanus, quem adhibuerunt editiones Holstenii 'Collectio Romana bipartita' II, 170 ac Labbei et Cossartii X, 503 (= Mansi XX, 804), ubi inscriptio:* Incipiunt acta synodi; 10) *codex Bruxellensis 11196—97 saec. XII. fol. 7, ubi insunt prooemium et capita 1—12 in scripto VIII. cardinalium Wibertinorum (ed. Libelli de lite II, 408);* 11) *codex Hannoveranus XI. 671 saec. XVI. fol. 124', consimilis codici 10, neque vero ab hoc pendet; ex Hannoverano edidit tractatum istum Sudendorf 'Registrum' II, 95; ipse contuli; excellunt codices 10 et 11 additione capitis 8;* 12) *codex Vallicellianus C. 24 chart., ex quo capita 1—14 edita sunt tamquam capita 10—16 concilii Lateranensis anni 1110 a viro d. Pflugk-Harttung 'Acta pontificum Romanorum inedita' II, 197 nr. 238;* 13) *codex quidam Vindobonensis, cuius varias lectiones attulit Mansi XX, 805 in adnotationibus; codices 12 et 13, qui prooemio carent, excellunt additamento capitis 10. Alius indolis ac codices 1—11 sunt codices 14 et 15, qui tamen quandam affinitatem cum codicibus 12 et 13 ostendunt; hi quatuor enim insimul abundant additamento capitis 7. Codices 14 et 15, qui capita 1—7. 15 tantum continent, aliquando lectiones singulares et prooemium aliquantisper diversum praebent, quale et ipsi Bernoldo ad manus fuisse videtur. Sunt codices* 14) *Monacensis lat. 5129 saec. XII—XIII. fol. 85', quem ipse exemplavi, et* 15) *Monacensis lat. 4556, anno 1460 exaratus, p. 122, qui a codice 13 minime pendere videtur; exemplavit vir d. Leidinger, contulit vir d. Simonsfeld.*

1) *Hoc patet, comparatis capitibus nostris 1—4. 13. 14 cum iis, quae ex his praebet auctor. Praeterea Bernoldus mentionem facit canonum, qui agunt de poenitentia, de eucharistia, de Nicolaitis, de haeresi Berengarii, de Wiberto iterum dampnato.* 2) *Cf. Pflugk-Harttung 'Iter Italicum' I, 90.*

*Quae subsidia cum nobis sufficerent, alia in usus nostros vertere supersedimus, discrepantias codicum seu recensionum Breviarii ex apparatu nostro critico satis elucere confisi*[1]. *(P. deest.)*

Anno[a] dominicę incarnationis[b] MXCV, indictione tertia, Kalendis Martii[c] cęlebrata est Placentiae synodus[d] praesidente domno Urbano[e] papa cum episcopis et[f] abbatibus tam* Galliarum quam[g] Longobardiae[h] et Tusciae. Facta est[i] autem[k] magna[l] consultatio[m] de his, qui aecclesias vel praebendas emerant, sed et de his, qui in[n] scismate Wipertino fuerant ordinati[o]. Et[p] primo quidem ac tercio die[q] in campo concilium sedit[r]. Tantus enim convenerat populus, ut nulla eos aecclesia caperet[s], exemplo quidem[t] Moysi Deuteronomium[u] commendantis et domini nostri Iesu Christi[v] docentis in loco campestri. Septimo tandem die post tractationem[w] diutinam[x] haec sunt capitula[y] prolata et[z] assensu totius concilii comprobata[a]:

1.[b] Ea[c], quae[d] a[e] sanctis patribus de simoniacis statuta sunt[f], nos quoque sancti Spiritus[g] iudicio[h] et[i] apostolica auctoritate firmamus.

2. Quicquid igitur vel in sacris ordinibus vel in aecclesiasticis rebus vel[k] data vel promissa[l] pecunia[m] acquisitum[n] est, nos irritum esse et[o] nullas umquam[p] vires optinere censemus.

3. Si qui tamen[q] a[r] simoniacis non[s] simoniace ordinati sunt[t], si quidem probare potuerint[u], se, cum ordinarentur, eos[v] nescisse simoniacos[w], et si[x] tunc[y] pro catholicis habebantur[z] in aecclesia, talium ordinationes misericorditer[a] sustinemus, si tamen laudabilis eos[b] vita commendat.

4. Qui vero scienter se[c] a[d] simoniacis consecrari[e] immo[f] execrari passi sunt, eorum[g] consecrationem[h] omnino[i] irritam esse[k] decernimus[l].

*) *pro* tam — Tusciae 14. 15: et clericis fere IIII milibus ex diversis provinciis Baioariae[m], Alemanniae, Franciae, Saxoniae, Burgundiae, Galatiae, Langobardiae, Tusciae. In hac synodo *etc.*

**393.** a) A *deest* 1; Anno — concilii comprobata *des.* 12. 13. b) ab incarnatione domini 7. c) Kal. Martii *des.* 2. 7—9; Kal. Mart. indictione tercia 10. 11; mense Martio 14. 15. d) syn. Plac. 2. 4. 5. 7. 12. 13; synodus *deest* 11. 15. e) U. 1; Turbano 10; secundo *add.* 7. f) *deest* 5. g) et *add.* 1. 2. 8. h) Langobardorum 5; Burgundie 10. 11. i) *deest* 9. k) *deest* 14. 15. l) *deest* 10. 11; est *add. hic* 9. m) concertatio 4. n) *deest* 10. 11. o) Wigbertino ordinati sunt 14. 15. p) *deest* 1; ac 14. 15. q) die ac tercio 14. 15; tercia 7. r) sedit conc. in campo 14. 15. s) cap. aeccl. 5. 13. 14. t) nimirum 10. 11. u) deutronomium 10. 11. 14. v) *deest* 7. w) transactionem 11. x) diutina 10; diuturnam 4; divinam 7. y) cap. sunt 14. 15. z) et — comprobata *des.* 2. a) probata 5; etc. *add.* 11. b) Cap. I. 9 *et sic deinceps usque* Cap XIV; Cap. I. 7 *et sic deinceps usque* Cap. VII; Primum cap̄ *in margine* 14. 15. c) *deest* 12. d) sunt *add.* 10. 11. e) a sanctis patribus *des.* 12. f) *deest hic* 10. 11; et *add.* 1. g) sancti Spiritus *des.* 9; Spir. sancti 5. h) eorum *add.* 9. i) ex 12. k) et 11. l) firmata 12. m) lingua aut obseqaio *add.* 12; obsequio aut (vel 15) lingua *add.* 14. 15. n) requisitum 12. o) *deest* 1. 2. 8. p) *deest* 7. q) tantum 7. r) ab occulte 13. s) *pro* non sim. ordinati 10. 11: consecrari passi. t) sunt ord. 12. u) potuerunt 7. v) *deest* 5. 12; nescisse eos esse 7. w) esse *add.* 12. x) *deest* 9. 11. y) tum 9—12; tamen 5. z) habeantur 5. a) *deest* 12. b) *deest* 2; eos laudabilis 14. 15. c) *deest* 10—12; se scienter 14. 15. d) publice *add.* 13. e) consecrare 1. f) vel potius 1; immo execrari *des.* 10. 11. g) *deest* 10. 11. h) ordinationem 12. i) *deest* 1. k) *deest* 12. l) decrenimus 11. m) Bavarie 15.

1) *Alii codices, quorum cognitionem habemus, sunt: Escorialensis a I 6 saec. XIV. (v. 'Neues Archiv' VI, 226), Gotwicensis Nr. 8 saec. XII, qui duo modo capita 5 et 6 continet (v. 'Wiener Sitzungsberichte' LVII, 560); Parisinus Coll. Baluze 7 fol. 244 (v. Loewenfeld 'Regesta pont. Romanorum' ed. II, p. 677). Vallicellianus C. 24 praeterea, testante viro d. Pflugk-Harttung 'Iter Italicum' I, 105, etiam fol. 59. 71. 82 canones concilii Placentini continet. In Vaticano 6196 vero (cf. 'Archiv' XII, 256), testante viro cl. Friedensburg, Gesta concilii nostri non inveniuntur.*

5. Quicunque sane cupiditate[n] parentum, cum adhuc parvuli[o] essent, aecclesias vel aecclesiarum beneficia[p] per pecunias[q] adepti sunt, postquam eas[r] omnino dimiserint[s], si canonicę in[t] eis vivere voluerint, pro[u] misericordia ibidem eos[v] esse[w] concedimus[x] neque pro hoc facto[y] a sacris ordinibus[z] removemus, si alias digni[a] inveniuntur[b].

6. Illi vero, qui per se ipsos, cum iam[c] maioris essent aetatis, nefanda cupiditate ducti[d] eas emerunt, si in aliis aecclesiis canonice vivere voluerint[e], servatis propriis ordinibus, pro magna[f] misericordia ibi eos ministrare permittimus. Quodsi[g] ad[h] alias fortasse[i] transferri[k] non poterunt[l] et in eisdem[m] canonicę vivere[n] promiserint[o], minoribus ordinibus contenti[p], ad[q] sacros ordines non accedant[r], salva tamen in omnibus apostolicae[s] sedis auctoritate.

7. Si qui tamen[t] ante emptionem catholice ordinati sunt, cum[u] ea quae emerunt[v] dimiserint et[w] vitam canonicam[x] egerint, in suis gradibus[y] permittantur*, nisi forte eiusmodi[z] aecclesia sit, ut ibi primum locum[a] debeant optinere. [b]Primum enim vel[c] singularem[d] vel praepositurae[e] vel officii[f] locum in emptis[g] aecclesiis eos habere non patimur[h].

8.[i] Ordinationes quae a Wiberto heresiarcha factae sunt, postquam[k] ab apostolicae memoriae papa[l] Gregorio[m] et a Romana aecclesia est dampnatus**, irritas[n] esse iudicamus.

9. Similiter autem et eas[o] quae a[p] ceteris heresiarchis nominatim[q] excommunicatis factae sunt[r] et ab eis qui catholicorum et[s] adhuc viventium episcoporum sedes[t] invaserunt, nisi[u] probare valuerint[v], se, cum ordinarentur, eos[w] nescisse dampnatos[x].

10. Qui vero ab episcopis quondam quidem catholice ordinatis[y] sed in hoc[z] scismate a Romana aecclesia separatis[a] consecrati[b] sunt, eos nimirum, cum[c] ad aecclesiae unitatem[d] redierint, servatis propriis ordinibus, misericorditer suscipi iubemus, si tamen[z] vita eos[e] et scientia[f] commendat***.

*) nec promoveri prohibeantur *add.* 12—15.

**) queque etiam a pseudoepiscopis per eum postea ordinatis perpetratae (perfecte 11) sunt *add.* 10. 11.

***) et si[g] his nostris[g] decretis cognitis mox ab errore ad catholicam[h] ecclesiam transierint et nobis nostrisque legatis[g] per omnia obedire promiserint *add.* 12. 13.

**393.** n) cupidine 14. 15. o) pueri 14. 15. p) partes 8. 9. 11—15; ex partes 10. q) pecuniam 14. 15. r) *deest* 12; eos 10. 11. s) dimiserunt 12. 14. 15. t) in *deest* 2; in eis *des.* 14. 15. u) magna *add.* 4. v) eos ibidem 1. 12. w) ministrare 10. 11; permanere 14. 15. x) censemus 9. y) eos *add.* 14. 15. z) eos *add.* 2. 5. 12. a) dignum 2. b) *corr. ex* inveniantur 5; inveniantur 9. 11. 14. 15. c) *deest* 9. d) *deest* 10. 11; ducti cup. 7. e) noluerint 11. f) maxima 10. 11. g) Qui si se 14. 15. h) *deest* 2. 12. i) *deest* 14. 15. k) transire 5; transferre 14. 15; trans. fort. 2. 5. 8. 9. l) poterint 7. 10. 11; potuerint 12. m) eis 9. n) viv. can. 5. 8. o) promiserunt 11; voluerint 4. p) cont. ord. 7. q) maiores *add.* 4. r) ascendant 12. s) *deest* 10. 11; *pro* ap. sedis 6. 7: apostolica; 5: canonica. t) *deest* 10. 11. u) si 9. v) emerant 10. 11. w) et — egerint *des.* 12. x) canolicalem 1. y) gradis 7. z) huiusmodi 12. 14. 15. a) loc. pr. 5. b) VIII. 7 *et sic deineeps usque* XV *(pro cap. 14).* c) et 10. 11; *deest* 2. d) singulare 2. e) prepositare 5. f) vel officii *des.* 8. 9. g) ipsis 12. h) permittimus 12—15. i) *capita 8—14 des.* 14. 15; *hic numerus capitis* II. *in* 6. k) postquam — factae sunt *(c. 9) des.* 5. l) *deest* 12. m) G. 1; Gregorio papa 10. 11. n) irritas — eas quae *(c. 9) des.* 12. o) ea 10; eae 11. p) et *add.* 12. q) nominatis 10. 11. r) factae sunt *des.* 12. s) *deest* 7. t) sed. ep. 7; ep. invaserint sedes 5. u) nec 11; *pro* nisi — dampnatos 12. 13: factae sunt, irritas esse omnino *(deest* 13*)* indicamus. v) voluerint 5. w) *deest* 5. x) irritas esse. censemus *add.* 5. y) *pro* cath. ordinatis 12: ordinati sunt catholice. z) *deest* 9. a) separati sunt 12. b) consecuti 10. c) eum — redierint *des.* 12. 13. d) un. aec. 5. e) eos vita 1. 2. 5; vita canonica eos 10. 11. f) et scientia *des.* 10. 11; vita et sc. eos 8. 9. 12. 13. g) *deest* 12. h) *deest* 13.

11. Amodo vero[i] quicumque[k] a praedictis scismaticis sancteque[l] Romanae[m] aecclesiae adversariis se[n] ordinari permiserit[o], nullatenus hac venia dignus habeatur[o].

12. Quamvis autem misericordiae intuitu magnaque[p] necessitate[q] cogente hanc in sacris ordinibus dispensationem[r] constituerimus[s], nullum tamen praeiudicium sacris canonibus fieri volumus; sed obtineant proprium robur. Et cessante necessitate, illud quoque cesset quod factum est pro necessitate[t]. Ubi enim multorum strages iacet[u], subtrahendum est aliquid severitati[v], ut addatur[w] amplius[x] caritati[y].

13.[z] Illud quoque praecipimus, ut[a] pro crismate et[b] baptismo et[c] sepultura nihil umquam[x] exigatur.

14.[d] Statuimus etiam[e], ut ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum ieiunium in inicio[f] quadragesime, secundum in ebdomada pentecostes[g], tercium vero[h] et quartum in Septembri et Decembri[i] more solito[k] fiant[l].

15.[m] Sanctorum[n] canonum[o] statutis[p] consona sentientes[q] decernimus[r], ut sine titulo[s] facta ordinatio irrita habeatur et in qua[t] quislibet[u] titulatus[v] est aecclesia[w], in ea[x] perpetuo[y] perseveret. Omnino autem[z] in duabus aliquem titulari non liceat[a], sed unusquisque in qua titulatus est, in ea tantum canonicus[b] habeatur. Licet enim episcopi dispositione[c] unus diversis praeesse possit[d] aecclesiis, canonicus tamen aut praebendarius nisi unius[e] tantum aecclesiae, in[f] qua conscriptus[g] est, esse non debet[d]. Si[h] quae tamen[i] capellae sunt, que[k] suis reditibus[l] clericos sustinere non possint[m], earum cura ac dispositio[n] praeposito maioris aecclesiae, cui capellae subditae[o] videntur, immineat et tam de possessionibus quam et[p] de aecclesiasticis capellarum officiis ipse provideat[q].

(16)[r] Illud summopere et apostolicae auctoritatis privilegio prohibentes interdicimus, ut nullus in clericali ordine constitutus nullusque monachus episcopatus aut abbatiae aut cuiuslibet dignitatis investituram de manu laici suscipere audeat; quod si praesumserit . . . . . .[1] mulctetur.

In[s] eodem etiam concilio antiquis VIIII praefationibus[2] decima addita est, quae ita se habet: 'Equum et salutare[t] nos tibi semper et ubique gratias agere, domine sanctę, pater omnipotens, aeternę Deus[u], et te in veneracione[v] beatae Mariae semper virginis collaudare, benedicere et praedicare, quae et unigenitum tuum sancti Spiritus obumbratione concepit et virginitatis gloria permanente lumen aeternum mundo[w] effudit Ihesum Christum dominum nostrum'.

**393.** i) *superscr.* 5. k) Qui vero post hac 10. 11. l) que *deest* 10. 11. m) *deest* 12. n) *deest* 2. o) permiserint — habeantur 12. p) nimiaque 10. 11. q) eo *add.* 7. r) constitutionem 5. s) constitueremus 11. t) pro nec. fac. est 7. u) iacent 10; populorum *add.* 5. v) severitatis 12; sevitati 2. w) demus 9. x) *deest* 5. y) apostolicae *add.* 4. z) *capita 13—15 des.* 10. 11; *hic numerus capitis* III. *in* 6. a) quod 12. b) vel 5; *deest* 12. c) vel 5. d) *hic numerus capitis* IV. *in* 6. e) quoque 11. f) initium 2. g) pentecoste 1. h) *deest* 9. 11; *pro* vero — fiant 5: in epdomada plena ante aequinoctium, quartum in epdomada plena ante nativitatem domini. i) Septembrio et Decembrio 1. k) soluto 1. l) fiat 8. m) *c. 15 in solis* 1—5. 13. 14. n) Sanctorum — sentientes *des.* 5. o) ac *add.* 14. p) statuta 1. q) statutis consonantes 2. r) etiam *add.* 5. s) titu *foramine deleta* 13. t) aecclesia *add. hic* 13. 14. u) quilibet 5. 13. 14. v) intitulatus 5. 13. 14. w) *deest* 1—4; *deest hic* 13. 14. x) eo 13. 14. y) perpetuo — in ea *des.* 5. z) *deest* 13. 14. a) licet 1. b) canonice 2. c) dispensatione 13. 14. d) debeat 4. e) unis 2; *deest* 5. f) *deest* 3. g) scriptus 5. h) Si — ipse provideat *des.* 2. i) *deest* 14. k) de *add.* 13. 14. l) sunt *add.* 14. m) possunt 13. 14. n) dispensatio 13. 14. o) esse *add.* 3. 4. p) *deest* 5. 13. 14. q) p̄videat 5. r) *cap. 16 in solo* 4. s) *sequentia in* 3. 4 *succedunt capiti 15.* t) salt̄ 3. u) dominus 3. v) venacione 3. w) aet. mundo lumen 4.

1) *Supplenda esse videntur* gradus sui privatione et excommunicatione. 2) *missae.*

# 394. URBANI II. ET CONRADI REGIS CONVENTUS.

## 1095. Apr. 10. 15.

*Relationem, quae a curiali quodam scripta esse videtur, exscripsit Iaffé e codice Musaei Britannici Harlei. 3001 (non vero 3014) saec. XII, ubi invenitur fol. 82 post Acta concilii Placentini a. 1095. Edidit primus Pertzius SS. VIII, 474 (= Watterich I, 596). Cum iam Bernoldus in Chronico ad a. 1095 (SS. V, 463) relatione usus sit, eam Actis concilii Placentini a cancellaria Romana additam fuisse, cum viro cl. Giesebrecht ('Geschichte der deutschen Kaiserzeit' III, 1178) recte indicaverimus.*

*(P. deest.)*

Anno dominicae incarnationis MXCV, indictione tercia, IIII. Idus Aprilis veniente
Apr. 10. domno papa Urbano Cremonam, rex Chuonradus II. obviam procedens stratoris officio
Apr. 15. usus est. Deinde XVII. Kal. Mai. fecit sacramento securitatem ei de vita, de menbris, de captione, de papatu Romano et regalibus sancti Petri tam intra Romam quam extra Romam acquirendis, tenendis ac defendendis contra omnes homines bona fide, sine fraude et malo ingenio. Tunc papa eum in filium Romanae aecclesiae assumpsit; et si rex ista sicut promisit observaret, coram populo pollicitus est eum adiuvare ad acquirendum et tenendum et defendendum regnum, et quando ei Deus Romam pro corona venire concesserit, coronam imperii dare et eum in caeteris negociis adiuvare ad honorem Dei ac sancti Petri et Romanae aecclesiae, salva scilicet ipsius aecclesiae iusticia et decretis apostolicis, maxime de investituris[a].

---

# 395. PASCHALIS II. CONCILIUM GUASTALLENSE.

## 1106. Oct. 22.

*Cum unum tantum canonem, qui ad res Germanicas pertinet, Pertz e codice Monacensi ab ipso reperto ederet, facere non potuimus quin omnia, quae de Gestis concilii Guastallensis supersunt, proponeremus. Recepta namque est relatio historica huius concilii a Bosone cardinali in Vitam Paschalis II, hausta nimirum e Regestis eiusdem pontificis. Quam e codice Florentino-Riccardiano 228, in quo Bosonis opus inter annos 1254—1265 Libro censuum Cencii camerarii adiectum est*[1]*, nuper edidit rev. abbas Duchesne 'Le Liber pontificalis' II, 371. Relatio nonnisi tres concilii canones continet eosque ut videtur abbreviatos. Nam unus eorum (cap. 4) forma admodum diversa legitur in collectione Udalrici Babenbergensis apud Iafféum 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 252 nr. 135 e codicibus Vindobonensi 398 f. 6 et Zwetlensi 283 p. 12 sub inscriptione:* Decretum papae Paschalis

394. a) in spiritualibus officiis a laico non usurpandis *add. Bern.*

1) *Ab hoc codice reliqui Libri censuum codices, qui Vitas Bosonis continent, pendere videntur.*

secundi. *Praeterea iste canon reperitur etiam in Chronico Ekkehardi (SS. VI, 240) et in codice Vaticano Palat. 587 saec. XII. fol. 109' cum hoc prooemio:* Decretum domni Paschalis papae quod decrevit in sinodo quae celebrata est apud Waristallam anno incarnationis Domini MCVI, indictione XIIII, XI. Kal. Novembris, ubi ępiscopi et abbates tam Galliarum quam et Langobardiae et Tusciae necnon Germaniae et Saxoniae convenerunt. *Laciniae tantum istius canonis (cum lemmate* Cap beati Paschalis papae apud Warstal.*) leguntur in codice Monacensi latino 3739 (August. eccl. 39) manu saec. XII. in. in margine folii 7', quas Pertz pro fundamento editionis ponere conatus est*[1]. *Nos editionem viri cl. Duchesne repetentes variam lectionem Ekkehardi, codicum Vaticani, quem contulit Waitz, et Monacensis adnotavimus, adiecta in calce diversa collectionis Udalricianae forma. Relationem historicam ediderunt etiam Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' II, 39 e Libri censuum codicibus Riccardiano, tabularii Vaticani, Corsiniano*[2], *et Mansi XX. 1210 e codice Cencii quodam Vaticano.* *(P. II, 180.)*

1. Aliud quoque concilium idem domnus papa Paschalis celebravit intra Lombardiam apud villam frequentissimam Guardastallum anno dominice incarnationis MCVI, XI. Kalendas Novembris cum episcopis diversarum provinciarum sive ultra sive citra montes.

2. In hoc concilio constitutum est, ut Emilia tota cum suis urbibus, id est Placentia, Parma, Regio, Mutina, Bononia, numquam ulterius Ravennati metropoli subiacerent. Hec enim metropolis per annos iam pene centum adversus sedem apostolicam erexerat se, nec solum eius predia usurpaverat, set ipsam aliquando Romanam invasit ecclesiam Guibertus eiusdem metropolis incubator.

3. Circa solutionem vero concilii lecta sunt de reconciliandis qui extra ecclesiam catholicam ordinati sunt sanctorum patrum capitula, Augustini[a] ex epistola ad Bonifatium, Leonis primi ex epistola ad episcopos Mauritanos, Cartaginensis concilii quarti capitulum tertium cuius initium est: 'Placuit ut littere mittantur ad fratres et coepiscopos nostros et maxime ad sedem apostolicam'. Novum vero in hec verba capitulum institutum est:

4. Per[b] multos iam annos regni Teutonici[c] latitudo ab apostolice sedis[d] unitate divisa est. In quo nimirum scismate tantum[e] periculum factum est ut, quod[f] cum dolore dicimus[g], vix pauci sacerdotes[h] aut clerici catholici[i] in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot igitur filiis in hac strage iacentibus, christiane[k] pacis necessitas exigit, ut super hos materna ecclesie viscera[l] aperiantur. Patrum itaque nostrorum exemplis et scriptis instructi[m], qui diversis[n] temporibus Novatianos[o], Donatistas et[p] alios hereticos in suis ordinibus susceperunt, prefati[q] regni episcopos in scismate ordinatos, nisi aut invasores aut symoniaci aut criminosi comprobentur[r], in officio episcopali suscipimus; id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos vita scientiaque commendat*.

*) *Hoc capitulum in collectione Udalriciana sic legitur:* Quoniam ecclesia in multis locis et maxime in Theutonicis partibus diu laboravit sub heresi et scismate et, si omnia illa quae ab illis

**395.** a) Agustini *cod.* b) *hoc caput legitur etiam apud Ekkehardum, in cod. Vaticano et Monacensi.* c) Tent. regni *M.* d) *pro* ap. sedis *M:* aecclesiae. e) tantum — est *des. M.* f) *deest M.* g) dicamus *M.* h) episcopi *M.* i) cath. clerici *M.* k) christiane — ecclesie *des. M.* l) misericordiae *add. M.* m) *loco* Patrum — instructi *M:* Sanctorum patrum instructi scripturis. n) div. temp. *des. M.* o) novitianos et *M.* p) et al. hereticos *des. M.* q) prefati — commendat *des. M.* r) sint probati *E.*

1) *Quaedam de concilio nostro insunt etiam codicibus bibl. Vallicellianae recentioris aevi C. 24 f. 28 et G. 94 p. 201 (v. Pflugk-Harttung 'Iter Italicum' I, 105. 107) et codici Matritensi P. 95 saec. XVI (v. 'Neues Archiv' VI, 311).* 2) *Nescio quo iure editor lemma adiecerit* Registrum Paschalis II.

5. Aliud capitulum. Iamdiu a pravis hominibus tam clericis quam laicis catholica est ecclesia conculcata; unde plura temporibus nostris schismata et hereses emerserunt. Nunc autem, per Dei gratiam huius nequitie deficientibus auctoribus, in ingenuam libertatem resurgit ecclesia. Unde providendum est, ut horum schismatum cause penitus abscidantur. Patrum ergo nostrorum constitutionibus consentientes, ecclesiarum investituras a laicis fieri omnimodo prohibemus. Si quis autem decreti huius temerator extiterit, tamquam materne iniurie reus, clericus quidem ab eiusdem dignitatis consortio repellatur, laycus vero ab ecclesie liminibus arceatur.

6. Aliud capitulum. Nullus abbas, nullus archipresbiter, nullus prepositus ecclesie audeat possessiones ecclesie sue vendere, commutare, locare vel in feudum dare sine communi fratrum consensu vel episcopi proprie civitatis; alioquin ordinis sui periculum patiatur.

hereticis et scismaticis ordinata sunt annullari deberent, quaedam ecclesiae omnino nudari viderentur suis clericis, nos — sequentes decreta sanctorum patrum de his qui sub Acatio et Bonoso et Donatistis ordinati sunt — statuentes decrevimus[s]: ut episcopi, qui sub isto scismate ordinati sunt, omnes in suis honoribus permaneant, nisi sint invasores aut criminosi. De ceteris vero ordinibus penes episcopos potestas sit, ut quorum vita probabilis videatur, in suo gradu consistant.

---

# 396. PASCHALIS II. CONCILIUM TRECENSE.

## (1107. Mai.)

*E Gestis supersunt modo duo vel potius tria Breviaria canonum. Unum, quod canones quattuor continet, praebet codex Gotwicensis monasterii 56 saec. XII. fol. 86*[1]*; quod exemplavit vir d. Kehr. Quocum satis convenit alterum Breviarium, quod Annalista Saxo operi suo inseruit; quod e codice Parisino 11851 (S. Germain 440) saec. XII. in margine folii 212' publici iuris fecerunt Martene 'Collectio amplissima' VII, 670 (= Mansi XX, 1223) et Waitz SS. VI, 745. Quamvis hoc Breviarium canone 1 careat, in sequentibus decretorum formam magis genuinam aliquoties servavisse videtur. Tertium Breviarium est illud, quod codici Monacensi latino 3739 (August. eccl. 39) manu saec. XII. in. in margine folii 7' adscriptum Pertz vulgavit. Continet quatuor canones, qui a genuina forma multum recedere videntur, quorum tamen tres priores cum canonibus Breviariorum Gotwicensis et Parisini satis congruunt.* (P. II, 181.)

### *a. Breviarium codicis Gotwicensis et Annalistae Saxonis.*

Decreta[a] Paschalis papae Trecis data.

1. Apostolica[b] auctoritate commoniti praecipimus, ut quicumque aliquam aecclesiasticam dignitatem symoniacę accepit, dignitatem amittat aut communione fidelium careat.

395. s) decernimus *Z.*

396. a) Decretum — datum *A. S.* b) Apostolica — careat. Item *des. A. S.*

1) *Cf. 'Sitzungsberichte der Wiener Akademie' LVII, 565 et imprimis Sdralek 'Die Streitschriften Altmanns von Passau und Wezilos von Mainz' p. 64 sq.*

2. Item. Quicumque[c] ab hac[d] hora et[e] deinceps investituram episcopatus[f] vel[g] aliquam aecclesiasticam[h] dignitatem a laicali manu acceperit[i], si ordinatus fuerit, deponatur, simul et ordinator eius.

3. Decani quos[k] archipresbiteros vocamus[l], nisi adepto presbiteratus ordine, non sint; si[m] fuerint[n], dignitate careant[o] donec ordinentur[p], tunc si digni sunt, restituantur. Archidiaconi, nisi adepto diaconatus ordine, non sint; si[q] fuerint, priorem sententiam subeant[r].

4. De coniugatis presbiteris[s] nisi cessaverint, ut[t] officio careant simul et a[u] choro moveantur[v], praecipiendo mandamus. Et[w] si nec sic[x] cessaverint, procul a liminibus aecclesiae pellantur[y] et[z] nec[a] laica communione fruantur. Idem[b] de diaconibus statuimus.

### *b. Breviarium codicis Monacensis.*

Decreta Paschalis papae apud Trecas.

I. Cap. Si quis aecclesiae aut aecclesiasticae dignitatis ab aliqua laica persona investituram susceperit, et ipse et qui manum ei imposuerit deponantur et communione priventur[1].

II. De uxoratis et concubinatis presbyteris id statuimus, ut penitus ab altaris ministerio sequestrentur et aecclesiasticis rebus depriventur.

III. Nullus sibi nomen alienum usurpet, ut plerique solent eos nominare archipresbyteros, qui non sunt presbyteri, archidiaconos, qui non sunt diaconi, decanos, qui non sunt presbyteri; id omnino interdicimus.

IIII. Si quis munus exigerit pro oblationibus fidelium vel pro praebendis canonicorum vel monachorum vel alicuius aecclesiastici ordinis, ab ecclesia eiciatur et communione privetur.

---

# 397. PASCHALIS II. CONCILIUM LATERANENSE.

## 1110. Mart. 7.

*Breviarium quinque canonum legitur in codicibus sex, quorum textus ad unam eandemque recensionem recedit. Qui sunt:* 1) *codex Mettensis E. 14 membr. in folio, saec. XII. folio penultimo, quem exemplarit b. m. Waitz;* 2) *codex Bruxellensis 11196—11197 saec. XII. fol. 9, quem excussit b. m. Bethmann;* 3) *Chronica regia Coloniensis, et quidem recensio codicum* A 1 *et* A 2, *ed. Waitz p. 48; textus 3 et 4 pendent ab Annalibus Patherbrunnensibus deperditis*[2]; 4) *Annalista Saxo SS. VI, 748, qui omisit c. 3;*

**396.** c) Qui *A. S.* d) *deest A. S.* e) et deinceps *des. A. S.* f) episcopalem *A. S.* g) seu *A. S.* h) spiritalem *A. S.* i) susceperit *A. S.* k) nos *add. A. S.* l) voc. archipr. *A. S.* m) autem *add. A. S.* n) beneficio et *add. A. S.* o) priventur *A. S.* p) *pro* donec ordinentur *A. S:* quousque ordinem adipiscantur et. q) autem non *add. A. S.* r) *pro* priorem sent. subeant *A. S:* secundum sententiam de archipresbyteris datam iudicentur. s) *pro* coniugatis presbiteris *A. S:* uxoratis sacerdotibus sive concubinariis. t) ut *deest G; pro* officio careant *A. S:* ut ab altari moveantur. u) de *A. S.* v) segregentur *A. S.* w) Quod *A. S.* x) tunc *A. S.* y) arceautur *A. S.* z) *deest A. S.* a) ipsa *add. A. S.* b) quoque *add. A. S.*

1) *Genuinam huius capitis formam caput 5 Concilii Lateranensis a. 1110 servavisse videtur; v. infra nr. 397.* 2) *V. Scheffer-Boichorst 'Annales Patherbrunnenses' 120.*

5) *codex Vallicellianus C. 24 chart., qui p. 46 et iterum p. 26 omisso prooemio continet partem capitis 5, capita 1—4, additis capitibus 1—14 concilii Placentini a. 1095 (v. supra nr. 393); quae omnia insimul edita sunt a viro d. Pflugk-Harttung 'Acta pontificum Romanorum inedita' II, 197 nr. 238; cuius editionem adhibuimus, omissis tamen variis lectionibus, quae unde profluae sint, non perspicitur, at fere nullius sunt momenti; canones vero qui conveniunt cum Placentinis, quamquam fortasse in concilio Lateranensi repetiti sunt, reiecimus et lectiones codicis 5 in usus editionis illius concilii vertimus.* 6) *textus editionis Labbei et Cossartii X, 764 (= Mansi XXI, 7) profluus 'ex chronico S. Petri Vivi Senon. eo quod editum est auctiore'; cum vel in editione novissima chronici istius, cuius auctor est Clarius, a viro d. Duru 'Bibliothèque historique de l'Yonne' II, 524 instructa concilii Lateranensis canones nulli legantur*[1], *canones, quos ediderunt Labbeus et Cossartius, quorum ordo est idem ac codicis Vallicelliani, cuidam Chronici illius codici adscripti fuisse videntur.*

*Diversam prorsus recensionem capitum 1 et 2 ordine inverso servavit* V, *ille idem codex Vallicellianus p. 36, quam et ipsam editioni viri d. Pflugk-Harttung debemus et in adnotatione excudendam curavimus. Capita 3—5 hic omnino desiderantur. (P. deest.)*

Anno[a] dominicae incarnationis MCX.[b] facta est[c] in Lateranensi aecclesia synodus[d] presidente domino Pascali[e] II.[f] papa[d] indictione III[g], Nonas Marcii, ubi[h] haec capitula edita sunt:

1. Apostolorum canonibus statutum est[2], ut omnium negotiorum[i] aecclesiasticorum curam episcopus habeat et ea velud Deo[k] contemplante dispenset. Item[l] in Antiocheno concilio statutum est[3], ut quae sunt aecclesiae, sub omni sollicitudine et consciencia bona et fide[m] quae in Deum[n] est conserventur; quae etiam[o] dispensanda sunt[p], iudicio et potestate pontificis dispensentur[d], cui commissus est populus et animae quae intra[q] aecclesiam[r] congregantur. Item Stephanus[s] papa et[t] martir scribit[4]: 'Laicis[u], quamvis religiosi sint, nulli[v] tamen dę aecclesiasticis facultatibus[w] aliquid[i] disponendi[x] legitur umquam attributa facultas'. Neque deinceps fieri[y] permittimus, sed[z] omnino interdicentes[a] prohibemus.

2. Si quis ergo[b] principum vel[c] aliorum laicorum disposicionem seu[d] donationem[e] rerum sive possessionum[f] aecclesiasticarum[g] sibi[h] vendicaverit, ut sacrilegus iudicetur. Clerici vero seu[i] monachi, qui eas per illorum potestatem[k] susceperint[l], excommunicationi subiciantur[m]*.

*) *V capita 1 et 2 verso ordine sic praebet:* (1) Item Stephanus martyr scribit: 'Laicis quamvis religiosis nulla de ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. Neque deinceps fieri permittimus, sed omnino interdicentes prohibemus'. (2) Si quis principum vel aliorum laicorum dispositionem seu dominationem rerum seu possessionum eccle-

**397.** a) Anno — edita sunt *des.* 3. 4. 5. b) millesimo centesimo decimo 2. c) facta est *des.* 6. d) *deest* 5. e) Pascale 1. f) secundo 2. g) *corr. ex* terciae 2. h) ubi — edita sunt *des.* 6; *in* 5. 6 *hoc loco sequitur sententia capitis* 5: Constitutiones — communione privetur. i) *deest* 1. k) domino 2. l) Item et 5. m) non ficta *add.* 3. n) domino 6. o) et 6. p) et *add.* 5. q) infra 4. r) sunt *add.* 4. s) beatus Stephanus 3. t) papa et *des.* 2—6. u) laici 3. 4. v) nullatenus 5. w) de ęccl. fac. nulli tamen 2. x) legitur umq. attr. disponendi 1. y) fieri deinceps 1. z) sed — prohibemus *des.* 6. a) interdicendo 4. b) *deest* 3. c) et 2. d) vel 4. e) dominationem *corr.* 1; dominationem 5. f) possessionem 2. 3. g) ecclesiarum 3. h) aliquid *add.* 5. i) sive 4. k) pot. ill. 3; eorum pot. 5. l) acceperint 5. m) subiaceant 6.

1) *Adest tantum ad a. 1109 sententia haec:* Hoc anno in Lateranensi aecclesia praesidente donno Paschali secundo, indictione tertia. Nonas Martii, factum est concilium. *Cf. etiam excerpta e Chronico Clarii SS. XXVI, 34.* 2) *Can. 39; cf. Hinschius 'Decretales Pseudoisidorianae' p. 29.* 3) *Can. 24; cf. Mansi II, 1307.* 4) *Ep. II. Pseudoisid. c. 12 ed. Hinschius p. 186.*

3. Sunt[n] preterea quidam, qui vel violencia vel[o] favore[p] non permittunt ecclesias regulariter ordinari; hos etiam decernimus ut sacrilegos iudicandos. Qui vero aecclesias eorum violencia vel potestativo favore susceperint, excommunicacioni subiciantur.

4. Quicumque res naufragorum diripiunt, ut raptores et fratrum necatores ab[q] aecclesiae liminibus[r] excludantur.

5. Illud[s] etiam repetitum et confirmatum est quod in Trecensi concilio de investituris aecclesiasticis[t] promulgatum[u] est[1], quod ita se habet: Constituciones[v] sanctorum canonum[w] sequentes statuimus, ut quicumque clericorum ab hac hora[x] investituram aecclesiae vel aecclesiastice dignitatis de manu laici[y] acceperit et qui ei manum inposuerit, gradus sui periculo subiaceat et communione privetur.

siasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus iudicetur. Si quis clericus, abbas vel monachus per laicos ecclesias obtinuerit, secundum sanctorum apostolorum canones et Antiocheni concilii capitulum excommunicationi subiaceat. Nullus laicorum ecclesias vel ecclesiarum bona occupet vel disponat. Qui vero secus egerit, iuxta beati Alexandri capitulum[2] ab ecclesiae liminibus arceatur. (1) Sicut Domini vestimentum scissum non est, sed de eo sortiti sunt, ita nec ecclesia scindi debet, quia in unitate tota consistit. In potestatem ergo proprii episcopi ecclesiae reducantur et ab ipso, sicut in sacris canonibus cautum est, ordinentur alioquin et ecclesiae ipsae et clerici earundem divinis destituantur officiis.

# 398. PASCHALIS II. EPISTOLA AD HEINRICUM V. DE POSSESSIONIBUS SANCTI PETRI.

## 1111. Mai. 3.

*Praebemus secundum editionem Iaffēi in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 281 nr. 154 e codicibus duobus collectionis Udalricianae 1) Vindobonensi 398 f. 112; 2) Zwellensi 283 p. 243. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 6295.* *(P. deest.)*

Paschalis[a] episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo filio H. Romanorum imperatori augusto salutem et apostolicam benedictionem.

Ex quo a nobis praesentia vestra dicessit, de incolomitate status vestri aliquid ad nostram audientiam non pervenit. Verumtamen quia nostrae voluntatis est, prosperitatem vestram libenter addiscere et nostram vobis ad invicem intimare, de nobis excellenciae vestrae litterarum praesentium relatione significamus. Siquidem nos per Dei gratiam bene sumus, licet quidam iussioni vestrae in his, quae beato Petro

**397.** n) Sunt — excommunicacioni subiciantur *des.* 4. o) potestativo *add.* 1 *male.* p) susceperint excommunicationi subiciantur *add.* 1 *male.* q) *deest* 2. r) *pro* aecclesiae liminibus 3. 4: aecclesia. s) Illud — communione privetur *des.* 2; Illud — se habet *des.* 5. 6. t) *deest* 3. 4. u) confirmatum 4. v) Constituciones — privetur *in* 5. 6 *posita sunt supra ante c. 1.* w) *pro* sanctorum canonum 3: patrum; 4: patrum etc.; *reliqua des.* 3. 4. x) inantea *add.* 5. y) laica 5.

**398.** a) Pascasius 1; P. 2.

1) *Cf. supra nr. 396 c. 2 codicum Gotwicensis et Annalistae Saxonis, c. 1 codicis Monacensis; textus noster genuinam istius canonis formam servavisse videtur.* 2) *Inter epistolas tres Pseudoisidorianas Alexandri papae talis norma haud reperitur.*

restitui praecepistis, adhuc noluerint obedire, incolae videlicet Civitatis Castellanae[1], Castri Corcolli, Montis Alti, Montis Acuti et Narnienses[2]. Nos tamen ea et comitatus Perusinum[3], Eugubinum[b.4], Tudertinum[5], Urbenetum[6], Balneum Regis[7], Castellum Felicitatis[8], ducatum Spoletanum, marchiam Fermanam[c] et alias beati Petri possessiones per mandati vestri praeceptionem confidimus obtinere. A quibusdam vero de vestris filius fidelis nostri[d] Rusticelli comitis, sicut audivimus, retinetur. Rogamus ergo dilectionem vestram, ut nobis eum reddi faciatis; quia et beati Petri fidelis est et in eius possessione moratur. Ad haec serenitatem vestram plurimum et plurimum commonemus, ut semper iusticiam diligatis[e] eamque totis viribus et toto conanime amplectamini, quatinus, qui verus rex, imperator et iudex est[f], in regni et imperii sui perpetuitate coronam vobis et gloriam largiatur.

Datum Laterani V. Non. Maii.

# 399. 400. PASCHALIS II. CONCILIUM LATERANENSE.

1112. Mart. 18.—23.

*Relatio sive Gestorum breviarium, in quo continentur ea quae in concilii diebus quarto, quinto, sexto gesta sunt, e Regestis, ut videtur, receptum est a Bosone cardinali in Vita Paschalis II. et nuper e codice Riccardiano 228 editum est a rev. abbate Duchesne 'Le Liber pontificalis' II, 369*[9]. *Relatione ista utpote a nostro proposito aliena praetermissa, Pertzium imitantes proponimus primo loco relationem gestorum ultimi diei concilii et deinde eius Breviarium.*

## 399. *GESTA DAMPNATIONIS PRAVILEGII.* *Mart. 23.*

*Gesta diei ultimi, quo patres concilii privilegium de investitura, quod Heinricus V. imperator a Paschali papa vi extorserat, dampnaverunt, singulariter redacta per orbem christianum promulgata sunt. Multa iis insunt quae etiam in scripto Gestorum generali continebantur, imprimis scriptum cassationis pravilegii, quod Girardus episcopus Engolismensis nomine omnium protulit; econtra abundant professione fidei a pontifice prolata. Subsidia nostrae editionis fuere:* 1) *codex bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis M. 79 sup. saec. XII. in. fol. 249*[10], *optimae notae, quem contulit Waitz;* 2) *editio quam paravit Mansi XXI, 68 e codice quodam coaevo monasterii S. Iustinae Patavii, qui Burcardi Decretum continebat;* 3) *codex Vaticanus 1984 saec. XII. f. 193, quem pro fundamento editionis posuit Pertz, qui tamen aliquas singulares scripturas praebet;* 4) *editio quam instruxit Marca 'Concordia sacerdotii et imperii' II, 357 (ed. Baluzius Parisiis 1663) e codice quodam S. Albini Andegavensis;* 5) *codex Vaticanus Christin. 147*[11] *saec. XII. fol. 27, quem contulit Waitz;*

**398.** b) Egubrinum 1. 2. c) Fermaniam 1. 2. d) vestri 1. e) diligastis 1. f) ē̄i 1.

1) *Città Castellana.* 2) *Narni.* 3) *Perugia.* 4) *Gubbio.* 5) *Todi.* 6) *Urbino, seu potius legendum* Urbevetanum, *Orvieto.* 7) *Bagnorea.* 8) *Città di Castello.* 9) *Bosonis Vitam integram descripsit saec. XIV. cardinalis Arragonius, ed. Muratori 'Scr. rer. Italicarum' III, 1, 363. Mansi XXI, 49 et ipse cardinalem Arragonium secutus edidit Relationem, sed e Gestis dampnationis pravilegii textui intrusit confessionem, quam papa die sexto fecit* (Amplector — perseverabo). *Relatio legitur etiam in codice Vallicelliano C. 24; v. Pflugk-Harttung 'Iter Italicum' I, 105.* 10) *Cf. 'Archiv' XII, 611.* 11) *Cf. 'Archiv' XII, 268, 'Neues Archiv' III, 146.*

*ultima parte, nominibus scilicet cardinalium presbyterorum et diaconorum caret perinde ac 6 et 7;* 6) *textus quem inseruit Florentius Wigornensis Chronico suo secundum editionem SS. V, 566;* 7) *textus Willelmi Malmesburiensis in Gestis regum Anglorum l. V, c. 427—429 secundum editionem SS. X, 480;* 8) *codex Ottobonianus 3057 Albini scholaris, saec. XII. ex. f. 160, quem contulit Waitz; codex a reliquis in eo discrepat quod textum aliquoties Gestorum generalium textu corrigere conatus est, seriem autem episcoporum et clericorum genuinam ope seriei Gestorum istorum explevit; eiusdem indolis est fragmentum, nempe partis ultimae, quod continetur in duobus codicibus, ubi succedit canonibus concilii Guastallensis a. 1106, et quidem in* 9) *cod. Sancti Vincentii Bisuntini, e quo edidit Martène 'Thesaurus anecdotorum' IV, 127 et* 10) *cod. Lucensis, cuius variam lectionem dedit Mansi XX, 1212*[1].

*Uncis in textu inclusimus sententiam, per quam Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' II, 74 textum e codice Cencii Vaticano 8486 ampliavit, quia Cencium neque a codice 1984 neque ab Albino pendere constat.*

*Gesta in suos usus vertit partemque plane descripsit Ekkehardus in Chronico universali, SS. VI, 246.* *(P. II, 181.)*

Actio[a] concilii[b] contra heresim de investitura[c].

Anno ab incarnatione Domini[d] MCXII, indictione V, anno[e] pontificatus domni pape Paschalis secundi XIII[f], mense Martio[g], XV.[h] Kalendas[i] Apriles[k], celebratum est concilium Rome Lateranis in basilica Constantiniana. In quo cum[l] domnus papa Paschalis[m] resedisset[n] cum archiepiscopis et episcopis et cardinalibus et[o] abbatibus et varia multitudine clericorum et laicorum, ultima die concilii, facta coram omnibus professione catholice fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret, dixit: Mart. 23.

'Amplector omnem divinam scripturam, scilicet veteris et[p] novi testamenti, legem a Moyse scriptam et a sanctis prophetis. Amplector IIII[q] euangelia, VII canonicas epistolas, epistolas gloriosi doctoris beati Pauli apostoli, sanctos canones[r] apostolorum[s], IIII universalia concilia sicut IIII euangelia, Nicenum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Calcedonense[t], et[u] Antiocenum concilium et decreta sanctorum patrum Romanorum pontificum, et precipue decreta[v] domni mei[w] pape[x] Gregorii[y] et beate memorie pape Urbani[z]. Que ipsi laudaverunt, laudo; que ipsi[a] tenuerunt, teneo; que confirmaverunt, confirmo; que dampnaverunt, dampno; que reppulerunt, repello; que interdixerunt, interdico; que prohibuerunt, prohibeo in[b] omnibus et per omnia, et[c] in his semper perseverabo'.

[Tunc surgentibus ex consessu fratribus, gratie Deo et pontifici acte sunt, quod veritate liquidius patefacta de medio ablata sit scandali et dissensionis occasio.][d]

Quibus expletis surrexit pro omnibus Girardus[e] Engolismensis episcopus, legatus[f] in Aquitania[g], et communi assensu domni pape Paschalis[h] tociusque concilii coram omnibus[i] legit hanc scripturam:

**399.** a) *lemma in* 1. 3. 5; *in* 2: Acta concilii ecclesiae . . . b) sinodi Romani 5. c) investituris 3. d) nostri *add.* 8. e) *pro* anno — XIII 3: anno XIII pontificatus dicti pontifici. f) XIIII 2. g) Mar. 1. h) VIIII *leg.* 1, *sed deletum esse videtur:* V *leg.* 5. i) Idus 4. k) Aprilis 2. 4—7. l) dnm 5. m) P. 1; P. papa 3. n) presedisset 1. 2. 8. o) et abb. *des.* 6. 7. p) ac 5—7. q) sancta *add.* 5. r) sanctorum *add.* 3. s) sanctorum ap. sanctos canones 8. t) Calcedonensem 3. u) praeterea 7; *deest* 6. v) *deest* 3. w) nostri 8. x) *deest* 2. y) VII. *add.* 3. 4. 5. z) V. secundi 3 a) *deest* 3. 7. b) in — omnia et *des.* 8. c) *deest* 6. 7. d) *uncis inclusa add. Watterich II, 74 e codice Cencii Vaticano 8486 fol. 146.* e) G. 8. f) apostolice sedis legatus 8. g) Equitania 8. h) P. 1; Paschalis pape 3. i) coram omnibus *des.* 7.

1) *Martène, quem secutus est Mansi, fragmentum concilio Guastallensi vindicavit. Fragmentum in utroque codice immediate succedit scripto refutationis investiturae per regem Ungariae factae, quod revera ad concilium Guastallense pertinet; cf. Bosonem p. 373.*

'Privilegium[k] illud, quod non est privilegium[l], sed[m] vere debet dici pravilegium[n], pro[o] liberatione captivorum et ecclesie a domno papa Paschali[p] per violentiam Henrici regis[q] extortum[r], nos omnes in hoc sancto concilio cum[s] domno papa[t] congregati canonica censura[u] et ecclesiastica auctoritate, iudicio sancti Spiritus dampnamus[v] et irritum esse iudicamus atque omnino cassamus[w] et, ne quid[x] auctoritatis et efficacitatis[y] habeat, penitus excommunicamus. Et hoc ideo[z] dampnatum est, quia in eo pravilegio[a] continetur, quod electus canonice a clero et populo a nemine consecretur, nisi prius a rege[b] investiatur, quod est contra Spiritum sanctum et canonicam institutionem'.

Perlecta vero hac carta, acclamatum est[c] ab universo concilio[d]: 'Amen, amen[e]; fiat, fiat!'

Archiepiscopi* qui cum suis suffraganeis interfuerunt hii sunt: Iohannes[f] patriarcha Veneticus, Sennes[g] Capuanus, Landulfus Beneventanus, Amalfitanus, Regitanus, Hidrontinus[h], Brundisinus[i], Compsanus[k], Girontinus[l], et Greci[m]: Rossanus[n] et[o] archiepiscopus[p] Sancte Severine. Episcopi vero[q]: Centius Sabinensis[r], Petrus Portuensis, Leo Hostiensis, Cono Prenestinus[s], Girardus Engolismensis, Gualo Leonensis, legatus[t] pro Bituricensi et Viennensi archiepiscopis, Rogerius Vulturnensis[u], Gualfredus[v] Senensis[w], Rolandus[x] Populoniensis[y], Gregorius Terracinensis, Wilihelmus[z] Siracusanus legatus pro omnibus Siculis, Wilihelmus[a] Troianus, et alii fere C episcopi. Bruno[b] Signinus[c] et Iohannes Tusculanus[d] episcopi cum essent Rome, illa die concilio[e] non interfuerunt: qui postea lecta dampnatione[f] pravilegii[g] consenserunt et laudaverunt[h].

*) *Sequentia leguntur in 8—10 cum Bosone plane concordantia sic:* Archiepiscopi vero et episcopi, presbiteri quoque et[i] diaconi cardinales qui interfuerunt ipsi concilio hii sunt: C. Sabinensis, P. Portuensis, L. Hostiensis, C.[k] Prenestinus et I. Tusculanus episcopi[l]; patriarcha Venetus; S. Capuanus, L. Beneventanus, Amalfitanus, Reginus, Ydrontinus, Brundusinus, Consanus, Girontinus, Ronsanus archiepiscopi; G. Hengolesmensis[m], G. Legionensis[n] et legatus pro Bituricensi et Viennensi archiepiscopis, R. Vulterensis[o], G. Senensis, R. Populoniensis, G. Terracinensis et G. Siracusanus pro omnibus Siculis, G. Troianus, Bruno Signiensis et alii fere centum episcopi. Presbiteri etiam[p] cardinales: B. tituli Sancti Marci, R. tituli Sancti Eusebii[q], R. tituli Sancte Prisce, G. tituli Sanctorum apostolorum, B. tituli S. P. ad vincula, A. tituli Sancti Clementis, R. tituli Sancti Laurentii in Damaso, I. tituli Sancte Cecilie, B. tituli Sancti Martini, T.[r] tituli Sanctorum Ioannis et Pauli, A.[s] tituli Sancti Grisochoni, R. tituli Sanctorum Petri et Marcellini, V. tituli Sancte Balbine[t], P. tituli[u] Sancti Sixti et A. tituli Sancte Susanne[v]. Diaconi vero[w] cardinales: abbas Sublacensis *etc.*

**399.** k) *hic incipiunt* 9. 10. l) neque vero debet dici privilegium *add.* 4. m) nec 9. 10. n) privilegium 9. 10. o) cum de 9. 10. p) P. 1; *deest* 3; Paschali papa 4. 5. q) H. regis 1; H. R. 3; regis H. 4—7. r) sit *add.* 9. 10. s) eodem *add.* 9. 10. *Boso.* t) *deest* 6; Paschali *add.* 3. u) canonicam censuram 3. v) dampnatum 8. *Boso.* w) quassamus 5—7. x) *deest* 9. y) efficaciae 7; vim *add.* 9. z) Ideo autem 8—10. *Boso.* a) privilegio 2. 4. 5. 7. 9. 10. *Boso.* b) a rege prius 3. c) *pro* est ab 7: ab omnibus et. d) populo 9. 10. *Boso.* e) *deest* 6. f) *deest* 1. 2. g) Senne' 3; Semies 5—7; *Capuanus post Beneventanum ponitur in* 3. h) Ydruntinus 3. i) Brudisinus 1; Brundusinus 4. 5. 6. k) *sic* 3; Copsanus 1. 5; Caopsanus 2; Capsanus 4. 6. 7. l) Girumtinus 3. m) et Greci *des.* 3. n) Ronsanus 1. 4; Ronsanensis 2; Rosanus 6. 7. o) *deest* 1. 2. 3. p) episcopus *corr.* archiepiscopus 1; archiepiscopi 2. q) Romany *male* 3. r) Savinensis 3. 6. s) Penestrinensis 3. t) *pro* legatus — archiepiscopis 3: archiepiscopus Biennensis. u) Vulternensis 3. v) Walfredus 3; Gaufridus 4—7. w) Sennensis 3. x) Rodäldus 3. y) Populiensis 3. z) *sic* 3; Giselmus 1; 4. 5. 6 *hic addunt:* Troianus, Gibinus (Guillelmus 4). a) Giselmus 1; W. Troi. *des. hic* 4. 5. 6. b) Brunus 3; *deest* 6. 7. c) Signius 2; Signensis 3; Siguinus 5. 6; Siwinus 7. d) Tusculanensis 3. e) concilium 1; *deest* 5; non interf. concilio 3. f) nefandi *add.* 3. g) privilegii 2. 4. 5. 6. h) *reliqua des.* 5—7. i) presbyterique 9. 10. k) P. 10. l) episcopus 9. 10. m) Hengolermensis 8; Angolismensis 9; Engolismensis 10. n) Leogmensis 9. o) Ulteranensis 9; Vulterrensis 10. p) et 9. q) Eustachii 9. 10. r) I. 9. 10. s) G. 10. *Boso; lacuna in* 9. t) Sabinae 9. 10. u) *deest* 8. *Boso.* v) *sic pro* Savine 8—10. *Boso.* w) *deest* 10.

Cardinales vero[x] — Bonifacius tituli Sancti Marci, Robertus tituli Sancti Eusebii, Romanus tituli Sancte Prisce, Gregorius tituli Sanctorum[y] apostolorum, Benedictus tituli Sancti[z] Petri ad vincula, Anastasius tituli Sancti Clementis, Riso[a] tituli Sancti[b] Laurentii in Damaso[c], Iohannes tituli Sancte Cecilie, Divizo[d] tituli Sancti[e] Martini, Thebaldus tituli Sanctorum[f] Iohannis et Pauli, Gregorius[g] tituli Sancti Grisogoni, Rainerius[h] tituli Sanctorum Marcellini et Petri[i], Vitalis tituli Sancte Balbine, Petrus tituli[k] Sancti Systi et Albericus tituli[l] Sancte Savine cardinales[m] — cum essent Rome[n], illa die concilio non interfuerunt[o]; postea lecta dampnatione nefandi pravilegii[p] consenserunt et laudaverunt.

Diaconi[q] vero[r]: Iohannes[s] abbas Sublacensis, Iohannes Gaietanus[t] abbas Sancti Andree, Leo[u], Gregorius, Aldo, Theobaldus[v], Roscemannus[w], hii omnes[x] in dampnatione predicti pravilegii[y] consenserunt, cum abbatibus et[z] innumerabili[a] multitudine tam clericorum quam laicorum.

Hec[b] carta[1] dictata est a Girardo Engolismensi, Leone Ostiensi, Gregorio Terracinensi, Gualone Leonensi[c] episcopis, a Roberto[d] cardinali[e] tituli Sancti Eusebii, Gregorio tituli Sanctorum[e] apostolorum[f], communi aliorum consilio[g].

## 400. *BREVIARIUM GESTORUM.*

*Breviarium, quod continet scriptum damnationis pravilegii et canonem unum, qui plane cum canone concilii Guastallensis congruit, servaverunt* 1) *codex bibliothecae rev. ministerii Scafhusensis 46 saec. XII. fol. ultimo, ex quo vulgatum est apud Böhmerum 'Acta imperii selecta' p. 595 nr. 882 et a Wattenbachio 'Neues Archiv' VI, 449*[2]; 2) *codex bibliothecae Barberinae XI, 181 saec. XII. fol. 59, quem iam olim excussit vir b. m. Bethmann.* *(P. deest.)*

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MCXII[a], XV. K. Apr.[b], indict. V.[c] celebrata est synodus in aecclesia Lateranensi, presidente domno papa Paschale secundo, cum episcopis Italiae, Langobardiae[d], Galliae, Venetiae, Apuliae, Calabriae, Siciliae CXXX, et abbatibus et clericis innumerabilibus. Ubi damnatum, cassatum et reprobatum[e] est privilegium immo pravilegium illud, quod Heinricus[f] quartus Alemannorum[g] tirannus a domno papa necessitate non modica ingruente extorsit. Hocque[h] factum est auctoritate beati[i] Innocentii pape, qui quod necessitate imminente male[i] factum est, cessante necessitate[k] mutandum precipit, et decretis felicis[l] memorie Gregorii VII. atque[m] Urbani Romanorum pontificum observatis.

**399.** x) *pro* vero 3: presbyteri urbis Romae. y) *deest* 1. 3. z) *pro* sancti P. ad vincula 3: Eudoxie. a) Boso 4. b) *pro* sancti — Damaso 3: Damassi. c) Romanus tituli sancte Praxedis *add.* 3. d) Diniezo 3. e) *pro* sancti Martini 3: Equitii. f) *pro* sanctorum — Pauli 3: Pamachii. g) Agustinus 3. h) Raginerius 2. i) tituli sancti Petri et Marc. 1. 2; tit. sanctorum P. et M. 4. k) *deest* 3; vero tituli 4. l) *deest* 1—3. m) *deest* 4. n) Rome essent 3. o) non interf. concilio qui 3. p) privilegii 2. 4 q) Diacones 3. r) vero *deest* 3; cardinales *add.* 5. *Boso.* s) *deest* 1. 2. 4. 8. *Boso.* t) Gaitanus 1; Guitanus 2. u) sanctae crucis *add.* 4. v) Ugo *add.* 3; et *add.* 8. *Boso.* w) Ruscinamus 3; Rosimannus 8; Rossimannus *Boso.* x) *deest* 8. *Boso.* y) privilegii 2. 4. 8. *Boso.* z) *deest* 1. 2. a) innumera 4. b) *reliqua des.* 3; *leguntur etiam apud Bosonem.* c) Legionensi 8. *Boso.* d) Ruberto 1. e) *deest* 8. *Boso.* f) presbiteris cardinalibus *add.* 8. *Boso;* cum *add.* 2. g) conscilio 1.

**400.** a) MCXIII. 1; MCXI. 2. b) XV. K. Apr. *des.* 2. c) IIII. 2. d) *pro* Langobardiae *usque* innumerabilibus 2: Campanie Apulie Calabrie Langobardie et Gallie. e) repr. et cassatum 2. f) 2 *sic*: necessitate — ingruente, Henricus — tirannus, a domno papa extorsit. g) lemannorum 1. h) Hocque factum est *des.* 2. i) *deest* 2. k) nec. cessante 2. l) beatissime 2. m) et domni 2.

1) *Id est ipsa carta cassationis pravilegii.* 2) *Cf. etiam 'Archiv' VIII, 733.*

Capitulum damnati[n] privilegii in hec verba. Privilegium illud, quod verius potest pravilegium dici, a domno papa pro liberatione aecclesiae et captivorum extortum, iudicio sancti Spiritus et canonica censura et auctoritate aecclesiastica damnamus, cassamus, irritum iudicamus et, ne quid auctoritatis et efficientiae habeat, penitus excommunicamus.

Item[o] aliud capitulum. Nullus[1] abbas, nullus archipresbiter, nullus prepositus aecclesiae audeat possessiones aecclesiae suae vendere, commutare, locare vel in fedum[p] dare sine communi fratrum consensu et episcopi propriae civitatis, vel[q] aliquod spiritale a laicali manu accipere[2]: alioquin ordinis sui periculum[r] patiatur.

---

# 401. CALIXTI II. CONCILIUM LATERANENSE GENERALE.

## 1123. Mart. 27.

*Complures huius concilii recensiones seu Gestorum abbreviationes exstant, quarum prima, quae 22 capita continet, prooemio tamen caret, primum a. 1644 ut video vulgata est in Collectione conciliorum regia Parisina XXVII, 37, nescio quo e fonte; quam editionem repetiverunt Labbeus et Cossartius X, 867 et Mansi XXI, 282. Secundam edidit Mansi XXI, 301 e codice coaevo Pistoriensi Panormiae Ivonis, quae prooemium et capita 19 complectitur; capita in universum quadrant ad capita 1—19 recensionis primae, ordine tamen inverso. Tertiam recensionem edidit Pertz e codice Vindobonensi 2178 (Ius can. 91) saec. XII, quae continet 18 capita et rubra duorum aliorum, prooemio autem caret. Eiusdem fere indolis est recensio, quam publici iuris fecit Marca 'Concordia sacerdotii et imperii' II, 363 (ed. Baluzius Parisiis 1663) 'ex veteri codice monasterii Anianensis in dioecesi Monspeliensi'. Ordo capitum aliquantum discrepat ab ordine codicis Vindobonensis, abundat textus prooemio et capite uno (XV.), quod etiam in recensionibus prima et secunda, forma tamen diversa, reperitur; econtra desiderantur et rubra ista capitum XIX. et XX. atque unum caput (XI. seu XIII.), quod commune est codici Vindobonensi et recensionibus illis. Collatione facta cum appareret, codices* 1) *Anianensem et* 2) *Vindobonensem duo tantum exempla eiusdem recensionis esse, novam eius editionem instruximus, codicem 1 pro fundamento ponentes. Diversos capitum numeros in codice 2 uncis inclusos adiecimus, concordantiam capitum recensionum primae* (L) *et secundae codicis Pistoriensis* (P), *adnotatis in varia lectione numeris, monstravimus. Ceterum non nostrum esse arbitramur, harum etiam recensionum editionem parare*[3]. *(P. II, 182.)*

Anno[a] ab incarnatione Domini MCXXIII[b], Kalendis Aprilis[4], presidente domino papa Calixto secundo, anno pontificatus sui quinto, celebrata est magna synodus Romae

**400.** n) *pro* damnati — verba 2: damnationis pape Pascalis contra He. regem. o) Item al. cap. *des.* 1. p) feudum 2. q) vel — accipere *des.* 2. r) detrimentum 1.

**401.** a) Anno — confirmata *des.* 2. b) MCXXII. 1.

1) *Sequentia litteris minutis expressa repetunt canonem concilii Guastallensis supra nr. 395 cap. 6.* 2) *Haec sapiunt cap. 2 concilii Trecensis supra nr. 396.* 3) *Acta concilii extant in cod. Vaticano Christin. 987 ('Archiv' XII, 312) et Olomucensis capituli 205 saec. XII ('Archiv' X, 682).* 4) *Immo VI. Kal. Aprilis secundum codicem Pistoriensem; v. Mansi XXI, 301.*

diversarum provinciarum archiepiscoporum, episcoporum et abbatum quamplurimorum, ubi recitata sunt haec capitula et totius assensu concilii confirmata:

I.[c] Sanctorum[1] patrum exempla sequentes et officii nostri debita[d] innovantes, ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia Dei vel promoveri, auctoritate sedis apostolicae[e] modis omnibus prohibemus. Si quis vero in ecclesia ordinationem vel promotionem taliter[f] acquisierit, acquisita[f] prorsus careat dignitate.

II.[g] A suis episcopis excommunicatos ab aliis episcopis, abbatibus et clericis in communionem recipi, procul dubio prohibemus.

III.[h] Nullus in episcopum nisi canonice electus consecretur[i]; quod si praesumptum fuerit, et[f] consecratus et consecrator absque recuperationis spe deponatur[k].

IIII.[l] Nullus omnino archidiaconus aut archipresbyter sive praepositus vel decanus animarum curam vel praebendas ecclesiae sine iudicio vel consensu alicui tribuat, immo sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum[m] cura et rerum ecclesiasticarum dispensatio in episcopi iudicio et potestate permaneat. Si quis vero[f] contra hoc facere aut potestatem, quae ad episcopum pertinet, sibi vendicare praesumpserit, ab ecclesiae liminibus arceatur.

V.[n] Ordinationes, quae a Burdino[o] heresiarcha, postquam a Romana ecclesia est dampnatus, quaeque et[p] a pseudoepiscopis per eum postea ordinatis factae sunt, nos irritas esse[q] iudicamus.

VI.[r] Nullus[2] etiam in praepositum, nullus in archipresbyterum[s], nullus in decanum nisi presbyter[t], nullus[u] in archidiaconum nisi diaconus ordinetur.

VII.[v] Presbyteris, diaconibus vel[w] subdiaconibus concubinarum et uxorum contubernia penitus interdicimus et aliarum mulierum cohabitationem, praeter quas synodus Nicena propter solas necessitudinum causas habitare permisit, videlicet matrem, sororem, amitam vel[x] materteram aut alias[y] huiusmodi, de quibus nulla valeat iuste suspicio[z] oriri.

VIII.[a] Praeterea iuxta beatissimi Stephani sanctionem statuimus, ut laici, quamvis religiosi sint, nullam tamen de ecclesiasticis rebus aliquid disponendi habeant facultatem[3]. Sed secundum apostolorum canones omnem negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat et ea velut Deo contemplante dispenset. (VIIII.) Si[4] quis ergo principum vel aliorum laicorum[b] dispositionem[c] seu donationem[d] rerum sive[e] possessionem ecclesiasticarum[f] rerum[g] sibi vendicaverit, ut sacrilegus iudicetur[h].

VIIII. (X.)[i] Coniunctiones consanguineorum fieri[k] prohibemus, quoniam eas et divinae et saeculi prohibent leges. Leges enim divinae hoc agentes et eos qui eis prodeunt non solum eiciunt sed maledictos appellant. Leges vero saeculi infames tales[l] vocant et[m] ab hereditate repellunt. Nos itaque patres nostros sequentes infamia eos notamus et infames[n] esse censemus.

X. (XII.)[o] Eis[p] qui Hierosolymam proficiscuntur et ad christianam gentem defendendam et tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium suum praebuerint, suorum peccatorum remissionem concedimus et domos, familias atque omnia bona eorum in beati Petri et Romanae ecclesiae protectione, sicut a domino nostro papa

**101.** c) I. *L. P.* d) debitum 2. e) secundum apostolicam auctoritatem 2. f) *deest* 2. g) IX. *L*; III. *P.* h) X. *L*; II. *P.* i) electum consecret 2. k) dampnatur 2. l) VII. *L*; V. *P* m) *deest* 1. n) VI. *L*; IX. *P.* o) ab ordino 2. p) *deest* 1. q) esse irr. 2. r) II. *L*; IV. *P.* s) archidiaconum ordinetur 2. t) vel diaconus *add. male* 1. 2. u) nullus — diaconus *des.* 2. v) III. *L*; VII. *P.* w) et 2. x) *deest* 2. y) alia 2. z) iuste val. susp. 2. a) IV. *L*; VI. *P.* b) aut laic. aliorum 1. c) dispensationem 1. d) dominationem 2. e) *pro* rerum sive 2: vel. f) aecclesiasticorum 2. g) *deest* 1. h) videatur 1. i) V. *L*; VIII. *P.* k) *deest* 1. l) eos *add.* 1. m) *deest* 2. n) eos *add.* 2. o) XI. *L*; XII. *P.* p) autem *add.* 2.

1) *E concilii Tolosani anni 1119 cap. I. ed. Mansi XXI, 226.* 2) *E concilii Tolosani cap. II. ed. Mansi XXI, 226.* 3) *Cf. supra nr. 397 c. 1.* 4) *Cf. ibidem c. 2.*

Urbano[q] statutum[r] fuit, suscipimus[s]. Quicumque ea distrahere vel auferre, quamdiu in via illa morantur, praesumpserint[t], excommunicationis ultione plectantur. (XIII.) Eos autem qui vel pro Hierosolimitano vel pro[u] Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur et eas[v] postea[u] dimisisse, cruces iterate assumere et viam ab instanti pascha usque ad sequens proximum pascha[w] perficere[v] apostolica auctoritate praecipimus. Alioquin extunc eos ab ecclesiae introitu sequestramus et in omnibus terris eorum divina officia praeter infantium baptisma et morientium penitentias interdicimus.

XI. (XIIII.)[x] Illam vero pravam Porticanorum consuetudinem, quae hactenus ibi fuit, ex fratrum nostrorum et curiae tocius consilio necnon voluntate atque consensu praefecti removendam censemus, ut Porticanorum habitatorum sine[y] heredibus morientium bona contra morientis deliberationem[z] minime pervadantur; ita tamen ut Porticani in[a] Romanae ecclesiae et nostrae nostrorumque successorum obedientia[b] fideliter permaneant.

XII. (XV.)[c] Sanctorum patrum canonibus consona sentientes oblationes de sacratissimo et reverendissimo altari beati Petri et Salvatoris et Sanctae Mariae Rotundae et[d] Sancti Nicolai Barensis, Sancti Egidii aut[e] de aliis omnium ecclesiarum altaribus sive crucibus a laicis auferri, penitus interdicimus et sub anathematis districtione[f] prohibemus. Et[g] ecclesias a laicis[h] incastellari aut[i] in servitutem redigi, auctoritate apostolica prohibemus.

XIII. (XVI.)[k] Quicumque monetam falsam se sciente fecerit aut studiose expenderit, tamquam maledictus et pauperum virorum oppressor necnon[l] et[i] civitatis turbator a fidelium consortio separetur.

XIIII. (XVII.)[m] Si quis Romipetas et peregrinos[n] apostolorum limina et aliorum sanctorum oratoria visitantes capere seu rebus quas ferunt spoliare et mercatores[o] novis teloneorum et pedagiorum[p] exactionibus molestare praesumpserit, donec satisfecerit, communione careat[q] christiana.

XV.[r] Quidquid vero de pace et treuia Dei vel de incendio seu de publicis stratis ab antecessoribus nostris Romanis pontificibus constitutum est, nos sancti Spiritus auctoritate confirmamus.

XVI. (XVIII.)[s] Sanctorum etiam patrum vestigiis inhaerentes generali decreto sancimus, ut monachi propriis episcopis cum omni humilitate subiecti existant et eis uti magistris et ecclesiae Dei pastoribus debitam obedientiam et devotam in omnibus subiectionem exhibeant. Publicas missarum solemnitates nusquam celebrent. A publicis etiam infirmorum visitationibus, inunctionibus seu etiam penitentiis, quod ad illorum nullatenus officium pertinet, sese omnino abstineant. In ecclesiis vero, quibus ministrare noscuntur, presbyteros nonnisi per manum sui episcopi habeant, qui ei de suscepta animarum cura respondeant.*

Exempla[t] Leonis ad Dioscorum, ut in die resurrectionis levitica et sacerdotalis fiat ordinatio. Cap. XVIIII. Quod mane dominico continuato ieiunio sabbati possit fieri ordinatio. Cap. XX.

*) XVIII. Unctiones et visitationes infirmorum et publicas missas monachis omnino interdicimus. *cod.* 2.

**401.** q) Urb. papa 2. r) constitutum 1. s) suscepimus 1. t) praesumpserit 2. u) *deest* 1. v) *deest* 2. w) prox. pascha sequens 2. x) *hoc caput deest in* 1; XII. *L*; XI. *P.* y) siue 2. z) deliberatione 2. a) in Porticani 2. b) obedientiae 2. c) *hoc caput in* 1 *distribuitur in duo* XI et XII; XIV. *L. P.* d) ecclesiae 2. e) sive 2. f) distr. anath. 2. g) *deest* 1, *qui hoc loco cap.* XII. *incipit.* h) a laicis *des.* 2. i) *deest* 2. k) XV. *L. P.* l) *deest* 1. m) XVI *iterum* 2 *errore librarii;* XVI. *L. P.* n) seu mercatores *add. hic* 1. o) et mercatores *des. hic* 1. p) pedaticorum 2. q) careant 1. r) *hoc caput deest* 2; XIII. *L. P* s) XVII. *L. P.* t) *reliqua in solo* 2.

# 402. INNOCENTII II. CONCILIUM PISANUM.

## 1135. (Mai. Iun.)

*Breviarium Gestorum, quod procemio amplissimo eminet, in codice Vindobonensi 5100 (Salisb. 20 B) saec. XV. fol. 43 inter Acta concilii Pisani anni 1409 detexit vir cl. Bernheim et editionem principem instruxit 'Zeitschrift für Kirchenrecht' XVI, p. 148, quam repetimus. Textus codicis cum multopere indigeat emendationibus, et editor quo excellit acumine operam iis acerrimam navaverit, admodum pauca nobis facienda erant. Neque tamen omnia nos absolvisse contendimus. Ceterum canones sex concilii Pisani desumptos ex additionibus Panormiae Ivonis in codice quodam Pistoriensi, quorum primus pleniorem capitis nostri 2 textum continet, edidit Mansi XXI, 490.* (*P. deest.*)

Anno dominice incarnacionis millesimo centesimo XXXVI.[1] celebrata est synodus Pisis a domino papa Innocencio II. in ecclesia beate Marie virginis, residentibus episcopis Penestrino, Albanensi, Sancte Roffine, Tiburtino, Ortano, Segnino, Civitatis Castellane[2]; patriarchys eciam Aquilegensi cum suis suffraganeis et Hen(rico) Gradensi; Ravennatensi, Pisano, Ianuensi, Lugdunensi[a], Bituricensi, Senonensi, Remensi, Rothomagensi[b] et Thuronensi archiepiscopis, et legatis aliorum archiepiscoporum videlicet Dolensis[c], Auxitani[d], Narbonensis et Bracarensis[e], nec non Carnotensi[f] episcopo apostolice sedis legato; episcopis autem Ytalye, Longobardie, Tuscie, marchie Tarvisine[g], Provincie, Gothie[h], Hyspanie, Aquitanie, Francie, Normannie[i], Turonie, Lothoringie et Saxonie: de Ducatu tribus episcopis Spoletano, Fulginatensi[k], Asisinatensi[l,3]; de marchia Camerinensi[m] Nucerino, Esinatensi[n]; Humanensi, Auximano, Anconitano, Sennogaliensi, Callensi, Forosinphronensi, Fanensi, Pensauriensi[4]; de civitatibus[o] beati Petri Ariminensi[p], Montisferetrano[q], Urbinatensi[r], Castellano, Eugubino[s], Perusino, Tudertino[5]; de Tuscia Tuscanensi, Balneoregensi[t], Suanensi, Roscellano, Populoniensi, Clusino, Arethino[u], Senensi, Volterano, Fesulano, Florentino, Pistoriensi, Lucano, Lunensi[6]; Placentino quoque, Cremonensi, Brixiensi, Bergamensi[v], Mantuano[w], Feltrensi[x], Vicentino, Cumano, Novariensi, Albensi, Hyporiensi[y], Vercellensi[z], Aquensi, nec non electis duarum ecclesiarum Laudensis[a] scilicet et Terdonensis[b,7]: Faventino, Cesenatensi[c], Imolensi, Foropopiliensi[d], Bobiensi, Comacliensi, Augustinensi[8], Gracianopolitano[e], Maurianensi[f], Vapincensi, Sistaricensi, Nicensi, Foroiuliensi, Tricastrino, Auraciensi, Avinionensi[9], Gerundinensi[g], Vicensi, Oscensi, Oximensi[h,10], Gevenensi[i].

402. a) Ludinen c. b) Rothamagen c. c) Tolen c. d) Axitani c. e) fracanen̄ c. f) Carnocen̄ c. g) Thuringie c. h) Ethie c. i) Normamie c. k) Fulginate c. l) Asisinate c. m) Comerinensi c. n) Esinate c. o) comitatibus c. p) Arumineñ c. q) Montis Feretno c. r) Urbinate c. s) Eugubois c. t) Balnearegen̄ c. u) Arechino c. v) Berganen c. w) Montitano c. x) Febren c. y) Hyponen c. z) Vertellen c. a) Iaufum c. b) Tridonen c. c) Cesenate c. d) foro Pōplien c. e) Gracionopolitani c. f) Muritunen c. g) Gerudin c. h) Oxunsi c. i) Gevecensis c.

1) *Secundum calculum Pisanum.* 2) *Tivoli, Orte, Segni, Cività Castellana.* 3) *Spoleto, Foligno, Assisi.* 4) *Nocera, Jesi, Umana, Osimo, Ancona, Sinigaglia, Cagli, Fossombrone, Fano, Pesaro.* 5) *Rimini, Montefeltre, Urbino, Città di Castello, Gubbio, Perugia, Todi.* 6) *Toscanella, Bagnorea, Soana, Rosello (postea Grosseto), Massa Maritima, Chiusi, Arezzo, Siena, Volterra, Fiesole, Firenze, Pistoja, Lucca, Luna.* 7) *Piacenza, Cremona, Brescia, Bergamo, Mantua, Feltre, Vicenza, Como, Novara, Alba, Ivrea, Vercelli, Acqui, Lodi, Tortona.* 8) *Faenza, Cesena, Imola, Forlimpopoli, Bobbio, Comacchio, Aosta.* 9) *Grénoble, St. Jean de Maurienne, Gap, Sisteron, Nizza, Fréjus, St.-Paul-trois-chateaux, Orange, Avignon.* 10) *Gerona, Vich, Osca, Osma provinciae Tarragonensis.*

Dignensi, Antipolitano[k], Lausanensi[1], Metensi, Tullensi, Virdunensi, Spirensi, Guormaciensi[2], Lingonensi, Petrogoricensi[l], Lemovicensi, Pictaviensi, Sanctonensi, Meldunensi, Parisiensi, Trecensi, Suessionensi, Belvacensi, Silvanectensi, Atrebatensi[m], Morinensi[n], Noviomensi, Sagiensi, Constanciensi, Carleolensi[o], Redonensi, Venetensi[p.3]; abbatibus quoque Cluniacensi, Clarevallensi, Wizeliacensi[q], Case Dei[r], Massiliensi, Sancti Egidii, Montis Maioris, Grassensi, Dolensi, Sancti Germani de Pratis, Corbiensi, Sancti Medardi, Sancti Vedasti[s.4] et aliorum abbatum copiosa multitudine. In quo nimirum multa statuta sunt que ad honorem Dei pertinere videbantur.

1. E quibus[t] illud est, quod monachi et regulares canonici de laboribus, quos propriis manibus excolunt ac sumptibus, de cetero dare decimas non cogantur.

2. Preterea actum est, ut[u] subdyaconi, regulares canonici, monachy seu sanctemoniales post assumptum habitum et factam professionem matrimonium nullatenus contrahere audeant[5].

3. Hoc[v] eciam addito et sub anathematis attestacione prohibito, ut[u] nullus deinceps nobilior, nulla humilior[w] persona liberum Christianum sive[x] Corsariis[y] sive[x] Torcis[z] sive[x] quibus aliis[a] vendere audeat.

4. Ibi eciam fraternitas cum Ierosolymitani Templi militibus ab omnibus prelatis ecclesiarum qui aderant facta est adeo, quod idem Romanus pontifex marcam auri singulis annis eisdem fratribus se soluturum constituit et Aimericus eius cancellarius II[b] uncias auri annualiter repromisit, reliqui vero archiepiscopi, episcopi, abbates et alii boni viri aliam marcam argenti[c], alii plus, alii minus, quotannis sibi devocionis intuitu promiserunt[6].

5. Depositi sunt autem episcopi numero quinque: Alexander scilicet Leodiensis, Litardus[d] Cameracensis[e], Eu(stachius) Valentinus, B(oianus)[f] Arethinus[g], G.[7] Accerranus, H(ubertus) Taurinensis, Alb.[h.7] Mutinensis electi: [Leodiensis][i] quidem[k] pro eo quod impetitus de symonia apud sedem apostolicam indutiis longis atributis sepe vocatus venire contempsit atque a longis temporibus turpi fuit respersus infamia; Cameracensis[l] vero propter vite turpitudinem, de qua coram Rainaldo[m] Remensi[n] archiepiscopo metropolitano suo, G(aufrido) Carnotensi episcopo sedis apostolice legato et B(ernhardo) Clarevallensi abbate, ipsis eisdem[o] attestantibus, confessus fuerat; Valentinus autem propter incontinenciam in qua tamquam brutum iumentum usque ad senium computuerat[p]; Arethinus eciam pro et dolenda et horrenda destruccione bonorum ecclesiasticorum seu episcopalium; Accerranus pro eo quod scismaticus et manifeste periurus inventus est; Thaurinensis electus, quia, cum ecclesia per quinquennium iam vacasset, ipse ecclesiastico spreto[q] officio milicie soli vacabat; Mutinensis vero, quia, cum pro mala conversacione ac publica symonia electio de ipso in Parmensi[r] ecclesia facta dampnata[s]

**402.** k) Anupolitano *c.* l) Petgoricen̄ *c.* m) Acrebacen̄ *c.* n) Mormen̄ *c.*; Tarvennensi *coniecit B.* o) Carlesien̄ *c.*; Corentinensi *(Quimper) coniecit B.* p) Beneten̄ *c.* q) Wirzdiacen̄ *c.* r) Casedin. *c.* s) Vedata² *c.* t) Cqud *c.* u) nisi *c.* v) hic *c.* w) malichio nulla hm̄li ne *c.* x) sui *c.* y) corpus *c.* z) tord *(deletum)* torsa *c.* a) alius *c.* b) secundus *c.* c) aurgenti *c.* d) Licalidus *c.* e) Comasen̄ *c.* f) S. *c.* g) Arechinus *c.* h) Abbtem *seu* Albtem̄ *c.* i) *deest c.* k) quis *c.* l) Carmeracen̄ *c.* m) Nover⁹ *c.* n) Nemen̄ *c.* o) eiusdem *c.* p) *sic c.* q) sep̄to *c.* r) Parmsi *c.* s) dapnata *c.*

1) *Genf, Digne, Antibes, Lausanne.* 2) *Metz, Toul, Verdun, Speier, Worms.* 3) *Langres, Périgueux, Limoges, Poitiers, Saintes, Meaux, Paris, Troyes, Soissons, Beauvais, Senlis, Arras, Terouanne, Noyon, Séez, Coutances, Carlisle, Rennes, Vannes.* 4) *Clugny, Clairvaux, Vézelay, Chaise-Dieu, Marseille, St. Gilles, Montmayeur, Grasse, Dole, St. Germain-des-Près, Corbie, St. Médard, St. Waast.* 5) *Hoc caput abbreviatio canonis primi est, quem edidit Mansi XXI, 490.* 6) *Ad Clementis III. bullam (ed. Löher 'Archivalische Zeitschrift' VIII, 104) hoc loco provocat Löwenfeld 'Reg. pont. Rom.' ed. II, p. 865.* 7) *Nomina non cognita sunt.*

fuisset, indignum visum est, ut tam criminosa persona in alia ecclesia ad episcopale regimen vocaretur.

6. Generalis quoque sentencia data est in universos, qui terra vel mari merces in Sciciliam vel in Apuliam deinceps tulerint, ut ibi eas vendant, et qui illuc transierint, ut Rugerio tiranno ab ecclesia separato vel suis serviant, donec ipsi ad fidelium redierint unitatem. Eis autem, qui adversus eum vel Petrum Leonis ad liberacionem ecclesie terra vel mari perrexerint et in eodem servicio fideliter laboraverint, eadem remissio facta est que[t] per papam Urbanum omnibus proficiscentibus Ierosolymam pro Christianorum[u] liberacione in concilio Claremontano constituta est[v].

7. In eodem quoque concilio excommunicaciones Petri[v*] Leonis cum fratribus et fautoribus suis et ordinaciones[w] ab[x] eisdem scismat(icis) facte pariter condempnate, prefatus eciam Rugerius Scicilie[y] [tirannus], episcopus Albiensis[1], A(lfonsus) comes Tolosanus[z] et alii multi eodem sunt anathematis vinculo innodati.

8. Ibidem quoque[a] T(edaldus) archipresbyter, Amicho archidyaconus, primicerius, Ancelinus de Rodis[b] et complices eorum refutantes omnem heres(im) abiuraverunt Petrum[c] Leonis et Anshelmum de Posterula et complices eorum, tactisque sacrosanctis ewangeliis promiserunt se obedituros beato Petro sancteque Romane ecclesie et domino pape Innocencio eiusque successoribus canonice intrantibus, adicientes[d] in eodem iuramento, se bona fide operam daturos, quatenus Mediolanenses, qui auctoritate sua regem[2] constituerant[e] et tam ab ecclesia quam imperatore recesserant, ad obedienciam domini pape redeant[f] et de contemptu et offensa secundum mandatum eius satisfaciant, et ad servicium imperatoris redeant[f] eique secundum mandatum domini pape satisfaciant et pacem[g] cum civibus[3] longis expectatam[h] diu temporibus[i], prout ipse preceperit[k], componant[l], et si Mediolanenses contemptores extiterint, eis ulterius non celebrarent[m] divina officia.

# 403. VICTORIS IV. ENCYCLICA DE CONCILIO CREMONAE CELEBRANDO.

(1161.) Ian. 16.

*Repetimus editionem principem Iaffēi 'Regesta pontificum Romanorum' 9405 (ed. II. 14445) paratam ex exemplari, quod fecit Wattenbach e codice bibliothecae S. Petri Salzburgensis IX. 3 saec. XII. fol. primo. Concilium, quod prius Papiae a. 1160. Sept. 8 celebrari debuerat, postea prorogatum et demum a. 1161. Ian. 19—22 Laudae habitum esse constat.* *(P. deest.)*

E(berhardo) Salzburgensi archiepiscopo eiusque suffraganeis episcopis et dilectis filiis abbatibus, prepositis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis per eundem archiepiscopatum constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

**402.** t) qua *c.* u) Christorum *c.* v) constituit *c.* v*) Petrus *c.* w) ordinaciois *c.* x) ad *c.* y) scilie *c.*; tirannus *deest.* z) tosolanus *c.* a) que *c.* b) rosis *c.* c) ꝓ (pro) *c.* d) addicies *c.* e) constiterat *c.* f) reddeant *c.* g) pacione *c.* h) *conieci;* et earum a *c.* i) longis et iam a diu temporibus desideratam *emendavit B.* k) pcepit *c.* l) coponatur *c.* m) celebrantur *c.*

1) *Albi.* 2) *Conradum Suevum.* 3) Cremonensibus *mihi supplendum videtur; cf. Landulfum de S. Paulo c. 60, SS. XX, 46.*

Divinis humanisque rationibus consonum probatur et consentaneum, menbrorum saluti caput sollicite providere et ad subiectionem et famulatum sui capitis menbra concorditer convenire, nec ab eius institutis et regulis ullatenus deviare. Nulli siquidem catholicorum extat ambiguum nullique debet esse incognitum, sacrosanctam Romanam et apostolicam ecclesiam ab ipso Domino et Salvatore nostro accepisse primatum. Unde merito cardo et caput omnium ecclesiarum ab ipso salvatore Iesu Christo est instituta, ut sicut cardine hostium regitur, ita eiusdem sancte sedis doctrina et auctoritate omnes ecclesiae Domino disponente regantur. Quae tales nimirum sibi statuit filios procreare, per quos veluti per columpnas immobiles possit in sue libertatis sublimitate atque vigore iugiter inconcussa servari et cum fluctus erroris et scismatis, diabolo consueta venena fundente, fortiter intumuerint, eorum vigilantia et industria valeant auxiliante Domino reprimi et tranquillitas ecclesiae celeriter reformari. Quanto autem errore et scismate predicta mater vestra per Rolandi symoniaci et invasoris suorumque complicium conspirationes et mendacia et periuria concuciatur et fatigetur, et quam manifestis symoniis, rapacitatibus et importunis exactionibus, quod dolentes dicimus, hactenus per eosdem fuerit deformata, vestrae discretioni non credimus esse occultum, cum iam rerum experientia celebrique fama predicante, fere per universum orbem sit cognitum et divulgatum. De tanta igitur concussione et scissura ecclesiae plurimum dolentes et ad statum rectitudinis omnia reduci cupientes, communicato fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium multorum et religiosorum consilio, Mai. 21. dominica qua cantatur 'Vocem iocunditatis' generale concilium Cremone statuimus celebrandum. Ad quod venerabiles fratres nostros primates, archiepiscopos, [episcopos], abbates, prepositos, decanos aliosque ecclesiarum prelatos de universo orbe dignum duximus convocandos, quorum consilio et auctoritate rete Petri exuberantia malorum aliquatenus scissum resarciatur et unitas ecclesiae Domino cooperante consolidetur. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus et in virtute obedientiae auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli firmiter precipimus, quatinus ad iam dictum concilium in prefixo termino, omni occasione postposita veniatis, ut que corrigenda sunt corrigantur, statuenda statuantur et que tenenda fuerint, invocata Spiritus sancti gratia, communi consensu teneantur et confirmentur. Quicunque enim tam venerando et sancto concilio se subtrahere presumpserit, illius se non esse menbrum comprobabit, quam, sicut superius diximus, caput et magistrum tocius ecclesiae redemptor et salvator noster instituit.

Datum Taurini, XVII. Kalendas Februarii.

---

# 404. 405. ALEXANDRI III. EPISTOLAE DE TRACTATU ANAGNINO.

(1176. Nov.)

## 404. *EPISTOLA AD CARDINALES IN LOMBARDIA CONSTITUTOS.*

*Descripsimus e codice latino Monacensi 19411 (Teg. 1411) saec. XIII. in. fol. 113 (p. 227), e quo iam pridem edita est a Pezio in Thesauro anecdotorum VI, 1, 397. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 12737.* *(P. deest.)*

I(ldebrando)[a] basilice XII apostolorum presbitero et A(rdicio) Sancti Theodori diacono[b] cardinalibus[c], apostolice sedis legatis[d].

Pro tractanda[e] pace, de qua in Lombardia et in aliis locis verbum fuerat motum, nũncios F(riderici) dicti imperatoris, videlicet Madeburgensem archiepiscopum, C(ristianum) cancellarium, Guarmatiensem electum et A(rduinum) prothonotarium[f] eiusdem inperatoris recepimus, instanter et constanter firmantes, eundem inperatorem circa pacem ferventissimum gerere animum et voluntatem. Qui cum vehementer apud nos institissent, ut ad pacem inter ecclesiam et inperatorem complendam intenderemus, nec possent obtinere, quod sine Lombardis aut sine rege Sicilie vel Constantinopolitano inperatore[g] complendam pacem ad plenum et ad solidum statueremus, tandem ne videremur pacem fugere, quam toto mentis affectu desideramus, vel materiam calumniandi parare, disposuimus ad instantissimam ipsorum nuntiorum peticionem[h] ad partes Lombardie adpropinquare, ut securius et liberius tractatum possimus pacis habere. Condiximus eciam, ut regi[i] Sicilie per literas nostras significaremus, quod sine tarditate nunctios suos dirigeret, qui[k] pacis tractatui interessent. Ideoque[l] prudentiam vestram monemus, mandamus atque precipimus, quatenus rectores et consules Societatis Lombardie sollicitare et monere curetis, ut ad quem locum securius applicare possimus et liberius et honestius de pace tractare[m], nobis sine dilatione significent[n] et interim Societatem et unitatem suam, ne ullum possitis obstaculum sustinere, consolident et confirment[o]. Vos vero voluntates et animos ipsorum investigetis plenius et nobis quidquid apud eos inveneritis et quid consilii inde sint et voluntatis[p], sollicitudini nostre cum omni festinantia[q] significetis et ad corroborationem et conservationem predicte unitatis forcius invigiletis.

## 405. *EPISTOLA AD RECTORES MARCHIAE.*

*Ex eodem codice fol. 111' (p. 224) descripsimus editam pridem a Pezio l. c. p. 388. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 12743.* *(P. deest.)*

A(lexander) episcopus[a] servus servorum Dei dilectis filiis rectoribus Marchie salutem et apostolicam benedictionem.

Intelleximus ex litteris, quas vestra nobis devotio destinavit, quomodo imperator non dubitat fingere inter nos et ipsum[b] pacem esse firmatam. Sed quidquid dicat ipse, quidquid dicant et alii, illud volumus vos[c] pro certo tenere, quod inter nos et eundem imperatorem pax non est iuramento vel scripto firmata, quamquam inter nos et ipsum[b] diu sit de pace tractatum. Licet autem Maidburgensis archiepiscopus, C(ristianus)[d] cancellarius, Warmatiensis electus et protonotarius[e] imperatoris ad nos ab eodem imperatore pro pacis reformatione transmissi apud nos multum instarent, ut pacem aecclesiae requireremus[f], nunquam tamen[g] nos potuerunt inducere, ut pacem aecclesiae sine vestra et regis Sicilie et aliorum adiutorum ecclesie vellemus recipere. Et ideo ut commodius de pace nostra et vestra tractetur[h], ad partes vestras, quantumcunque[i] labor sit etati nostre contrarius, adpropinquare[k] disposuimus, adiunctis nobis nunciis eiusdem regis, in persona propria laborare. Vos

**404.** a) A. *c.* b) diaconus *corr. ex* laicus *c.* c) card *c.* d) legat' *c.* e) tractata *c.* f) prothonotorium *c.* g) Constantinopolitani inperatorem *c.* h) peticione *c.* i) regis *c.* k) que *c.* l) Idoque *c.* m) tractura *c.* n) significetis *c.* o) consolidet et confirmet *c.* p) et quod consilii unde sit et voluntates *c.* q) festinatia *c.*

**405.** a) *deest c.* b) ipso *c.* c) nos *c.* d) O. *c.* e) protonorarius *c.* f) reqemus *c.* g) eam *c.* h) tractent *c.* i) quantuncunque *c.* k) *deest c.*

itaque viriliter agite et in Domino confortamini ac vestro pio proposito persistentes, donec pax consummetur[l], Societatem[m] vestram in eodem proposito propensius solidetis[n], certi pariter et securi, quod pax firmata non est nec auctore Deo firmabitur sine vestra.

# 406. ALEXANDRI III. EPISTOLA DE TRACTATU VENETO.

## 1177. Iul. 30.

*Epistolam integram damus e codice 1) Parisino 2259 (Colb.) saec. XIII. fol. 1, adhibitis codicibus minoris pretii 2) Parisino 70 (Colb.) saec. XIV, quo usus est Martène in Thesauro I, 1847, et 3) Parisino 3088 saec. XIV. fol. ultimo verso, quem Pertz solum in usus vertit. Uterque ultima parte caret. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 12895.*

*(P. 153.)*

Alexander episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis[a] et dilectis filiis abbatibus et aliis ad generale capitulum Cistercii[b] convenientibus salutem et apostolicam benedictionem.

Habetis[c] nunc per gratiam Dei materiam gaudii et exultationis, de quo merito potestis immensas omnipotenti Deo gratias agere[d], qui[e], cum habitet in altissimis, humilia respicit de supernis et facit in se credentes debita felicitate gaudere. Habemus quidem pre oculis illius devotionis sincerissime puritatem, quam huius turbationis tempore circa nos et Romanam ecclesiam laudabiliter exhibuisse noscimini, et recognoscimus, vos pro pace ecclesie apud Deum assiduis orationibus intercessisse, quorum tandem intercessionibus excitatus, ad eius imperium omni tempestate pacata, naviculam Petri de profundo pelagi liberavit et portum sibi salutis et quietis indulsit. Sane karissimus filius noster in Christo Fridericus[f] Dei gratia[g] illustris Romanorum imperator, inspirante Domino, in cuius manu corda sunt regum et principum, per studium et laborem fratrum nostrorum et venerabilis fratris nostri P(ontii) Claromontensis episcopi et dilecti filii abbatis Bonevallis et fratris Teoderici Cartusiensis[h] ad devotionem nostram rediit et ad catholicam unitatem et abrenuncians scismati cum principibus Theotonici regni, tam ecclesiasticis quam secularibus, proximo die dominico
Iul. 24. ante festum sancti[i] Iacobi apostoli[k], presente innumera multitudine virorum et mulierum in Domino altis vocibus exultante, venit Venetiam[l] ad presentiam nostram et nobis sicut summo pontifici reverentiam et subiectionem impendit et, recepto pacis osculo, nos[m] in ecclesiam beati Marci usque ad altare humiliter et devote dextravit. In
Iul. 25. festo vero beati Iacobi ab eodem imperatore rogati ad eandem ecclesiam ivimus[n] ibi celebraturi missarum solempnia et, cum audiret nos advenire, continuo nobis obviam[m] occurrit[o] et nos a dextro latere cum ea qua decuit reverentia et humilitate suscipiens, in prescriptam ecclesiam introduxit et, finita missa, quam a nobis licet indignis reve-

405. l) ͞csument *c.* m) societate *c.* n) solidedis *c.*

406. a) archiep. episcopis *des.* 2. b) Cist' 1. 3. c) Habetis — immensas *des.* 2. d) agimus 2. e) qui — gaudere *des.* 1. f) *sic* 2; F. 1; et 3. g) Dei gratia *des.* 2. 3. h) Cartusie 1; et fratris T. Cart. *des.* 2. 3. i) beati 2. 3. k) *deest* 1. l) Venetum 1. 3. m) *deest* 2. n) venimus 3. o) venit 3.

renter audivit[p], nos usque ad portam ecclesie[q] dextravit et omnem honorem et reverentiam nobis[r] exhibuit, quam predecessores eius nostris consueverunt antecessoribus exhibere. Monemus itaque universitatem vestram attentius et[s] hortamur, quatinus sicut omnipotens Deus[t] magnificavit misericordiam suam nobiscum[u] in facto ecclesie et eius negotia in manu nostra direxit per suam ineffabilem pietatem, ita ei immensas laudes et gratias referatis[v] ipsumque assiduis orationibus pulsetis et precibus, ut ecclesiam suam protegere et conservare dignetur et pacem sibi divinitus datam augeat et perpetuam optinere faciat firmitatem.

Nihilominus[w] etiam religionem vestram paterna exhortatione monemus, consulimus et hortamur, ut in adquirendis possessionibus et augendis animalibus vestris necnon et in fundandis monasteriis infra regna ista eum modum ponere studeatis, quod scandalum, quod adversum vos de subtractione decimarum ab ecclesiasticis viris graviter suscitatur, possit de iure sedari. Quia nisi modum in hoc[x] posueritis, oportebit vos aut pluribus laboribus et sumptibus fatigari aut solvere decimas de laboribus vestris, cum ecclesiastici viri totiens decimis subtractis apud nos querelam deponant, ut eam tedeat[y] nos audire. Nos autem iuvate apud Deum orationibus et elemosinis et aliis beneficiis commendate.

Data[z] Venetiis[a] in Rivo alto. III. Kalendarum[b] Augusti[c].

---

# 407–409. ALEXANDRI III. LEGATIO AD FRIDERICUM I.

## 1178. in.

### 407. *EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPOS COLONIENSEM ET MAGDEBURGENSEM.*

*Dedit vir d. Loewenfeld 'Epistolae pontificum Romanorum ineditae' 150 nr. 266 ex Alexandri III. Registri fragmento in codice Collegii Trinitatis Cantabrigiensis R. 9. 17 saec. XII. fol. 125' superstite. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 13017. (P. deest.)*

Coloniensi et Madeburgensi archiepiscopis et dilecto filio Warmatiensi electo et Wrtwino imperialis aule prothonotario.

A memoria nostra non excidit nec a vestra credimus excidisse, cum quanta sollicitudine vestra et instantia pax sit inter nos et karissimum in Christo filium nostrum F(ridericum) illustrem Romanorum imperatorem volente Domino reformata. Expedit autem plurimum, ut qui in reformatione solliciti extiterunt, in consummatione et conservatione existere non debeant negligentes. Huius rei gratia dilectum filium nostrum T. presentium latorem nobis devotissimum, imperatori fidelissimum, medicum utriusque, pro suspitione omni tollenda de medio et detractionis materia ad eiusdem imperatoris presentiam duximus transmittendum; dilectionem vestram per apostolica scripta rogamus.

**406.** p) et *add.* 2. q) *deest* 1. r) *deest* 1. 2. s) attentiusque 2. t) Dominus 2; Deus Dominus 1. u) nobiscum — per *des.* 1. v) exsolvatis 2. 3. w) *reliqua textus des.* 2. 3. x) hos 1. y) tedat 1. z) Data — Augusti *des.* 3. a) Venet' 1; Venetis 2. b) K. 1. c) *deest* 1.

monemus attentius et mandamus, quatinus[a] convenientes in unum, eundem imperatorem ad complenda promissa et pacem nostram et suam firmiter observandam, quam ei, filio suo, tibi[b] sicut venerabili fratri et omnibus, de quibus specialiter actum est, et aliis etiam, sicut desideranter recepimus, servare semper volumus et optamus, sicut de vobis confidimus et utrique expedire cognoscitis, inducatis, eidem firmiter exponentes, quod honori ipsius et imperii pro nostri officii debito, quantum Deus dederit, intendemus. Ipse autem, sicut eius excellentiam decet, honorem ecclesie diligat et profectum, nec detractoribus acquiescat, qui animum eius turbantes pacem nostram et suam quod absit subvertere moliuntur.

## 408. *EPISTOLA AD UNIVERSOS ECCLESIARUM PRAELATOS.*

*Dedit idem l. c. 151 nr. 267 ex eodem codice fol. 126. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 13018.* *(P. deest.)*

Archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos literae iste pervenerint.

Dilectum filium T. medicum nostrum presentium latorem, quem ad karissimum in Christo filium F(ridericum) illustrem Romanorum imperatorem transmittimus, universitati vestre attentius commondamus per apostolica scripta monentes propensius et mandantes, quatinus eum pro reverentia beati Petri et nostra benigne recipere ipsique curetis in securo conductu et aliis necessitatibus providere, ita quod devotionem vestram propter hoc non inmerito commendemus et peticiones libentius et efficatius admittamus.

## 409. *EPISTOLA AD IMPERATOREM.*

*Dedit idem l. c. 152 nr. 268 ex eodem codice fol. 127. — Iaffé, Reg pont. Rom. ed. II. 13019.* *(P. deest.)*

F(riderico) illustri Romanorum imperatori.

Imperatoriam excellentiam vellemus frequenter litteris et nunciis visitare et statum nostrum illi exponentes de suo sepe existere certiores; verum etsi non ut vellemus, sicut tamen possumus visitantes, latorem presentium nobis devotissimum, tibi fidelissimum T. nostri et tui etiam corporis medicum ad tuam duximus presentiam destinandum, quaedam per eundem intimantes, que litteris non fuerant committenda. Credimus enim et ex parte cognoscimus, quod susurrones et detractores quidam de te nobis et alii tibi de nobis interdum sinistra proponunt asserentes, quod erga te in facto Lombardorum et Grecorum ambulemus aliter quam deceret. Verum quidem fatemur, quod Lombardos, qui utiles nobis extiterunt admodum et devoti, non possumus non amare; verum tamen dicimus et indubitanter tenere te volumus, quod eos contra honorem tuum vel imperii nec diligimus nec fovemus, potius eos ad treugam servandam et complenda, que desunt, et pacem tuam devote pariter et humiliter requirendam per nuncios nostros et suos et scripta apostolica invitavimus. Quod autem impedire dicatur, per latorem presentium plenius intimamus. Nec in mentem veniat, sicut nec venire debet, quod Greci, qui fines imperii et ex parte beati Petri patrimonium invaserunt, id voluntate nostra praesumpserint vel assensu, cum etiam ut accepimus illos, quos ad suam voluntatem inflectunt, iurare faciant, se illum habituros pro papa, quem idem Greci apostolicum reputaverint. Potius intellecto eorum proposito confestim ad dilectos

407. a) *in cod. notatur* d(*ilectionem aut discretionem*) v. p. a. s. ro. mo. at. et m. q. b) *nescio quis error hic lateat; epistolam enim a paribus non esse scriptam, docet numerus pluralis plus semel adhibitus. L.*

filios nostros, nobiles viros R(ogerium) comitem Andriae et comitem Tancredum, regium consobrinum[1], magistros iusticiarios et magnos comestabulos Apulie et Terre Laboris contra eosdem Grecos scripta direximus. Qui statim, ut nobis suis litteris rescripserunt, universos, qui de terra karissimi in Christo filii nostri W(illelmi) illustris Sicilie regis ad solidum illorum perrexerant, sub pena personarum et rerum omnium suarum ab eorundem Grecorum auxilio revocarunt. Omittere autem non possumus, quod Marchiam, que ex parte ad imperium et ex maxima parte ad ecclesiam spectat, dum eramus Venetiis presentes, quasi sub oculis nostris nobis penitus inconsultis homini, cui placuit, non cui decuit, assignasti[2]. De generali quidem institutione ecclesiae excommunicationis sententie subiacebat, quia non solum in clericos violentas manus iniecerat, verum etiam episcopos et abbates multe religionis et auctoritatis capiens mancipaverat custodie carcerali; quorum unus in eius captivitate defunctus est, per quem Deus ut audivimus miracula sepius operatur. Pro his tamen non cessavimus, quin prefatis Grecis, sicut nostro et tuo honori vidimus expedire, curaverimus obviare; et impedimentum amplius pertulissent, nisi tu ipse nobis subtraxisses vires, sicut per iam dictum T. plenius recognosces. Rogamus itaque serenitatem tuam attentius commonentes et modis quibus possumus exhortantes, quatinus omnem materiam detractionis et suspitionis, quantum in te est, studeas amovere, paci ecclesie et imperii, quae necessaria est admodum non uni tantum set utrique, ferventer intendas, quatinus nos, sicut desideranter recepimus, ita etiam tibi, filio tuo, principibus omnibus tam ecclesiasticis quam mundanis servare semper volumus et optamus et advocatis personis, per quas pax est inter nos auctore Domino reformata, et aliis, si videris advocandos, que promissa sunt compleas et que completa sunt inviolabiliter non negligas observare. Nos enim magnitudinem tuam nolumus dubitare, quod honori tuo et imperii semper, quantum Deus dederit, iuxta nostri officii debitum intendemus, licet pater communis ex officio omnium litteras et nuntios recipere debeamus et iuxta qualitatem mittentis et missi eos, qui ad nostram accedunt presentiam, pertractare.

# 410–412. GREGORII VIII. EPISTOLAE DE PACE INTER ECCLESIAM ET IMPERIUM RESTAURANDA.

## 1187. Nov. 29. 30.

### 410. *EPISTOLA AD IMPERATOREM.* *Nov. 29.*

*Damus e codice Wernigerodano Za 31 saec. XII. ex. fol. 45, quem contulit vir cl. Iacobs Wernigerodanus. Edidit antehac Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum' II, 425 (= Mansi XXII, 533; Watterich II, 688). — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 16071.*

*(P. deest.)*

Gregorius episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio Friderico illustri regi, Romanorum imperatori semper augusto salutem et apostolicam benedictionem.

1) *Comitem Licii, post regem Siciliae.* 2) *Conrado de Lutzelhard.*

Venientes ad nos imperialis magnificentie nuncii, venerabilis frater noster O(tto) Babenbergensis episcopus et S(igfridus) abbas Hersveldensis, qui ad antecessorem nostrum Urbanum fuerant destinati, honoravere nos presentia corporali et decenti reverentia curaverunt et proposuerunt ea, que ad predictum antecessorem nostrum ab imperiali excellentia receperant in mandatis. Et quidem nos valde gratum habuimus, quod sententiam illam imperiali animo fixam cognovimus esse, qua dicitur: 'Persequimini pacem et comprehendite eam'. Arbitramur autem, quod de hac re non sit apud nos multa opus instantia, cum huius rei bonum semper habuimus desiderium et nunc tanto amplius habemus, quanto magis hoc et loci necessitas, quem tenemus, et communis utilitas christiana deposcit. Ceterum non est nobis visum idoneum, ut antequam ad ecclesiam de vocatione nostra imperiales apices pervenirent, aliquem deberemus habere tractatum, per quem indecenter et contra honestatem sacerdotalis officii favorem imperialem appetere videamur. Speramus enim secundum animum, quem iam tribuit nobis Dominus, quod taliter in veritate sua nos diriget et que ad pacem sunt faciet semper inquirere, ut nec[a] magnitudo imperii nec alii quoque reges ac principes christiani occasionem iustam ex nobis inveniant, quo minus devoti Deo minusque reverentes debeant ecclesie apparere. Cognoscimus siquidem insufficientiam nostram et scimus, nos, nisi per magnorum auxilium, impositum onus utiliter portare non posse ac malis illis occurrere, que hoc tempore in populo christiano acciderunt. Imperiali ergo celsitudini Deus inspiret, ut id quod nunciis ostendit et litteris, etiam per opera exequatur nec tam ex opinione colligat, quam ex opere, quid de nostra debeat intentione sentire, quia Deo auctore taliter nos disposuimus habere, quod ex nostra culpa non debeat ecclesia Dei in scandalo remanere.

Datum Parme, III. Kal. Decembris, indictione VI.

## 411. *EPISTOLA AD HEINRICUM VI. REGEM.* *Nov. 29.*

*Ex eodem codice fol. 45'. Ediderunt Leibnitius 'Codex iuris gentium' Prodromus p. 4 (= Lünig 'Reichsarchiv' IV, 139) et Ludewig l. c. II, 427 (= Mansi XXII, 534; Watterich II, 689). — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 16072.* *(P. deest.)*

Gregorius episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio Heinrico illustri regi, electo Romanorum imperatori salutem et apostolicam benedictionem.

Laborantibus nobis in hoc mari magno et spacioso et diversis cogitationum fluctibus agitato, consolatio ex litteris regiis nobis accessit, dum ita regium animum ad ecclesiae reverentiam didicimus inclinatum, ut non sine fructu laboraturos nos cum adiutorio Dei ad salutem populi christiani estimemus, si magnitudinis tue favorem, sicut pro certo speramus, contigerit nos habere. Monemus igitur et exhortamur in Domino, quatinus erga matrem tuam ecclesiam in bono quo cepisti proposito perseveres et gratum te Deo et ministris eius per verba et opera studeas exhibere. Speramus enim, quod in diebus ministrationis nostre taliter circa celsitudinem regiam Romana prestante Domino se gerat ecclesia, ut regia celsitudo honorem suum sibi gaudeat conservatum et populus christianus per contrarias voluntates eorum, quibus principaliter commissus est gubernandus, sperata non debeat utilitate frustrari. Nos sane multa et sublimia verba non solemus habere nec volumus, sed a Domino requirimus, ut in veritate nos faciat et rectitudine ambulare, nec tam verborum foliis, quam pomorum fructibus mediocritatem nostram adornet. Noverit ad haec magnificentia regia, quod nuncii, quos misisti, taliter se gesserint, ut bene in eis magnificentia regia debeat complacere.

Dat. Parme, III. Kal. Decembr., indictione VI.

**410.** a) n̄ cod.

## 412. *EPISTOLA AD FOLMARUM ARCHIEPISCOPUM TREVERENSEM.*
*Nov. 30.*

*Ex eodem codice fol. 45'. Edidit Ludewig l. c. II, 428 (= Mansi XXII, 511; Hartzheim II, 438; Watterich II, 690). — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 16075.*
*(P. deest.)*

Gregorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri F(olmaro) Treverensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Propositum vincit affectus et supervenientes cause sepe compellunt mutare quod firma dispositum fuerat voluntate. Nec locus ex hoc reprehensioni relinquitur, cum Salomon dicat: 'omnia tempus habent' et 'est tempus loquendi et tempus tacendi'. Ex hoc siquidem est, quod ecclesia Dei sua interdum variat pro filiorum necessitate instituta aut cohibet aut differt sepe vindictam, quam quieto et pacato tempore statuerat exercendam, iuxta hoc quod Salemon[a] dicit: 'sapiens videns malum declinat, stultus transilit confidenter'. Hec vero cautela etiamsi alio tempore potuerit intermitti, hoc vero tempore tanto circumspectius est tenenda, quanto ex casu orientalis ecclesie in maiore turbatione videtur christianus populus constitutus. Nec facile patet ex humana infirmitate succursus, nisi ad hoc magnorum principum corda contigerit ex sancti Spiritus inspiratione moveri. Ex quo siquidem est et ex aliis multis causis, quod nos corda sublimium principum et ecclesie defensorum, imperatoris scilicet et filii eius, ad bonum volentes per humilitatem ecclesie provocare, in bona cum ipsis mansuetudine ducimus ambulandum et non tam contra eos humanum requirendum auxilium quam divinum, si debitam, quod non credimus, ecclesie reverentiam decreverint subtrahendam. Proinde quod tua fraternitas a domino Urbano predecessore nostro recedens et provincie Trevirensis fines attingens, durius quam congrue visum fuit se cepit in episcopos et personas alias exercere et cum in scandalum multos miserit, paucos ad se provocavit in gratiam, nos ex consueto sedis apostolice moderamine providere volentes, ne in asperitate tua multorum a te facias animos alienos et tandem ipsam etiam censuram ecclesiasticam, si servata non fuerit, contemptibilem reddas, litteris tibi presentibus inhibemus, ne ad excommunicationem vel depositionem personarum Trevirensis provincie sine conscientia et licentia nostra procedas, sed ita in omnibus modestiam teneas, ut ex animositate aliqua vel indignatione preterita ecclesie causam et tuam non facias graviorem. Cum etenim non prorsus ignores, quid nobis super negotio tuo visum fuerit a principio, bene sicut credimus tibi prospicies, si talem in omnibus exhibere te cures, ut sinistram de te habere opinionem minime debeamus.

Datum apud Forum Novum, II. Kal. Decembr., indictione VI.

412. a) salem *cod.*

# APPENDIX II.

# ACTA SICULA.

## 413. 414. PACTUM BENEVENTANUM INTER HADRIANUM IV. ET WILHELMUM I. REGEM.

1156. Iun.

### 413. *PRIVILEGIUM WILHELMI REGIS.*

*Dedit vir cl. Paulus Kehr ex autographo tabularii Vaticani Arm. XIV. caps. VIII. nr. 49 (olim* GGG*), quod hoc modo descripsit: est altitudinis 73 cm, latitudinis 63 cm cum plica 4,5 cm, exaratum a manu (Mathei notarii) minus exercitata et scripturae diplomaticae minus perita; linea prima litteris elongatis excellit; subter formulam corroborationis delineata est minio Rota magna, in cuius sphaera leguntur:* † Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltavit, *intus vero:* W. divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apvlie et principatus Capve: *bulla aurea filis sericis rubris appensa iam deperdita est. Privilegium editum est primum a Baronio in Annalibus ecclesiasticis XII, 403 (ad a. 1156 § 4) e codice bibliothecae Vaticanae, Collectionem Platinae continente, l. I. fol. 2 et codice basilicae S. Petri*[1]. *Editionem Baronii repetivit Lünig in Codice diplomatico Italiae II, 350. Deinde Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' II, 352 editionem paravit ope codicis bibl. Vaticani 8486 fol. 128', Cencii Librum censuum continentis (= Sentis 'Die Monarchia Sicula' 248). Legitur etiam in apographo Rotuli XV. Cluniacensis codicis Parisini 8990 saec. XVIII.*[2] *(P. deest.)*

† ⁞ In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi amen. ⁞

Domino Adriano Dei gratia sanctę Romanę ecclesię summo pontifici, karissimo domino et patri suo reverendo eiusque successoribus W. eadem gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

(1) Nostre semper consuetudinis extitit animum nostrum in triumphis et maximis humiliare successibus et tunc nos attentius ad omnipotentis Dei obsequium et cultum

1) *Qui secundum p. 284 complurium pontificum Romanorum epistolas continebat.* 2) *V. 'Notices et extraits' XXI, 2, 292 sub nr. 47.*

mansuetudinis exponere, cum ad maiorem prosperitatem et gloriam nos vidimus pervenisse, tales in tranquillis et prosperis rebus erga nostri redemptoris obsequium inveniri volentes, qui et perceptorum a rege omnium regum beneficiorum non appareâmus ingrati et maiores successus atque victorias de brachio virtutis Dei iugiter sperare possimus. (2) Huiusmodi quidem nostre consuetudinis consideratione inducti, cesis et comprehensis in manu bellica ad laudem et gloriam nominis Dei Grecis et barbaris nationibus, que regnum nostrum nulla eorum vi set proditorum nostrorum dolositate intraverant, devictis et fugatis de finibus regni nostri turbatoribus pacis et proditoribus nostris, humiliandos nos sub omnipotenti manu Dei decrevimus et ad cultum humilitatis propensius intendendum. (3) Discordie igitur illi, que inter Romanam ecclesiam et nos fuerat agitata, finem congruum imponere cupientes, cum appropinquavissemus civitati Beneuenti et inimici nostri ante faciem indignationis nostre fugissent, venerabiles cardinales vestros Hvnbaldum scilicet tituli Sanctę Praxedis et Iulium tituli Sancti Marcelli presbiteros cardinales et cum eis Rollandum tituli Sancti Marci presbiterum cardinalem et cancellarium vestrum, quos ad nostram presentiam direxistis, eo quo decuit honore suscepimus et desiderium ac monita vestra de bono pacis ex ore ipsorum libenti animo audientes, ipsis et Maione magno ammirato ammiratorum dilecto fideli et familiarissimo nostro et Hvgone Panormitano et Romoaldo Salernitano venerabilibus[a] archiepiscopis et W. Troiano[b] episcopo et Marino Cauensi abbate fidelibus nostris mediantibus, in hunc vobiscum per eos pacis devenimus concordieque tenorem, videlicet[c] de capitulis illis, de quibus inter maiestatem vestram et nos controversia vertebatur, quod subscriptum est observetur. (4) De appellationibus quidem ita: Si aliquis clericus in Apulia et Calabria et aliis terris, que Apulie sunt affines, adversus alium clericum de causis ecclesiasticis querelam habuerit et a capitulo aut episcopo vel archiepiscopo suo seu alia ecclesiastica persona sue provincie non potuerit emendari, libere tunc si voluerit ecclesiam Romanam appellet. (5) Translationes in ecclesiis fient, si necessitas et utilitas ecclesie aliquem de una ecclesia ad aliam vocaverit et vos aut vestri successores concedere volueritis. (6) Consecrationes et visitationes libere Romana ecclesia in omni regno nostro habebit. (7) Sane celebrationes conciliorum Romana ecclesia faciet, in quacumque Apulie vel Calabrie civitate voluerit aut illarum parcium, que Apulie sunt affines, civitatibus illis exceptis, in quibus persona nostra vel nostrorum heredum in illo tempore fuerint, remoto malo ingenio, nisi cum voluntate nostra nostrorumve heredum. (8) In Apulia et Calabria et partibus illis, que Apulie sunt affines, Romana ecclesia libere legationes habebit. Illi tamen, qui ad hoc a Romana ecclesia fuerint delegati, possessiones ecclesie non devastent. (9) In Sicilia quoque Romana ecclesia consecrationes et visitationes habeat. Et si de Sicilia personas aliquas ecclesiastici ordinis vocaverit, eant. Magnificentia nostra autem nostrorumque heredum pro christianitate facienda vel pro suscipienda corona remoto malo ingenio retinebit, quas providerit retinendas. Cetera quoque ibidem habebit Romana ecclesia, que habet in aliis partibus regni nostri, excepta appellatione ac legatione, que nisi ad peticionem nostram et heredum nostrorum ibi non fient. (10) De ecclesiis et monasteriis terre nostre, de quibus a Romana ecclesia questio mota fuit, sic fiet: Vos quidem et vestri successores in eis habebitis, quod habetis in ceteris ecclesiis, que sub nostra potestate consistunt, que solite sunt accipere consecrationes seu benedictiones a Romana ecclesia et debitos insuper et statutos ei census exsolvent. (11) De electionibus quidem ita fiet: Clerici convenient in personam idoneam et illud inter se secretum habebunt, donec personam illam excellentie nostre pronuntient. Et postquam persona celsitudini nostre fuerit designata, si persona

413. a) venēr. b) ĩlano. c) v *corr. ex* u.

illa de proditoribus aut inimicis nostris vel heredum nostrorum non fuerit aut magnificentie nostre non e[x]titerit[d] hodiosus, vel alia in ea causa non fuerit, pro qua non deb[ea]mus[d] assentire, assensum prebebimus. (12) Profecto vos nobis et Rogerio duci filio nostro et heredibus nostris, qui in regnum pro voluntaria ordinatione nostra successerint, conceditis regnum Sicilie, ducatum[e] Apulie et principatum Capue cum omnibus pertinentiis suis, Neapolim, Salernum et Amalfiam cum pertinentiis suis, Marsiam et alia que ultra Marsiam debemus habere et reliqua[f] tenimenta, que tenemus a predecessoribus nostris, hominibus sacrosancte Romane ecclesie, iure detenta, et contra omnes homines adiuvabitis honorifice manutenere. (13) Pro quibus omnibus vobis vestrisque successoribus et sanctę Romane ecclesie fidelitatem iuravimus et vobis ligium homini[um fec]imus[d], sicut continetur in duobus similibus capitularibus[1], quorum alterum penes vestram maiestatem sigillo nostro aureo, alterum vero sigillo vestro signatum penes nos habetur. Et censum sexcentorum skifatorum de Apulia et Calabria, quadringentorum vero de Marsia vel equivalens in auro vel argento nos ac nostros heredes Romane ecclesie statuimus annis singulis[g] soluturos, nisi forte impedimentum aliquod intervenerit, quo cessante census ex integro persolvetur. (14) Omnia vero predicta, que nobis concessistis, sicut nobis ita etiam et heredibus nostris conceditis, quos pro voluntaria ordinatione nostra statuerimus, qui sicut nos vobis vestrisque successoribus et ecclesie Romane fidelitatem facere et que prescripta sunt voluerint observare. (15) Ut autem que supradicta sunt tam vestro quam vestrorum successorum tempore[h] perpetuam optineant firmitatem et nec nostris nec nostrorum heredum temporibus alicuius valeant presumptione turbari, presens scriptum per manum Mathei nostri notarii scribi et bulla aurea nostro tipario impressa insigniri ac nostro signaculo decorari iussimus. (Rota)

Dat. ante Beneuentum per manus Maionis magni ammirati ammiratorum, anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, mense Iun. quarte indictionis, anno vero regni domini W. Dei gratia magnifici et gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue sexto; feliciter amen.

## 414. *PRIVILEGIUM HADRIANI IV. PONTIFICIS.*

*Subsidiis manuscriptis destituti repetimus editionem Baronii in Annalibus ecclesiasticis XII, 404 (ad a. 1156 § 8), quae nititur codice basilicae S. Petri, qui multa iam abbreviavit. Codex Cencii bibliothecae Vaticanae 8486, quem praeter Baronium se adhibuisse contendit Watterich l. c. 352 not. 1, neque fol. 128' neque alibi privilegium continet, testante viro cl. Löwenfeld, ideoque hanc editionem sola Baronii editione niti censendum est; linea chronologica certe e privilegio Wilhelmi regis addita est*[2]. *Hanc editionem repetivit Sentis l. c. 352. Adnotandum est, privilegium Hadriani IV. nequaquam inniti privilegio Innocentii II. a. 1139. Iul. 27 Rogerio II. regi dato, quod ex eodem codice edidit Baronius XII, 284 (ad a. 1139 § 12; Iaffé 8043). — Iaffé, Reg. pont. Roman. ed. II. 10193.* *(P. deest.)*

Hadrianus episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio Willelmo illustri et glorioso Sicilie regi eiusque heredibus, quos pro voluntaria ordinatione sua statuerit in regnum, in perpetuum.

413. d) *foramen in membrana.* e) u⁹ *corr. in* ū. f) li *supra lin. add. alio atramento.* g) *et* singulos *legi potest.* h) tepore.

1) *Haec capitularia continebant solummodo formam iuramenti a rege praestiti; cf. infra acta Tancredi regis nr. 418.* 2) *Idem indicium facies de editione Mansii XXI, 801, qui et ipse Baronium secutus est et lineam chronologicam praebet.*

Licet ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio universos Christi fideles paterne charitatis brachiis debeamus amplecti atque ad pacem eos et concordiam invitare, reges tamen et sublimiores quasque personas tanto amplius diligere et honorare debemus atque de bono pacis tanto studiosius commonere, quanto ecclesie Dei et fidelibus christianis maior inde fructus spiritualiter ac temporaliter dignoscitur provenire. Constat, charissime in Christo fili Willelme gloriose Sicilie rex, te inter reges et celsiores personas seculi eximiis operibus, potentia opibusque clarere, ita ut ex vigore iustitie, quam in terra sub tua ditione constituta conservas, ex securitate pacis, qua omnes per eamdem constituti letantur, et ex terrore, quem inimicis christiani nominis per opera magnifica incussisti, usque ad extremos angulos fama tui nominis et gloria protendatur. Quod siquidem nos diligentius attendentes et inspicientes pariter, quante utilitates Romane ecclesie valeant provenire, si celsitudo tua per firmam pacem ei et concordiam coniungatur, dum in civitate Beneventana securi et liberi cum fratribus nostris essemus, ad pacem tecum habendam diligenti studio decrevimus intendere. Misimus ergo ad excellentiam tuam quosdam fratrum nostrorum, scilicet *ut supra* et proposuimus per eos nostrum de bono pacis et concordie desiderium et invitavimus attentius et monuimus excellentiam tuam ad pacem. Et illius inspirante virtute qui ad celum iturus discipulis suis ait: 'pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis', talem animum tuum invenimus, qualem filii pacis et catholici principis decuit inveniri. Et mediantibus prefatis filiis nostris *etc. ut supra* in hanc formam pacis libera et spontanea voluntate nostra devenimus, ut videlicet de capitulis illis, de quibus inter nos et excellentiam tuam controversia est, per omnia *etc. ut supra in proxime scripta regis est conclusione pergit* Ut autem que supra diximus tam nostro quam successorum nostrorum tempore perpetuam obtineant firmitatem et nec tuis nec tuorum heredum temporibus alicuius valeant presumptione turbari, nos ea de communi consilio et voluntate fratrum nostrorum auctoritate apostolica confirmamus et valitura in perpetuum presentis scripti pagina communimus et tam a nobis quam a nostris successoribus perpetuis temporibus statuimus observanda. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare voluerit, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius indignationem incurrat. Amen, amen, amen.

Datum *eadem die qua et superior.*

---

# 415. WILHELMI II. REGIS IURAMENTUM.

(1188. Febr.)

*Et ipsum Clementem III. cum Wilhelmo II. rege Pactum fecisse eique privilegium concessionis indulsisse, quod Beneventanum anni 1156 renovaverit, testantur cum forma iuramenti, tum Gesta Innocentii III. c. 21:* privilegium concessionis indultum primo ab Adriano et renovatum postmodum a Clemente super quatuor capitulis, videlicet electionibus, legationibus, appellationibus et conciliis. *Privilegiis pontificali et regio deperditis, casu fausto servata est forma iuramenti regis, obvia in codice lat. Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. XV.), ex quo eam dedit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 323 nr. III. Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex., apographa Rotulorum Lugdunensium continentis v. apud*

*Marteneum 'Collectio amplissima' II, 1233. Instructum certe est hoc iuramentum ad instar eius, quod a. 1156 Wilhelmus I. rex praestitit. Quod cum perinde ac iuramenta Rogerii I.*[1] *et II. non iam exstet, recedamus oportet ad iuramentum, quod Robertus Guiscardus a. 1081 Gregorio VII. praestitit, in Registro pontificis l. VIII, 1a servatum. Ea igitur, quae ex hoc derivata sunt, litteris minoribus exprimenda et omissiones asteriscis indicandas curavimus.* *(P. deest.)*

Ego W. Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue ab hac hora et deinceps ero fidelis beato Petro et sancte Romane ecclesie* et tibi domino meo pape Clementi, salvo hoc quod scripsistis et concessistis nobis in privilegio vestro. In consilio aut facto aut consensu, unde vitam aut membrum perdas vel captus sis mala captione, non ero. Consilium, quod michi credideris et contradixeris ne illud manifestem, alicui non pandam ad tuum dampnum me sciente. Et bona fide adiuvabo te honorifice papatum Romanum terramque sancti Petri tenere. Et si tu vel tui successores ante me ex hac vita migraveritis, secundum quod monitus fuero a melioribus cardinalibus sancte Romane ecclesie, adiuvabo ut papa eligatur et ordinetur ad honorem sancti Petri. Hec omnia suprascripta observabo sancte Romane ecclesie et tibi recta fide. Et* fidelitatem observabo tuis successoribus canonice intrantibus et ad honorem sancti Petri ordinatis, qui michi et heredibus meis, si in me non remanserit, firmaverint quod a vobis michi concessum est in privilegio vestro, salva concordia que inter papam Adrianum bone memorie et dominum regem W. patrem nostrum felicis recordationis facta fuit et hinc inde scripto firmata. Sic me Deus adiuvet et sancta Dei euangelia.

---

# 416–418. TANCREDI REGIS PACTUM CUM COELESTINO III.

1192. Iun.

*Praeter acta, quae proposituri sumus, etiam privilegium Coelestini ad instar privilegii Beneventani Hadriani IV. nimirum formatum exstitisse, iuramento a Tancredo praestito comprobatur.*

## 416. *IURAMENTUM TANCREDI.*

*Dedit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 331 nr. X e codice lat. Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. XV.), ubi praecedit lemma:* Forma iuramenti. *Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. v. apud Marteneum 'Collectio amplissima' II, 1233 (= Watterich II, 723). Forma iuramenti illam Withelmi II. transscripsit paucis mutatis, inter quae praecipuum est, quod pontifex persona tertia, non vero secunda introducitur.* *(P. deest.)*

Ego Tancredus Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue ab hac hora et deinceps ero fidelis beato Petro et sancte Romane ecclesie et* domino meo pape Celestino, salvo hoc quod scriptum est et concessum michi in privilegio eius. In consilio aut facto aut consensu, unde vitam aut membrum perdat vel sit captus mala captione, non ero. Consilium, quod michi crediderit et contradixerit ne illud manifestum, alicui non pandam ad suum dampnum

1) *Cf. 'Neues Archiv' V, 366 nr. 47b.*

me sciente. Et bona fide adiuvabo eum honorifice papatum Romanum terramque sancti Petri tenere. Et si ipse vel successores eius ante me ex hac vita migraverint, secundum quod monitus fuero a maiori et saniori parte cardinalium sancte Romane ecclesie, adiuvabo ut papa eligatur et ordinetur ad honorem beati Petri. Hec omnia suprascripta observabo sancte Romane ecclesie et ipsi domino meo pape Celestino recta fide. Et fidelitatem observabo successoribus suis canonice intrantibus et ad honorem beati Petri ordinatis, qui michi et heredibus meis, si in me non remanserit, firmaverint quod michi concessum est[a] a predicto domino papa Celestino in privilegio eius. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia. Amen.

## 417. *PRIVILEGIUM TANCREDI.* *Iun.*

*Dedit Huillard-Bréholles l. c. p. 331 nr. XI e codice Parisino 8990 (Rot. XV.). Summarium codicis Ottoboniani 2546 edidit Martène l. c. 1232 (= Watterich II, 722). Pacto cum Tancredo icto curiam apostolicam ipsi nonnulla circa sacra iura abstulisse, quae antecessoribus ipsius concesserat, e privilegii regii tenore elucet, si cum eo Pactum Beneventanum comparas[1]. Nihilominus hoc privilegium formatum esse ad instar privilegii Wilhelmi II. iam deperditi censuerimus, quod et ipsum certe nitebatur privilegio Wilhelmi I. Qua re litteris minutis expressimus ea quae cum hoc conveniunt, in margine adnotatis capitulorum numeris. Adnotandum est, in c. 12 inconsulte caput 13 privilegii Wilhelmi I. adhibitum esse, cum hominium a Tancredo nequaquam praestitum esse, e nr. 418 doceamur.* *(P. deest.)*

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi amen. Domino Celestino Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici carissimo in Christo patri suo et domino eiusque successoribus canonice intrantibus Tancredus eadem gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

(1) A primordio nostri regiminis hoc in votis semper habuimus speciale, ut ea omnipotenti Deo devotione debita persolvamus, que nos celestibus auxiliis reddant merito commendandos. Licet enim divina favente clementia plura potestati nostre subiaceant et nostre pro voto respondeant voluntati, cuncta tamen largitori omnium bonorum duximus adscribenda, de cuius manu cuncta recepimus, et sic progenitorum nostrorum exempla sectantes, tales erga eum, qui nos ad huius solii fastigium tanquam regni filium et heredem legitimum misericorditer evocavit, dignis cupimus obsequiis inveniri, ut et de perceptis[a] a rege regum omnium non appareamus ingrati et maiores c. 1. successus de potenti manu eius iugiter sperare possimus. (2) Huius siquidem propositi c. 2. consideratione diligenter inducti, sacrosancte Romane ecclesie, cui progenitores nostri felicis memorie multa et grata studuerunt obsequia ministrare, debitam reverentiam conservare volentes, dum essemus in civitate nostra Gravine, Albinum venerabilem Albanensem episcopum et Gregorium Sancte Marie in Aquiro diaconum cardinalem, quos ad nostram presentiam direxistis, eo quo decuit honore suscepimus et super hiis, que c. 3. inter sacrosanctam Romanam ecclesiam et nostram celsitudinem, mediantibus dilecto familiari nostro Riccardo filio Mathei dilecti cancellarii nostri et Dion. venerabili Amalfitano archiepiscopo dilectis fidelibus nostris, fuerant agitata, iuxta quod inferius annotata sunt et de communi voluntate convenimus. (3) De appellationibus quidem ita: c. 4. Appellationes libere fient ad Romanam ecclesiam in toto regno Sicilie. (4) Legationes[2] vero in Apulia et Calabria et illis partibus regni, que Apulie sunt affines, ecclesia Romana habebit libere. In Siciliam vero, si voluerit, legatum de quinquennio in quinquennium destinabit, nisi forte interim vel ab excellentia regia legatus peteretur vel evidens necessitas id exigeret. (5) Electiones libere fient in toto regno, ita videlicet quod c. 5.

**416.** a) et *ed.*
**417.** a) preceptis *ed.*

1) *Cf. collationem quam instituit Huillard-Bréholles l. c. p. 293.* 2) *Verba aliquantum inversa sunt.*

c. 11. vacantibus sedibus clerici convenient in personam idoneam et eam excellentie nostre nunciabunt; que si non fuerit de notis proditoribus aut notis inimicis nostris vel heredum nostrorum*, assensum prestabimus; si vero de notis proditoribus aut notis inimicis nostris vel heredum nostrorum fuerit, illud ecclesie Romane nos et heredes nostri significabimus, et ecclesia
c. 7. Romana eam ad nostrum vel heredum nostrorum testimonium reprobabit. (6) Celebrationes conciliorum ecclesia Romana faciet, in quacumque civitate Apulie vel Calabrie voluerit
c. 5. aut illarum partium, que Apulie sunt affines. (7) Translationes in ecclesiis regni fient, si necessitas et utilitas ecclesie aliquem de una ecclesia ad aliam vocaverit et vos aut successores
c. 6. vestri concedere volueritis. (8) Consecrationes et visitationes libere Romana ecclesia tam in
c. 9. Sicilia quam in toto regno habebit. (9) Et si de Sicilia personas aliquas ecclesiastici ordinis vocaverit, venient. Magnificentia vero nostra vel heredes nostri pro christianitate facienda vel pro suscipienda corona remoto malo ingenio retinebit, quas providerit retinendas. Cetera
c. 10. quoque ibidem habebit*, que habet in aliis partibus regni nostri*. (10) De ecclesiis et monasteriis terre nostre, de quibus a Romana ecclesia questio mota fuit, sic fiet: vos quidem et successores vestri in eis habebitis, quod habetis in ceteris ecclesiis, que sub nostra potestate consistunt, que solite sunt accipere consecrationes seu benedictiones a Romana ecclesia, et debitos insuper et
c. 12. statutos ecclesie Romane census exsolvent. (11) Profecto vos nobis* et heredibus nostris, qui in regnum* successerint, concessistis regnum Sicilie, ducatum Apulie et principatum Capue cum omnibus pertinentiis suis, Marsiam et alia que ultra Marsiam debemus habere, Neapolim, Salernum et Amalfiam cum pertinentiis suis et reliqua tenimenta, que inclite recordationis predecessores nostri Sicilie reges, homines sacrosancte Romane ecclesie, iure tenuerunt; et
c. 13. contra omnes homines iuvabitis honorifice manutenere. (12) Pro quibus omnibus vobis vestrisque successoribus et sancte Romane ecclesie fidelitatem iuravimus et vobis ligium hominium fecimus[1], sicut continetur in duobus similibus capitularibus, quorum alterum penes vos sigillo nostro aureo, alterum vero sigillo vestro signatum penes excellentiam nostram habetur. Et censum sexcentorum scifatorum de Apulia et Calabria, quadringentorum vero de Marsia vel equivalens in auro vel argento nos ac nostros heredes Romane ecclesie statuimus annis singulis soluturos, nisi forte
c. 14. impedimentum aliquod intervenerit, quo cessante census ex integro persolvetur. (13) Omnia vero predicta, que nobis concessistis, sicut nobis, ita etiam et heredibus nostris qui in regnum successerint concessistis et qui, sicut nos, vobis vestrisque successoribus et ecclesie Romane
c. 15. fidelitatem facere et que prescripta sunt voluerint observare. (14) Ut autem que supra diximus tam vestro quam vestrorum successorum tempore perpetuam obtineant firmitatem et nec nostris nec nostrorum heredum temporibus alicuius valeant presumptione turbari, presens scriptum per manus Raynaldi notarii et fidelis nostri scribi fecimus et bulla aurea nostro typario impressa iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis, nullo alio scripto huic nostro privilegio preiudicium faciente.

Datum in civitate Gravine, per manus Riccardi regii familiaris, filii Mathei regii cancellarii, quia ipse cancellarius absens erat, anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo secundo, mense Iunii, decime indictionis, regni vero domini nostri Tancredi Dei gratia magnifici et gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno tertio, feliciter amen, ducatus autem Rogerii ducis Apulie filii eius anno secundo, prospere amen.

## 418. *PROMISSIO HOMINII.*

*Dedit Huillard-Bréholles l. c. p. 330 nr. X e codice Parisino 8990 (Rot. XV.). Summarium codicis Ottobonianae 2546 edidit Martène l. c. 1233 (= Watterich II, 723). Omissioni codicis, quae nec per summarium suppletur, in adnotatione mederi studuimus. (P. deest.)*

1) *Hoc de ligio hominio facto inconsulte e privilegio Wilhelmi I. transscriptum esse, testatur nr. 418.*

Domino Celestino Dei gratia sedis apostolice summo pontifici reverendo in Christo patri suo et domino Tancredus eadem gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

Per hoc scriptum notum facimus, quod cum vestre preminentia sanctitatis pro recipiendo a nobis hominio iuxta consuetudinem progenitorum nostrorum ad partes regni nostri quibusdam supervenientibus non posset accedere, pro recipiendo iuramento fidelitatis a nobis Albam venerunt Albinus venerabilis Albanensis episcopus et Gregorius Sancte Marie in Aquiro venerabilis cardinalis ad nostram celsitudinem destinati. Quibus presentibus iuxta formam capitularis[1], quod per eos sanctitati vestre transmittimus[a] aurea bulla nostra signatum, fidelitatem iuravimus. Et tam nos quam heredes nostros obligantes presenti scripto, qua vobis tenemur fidelitate promittimus ut, quandocumque vos aut successores vestri nobis aut heredibus nostris in quacumque parte regni nostri que nostre subiaceat ditioni significaveritis, . . . . . . . . . . .[b][2] nisi aliquod impedimentum intervenerit vel evidens necessitas detineat; quo cessante nichilominus ad faciendum hominium debitum sine fraude veniemus. Et sic a nobis vel heredibus nostris vobis vel successoribus vestris prestito hominio, presens scriptum curie vestre[c] debet sine contradictione qualibet assignari.

**418.** a) transmisimus *cod.; recte emendari vult H.-B.;* transmittit *etiam Summarium.* b) *lacuna non indicata cod.* c) *legendum esse videtur* nostre.

1) *Cf. Privilegium Tancredi nr. 417 c. 12. Capitulare hoc certe est forma iuramenti nr. 416.* 2) *Supplenda videntur:* accessuri simus ligium hominium prestituri. *perinde atque in privilegio Friderici II. 1212. Febr. ed. Huillard-Bréholles 'Hist. dipl. Friderici II.' I, 201 (Bohmer, Reg. imp. V, 652).*

# APPENDIX III.

# SCRIPTA TREUGAE DEI ET PACIS.

## 419. TREUGA DEI ARCHIDIOECESIS ARELATENSIS.

(c. 1037—1041.)

*Normae Treugae Dei continentur in epistola, qua Raginbaldus archiepiscopus cum Benedicto Avinionensi et Nitardo Niciensi*[1] *episcopis atque Odilone abbate Cluniacensi,* una cum omnibus, *ut dicunt,* episcopis et abbatibus et cuncto clero per universam Galliam habitantibus, *Treugam episcopis Italiae commendat. Quam epistolam 'ex ms. Talverae' publici iuris fecerunt Martène et Durand 'Thesaurus anecdotorum' I, 161. Quo anno haec Treuga, quae solummodo quatuor dies septimanae complectitur, constituta sit, prorsus incertum est, nam annus 1041, qui in margine editionis principis legitur, ab editoribus additus est*[2]. *Editionem principem repetiverunt Mansi XIX, 593 et Bouquet XI, 516, qui annum 1042 mavult. Per epistolam nostram commonitos episcopos Lombardiae et ipsos Treugam istam Dei instituisse, testatur Landulfus in Historia Mediolanensi l. II, c. 30 (SS. VIII, 67), qui epistolam ipsam inspexisse videtur; cf. etiam nr. 420.*

*(P. deest.)*

In nomine Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus sancti. Raginbaldus Arelatensis archiepiscopus cum Benedicto Avenionensi et Nitardo Nicensi episcopis necnon et venerabili abbate domno Odilone una cum omnibus episcopis et abbatibus et cuncto clero per universam Galliam habitantibus omnibus archiepiscopis, episcopis, presbyteris et cuncto clero per totam Italiam commorantibus. Gratia vobis et pax a Deo patre omnipotente, qui est et qui erat et qui venturus est.

(1) Rogamus vos et obsecramus omnes qui timetis Deum et creditis in eum et ipsius sanguine redemti estis, ut caveatis et provideatis vos ad salutem animarum et corporum et sequamini vestigia Dei, pacem habentes ad invicem, ut cum ipso mereamini pacem et tranquillitatem perpetuam possidere. (2) Recipite ergo et tenete pacem

1) *Archidioecesis Ebredunensis.* 2) *Nihilominus viri docti hunc annum retinuerunt e. g. Kluckhohn 'Gesch. des Gottesfriedens' p. 38, Steindorff 'Jahrbücher Heinrichs III.' I, 139, Waitz 'Deutsche Verfassungsgeschichte' VI, 433 not. 1. Raginbaldum a. 1030—1065, Nithardum a. 1037—41, Benedictum c. a. 1040 sedisse ferunt, v. Gams 'Series episcoporum'.*

et illam trevam Dei quam et nos divina inspirante misericordia de coelo nobis transmissam iam accepimus et firmiter tenemus, ita constitutam et dispositam videlicet: ut ab hora vespertina diei Mercurii inter omnes christianos, amicos et inimicos, vicinos et extraneos, sit firma pax et stabilis treuva usque in II. feriam id est die lunae ad ortum solis, ut istis quatuor diebus ac noctibus omni hora securi sint et faciant quidquid erit opportunum, ab omni timore inimicorum absoluti et in tranquillitate pacis et istius treuvae confirmati. (3) Quicumque hanc pacem et treuvam Dei observaverint ac firmiter tenuerint, sint absoluti a Deo patre omnipotente et filio eius Iesu Christo et Spiritu sancto et de sancta Maria cum choris virginum et de sancto Michaele cum choris angelorum et de sancto Petro principe apostolorum cum omnibus sanctis et fidelibus cunctis nunc et semper et per omnia saecula saeculorum. (4) Qui vero treuvam promissam habuerint et se scientibus[a] infringere voluerint, sint excommunicati a Deo patre omnipotente et filio eius Iesu Christo et Spiritu sancto et de omnibus sanctis Dei sint excommunicati, maledicti et detestati hic et in perpetuum, et sint damnati sicut Dathan et Abiron et sicut Iudas qui tradidit Dominum, et sint dimersi in profundum inferni sicut Pharao in medio maris, si ad emendationem non venerint sicut constitutum est. (5) Videlicet si quis in ipsis diebus treuvae Dei homicidium fecerit, exul factus atque a propria patria eiectus, Ierusalem tendens longinquum illic patiatur exilium. Si vero in aliis quibuslibet rebus supradictam treuvam Dei et pacem fregerit, examinatus per decreta legum saecularium iuxta modum culparum cogatur persolvere et per sanctorum canonum regulas duplicata poenitentia iudicabitur. (6) Quod ideo dignum ducimus, ut si promissionem illic factam in aliquo corrumpere praesumserimus, mundano et spiritali iudicio dupliciter condemnemur. Credimus namque istam causam a Deo nobis coelitus inspiratam divina opitulatione, quia apud nos, ut credimus, nihil boni agebatur, quando a Deo populo suo transmissa est. Dominica certe[b] dies non celebrabatur, sed cuncta servilia opera in ea fiebant. (7) Promisimus itaque Deo ac devovimus quatriduum ut supra diximus, ut V. feria propter ascensionem, VI. feria propter Christi passionem, sabbatum pro veneratione sepulturae et ut dominica resurrectio inviolabiliter celebraretur ab omnibus, rurale opus in ea omnino non fieret, inimicus inimicum non formidaret. (8) Secundum auctoritatem a Deo collatam et ab apostolis traditam omnes qui hanc pacem et Dei treuvam amaverint benedicimus et absolvimus, sicut superius dictum est; illos autem qui contradicunt excommunicamus, maledicimus et anathematizamus et a liminibus sanctae matris ecclesiae eliminamus. (9) Cum autem evenerit cuiquam vindicare in eos, qui hanc cartam et Dei treuvam irrumpere praesumserint, vindicantes nulli culpae habeantur obnoxii, sed sicut cultores causae Dei ab omnibus christianis exeant et redeant benedicti. Si vero residuis diebus aliquid sublatum fuerit et in diebus treuvae obviaverit, omnino non teneatur, ne occasio inimico data videatur. (10) Praeterea rogamus vos fratres, ut in quacumque die apud vos praedicta pax et treuva constituta fuerit, ipsum diem devote recolatis in nomine sanctae Trinitatis. Latrones quoscumque de vestra regione eiiciatis et abominemini, maledicatis et excommunicetis ex parte omnium sanctorum qui suprascripti sunt. (11) Decimas vero vestras et primitias de laboribus vestris Deo offeratis, de bonis vestris ad ecclesias deportetis pro salute vivorum et defunctorum, ut Deus vos liberet ab omnibus malis in hac vita et post hanc vitam perducat vos ad regna coelorum, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

**419.** a) sciente *ed.* b) certa *ed.*

# 420. TREUGA DEI LOMBARDICA.

(c. 1040 – 1050.)

*Promulgationem Treugae ad instar sermonis ecclesiastici iam olim Bethmann exemplavit e codice tunc capituli Iporegiensis 94*[1], *nunc bibliothecae regiae Taurinensis, ubi manu saeculi XI. medio tegumento interiori inscripta legitur. Hanc treugam a conventu quodam episcoporum, abbatum, sacerdotum, marchionum, monente et incitante epistola archiepiscopi Arelatensis (supra nr. 419), statutam esse ex eo elucet, quod enuntiata eius plerumque cum hac epistola congruunt, praesertim formula maledictionis et benedictionis in cap. 5. Errat igitur primus editor Bollati 'Miscellanea di storia Italiana' XVIII, 373*[2], *qui treugam nostram iam tempore Conradi II. imperatoris constitutam esse, arbitratus est*[3].

*(P. deest.)*

1. Audite, fratres dilectissimi, quos Deus omnipotens ad suam sanctam immaginem et similitudinem creavit, bonum et melius quod nunc est in toto mundo. Fideles episcopi et abbates et sacerdotes atque marchiones convenientes, divina pietate illos inspirante, constituerunt treuuas Dei ab occasu solis diẹi Mercurii usque ad ortum solis secundae feriae esse tenendas. Ideo volumus, ut sit vobis cognitum, quod constitutum est de his qui eas fregerint et de his qui fractores voluerint retinere, ut eas non emendent.

2. Si quis infra ipsas treuuas Dei homicidium fecerit aut traditionem aut scachum auf furtum aut alium hominem assallire presumpserit, statim exeat foras de civitate in exilio ad capiendam poenitentiam usque ad mortem aut in monasterium intret. Si hoc recusaverit facere, vicini dissipent domum eius et extra villam portent et comburent.

3. Et si quis voluerit retinere aut conscilium dare, nisi ut vadat in exilium aut intret in monasterium, uterque hanc maledictionem habeat, quam in sequentibus audietis.

4. De ipsis nunc audite, qui in levioribus culpis in has treuuas Dei incurrerint, quod iudicatum est. Si quis irato animo aliquem percusserit, nisi magister discipulum aut dominus familiam suam, aut si quis furtum fecerit in has treuuas Dei aut aliquod detestabile malum, statim pergat ad cannonicam et unum annum summat ibi poenitentiam, stans in pane et aqua et extra domum positus. Qui vero illi conscilium dederit, nisi ad poenitentiam pergat, et qui illum retinere voluerit, utrosque, et factorem et adiutorem, maledicimus et sub anathema ponimus.

5. Maledicti sint a Deo Patre et Filio et Spiritu sancto et a sancta Maria virgine et de angelis et archangelis, patriarchis et prophetis, apostolis, martyribus et confessoribus, ẹremitis, virginibus et de omnibus sanctis Dei. Set qui has treuuas Dei bene observaverint et qui conscilium et adiutorium fractoribus non dederint, nisi ut emendent ut constitutum est, benedicti sint a Deo Patre et Filio et Spiritu sancto et a sancta Maria virgine et de omnibus angelis et archangelis, patriarchis et prophetis, apostolis, martyribus, confessoribus, monachis, virginibus, heremitis et omnibus sanctis Dei; et omnes benedictiones, quae sunt scriptae in libris, descendant super eos. Fiat, fiat, fiat.

1) *Cf. 'Archiv' IX, 626.* 2) *Editionem repetivit in libro 'Di un inedito documento sulla tregua di Dio'. Torino 1878.* 3) *Cf. econtra Bresslau 'Jahrbücher Konrads II.' II, 323 not. 3. Cf. etiam de Treuga Dei in Italia propagata ea quae Landulfus in Historia Mediolanensi l. II, c. 30 (SS. VIII, 67) ad ultima archiepiscopi Ariberti († 1045) tempora narrat. Landulfo et ipsi epistola Arelatensis cognita fuisse videtur; cf. supra nr. 419.*

# 421. TREUGA DEI BISUNTINAE ET VIENNENSIS ARCHIDIOECESEON.

(c. 1041.)

*Inserta est Cononis Gestis episcoporum Lausannensium c. 9, cuius editionem novissimam a Waitzio SS. XXV, 799 paratam repetivimus. Cono de constitutione treugae haec profert:* De quo *(Hugone scilicet episcopo, qui sedit ab a. 1019 usque ad a. 1037 Aug. 31*[1]*)* dicitur, quod ipse, convocatis archiepiscopis Viennense et Bisuntino et eorum suffraganeis in Monte Rotundo *(Mont-Riond, collis inter Lausannam et lacum situs)*, qui est sub Lausanna, statuit treugam Dei de mandato domini pape, ut dicitur. Cuius treuge statutum tale est. *Iam vir ill. Steindorff*[2] *indicavit, treugam nequaquam Hugonis episcopi tempore, sed potius sub eius successore Heinrico II. (1037—1057?) constitutam esse, fortasse a. 1041, si fidem adhiberi liceat traditioni Lausannensi, quae* de mandato domini pape *treugam statutam esse dicat, cum mense Octobri anni 1040 Benedictus IX. papa cum magno episcoporum Burgundiae coetu Massiliae degisset. Revera autem mandante pontifice hanc treugam constitutam esse, nemo negabit, qui legerit, episcopum, qui normas treugae non servaverit, ordinis sui periculo subiacere (c. 2) seu propriae dignitatis dampnum incurrere (c. 3). Quis enim ad hanc poenam episcopis infligendam valuit nisi Romanus pontifex?* *(P. deest.)*

1. Treugas autem a IIII. feria post occasum solis usque ad secundam post ortum solis et ab adventu[a] Domini usque ad octavam epyphanie et a LXX. usque ad octavam pasche ab omnibus inviolabiliter precipimus observari.

2. Si quis autem treugas frangere attemptaverit, post terciam ammonitionem si non satisfecerit, episcopus excommunicationis sententiam in eum dicet et scriptam vicinis episcopis nunciet. Episcoporum autem nullus excommunicatum in communione suscipiat, immo scripto susceptam sententiam confirmet. Si quis autem hoc violare presumpserit, ordinis sui periculo subiaceat.

3. Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur, precipimus, ut episcopi ad solum Deum et salutem populi habentes respectum, omni cupiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium et auxilium prestent nec hoc alicuius amore vel odio pretermittant. Quod si quis in hoc opere tepidus inventus fuerit, proprie dampnum dignitatis incurrat.

# 422. TREUGA DEI DIOECESIS TERVANENSIS.

(1063?)

*Edita est primum eodem fere tempore cum a viro cl. Wasserschleben 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte; Germanistische Abtheilung' XII, 112 tum a viro cl. Sdralek in periodico 'Kirchengeschichtliche Studien' 1, fasc. 2, p. 143 e* T *codice Guel-*

**421.** a) aventu *cod.*

1) V. *Steindorff 'Jahrbücher Heinrichs III.' I, 140.* 2) *ibidem p. 140 sq.*

*ferbytano Gud. 212 in folio saec. XII. ex. fol. 64, quem fusius descripsit Sdralek; contulit Paulus Zimmermann Guelferbytanus. Textus fere totus convenit cum Treuga Normannica* (N) *edita a Guilelmo Bessin 'Concilia Rotomagensis provinciae' 39 (= Mansi XIX, 598), cuius inscriptio haec est:* Synodale decretum de pace quae vulgo trevia Dei dicitur, constitutum a Willelmo seniore rege Angelorum ac duce Normannorum et episcopis Normanniae apud Cadomum 1042[1]. *Ab his formis aliquantum discrepat forma inscriptione carens, quam manus saec. XI. intulit medio codici Duacensi 805 (olim S. Rictrudis Marchianensis) in 4° saec. XI.* (D), *qui Vitas sanctorum continet; exemplavit eam iam olim b. m. Bethmann. Tempus treugae Tervanensis diffinitur tempore Drogonis episcopi (a. 1030—1078)*[2] *et Balduini Insulani comitis Flandriae (a. 1035—1067). Ad quam certe spectant ea quae Meyerus in 'Annalibus Flandriae' f. 26 ad a. 1063 attulit; quem locum infra in praefatione Pacis Roberti II. comitis Flandriae exhibituri sumus. Pro parte innovata et capitibus nonnullis concilii provincialis a Reinaldo archiepiscopo Remensi (a. 1092) Suessionis celebrati*[3] *aucta est treuga nostra c. annum 1150*[4]. *Quaenam ratio intercedat inter formam Tervanensem et formam Normannicam atque formam codicis Duacensis, difficile est diiudicatu. At si animadverteris, in forma Tervanensi c. 6 mentionem fieri comitis terrae (i. e. Flandricae), in forma Normannica vero regis (scilicet Franciae) aut comitis huius patriae, in forma Duacensi denique solius regis, forte concedes, formam Duacensem priorem esse reliquis eamque e Francia regia allatam esse in partes regni, quae vasallis maioribus parerent, primum quidem in Normanniam. Treuga enim Normannica, quae adhuc regis Franciae mentionem fecit, a Wilhelmo duce certe ante a. 1066 instituta est. A Normannia migravit in Flandriam, cuius comes Balduinus gener Wilhelmi ducis erat. Quae cum ita sint, rei aptum esse duximus, nos varias formarum* N *et* D *lectiones editioni adiungere.* *(P. deest.)*

Hanc[a] pacem Drogo Tervanensis episcopus et Balduinus comes cum clero et populo tocius terre constituerunt.

Fratres in Domino karissimi, in pace, que vulgo treuia Dei dicitur[b] et que a[c] die Mercurii sole occidente[d] incipit et in die lune sole nascente finit, hec que dicam vobis firmissima mente dehinc inantea debetis observare.

1. Nullus homo nec femina alium[c] hominem aut feminam usquam[e] assaliat[f] nec vulneret nec occidat nec castellum nec burgum nec villam in hoc spatio quatuor dierum et quinque noctium assaliat[g] nec predetur[h] nec capiat nec ardeat ullo ingenio aut violentia aut aliqua fraude.

2. Quodsi aliquis, quod absit, illam[i], non tenendo que precipimus, infregerit, si non XXX annorum penitenciam in exilio fecerit et, antequam ab episcopatu[k] exeat, quicquid fecerit[l] contra pacem emendaverit, a domino Deo sit excommunicatus et a tota cristianitate[m] separatus.

3. Quicunque vero illi[n] scienter[o] aliqua in re communicaverint[p] aut consilium sive adiutorium dederint aut ullum colloquium[q], nisi ut ad penitenciam veniat et, ut

**422.** a) Hanc — constituerunt *des. N. D.* b) dicitur trevia (treuua *D*) *N. D.* c) *deest N.* d) sole occ. Merc. *D.* e) usque *D*; unquam *N.* f) assalliat *D.* g) *deest D.* h) depredetur *N. D.* i) illa *T. D.* k) nostro *add. N. D.* l) fecit *N. D.* m) sit *add. N. D.* n) *bis T.* o) *deest N.* p) communicaverit *N, similiter numerus singularis et in sequentibus.* q) cum eo *add. D.*

1) *'Sic restituitur titulus ex ms. S. Michaelis, quocum cetera sunt collata, simul et cum Bigotiano' sequuntur in editione. Eandem treugam continet et codex Vaticanus Christin. 596 saec. XII. fol. 1, ubi inscriptio:* De trevia Dei decretum synodale constitutum a Guilermo seniore rege et episcopis Normanniae; *v. 'Archiv' XII, 296. Numerus anni 1042 certe ab editore suo arbitrio additus est.* 2) *V. SS. XIII, 389 et Gams, 'Series episcoporum' 521.* 3) *Haec* Pax in Suessionensi concilio constituta *edita est a viro cl. Wasserschleben l. c. 113 ex eodem codice Guelferbytano.* 4) *Scriptum hoc confirmationis ediderunt 'Scriptores rer. Gallicarum' XIV, 390; Mansi XX, 969; Wasserschleben l. c. 115; Sdralek l. c. 144.*

dictum est, ab hoc episcopatu exeat, habuerint, similiter sint excommunicati, donec ad emendationem venerint.

4. Quodsi ille sancte pacis violator miserrimus, priusquam accepta penitencia XXX annorum exulet[r], moriatur*, nullus christianorum presumat illum visitare aut corpus[s] a loco in quo iacuerit tollere nec quicquam ex substancie[t] sue bonis accipere.

5. Preterea, fratres, hanc pacem et treuiam[u] Dei de terris ac[v] bestiis, insuper de rebus omnibus que haberi possunt inter vos tenebitis[w]. Quodsi aliquis[x] bestiam aut etiam obolum sive vestimentum in ista pace alicui tulerit[y], sit excommunicatus, donec ad emendationem veniat. Sed[z] si ad emendationem venire voluerit[a], primum reddat quod rapuit aut tantum quanti erat precii quod abstulit. Dehinc VII annos[b] peniteat infra episcopatum. Si autem mortuus fuerit[c], priusquam satisfaciat et** penitentiam sumat, non sepeliatur nec a loco quo obiit moveatur, nisi pro illo parentes eius[d] satisfecerint ei cui iniuriam fecit.

6. Ceterum in hac pace nullus nisi comes*** terre caballicationem aut hostilitatem faciat; et quicunque in caballicatione aut hostilitate comitis† fuerint[e], in hoc episcopatu nichil plus, quam sibi ac suis equis necessaria sunt, ad victum accipiant.

7. Mercatores autem[f] et omnes homines, qui ab aliis regionibus per vos transierint, pacem habeant a vobis.

8. Hanc autem Dei[g] treuiam[h] ab inicio adventus dominici usque ad octavas epiphanie omnes[i] dies tenebitis, et a capite ieiunii[k] usque ad octavas pasche et a rogationibus[l] usque ad octavas penthecostes per omnes dies tenebitis.

9.[m] Presbyteris autem precipimus[n], ut in festivitatibus ac dominicis diebus[o] omnes[p], qui hanc pacem observaverint, pro illis preces agendo benedicant, illos†† vero, qui infregerint aut qui infractoribus consenserint, maledicant.

10.[m] Si quis autem se pacem infregisse negaverit[q], prius††† sacramentum faciat calidumque iudicii ferrum portet. Si[r] culpabilis repertus fuerit, infra patriam VII annos peniteat.

*) *pro* moriatur — bonis accipere *D*: per infirmitatem corporis ad extremum veniens, poenitentia ductus presbyterum mandaverit et de eo, quod contra pacem fecerat, et de facienda penitentia bonos fideiussores ei dederit, ipse presbyter eum absolvat et ad sepulturam christianorum eum recipiat. Si autem obdurato corde inpoenitens obierit, nullus ei appropinquare presumat, nisi pauci qui cadaver illud de medio tollant et in remoto loco terra operiunt. Res vero eius dominus et parentes, quibus iure debentur, recipiant.

**) *pro* et — iniuriam fecit *D*: sicut de supradicto pacis violatore, sic de eo fiat.

***) *pro* comes terre *N*: rex aut comes huius patriae; *D*: rex.

†) regis *N. D.*

††) *pro* illos — maledicant *D*: pro illis vero, qui infregerint aut qui infractoribus consenserint, dicant quod scriptum est. Maledictio: Omnem heresim adversus sanctam ecclesiam se extollentem ex auctoritate Patris et Filii et Spiritus sancti excommunicamus, dampnamus et a liminibus sancte matris aecclesie segregamus; fiat, fiat, fiat.

†††) *pro* prius — peniteat *D*: si liber est, ipse cum undecim ingenuis iuret; si servus aut colibertus, sua lege se defendat et XL dies peniteat. Preterea nullus advocatus sibi subditos his IIII diebus per occasionem iniuste distringat; et si infra hoc spatium ab eo mandati venire noluerint, in reliquis diebus nullum pro ea re respectum[s] exigat.

**422.** r) exul *N.* s) corpus *deest T.* t) sub'e *T.* u) treuuam *D.* v) de *add. N.* w) ten. inter vos *N.* x) Quodsi quis aut aliquam *N*; Si aliquis *D.* y) pace tulerit alicui *N.* z) Quod *N.* a) vol. venire *N.* b) annis *N. D.* c) morietur *N*; ad extremum venerit *D.* d) *deest T.* e) fuerit *N.* f) et clerici *add. D.* g) domini *T.* h) treuuam *D.* i) per omnes *D*; omnes dies tenebitis *des. N.* k) *pro* capite ieiunii *D*: dominica septuagesimae. l) diebus rogationum inchoantibus *N.* m) *in D caput* 10 *praecedit caput* 9. n) praecipitur *N.* o) die. dom. *N.* p) illos *add. N.* q) pacem nescienter dixerit infregisse *N. D.* r) Si — peniteat *des. N. D.* s) despectum *D.*

# 423. TREUGA DEI DIOECESIS AUGUSTAE PRAETORIAE.

(saec. XI. ex.)

*Fragmentum seu partem 'Brevis recordationis', ut vocatur, servavit codex tabularii capituli S. Mariae Augustae Praetoriae (Aosta) manu saec. XI. exaratum*[1], *e quo nuper edita est a Iosepho Augusto Duc rev. episcopo Augustano 'Miscellanea di storia Italiana' XXIV, 369. Treugam hanc perinde atque eam codicis Iporegiensis (nr. 420) tempore posteriorem esse quam epistolam archiepiscopi Arelatensis persuasum habemus*[2].

*(P. deest.)*

Breve recordationis de treuuua Domini, quam inter se religiosi[a] Christi[b] custodire debent secundum episcoporum preceptum et bonorum laicorum consensum.

In primis tenenda est treuuua Dei, ne homo occidat hominem et ne aliquis excurbitet[3] hominem et ne homo tradat seniorem suum. Si quis hoc peccatum fecerit in treuuua Dei, profugus non remaneat in patria.

---

# 424. PAX SIGIWINI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS.

1083. Apr. 20.

*Haec Pax, quae Treugam Dei iam recepit, superstes est in* 1) *codice tabularii Monasteriensis I. 228 (olim Abdinghofensi Vicelini)*[4] *saec. XII, quem olim exemplavit Pertz, iterum contulit Waitz; ex hoc codice editionem paravit Erhard 'Regesta historiae Westfaliae' I, cod. dipl. p. 126;* 2) *alterum codicem capituli Osnabrugensis nunc deperditum, quem autographum esse opinatus est, exemplavit saeculo XVIII. in. Henseler, cuius apographo usi sunt Iustus Möser 'Sämmtliche Werke' (ed. Abeken) VIII, 52 et novissimus editor vir cl. Philippi 'Osnabrücker Urkundenbuch' I, 169 nr. 199;* 3) *eidem editori debemus lectiones copiarii Osnabrugensis saec. XV, qui asservatur in tabulario regio, sig. Msc. 189. Ad textum constituendum etiam adhibuimus Pacem dioecesis Bambergensis (infra nr. 425), quae plurima e Coloniensi recepit. Capita 16 et 17 post addita itaque a textu genuino segreganda esse, Eggert 'Studien zur Geschichte der Landfrieden' p. 12 ff. probare nisus est, cui Waitz ('Deutsche Verfassungsgeschichte' VI, 434 not. 2) atque Hertzberg-Fränkel ('Forschungen zur deutschen Geschichte' XXIII, 136. 141) consenserunt. At horum opinio mihi*

423. a) religiose *ed.* b) Xpi *ed.*

1) *Cf. 'Archiv' IX, 628 et supra p. 12.* 2) *Hoc loco adnotari libet, Bethmannum ('Archiv' XII, 609) dicere, super porta atrii basilicae sancti Ambrosii Mediolanensis, insculptam esse Treugam Dei Anselmi archiepiscopi a. 1098 constitutam. At haec inscriptio, quae nuperrime edita est in opere illustri viri cl. Forcella 'Iscrizioni delle chiese di Milano' III, 217, nequaquam Treugam Dei continet.* 3) *'Couerber' signifie aujourd'hui encore dans le patois imagé de Cogne, paroisse du diocèse d'Aoste, appréhender quelqu'un au corps et le terrasser. DUC.* 4) *V. Vitam Anskarii ed. Waitz p. 8 sub B 1.*

*non persuasit, praesertim cum iam Pax ista Bambergensis eadem capita contineat. Pacem nostram fonte usam esse pacis Leodiensis a. 1082 celeberrimae*[1], *comparatis eius fragmentis cum nostris capitibus 2. 4. 6. 7. 14, apparet.* *(P. 55.)*

Sigwinus[a] sanctae Coloniensis aecclesiae solo nomine episcopus Fritherico[b] confratri et coepiscopo[2] voluntariam tam devotissimi oraminis[c] quam serviminis sui exhibitionem.

1. Cum nostris temporibus ultra modum tribulationibus variisque angustiis sancta aecclesia in suis membris affligeretur, adeo ut tranquillitas et pax ex integro desperaretur, compatiendo tot pressuris totque periculis subvenire illi Deo propitiante tractavimus et hoc tandem illi remedium consilio nostrorum fidelium providimus, ut pacem, quam peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus, intermissis saltem diebus quantum nostri iuris fuit aliquatenus recuperaremus. Fecimus enim hoc et profecimus[d].

2. Convocatis igitur parrochianis nostris ad legitime condictum concilium, quod Coloniae in sancti Petri matricę aecclesia anno dominicae incarnationis millesimo LXXXIII, indictione VI, XII. Kal. Maii habitum est, ordinatis aliis, quod de his[e] facere disposuimus, in publico recitari fecimus. Quod postquam ab omnibus aliquamdiu diverso modo tractatum est[f] et retractatum, Deo mediante in unum tandem conventum est, et tam clero quam populo pari voto consentientibus, quomodo et quibus[g] per annum spaciis observari debeat edocuimus: videlicet ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem[h] epyphaniae et ab intrante septuagesima usque in octavas pentecostes et per totam illam diem et per annum omni die dominica feriaque VI. et in sabbato, addita IIII temporum feria IIII.[i] omnique[k] apostolorum vigilia cum die subsecuta, insuper indifferenter omni die canonice ad ieiunandum vel[l] feriandum statuta vel[l] statuenda hoc pacis decretum teneatur; ut itinerantibus domique manentibus securitatis et quietis tutissima sit traditio, ut cedes et incendia, predas et assultus nemo

**424.** a) S. 2; *deest* 3. b) F. 2. 3. c) oramus 3. d) perfecimus 2. e) hiis 3. f) *deest* 3. g) qualiter 3. h) *deest* 1. i) *deest* 1; IIIIor 2. k) omniumque 1. l) et 3

1) *Hoc loco repeti iuvat e SS. XXV, 90 fragmenta pacis ab Heinrico I. episcopo cum nobilibus dioecesis Leodiensis a. 1082. Mart. 27 constitutae, quae servavit Aegidius Aureaevallensis l. III, c. 13:* decretum est, ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem epyphanie et ab intrante septuagesima usque ad octavas pentecostes infra episcopatum Leodiensem nemo arma ferat, nisi forte inde exiens ad alia loca aut inde domum revertens. Incendia, predas, assultus nemo faciat, nemo fuste aut gladio aut aliquo armorum genere usque ad collisionem membrorum aut internitionem in quempiam deseviat. Quod si hoc fecerit homo liber, hereditatem perdat, beneficio privetur, ab episcopatu expellatur. Servus autem sive ecclesiasticus amittat omne quod habet et dexteram perdat. Quod si culpati fuerint contra pactionem hanc, liber iuretur cum duodecim. Qui vero liber non est, iudicio se purget, si tamen signa fuerint manifesta; alioquin cum septem se immunem esse probet. Incipiet autem observatio huius pacis sexta feria statim illucescente aurora et durabit usque ad exordium diei, qui vulgariter appellatur dies lune, et observabitur per omnes festivitates, que proprie in hoc episcopatu celebres habentur, et similiter per omnes illas, quas ubique universalis celebrat ecclesia, et maxime in festivitate sancti Lamberti et in dedicatione, et duos dies ante et duos dies post in utraque festivitate propter adventum et reditum ceteraque impedimenta. Denique etiam in ieiuniis quatuor temporum et in vigiliis predictarum festivitatum eadem lex et pactio tenebitur, excepto quod in illis arma licebit ferre, ea tamen conditione, ne alicui noceatur. Hanc pactionem si quis violaverit, noverit se excommunicationi subiacere. — *Cf. de confirmatione huius pacis ab Heinrico IV. imperatore facta Gesta abbreviata SS. XXV, 113; de confirmationibus Heinrici V.* assensu domini papae *Aegidium l. III, c. 18 p. 94; Hadriani IV. papae ibid. l. III, c. 30 p. 105; Friderici I. imperatoris a. 1155 Stumpf, Reg. 3725 (ed. Bormans 'Recueil des ordonnances de Liège' I, 19:* Renovamus etiam et confirmamus et imperiali auctoritate tenendam censemus et servandam pacem Henrici episcopi in Leodiensi episcopatu.) *Cf. etiam Nitzsch 'Forschungen' XXI, 287 et Hertzberg-Frankel 'Forschungen' XXIII, 131 sq., qui tamen ex loco Gisleberti (SS. XXI, 494 l. 38) minus recte collegit, pacem Leodiensem iam ante a. 1071 constitutam esse.*
2) *Monasteriensi, qui a. 1084 obiit.*

faciat, nemo fuste et gladio aut aliquo armorum genere quemquam ledat, et ut nemo quamvis[m] culpa faidosus[n] ab adventu Domini usque in octavas ępiphaniae et a septuagesima usque in octavas pentecostes tollere presumat arma, scutum, gladium aut lanceam vel cuiuscumque prorsus armaturae sarcinam.

3. In reliquis vero diebus, id est in dominicis et VI.° feriis omnique apostolorum vigilia cum die subsecuta et omni die ad ieiunandum vel feriandum statuta vel statuenda, arma illis ferre licebit, ea tamen conditione[p] ut nulli quolibet modo lesionem inferant.

4. Si necesse fuerit alicui infra[q] spacium conditae[r] pacis[s], id est ab adventu Domini usque ad octavas ępyphaniae et a septuagesima usque ad[t] octavas pentecostes, exire de nostro episcopatu in alium quo ista pax non tenetur[u], arma ferat, ita tamen ne alicui noceat, nisi[v] inpugnetur[w], ut se defendat. Reversus autem in episcopatum nostrum, statim arma deponat.

5. Si contigerit ut[x] debeat obsideri castellum aliquod[y], per dies qui infra pacem comprehensi sunt ab impugnatione cessent, nisi ab obsessis impugnentur et repugnare cogantur.

6. Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona temere et[s] impune violetur, huiusmodi violatoribus in commune ab omnibus est dictata[z] sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, id est[a] si[b] homicidium fecerit aut aliquem vulneraverit vel quolibet alio modo defectaverit, absque omni sumptuum aut amicorum interventione a finibus confinium suorum expellatur totumque praedium eius heredes sui tollant; et si beneficium habuit, dominus ad quem pertinet illud recipiat. Si vero heredes aliquod illi, postquam expulsus fuerit, sustentaculum vel solatium impendisse inventi fuerint et convicti, predium illis auferatur[c] et regiae ditioni mancipetur. Quod si se purgare de obiectis voluerint, cum XII, qui eque nobiles vel eque liberi fuerint, iurent.

7. Si servus occiderit hominem, decolletur; si vulneraverit, manu puniatur; si alio modo vel pugno sive fuste vel lapide percutiendo defectaverit, detondeatur et[d] excorietur. Si autem cui imputabitur forefactum, negaverit[e] [et] se[f] innocentem probare voluerit, iudicio aquae frigidae se expurget, ita tamen ut ipse et nullus alius pro eo in aquam mittatur. Si autem timens vindictam, quae in eum dictata[g] est, aufugerit, perpetuae excommunicationi subiacebit et in quocumque loco auditus fuerit, mittantur illuc litterae, per quas denuncietur omnibus, quod excommunicatus est et quod cum eo communicare nulli licitum est.

8. Non debet truncatio manuum in pueris fieri qui nondum XII annorum etatem impleverint[h], sed in illis qui ab hac[i] etate, id est a[k] XII annis, ad maiorem pervenerunt[l]. Pueri tamen si pugnaverint, verberibus castigentur et a pugnando deterreantur.

9. Non ledit pacem[k], si quis delinquentem servum suum vel discipulum vel quolibet modo sibi subditum scopis vel[m] fustibus cedi iusserit.

10. Excipitur etiam ab hac pacis constitutione, si dominus rex publice expeditionem fieri iusserit propter appetendos regni inimicos vel concilium sibi habere placuerit propter diiudicandos iusticiae adversarios.

11. Non violatur pax, si interim dux vel[n] alii comites vel advocati vel qui vice illorum funguntur placita habuerint et secundum quod lex habet in fures et predones et alios nocentes iudicia exercuerint.

**424.** m) qua vis 1; quavis 2. 3. n) faicosus 1—3; faetiosus *emendavit Philippi.* o) in 3. p) ratione 3. q) intra 1. r) *sic pro* condictae 1—3. s) *deest* 3. t) in 1. u) teneatur 3. v) nisi si 1. w) impugnatur 2. 3. x) contingerit quod 3. y) *deest* 2. z) dicta 3. a) idem 3. b) *deest* 1. c) auferetur *corr.* 1. d) det. et *des.* 3. e) for. negaverit *des.* 1. 2. f) se *usque* voluerit *des.* 3. g) dicta 2. 3. h) impleverunt 2. 3. i) *deest* 1. k) *deest* 3. l) pervenerint 3. m) et 2. n) aut 2. 3.

12. Securitatis gratia omnibus precipue faidosis[o] huius dominicae pacis statuta traditio est, sed non ut post expletam pacem rapere et predari per villas et per domos audeant, quia quae in illos, antequam ista pax statueretur, lex et sententia dictata est, legitime tenebitur, ut ab iniquitate prohibeantur, quia predatores et grassatores ab hac divina et ab[p] omni prorsus pace excipiuntur.

13. Si quis huic piae institutioni contraire nititur, ut nec pacem cum aliis Deo promittere nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbiterorum in nostro episcopatu cantare presumat et nullam salutis curam impendat; et si infirmatur, nullus eum christianorum visitare audeat et viatico etiam in fine, si non[q] resipiscit[r], careat.

14. Summa vero Deo promissae[s] pacis et communiter collaudatae ista erit, ut non solummodo[t] nostris temporibus sed in perpetuum apud posteros nostros observetur, quia si quis eam irritare vel destruere aut violare praesumpserit, sive hoc tempore seu qui[p] post[u] multos annos circa finem seculi nasciturus erit, a nobis inrecuperabiliter excommunicatus est.

15. Non magis in comitum aut tribunorum vel potentum quam in[v] totius communiter[w] populi potestate et arbitrio constabit, ut vindictas superius[x] dictatas violatoribus sanctae pacis inferant; et hoc diligentissime caveant, ne in puniendis amiciciam vel odium vel aliud, quod iusticiae contrarium sit, exerceant, ne si abscondi possunt delicta aliquorum abscondant, sed potius in publicum deferant. Nullus pro redimendis qui in culpa deprehensi fuerint pecuniam accipiat nec favore quopiam culpabiles adiuvare contendat, quia qui fecerit, intolerabile animae suae[v] iudicium incurrit. Ac per omnes fideles meminisse oportet, non homini sed soli[y] Deo hanc pacem promissam fuisse et tanto tenacius firmiusque observandam esse. Quocirca universos obsecramus in Christo, ut ista pacis necessaria taxatio inviolabiliter custodiatur, ut si quis eam deinceps violare presumpserit, omnino a sanctae aecclesiae filiis sequestretur et banno excommunicationis inrecuperabilis et anathemate mansurae perditionis dampnetur.

16. In aecclesiis vero et aecclesiarum cimiteriis honor et reverentia Deo prebeatur, ut si illuc confugerit raptor vel fur, minime interficiatur vel capiatur, sed tam diu inibi obsideatur, donec fame urguente[z] ad deditionem cogatur. Si aliqua persona reo arma, victum vel fugam moliri presumpserit, aequalem poenam sicut reus sustinebit.

17. Clericos vero et omnes sub hoc[a] ordine vitam degentes banno nostro interdicimus laicali vindicta puniri, sed manifesto crimine deprehensi episcopo ipsorum praesententur. Unde laici decollentur, inde[b] clerici degradentur; unde laici detruncentur, inde clerici ab officiis suspendantur et cum consensu laicorum crebris ieiuniis et verberibus usque ad satisfactionem affligantur.

# 425. PAX DIOECESIS BAMBERGENSIS.

## 1085.

*Mense Maio a. 1085 magna synodus episcoporum, qui partes imperatoris tenebant, Moguntiae congregata est, cui et ipse Heinricus IV. intererat. Quae synodus inter alia*

**424.** o) faicosis 1—3. p) *deest* 2. 3. q) nisi 2. 3. r) resipiscat *corr.* 1. s) prom. Deo 2. 3. t) ut solum modo non 1; ut non solum in 2; ut solummodo 3. u) per 2. v) *deest* 3. w) communitatis 3. x) *in margine add.* 1. y) solo 1. z) urgente 2. a) *deest* 2. 3. b) *deest* 2.

*etiam Treugam Dei constituit tenendam*[1]. *Huius Treugae scriptum esse id quod edituri sumus, primus Pertz statuit plerique viri docti eius opinioni consenserunt*[2]. *Exemplavit id iam olim e codice Bambergensi membr. in folio, Ambrosii libros tres de officio ministrorum continente, saec. XII. b. m. Böhmer. Scriptum nostrum textu Pacis Sigiwini Coloniensis nititur, plerumque illam de verbo ad verbum sequitur, abbreviatis seu decurtatis nonnullis sententiis; ampliavit textum nonnisi tribus locis: cap. 2 et 3 feria quinta addita est ceteris diebus pacis, cap. 3, quo arma ferre per omnes Treugae dies vetatur, denique cap. 16, quo mercatoribus, rusticis, mulieribus, clericis perpetua pax donatur. Si opinionem eorum sequeris, qui scriptum pacis Moguntinae nostrum esse contendunt, statuendum erit, patres Moguntiae congregatos pacem Coloniensem pro fundamento decretorum suorum posuisse, quod minime negaverim. At concedas, episcopos, cum decreta in scriptum redegerint, aliqua de se ipsis, de synodo sua, de imperatore praesente, qui decreta synodi certe auctoritate sua confirmaverit, intulisse. Talia autem frustra quaeres. Quae cum ita sint, ad sententiam traheris, scriptum nostrum nequaquam scriptum pacis Moguntinae esse, sed potius pacem continere, quem episcopus quidam, nimirum Rudbertus Bambergensis pro sua dioecesi, Sigiwinum Coloniensem imitatus, a. 1085, fortasse ante synodum Moguntinam, constituit.* *(P. 55.)*

1. Cum nostris temporibus ultra modum tribulationibus sancta ecclesia affligeretur, compatiendo tot pressuris totque periculis subvenire illi Deo propitiante tractavimus, ut pacem, quam peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus, intermissis saltem diebus aliquatenus confirmaremus.

2. Anno dominicae incarnationis MLXXXV, indictione VIII. Deo mediante tam clero quam populo pari consentientibus voto constitutum est, ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem epiphaniae et ab intrante LXX. usque in octavas pentecostes et per totam illam diem omnique feria V, VI, sabbato, dominica die usque ad ortum solis secundae feriae, addita feria IIII, quatuor temporum omnique apostolorum vigilia cum die sequenti, insuper omni die canonice ad ieiunandum vel feriandum statuta vel statuenda hoc pacis decretum teneatur: quatenus iterantium domique manentium securitatis sit tutissima traditio, ut cedes et incendia, predas et assultus nemo faciat, nemo fuste aut gladio aut aliquo armorum genere quemquam ledat, et nemo quamvis culpa faidosus[a] ab adventu Domini usque in octavas epiphanie et a LXX. usque in octavas pentecostes tollere arma presumat, scutum vel gladium vel lanceam vel cuiuscunque prorsus armaturae sarcinam.

3. Similiter in reliquis diebus, id est[b] dominicis, V. et VI. feria, sabbato omnique vigilia apostolorum cum die subsequenti et omni die ad ieiunandum sive feriandum canonice statuta vel statuenda non licet arma ferre nisi longe euntibus, ea tamen conditione, ut nulli quolibet modo lesionem inferant[c].

4. Si necesse fuerit alicui infra spacium condictae pacis in alium locum, quo pax ista non observetur, ire, arma ferat, ita tamen ne alicui noceat, nisi inpugnetur, ut se defendat. Reversus autem iterum arma deponat.

5. Si contigerit ut castellum obsideatur, per dies qui infra pacem comprehensi sunt ab inpugnatione cessent, nisi ab obsessis impugnentur[d] et repugnare cogantur.

6. Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona inpune violetur, ab omnibus dicta est sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, id est[b] si homicidium fecerit aut aliquem vul-

**425.** a) faicosus *cod.* b) idem *cod.* c) inferat *cod.* d) impugnetur *cod.*

1) *Testante Ekkehardo (SS. VI, 205):* Synodus Mogontiae habetur, cui interfuit imperator, ubi praesentibus legatis Romanorum omnes episcopi rebelles imperatori deponendi iudicantur, ceteri vero anathemate, ut videbatur, condempnantur. Ibi etiam communi consensu atque consilio constituta est pax Dei. 2) *E. g. Kluckhohn 'Gesch. des Gottesfriedens' 76, Giesebrecht III, 1170, Hertzberg-Fränkel 'Forschungen' XXIII, 138 sq. Dubium movit Waitz VI, 434 n. 3.*

neraverit aut alio quolibet modo defectaverit, absque[e] omni sumptuum aut amicorum interventione finibus continium suorum expellatur totumque predium eius heredes sui tollant, et si beneficium habuerit, dominus ad quem pertinet illud accipiat. Si vero heredes sui aliquid illi, postquam expulsus fuerit, subsidium et sustentaculum inpendisse inventi fuerint et convicti, predium illis auferetur et regiae dignitati mancipetur. Quod si se de obiectis purgare voluerint[f], cum XII qui eque nobiles ac liberi fuerint iurent.

7. Si servus occiderit hominem, decolletur; si vulneraverit, manu dextra truncetur; si alio modo vel pugno vel lapide sive fuste vel quolibet modo percutiendo defectaverit, verberetur et decapilletur. Si autem cui imputatur se innocentem probare voluerit, iudicio aque frigide se expurget, ita tamen ut ipse et nemo alius pro eo in aquam mittatur. Si autem timens iudicium, quod in eum dictatum est, aufugerit, perpetuae excommunicationi subiaceat, et in quocunque loco auditus fuerit, mittantur illuc litere, quibus denuntietur illum excommunicatum esse et quod cum eo nulli communicare liceat.

8. Non debet truncatio manuum in pueris fieri, qui nondum etatem XII annorum impleverint; si qui hanc [pacem] transgressi sunt pueri, tantum verberibus castigentur.

9. Non infringit pacem, si quis delinquentem servum vel discipulum vel quolibet modo sibi subiectum scopis vel fustibus cedi iusserit.

10. Excipitur etiam ab hac pacis constitutione, si dominus imperator publice expeditionem fieri iusserit propter appetendos regni inimicos vel concilium sibi habere placuerit propter diiudicandos iusticie adversarios.

11. Non violatur pax, si interim dux aut alii comites vel advocati vel qui vice[g] illorum funguntur placita habuerint et secundum quod lex habet in fures et predones et alios nocentes iudicia exercuerint.

12. Securitatis gratia omnibus precipue faidosis[h] huius dominice pacis statuta est tradicio, sed non ut post expletam pacem rapere et predari per villas et per domos audeant, quia que in illos, antequam ista pax statueretur, lex et sententia dictata est, diligentissime tenebitur, ut ab iniquitate proibeantur, quia predatores et grassatores ab hac divina pace et ab omni prorsus excipiuntur.

13. Si quis huic pie constitutioni contraire nititur, ut nec pacem Deo promittere nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbiterorum cantare[i] presumat et nullam salutis curam inpendat; si infirmetur, nullus christianorum eum visitare presumat, et viatico etiam in fine, nisi resipiscat, careat.

14. Si quis autem illam sive in presenti tempore sive in perpetuum apud posteros nostros violare presumpserit, a nobis inrecuperabiliter excommunicatus est.

15. Non magis in comitum vel tribunorum sive quorumlibet potentum quam in totius populi communiter potestate constare sanximus, ut vindictas supramemoratas violatoribus sancte pacis inferant; et hoc diligentissime caveant, ne in puniendo amiciciam vel odium vel aliud quod iustitiae contrarium sit exerceant, ne delicta aliquorum abscondant, sed potius in publicum proferant. Nullus pro redimendis qui in culpa deprehensi fuerant pecuniam accipiat.

16. Mercatores in itinere quo negotiantur, rustici dum rusticali operi arando, fodiendo, metendo et aliis huiusmodi operam dant, omni die pacem habeant. Mulieres autem et omnes sacris ordinibus adtitulati perpetua pace fruantur.

17. In ecclesiis vero et ecclesiarum cimiteriis honor et reverentia Deo prebeatur, ut si illuc c. 16
confugerit raptor vel fur, minime capiatur, sed tamdiu ibi obsideatur, donec fame cogente ad deditionem cogatur. Si aliquis defensionem reo, arma, victum vel fugam moliri presumpserit, equali pene sicut reus subiacebit.

425. e) abseque *cod.* f) voluerit *cod.* g) vicem *cod.* h) faicosis *cod.* i) contare *cod.*

c. 17. 18. Banno etiam nostro interdicimus, ne aliquis sacri ordinis huius sanctae pacis transgressor convictus laicali vindicta puniatur, sed episcopo presentetur. Unde laici decollentur, inde clerici degradentur; unde laici detruncentur, inde clerici ab officiis suspendantur et consensu laicorum crebris ieiuniis et verberibus usque ad satisfactionem affligantur. Amen.

---

# 426. PAX DEI INCERTA.

(saec. XI. ex.)

*Reperitur in* 1) *codice tabularii Monasteriensis I. 228 (olim Abdinghofensi Vicelini) saec. XII, ubi succedit Paci Sigiwini Coloniensis; iterum contulit Waitz; et in* 2) *codice bibliothecae Lugduno-Batavae (olim Werthinensi) saec. XI, in quo et saeculo XIII. iterum descripta habetur; exemplavit olim Pertz; inscriptio* Iuramentum pacis Dei, *sicut in scripto Pacis Heinrici IV. a. 1103 (supra nr. 74), indicat, decreta quae sequuntur eam scripti Pacis partem esse, quae ab omnibus sacramento firmanda erat. Quod probatur distincte capite 11, ubi decretum sistitur, quod non iuramento sed tantum promissione ore et manu facta roboratum est. Cum cap. 11 episcoporum et cap. 6 principum terrae mentio fiat, hanc Pacem Dei in magno conventu, fortasse totius imperii constitutam esse indicaverim. Quis enim principibus terrae mulctam comminuari potens fuisset nisi conventus principum ipsorum?*[1] *Quae cum ita sint, quaeritur, decreta nostra nonne pars sint pacis a synodo Moguntina a. 1085 mense Maio constitutae? (P. 58.)*

Iuramentum[a] pacis dei.

1. Ab adventu Domini usque ad proximum[b] diem lunae post epyphaniam, item a septuagesima usque ad octavam pentecostes, item[c] in omnibus vigiliis et ferialibus festis, et tribus diebus in omni septimana, scilicet a vespera V. feriae usque ad diluculum II. feriae, pax sit ubique, ita ut nemo ledat inimicum suum.

2. Qui occiderit, capitalem subeat sententiam. Qui vulneraverit, manum perdat. Qui pugno percusserit, si nobilis est, libra componat; si liber aut ministerialis, decem solidis; si servus, cute et capillis.

3. Omnis domus, omnis area pacem infra septa sua habeat firmam. Nullus invadat, nullus effringat, nullus infra positos temere inquirere aut violenter opprimere praesumat. Qui presumpserit, cuiuscumque sit conditionis, capite plectatur.

4. Si fugiens aliquis inimicum vel suum vel cuiuslibet septum intraverit, securus inibi sit. Qui vel hastam vel quidlibet armorum ultra sepem post eum immiserit, manum perdat.

5. Cuicumque vero violatio huius pacis imposita fuerit et ipse negaverit, si ingenuus est aut[d] liber, XII probatis se expurget; si servus, tam lito[e] quam ministerialis, iudicio aquae frigidae, ita scilicet ut ipsemet[f] in aquam mittatur.

6. Si furtum acciderit aut rapina aut bellum patriae ingruerit, et clamor more patriae exortus fuerit, armati omnes insequantur, et in eundo et redeundo pacem unus-

426. a) *praecedit signum crucis in* 2. b) proximam 1. c) ut 2. d) sive 2. e) leto 2. f) ipse mox 2.

1) *Similia protulit Hertzberg-Fränkel 'Forschungen' XXIII, 157.*

quisque[g] habeat. Qui vero absque inevitabili necessitate se subtraxerit, si principum terrae aliquis est, X libras, si nobilis, V, si liber aut ministerialis, II, si lito aut servus[h], V solidos persolvat aut cutem et capillos perdat.

7. Qui excommunicatum vel quibuslibet sceleribus dampnatum sciens receperit et contra leges vel divinas vel humanas defenderit[i], sententiam dampnati defensor subeat.

8. Viatori hospitium nemo[k] deneget. Necessaria si habet, aequo sibi precio vendat, si non habet, a vicinis qui habent eadem conventione acquirat. Si hospitium negaverit et necessaria vendere vel acquirere neglexerit, magistrum villae viator appellet[l], qui convocatis civibus[m] suis rogata[n] negantem ad praesens decapillatum excoriet. Viator[o] si importunus extiterit et violentiam in hospitio exercuerit, vicinos suos hospes convocet, iniuriam denunciet, quorum consilio satisfactionem exigat et recipiat. Quibus si viator non acquieverit[p], ut raptor dampnetur[q]. Viator si necesse habuerit, duos in agro manipulos, aut si multum tres, equis suis tollat, quos in eodem agro, aut in proxima villa depascat. Pascua pratorum et poma[r] nullus prohibeat.

9. Fugitivum servum nullus defendat[s]. Qui defenderit, poenam fugitivi subeat.

10. Qui convicia in alium dixerit, si miles, baculis multetur, si rusticus, scopis verberetur[t].

11. Hic finis iuramenti. Quae vero sequuntur, ore omnium laudata[u] et in manus episcoporum promissa et banno roborata[v] sunt: In omni pacis tempore predicto nullus arma ferat, nisi illa quam prescripsimus[w] necessitas exigat.

# 427. PAX BAWARICA.

## (1094)

*Servavit eam codex Monacensis lat. 6294 (Frising. 94) fol. 165' manu saec. XII. exaratam, descripsit iam olim vir ill. b. m. Föringer, vulgavit Pertz 'Archiv' VII, 797. Quam editionem repetivit Kluckhohn 'Geschichte des Gottesfriedens' p. 83 not. 17. Codice iterum collato edidit Waitz 'Urkunden zur Deutschen Verfassungsgeschichte' ed. I. p. 14 nr. 5, ed. II. p. 30 nr. 12. Nos codicem a. 1889 denuo inspeximus. Cum Pertz et Stumpf hanc pacem ab Heinrico V. imperatore a. 1122 emanavisse indicarent, Waitz et ipse prius eam pacem regiam esse et fortasse ad a. 1097 pertinere arbitratus est, quo anno Heinricus IV. imperator teste Ekkehardo*[1] *ex Italia redux* Moguntiae cum principibus colloquium de pace habuit circa Kalendas Decembris. *Postea vero inclinavit ad sententiam viri d. Hertzberg-Fränkel, qui 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XXIII, 146 sq. dubitationem movens gravissimam Welfonis potius ducis Bavarici pacem esse statuit, cum enuntiata cap. 1* extra regnum nostrum *et cap. 5* noster exercitus *non solum a rege sed etiam a ducibus Bavariae hoc tempore usurparentur. Cuius iudicio prorsus accedentes, pacem nostram cohaerere cum iis, quae a Bernoldo ad a. 1093*

**426.** g) un. pacem 2. h) servus aut lito 2. i) deffenderet *corr.* deffenderit 2. k) nemo hosp. 2. l) appellat 1. m) uicibus 2; *at apogr. saec. XIII.* ciuibus. n) quesita 2. o) vero *add.* 2. p) aquieverit 2. q) *hic sequitur in 2 cap. 9.* r) et poma *des.* 2. s) prohibeat 1. t) excorietur 1. u) *hic finis apographi.* v) robrata 2. w) praesens rerum 2.

1) *SS. VI, 209.*

*et 1094 tradita sunt, cum viro docto statuimus. De conventu a. 1093 Ulmae habito, narrat Bernoldus*[1]*:* deinde firmissimam pacem tam duces quam comites, maiores quam minores se observaturos a VII. Kal. Decembris usque in pascha in duos annos iuraverunt . . . Hanc pacem singuli principes qui convenerunt, unusquisque *(sic legendum)* per potestatem suam usquequaque iurare fecerunt. *Et idem*[2] *ad a. 1094:* Welfo dux Baioariae firmissimam pacem, quam dudum cum Alamannico duce Berthaldo et reliquis Alamanniae principibus iniciavit, usque Baioariam, immo usque ad Ungariam propagavit. Francia quoque Teutonica et Alsatia eandem pacem in suis partibus se observaturas iuramento decreverunt. Hec tamen pax in Alamannia maxime invaluit, eo quod principes eius quisque in sua potestate iusticiam facere non cessaverint; quod reliquae provinciae nondum facere decreverint. *Pacem marchiae Istria e infra nr. 428 dandam et fortasse etiam Pacem Alsatiensem ex ista ducum Baioariae et Alamanniae opera originem traxisse, haud ab re esse videtur. — Stumpf, Reg. 3218. (P. deest.)*

1. Omnibus aecclesiis earumque atriis, monachis, clericis, conversis, mercatoribus, exceptis his, qui equos extra regnum nostrum vendunt, pacem iuravimus, et his, qui etiam eandem pacem nobis iurant vel iuraverunt vel iuraturi sunt; et hoc sacramentum servaturi sumus hinc ad pascha et inde[a] ad duos annos.

2. Confirmatum est etiam iureiurando, ut si quis furtum fecerit in pretio unius solidi, verberetur et dupliciter solvat.

3. Si quis ultra precium quinque solidorum furetur aut pacem violare praesumpserit aut virginem rapuerit, oculi eius eruantur aut pes aut manus abscidantur.

4. Qui virginem rapuerit, si in aliquo castro obsideatur, castrum diruatur, perfuga diffinitum[3] patiatur.

5. Si coniuratores[b] nostri aliquem de supradictis causis reum insequentur vel noster exercitus pro communi causa aliquo ierit, tantum quis accipiat quantum sibi et equo suo sufficiat, cetera ibidem relinquat.

6. In omni itinere fenum, herba ac lignum edificiis non adaptatum licenter aufertur.

7. Si qua conquestio de prediis et beneficiis oriatur, apud rectores nostros discutiatur.

# 428. PAX MARCHIAE ISTRIAE.

## (c. 1094 – 1102)

*Exstat in bibliotheca municipali Utinensi membrana ut videtur authentica*[4]*, forfice mutilata (0,31 × 0,12 m.), quam a. 1888 contulit vir d. Simonsfeld. Edita est a Kandler 'Codice diplomatico Istriano' ad a. 1060, quem secutus est Schumi 'Urkunden- und Regestenbuch des Herzogthums Krain' I, 68 nr. 60. Cum Kandler pacem Udalrico I. marchioni Istriae (1053—1070) vindicaverit, Schumi meliore iure eam Udalrico II. e gente Wimariensi oriundo attribuit, qui, ut vir doctus probavit*[5]*, a. 1093—1102 marchiam rexit et deinde in Thuringiam se convertens a. 1112 mortuus est. Engelbertus comes, cuius*

**427.** a) idem *cod.* b) sic iuratores *cod.*

1) *SS. V, 457.* 2) *SS. V, 458.* 3) *Id poenam in cap. 3 diffinitam significare videtur.* 4) *Fuit olim abbatis Pirona Utinensis professoris.* 5) *'Archiv für Heimathskunde' I, 193 sq.*

*cartula facit mentionem, est primus quem cognovimus comes Goriciae. Ni fallimur, haec pax instituta est monente Welfone duce Baioariae, de quo narrat Bernoldus ad a. 1094 (v. supra nr. 427). Lineae cartae sine intervallis exaratae sunt; finem seu initium linearum nota duarum lineolarum insignivimus.* *(P. deest.)*

Forma sacramenti domini W. marchionis et domini comitis Hengelpreti[a] et episcoporum et Hystrie magnatum fiet in hunc modum.

1. Quod ipsi iuvabunt[b] omnes homines civitatum, castellorum et villarum, qui ad hanc cartulam iurabunt, || in marchia Hystriae contra omnes homines, qui eos molestare voluerint, bona fide sine omni fraude, et hanc cartulam infra tempus constitutum firmam obtinebunt, et[c] manutenere[d] bonum statum et honorem totius Hystriae.

2. Simili modo paysani iurabunt eis et tantum plus, quod omnes honorem domini W. marchionis Hystriae bona fide sine omni fraude obtinebunt.

3. Statutum est ut, si aliquis paysanorum sine ratione vel iudicio aliquem paysanorum occiderit, quod Deus advertat[e], personam ammittat et bona sua omnia in duas partes dividantur, ita ut una medietas sit propinquorum mortui et alia domini W. marchionis et loci offensionis, salvo alio iure ipsius marchionis; et sit homicida inimicus domini marchionis et omnium Hystriae paysanorum in perpetuum, nisi prius gratiam propinquorum occisi invenerit; et in aliquo loco paysanorum Hystriae non recipiatur. Qui si inventus fuerit et querimonia de eo venerit . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . || capere si possunt[f] et de eo rationem facere vel eum nuntio marchionis presentare, qui de ipso iusticiam[g] faciat[g]. Et si homicida dixerit, se defendendo fecisse homi[cidium] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . || tate pugnam facere non poterint. Tunc dominus marchio W. cum commune illius loci debent pugnam facere per campio[nem] . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . || mittet vel eam recuperabit XL libr. Ven.[h] Ad . . . . . . . . . . W. march.[i] et a loco . . . . . . . . . ss . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .

# 429. PAX ALSATIENSIS.

(saec. XI. ex.)

*Haec pax, quae Treugam Dei integram in se recepit, primum edita est a Beato Rhenano 'Rerum Germanicarum libri III' ed. a. 1532 p. 97, quam editionem repetiverunt Goldastius 'Constitutiones imperiales' II. 47 et Kyriander 'Commentarium de origine et statu civitatis Augustae Trevirorum' (s. l. et a., sed ante a. 1603, iterum recusum Biponti 1603) p. 100. Deinde Grandidier eam dedit 'Histoire d'Alsace' Preuves I. p. CCLXV* ex mscr. bibliothecae Beati Rhenani quae servatur Selestadii. *Editionem Beati Rhenani*

**428.** a) Hengelp̄ti *or.* b) *sic, non* iurabunt *or.* c) et — Hystriae *ab eadem manu supra lin. add. or.* d) manuten̄e *or.* e) *sic or.* f) possunt — insti ciam *in rasura eadem manu or.* g) ciam faciat *ab eadem manu supra lin. add. or.* h) libr.' Veñ. *or.* i) march. *or.*

*repetivisse videtur Strobel 'Geschichte des Elsasses' 1, 279 not. Tum Waitz 'Urkunden zur Deutschen Verfassungsgeschichte' ed. I. nr. 6, ed. II. nr. 13 editionem paravit ope priorum editionum. Codex Beati Rhenani nostris temporibus in eius bibliotheca, quae adhuc in urbe Schlettstadt asservatur, iam non reperitur*[1]. *Pacem Alsatiensem, quae a compluribus viris doctis opus falsarii esse putabatur, ab aliis tempori Heinrici III. et Leonis IX. papae attributa est*[2], *Hertzberg-Fränkel et Waitz saeculo XI. exeunti seu XII. ineunti recte vindicarunt. Waitz enim animadvertit, nonnulla eius enuntiata in chartis Ottonis episcopi Argentinensis (1085—1100) eiusque successoris Cunonis (1100—1123) eodem modo usurpata esse*[3]. *(P. deest.)*

Notum sit omnibus pacem cupientibus, qualiter Alsatienses cum suis primatibus subnotatam pacis condictionem[a] iuxta conprovincialium suorum decretum coniuravere et coniuratam perpetuo, prout homini licet, in hunc modum confirmavere:

1. Pacem vero precipue et semper et ubique omnibus ecclesiis et earum atriis, pacem clericis omnibus et feminis, mercatoribus, venatoribus et causa orationis transeuntibus et agricolis, dum operantur in agris, vel ad agrum exeuntibus vel redeuntibus.

2. Huius autem condictionis observantiam in dies et in tempora considerate distributam, a vespera scilicet quarte ferie usque ad ortum solis ferie secunde et in legitimis vigiliis et in canonisatis sanctorum festivitatibus et in quatuor ieiuniorum temporibus et ab adventu Domini usque ad octavam epiphanie et a septuagesima usque ad octavam pentecostes, ita iureiurando sanxere, ut nullus in huius condictionis termino arma ferat, exceptis necessario transeuntibus, exclusis omnibus publicis regie maiestatis hostibus.

3. Quicumque autem in prenominatis diebus et temporibus aliquem suum coniuratorem aut rapina aut incendio aut captivitate aut aliqua temeraria presumptione infra curtis aut domus ipsius conseptum aut conclave invaserit aut aliquem ad sanguinis effusionem temere percusserit, liber capitali sententia[b] puniatur, servus autem manu privetur.

4. Si quis huius condictionis[c] reum occultaverit vel occultatum aufugere fecerit, ipse rei damnationi subiaceat.

5. Et quisquis furore vel aliqua hostili occasione coniuratores suos iniuste acclamaverit vel temere evocaverit, et liber et servus prefata damnatione puniatur.

6. Et si quis aliqua intentione quasi reus acclamatus fuerit et ipse innocentie sue expurgationem appellaverit, liber vel personatus serviens, si infra patriam est, post VII dierum inducias cum totidem sue comparitatis testibus, plebeius autem et minoris testimonii rusticus aque frigide se expurget[d] iudicio.

7. Si quis sicli unius aut duorum pretii furtum aut predam fecerit, corium cum capillis perdat; si secundo vel tanti vel quinque siclorum furtum vel rapinam fecerit, manu privetur; si tertio, absque omni dubietate suspendatur.

8. Si autem publica imperatoris expeditione aut condictionali[e] excitati fuerint acclamatione, tribus diebus proprio pergant victu. Si autem iter prolixius fuerit, cabal-

**429.** a) *sic emendavi;* editionem *R. G.* b) summa *R. G.* c) conditionis *R. G.* d) se expurget *in G supra leguntur post* testibus. e) conditionali *R. G.*

1) *Cf. Goecke 'Die Anfänge der Landfriedensaufrichtungen in Deutschland' p. 37 not. 3.* 2) *V. Hertzberg-Fränkel 'Forschungen' XXIII, 151 sq.* 3) *Vox* condictio *pro* pactum *legitur in charta Ottonis a. 1097 (Schöpflin 'Alsatia diplomatica' I, 178); enuntiatum* alii sue comparitatis *(c. 6) in chartis Ottonis a. 1096 (Grandidier II, p. CLXXI et Würdtwein 'Nova subsidia' VII, 11. 30), in chartis Cunonis a. 1105. 1116. 1119 (Urkundenbuch der Stadt Strassburg I, nr. 65. 69. 73); sententia* quanto iuniores tanto negligentiores *incipiunt chartae Ottonis a. 1096 (Grandidier II, p. CLXX) et Cunonis a. 1105 (Urkundenb. der St. Strassburg I, nr. 65), a. 1119 (ibid. nr. 73).*

lorum tantum cibaria et ad vescendum sumant necessaria, et nihil preter herbam, olera, poma, ligna et que ad venatoria pertinent exercitia tollere presumant.

9. Equi autem admissarii, qui[f] vulgariter stuot vocantur, et vinee et segetes sub hac pacis condictione perpetuo permaneant, nisi forte aliquis ad pascendum equum suum in transeundo indigeat, sumat quod in pascendo sufficiat. in via tamen publice.

10. Quod quisque ante huius condictionis decretum aliquo vel proprietatis vel regiminis iure possedit, et nunc eodem iure possideat.

11. Si quis autem sese ab huius pacis sacramento subduxerit aut iurasse falso confessus fuerit, prenotato testium numero predictoque testimonii iudicio, si infra huius decreti terminum conversari voluerit, affirmet. Et si affirmare noluerit vel aliqua occasione contradixerit, aut condictionali[e] legi subiaceat aut discedens discedat.

12. Summopere autem omnibus huius decreti invigilandum est et providendum auctoribus, ne quid in hac condictione temere agatur et sine discretione.

13. Ad huius sacramentum iuniores semper inducantur vel etiam cogantur, hoc attendentes, quia quanto iuniores tanto negligentiores.

14. Et ne tam utile tamque[g] sacrosancte pacis decretum odiose negligatur, a sacerdotibus diligenter caveatur, et quia Leonis pape banno sancitum est, cunctis dominicis diebus constanter doceatur; et semper in quarte ferie vespera Dei pacis adventus, ut oportet, cum sonitu campanorum publice indicetur.

# 430. PAX ALAMANNICA.

(1104? 1108?)

*Exstat in codice Monacensi lat. 3739 (August. eccl. 39) marginibus et spatio vacuo foliorum 69′—71′ manu saec. XII. in. inscripta, eadem ut videtur manu, quae Pacem Moguntinam a. 1103 intulit. Finis deperiit, una linea marginis inferioris folii 71 iam abscisa in codice[1]. Non unius pacis scriptum esse, Waitz 'Deutsche Verfassungsgeschichte' VI, 438 not. 2 contendit et Eggert 'Studien zur Geschichte der Landfrieden' (Göttingen 1875) p. 19 ff. probare nisus est. Quorum opinioni adstipulari non possumus, quamquam concedendum est, scriptum pacis genuinum nobis servatum non esse. Caput 2 certe falso iam loco positum et fortasse textui genuino posteriore tempore superadditum est[2]. Pacem nostram quodammodo cohaerere cum Pace imperiali Moguntina anni 1103, inter viros doctos constat. At an recte indicaverit vir d. Goecke ('Die Anfänge der Landfriedensaufrichtungen in Deutschland'. Göttingen 1874), qui p. 82 Pacem anno 1104 vindicat[3], dubitari licet. Cum Pax imperialis in festo pentecostes a. 1107 terminaretur et Pacis Alamannicae terminus a pascha usque ad sequens pascha, terminus autem iuramenti in festo S. Mariae (Febr. 2)*

**429.** f) quod *R. G.* g) dumque *G.*

1) *In margine inferiore folii 72 leguntur* nes & con, *quae ultima totius Pacis verba fuisse videntur, non vero cum voce* advocatio *coniungenda sunt.* 2) *Super voce* debet, *qua finitur caput 1, in codice positum est signum* d'. *Idem signum in initio capitis 2, quod caput in margine eadem manu litteris minoribus additum est, exaratum fuisse at nunc abscisum esse videtur. Cum caput 3 et ipsum voce* debet *finitur, fortasse caput 2 post caput 3, loco sane aptiore, a librario exarandum erat.* 3) *Provocat ad verba Placidii Braun 'Gesch. der Bischofe von Augsburg' II, 29: 'Nach dem Decanats-Chartularium p. 107 hat Hermann in diesem Jahre zu einem von Friedrich Herzog von Schwaben geschlossenen Frieden seine Einwilligung ertheilt'.*

*constitueretur, conventio principum ineunte anno 1108 demum facta esse videtur. Sed et hoc in dubio relinquamus oportet, cum fortasse Pax imperialis, Heinrico rege contra patrem rebellante, in irritum sit redacta.* *(P. 61.)*

Talis[a] pax iurata est a duce Friderico et a multis comitibus, episcopo Augustensi et Eistetensi episcopo et utriusque prioribus consencientibus.

1. Clerici et ecclesiae et cimiteria et dotes aecclesiarum pacem habeant[b]; similiter omnes homines pacem habeant in domibus et in quolibet aedificio et in curiis etiam infra legitimas[c] areas domuum, quas honestete vulgo vocamus, sive sint septae seu nulla sepe sint circumdatae. Mulieres nullius violentiam paciantur. Mercatores et agricolae pacem habeant. Nullus omnino pro sola causa pecuniae capiatur. Si quis predictam pacem infregerit, manum perdere debet.

2. Si[d] quis inculpatus fuerit pro furto vel pro aliqua culpa istius cor[r]uptae pacis, [il]le in quo pax [c]orrupta est [v]adat ad par[r]ochiam accusati [et] dicat populo: '[Ill]e N. in hac re [cor]rupit pacem [in] me'. Et det sibi [in]ducias per quatuordecim [d]ies. Si non habue[ri]t iusticiam infra quatuordecim dies, [s]ecundo inducietur [s]ibi per quatuordecim dies, et tercio det sibi inducias per quatuordecim dies; et si inculpatus ad satisfactionem non venerit, reus sit corruptae pacis.

3. Haec pax hinc usque pascha et a proximo pascha usque ad sequens pascha permanere debet.

4. Si[e] quis minus quam LX denarii valeant furetur, depiletur et virgis excorietur et in utraque maxilla ferro usque ad dentes uratur. Si quis LX denarios[f] vel plus quam LX denarii valeant furetur, manus ei abcidatur.

5. Hanc pacem unusquisque ante proximum festum sanctae Mariae[1] debet iurare vel cum iuramento VII veracium suae condicionis[g] virorum debet se expurgare, quod ipse non audierit ab aliquo hanc pacem esse iuratam; qui hoc non fecerit, manum perdat.

6. Si quis corruperit istam pacem et aufugerit et latêre voluerit, donec ista pax transierit, si quandoque reversus fuerit, eandem penam paciatur, quam modo pati deberet.

7. Si quis noluerit iurare dicens: 'nulli noceo, nec quisquam nocet mihi', et qui sciens corruptorem pacis paverit vel[h] receperit vel tutatus fuerit vel pro pecunia vel aliquo modo aufugere eum permiserit, eandem penam quam violator pacis subire debet.

8. Si quis corruptor pacis aufugerit, dux vel comes vel advocatus vel quilibet rector, sub cuius regimine prius fuerat, predia violatoris pacis auferat et obtineat tamdiu[i], quamdiu corruptor pacis vivat, et post corruptoris pacis mortem hereditatem heredes eius assequantur[2]. Dominus autem, a quo beneficia violator pacis obtinuit, beneficia auferat.

9. Si corruptor pacis se in aliqua municione absconderit[k], ille, in quo pax fuit corrupta, faciat apud populum proclamationem et persequatur reum per unum diem[l] et per noctem et cum populo municionem obsideat per tres dies et per tres noctes; et si municio expugnari non potest infra tres dies, dux vel comes cum maioribus ad destruendum castellum advocetur.

**430.** a) *fol. 69 in margine inferiore cod.* b) *fol. 69' per totam paginam cod.* c) *superscr. cod.* d) Si — pacis *c. 2 in margine eadem ut videtur manu addita sunt; uncis inclusa iam abscisa sunt in cod.* e) *hic nova linea in cod.* f) LX denarios *superscr. cod.* g) suae condicionis *superscr. cod.* h) *fol. 70 in marg. laterali cod.* i) *fol. 70' in marg. laterali cod.* k) absconderit *supplevit eadem manus cod.* l) *fol. 71' in marg. laterali cod.*

1) *Hoc videtur esse festum purificationis, Febr. 2.* 2) *Aliter in Pace Moguntina a. 1103 (supra nr. 74) et in Pace Friderici I. a. 1152 (supra nr. 140) c. 2.*

10. Si quis cum laqueis vel cum pedica, quam vulgo drûch dicimus, silvestria animalia, scilicet cervos, hinulos, capreas, [cap]reolos, lepores et[m] cetera ceperit, dominus suus omnia quae habet ei auferat, possessor vero terrae, in qua fera capta fuerit, manum eidem vel dimidiam libram denariorum pro manu auferat. Excipiuntur advocatio[n] . . .

# 431. PAX DIOECESIS CONSTANTIENSIS.

## (1105) Oct. 21.

*Narratio historica legitur in codice Monacensi lat. 3739 (August. eccl. 39) manu saec. XII. in. in margine inferiore foliorum 9′ et 10′ inscripta. Continet nonnisi praemia ecclesiastica, quae iis assignantur qui pacem servaverint, et poenas ecclesiasticas iis affligendas qui pacem ruperint. Cum legatus quidam apostolicus conventui interfuisse tradatur et Gebhardus episcopus Constantiensis inde ab a. 1089 usque ad obitum (a. 1110) ipse munere legationis apostolicae fungeretur, neque vero in scripto nostro hoc titulo insigniretur, pacem post annum 1110 demum statutam esse, viri d. Giesebrecht ('Gesch. der deutschen Kaiserzeit' III, 1184) et Gocke ('Die Anfänge der Landfriedensaufrichtungen in Deutschland' p. 83 sq.) opinati sunt. Equidem autem dubito, pacem tempori Udalrici I. episcopi vindicare, cum Udalricus a. demum 1118 consecratus sit[1], et indole codicis nostri pax post hunc annum poni vetetur. Quapropter argumentum istud parvipendendum esse censeo et eorum potius sententiae adstipulor, qui pacem a. 1105 promulgatam et legatum Richardum episcopum Albanensem fuisse iudicaverunt[2]. Editionem Pertzianam repetiverunt Fontes rerum Bernensium I, 358.* *(P. 61.)*

Domnus Constantiensis episcopus in magno conventu abbatum, clericorum, laicorum, in presentia apostolici legati, qui etiam illo in tempore ut creditur Dei providentia supervenerat, haec subsequentia omnibus astipulantibus et collaudantibus statuit. Convenit enim, ut pacem usque in pentecosten faceret, ut quisquis huic paci concordaret et firmam custodiret, hac gratia donaretur: In quocumque monasterio sui episcopatus clericorum, monachorum in conventu cantabuntur VII missae, XII pauperes ter pascentur, preterea singuli presbyteri singulas missas, ceteri litterati singuli L psalmos, conversi L paternoster. Defunctis vero fiet quicquid illis, qui communionem fraternitatis eorum acceperunt. Insuper universi sacerdotes totius episcopatus singuli tres missas cantabunt: illis vero, qui interim obierint, singuli singulas missas; pascentque singuli singulos pauperes. Preterea pęnitentibus VII annorum duo anni ab episcopo condonabuntur. Hec de publica pace statuta sunt XII. Kal. Novembris; quam qui servaverit, hanc gratiam habebit. Ab hac vero die quicumque deliquerit in aecclesiis eorumque appendiciis, in sacerdotibus sive in quibusque ordinatis personis, in monachis et conversis vel in quibuscumque ad iudicium episcopi pertinentibus, de communi consensu decretum est, ut vivus et defunctus, nisi resipuerit, communione

**430.** m) *fol. 71′ in marg. inferiore cod.* n) *una linea iam abscisa cod.*

1) *Cf. Ladewig 'Regesta episcoporum Constantiensium' I. Legatum quendam apostolicum tempore Udalrici I. (1110—1127) Constantiae moratum esse, nusquam traditur.* 2) *Henking 'Bischof Gebhard III. von Constanz' p. 76. 82; Ladewig l. c. nr. 623.*

careat. Presbyter, qui talibus sciens communicaverit, ab officio suo interdictum se sciat nullamque communionem inter ceteros fratres usque ad dignam satisfactionem habeat.

---

# 432. PAX ROBERTI II. COMITIS FLANDRIAE.

(1111. Mai. 27.)

*Fragmentum eruit Pertz e codice autographo Libri Floridi a Lamberto Audomarensi a. 1120 compilati, nunc in bibliotheca universitatis Gandavensis asservato sub Nr. 16 (olim Nr. 197 folio) saec. XII. in.*[1], *et vulgavit 'Archiv' VII, 541. Eundem codicem adhibuit editio, quam paravit Gheldolf apud Warnkönig 'Histoire de Flandre' I, 168 not. Addidit Gheldolf l. c. aliud fragmentum e codice quodam Bruxellensi desumtum, quod et ipsum Paci nostrae attribuit, nos tamen ut prorsus incertum in adnotatione praebemus*[2]. *Tempus Pacis Roberti II. (1093—1111) definiri liceat ex iis quae narrat Meyerus auctor saec. XVI. in Annalibus Flandriae (Antwerpiae 1561 in folio) fol. 36':* 1111. sexto Calendas Iunias pacem Flandricam ab Balduino Pio antea factam Robertus princeps renovavit confirmavitque, presentibus et assentientibus primoribus viris Roberto Betuniensi, Alardo Tornacensi Cononis filio, Vuinemaro Gandensi, Galtero Brugensi, Rogero Insulensi, Guilelmo Audomarensi, Galtero Cortuariacensi cum talibus aliis bene multis, qua pace praeter alia ad comprimendam plebeiam audaciam caedesque et latrocinia lex talionis promulgata.

*Cum pax in comitatu Flandriae a comitibus iam tempore Conradi II. imperatoris institui ceperit, scripta tamen eius nulla prorsus supersint, locos auctorum vel posteriorum, qui de ipsa egerunt, in adnotatione*[3] *afferri licebit, quamvis auctoritatem saeculi XVI. auctorum nequaquam magni aestimemus.* *(P. deest.)*

1) *Cf. 'Archiv' VII, 540, SS. XIII, 282.* 2) Quod si contigerit aliquos habuisse rixam, si postea separati fuerint ab invicem per XL pedes (aliqui dicunt . . .), si denuo rixantur, capite damnantur et bona fisco applicantur. 3) 1030. Comes Balduinus, qui dictus est Barbatus, congregatis marchisie sue sanctorum corporibus, Bavonis, Wandregisili, Amandi, Vedasti, Bertini, Winnoci, cum aliis innumerabilibus sanctorum reliquiis, presente Hugone Noviomensi episcopo cum aliis pluribus episcopis et abbatibus, congregatis totius regni sui primatibus, apud Aldenardum pacem ab omni populo coniuratam firmari fecit. *Auctuarium Afflighemense SS. VI, 399; inde Meyerus Ann. Flandriae f. 23.* — 1063. Facta per idem tempus ab Balduino principe ac Drogone Morinorum episcopo pax quaedam Flandrica *(cf. supra nr. 422)* iurataque tam ab ecclesiasticis quam laicis proceribus; eadem confirmata postea ab Urbano pontifice Romano in synodo Claromontana *(cf. Bouquet XIV, 390 vel Mansi XX, 969 vel 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, German. Abtheilung' XII, 115)*, quam ego pacem factam puto pro concordia Flandriae domestica contra intestinos seditiosorum motus. *Meyerus f. 26.* — 1111. Recedente rege, optimates suos vocavit *(Balduinus VII.)*, pacem se velle tenere insinuavit, utque se inde adiuvarent rogavit et, si quis eam primus violaret, iusticiam se de eo facturum predixit, nullum tamen eorum pacem iurare coegit. Principes pacem se servaturos promiserunt; sicque soluta est curia. *Hermanni Liber de restaur. S. Martini Tornac. c. 21 SS. XIV, 283; inde Ancienne Chronique de Flandre (ed. de Smet II, 50) = Rymkronik v. 2374 sq. (ed. de Smet IV, 660): inde etiam Meyerus f. 36' ad a. 1111, quamquam narrat, comitem proceres in domesticam pacem iureiurando adegisse.* — *(Balduinus VII.)* auctor initio principatus publicae pacis, quam etiam communem vocant herilemque, quod a comite, qui dominus per excellentiam nominatur, sancita fuisset, in comitiis Yprensibus decernendae ipsiusmet procerumque et populi iuramento. Qua cavebatur: Nemo alterius aedes noctu assiliat. Nemo ignem iniiciat aut minetur; qui secus fecerit, morte punitor. Cuncti armis ferendis abstinento, praeter bailivos, arcium custodes similesque principis officiarios. Vulnera caedesque poena talionis compensantor, nisi necessitas inculpatae tutelae facinus elevet, quam reus

Pax. Nobilis et miles cum XII de paribus suis sacramento se purget; villanus et alii cum totidem aequalibus suis, simul iurante et domino suo, et salvis iusticiis et consuetudinibus ecclesiae nostrae[4], quas longo tempore tenuit.

Hanc pacem comes Rodbertus per totam terram suam servabit et sui ad invicem pro amore Dei, ita tamen ut, si castellum in regno suo tradatur vel absque permissu eius construatur in pace et guerra, illud armis recipiat vel destruat; et profectiones ad regem et suas expeditiones super terram cognati sui B.[5] faciat.

criminis probare cogebatur duello aut aquae ignitique ferri purgatione, quae vulgaris erat et dicebatur. In ceteris delictis, quae numis mulctabantur, iussit, ut bailivi aliique comitis vicarii exorbitantes duplum praestarent. *Marchantius 'Flandria descripta' (Antwerpiae 1596. 8°) p. 205.* — 1111. Pax firmata ubique. *Lamberti Audomar. Chron. SS. V, 66.* — *1119 seu potius 1120.* Cepit utique maioris consilii prudentia pius comes *(Karolus)* de pacis reformatione disponere, leges et iura regni revocare, ita ut, paullatim pacis statu undecumque collecto, in quarto sui comitatus anno (1123) per illum omnia florerent . . . Tandem videns gratiam pacis omnibus iucundam, indixit per terminos regni, ut sub quiete et securitate absque armorum usu communiter degerent, quicumque aut in foro aut infra castra manerent et conversarentur alioquin, ipsis plecterentur armis quae ferrent. *Galberti Passio Karoli c. 1. SS. XII, 562. Testante Genealogia Lamberti c. 10 (SS. IX, 311. 312) Karolus comes primam curiam apud S. Audomarum a. 1120 celebravit.* — Ab antiquo enim a comitibus terre nostre statutum et hactenus quasi pro lege est observatum, ut quantacumque guerra inter quoslibet homines emergeret, nemo in Flandria quicquam predari vel aliquem capere aut exspoliare presumeret. *Walteri Vita Karoli c. 19 ad a. 1126. SS. XII, 547.* — 1138. Theodoricus princeps profecturus Hierosolymam Ilypris XI. Cal. Martias principum habuit conventum. Pacem Flandricam a maioribus suis factam, praesentibus Milone, Simone, Aluisoque episcopis, Sibylla uxore omnique dignitate Flandrica, innovandam confirmandamque curavit. Continebat autem inter alia haec capita: Hanc pacem quicunque non servaverint, extra consortium sanctae ecclesiae suntote. Homicidia extremo supplicio, vulnera talione aut bonorum commissione aut duello puniuntor. Latrones furesque nocturni ubicunque reperiantur a tota vicinia occiduntor. Hos qui persequi de nocte detractasset, LX solidos multator. *Meyerus f. 43.* 4) *Sancti Audomari.* 5) *Balduini comitis Hanoniensis.*

# APPENDIX IV.

# ACTA VARIA.

## 433. SYNODUS ALTHEIMENSIS.

916. Sept. 20.

*Gesta integra, exceptis episcoporum subscriptionibus, servavit solus codex bibliothecae Monacensis lat. 27246 (antea tabularii regii, olim ecclesiae Frisingensis B. H. 1)*[1] *saec. X. fol. 72—85, ex quo textum a. 1834 primus edidit M. de Freyberg in tomo IV. collectionis quae inscribitur 'Sammlung historischer Schriften und Urkunden' p. 221. Codicem nostris usibus denuo excussit vir cl. Loersch Bonnensis.*

*Textu genuino nondum publici iuris facto, praecipua synodi notitia debebatur Burchardo Wormatiensi, qui Decreto suo prologum et canones quatuordecim inseruit*[2] *sub rubro marginali, quod plerumque audit e. g. ita:* Ex concilio apud Altheim habito cui interfuit Kunradus rex cap. XXVI. *Capitum numeri cum Gestis congruunt, exceptis numeris capitum 29 et 30, pro quibus Burchardus numeros X et XI posuit. Caput autem 23, cuius maximam partem l. XII, c. 21 recepit, male inscripsit:* 'Ex dictis Augustini'; *capiti vero 24, quod l. X, c. 65 fere integrum legitur, rubrum additum est:* Ex concilio Tungrensi cap. V. *Econtra Burchardus caput 74*[3] *libri IX, quod perperam concilio nostro vindicavit* (Ex concilio apud Altheim cap. V), *e concilii Triburiensis capite 51 desumpsit*[4]. *Varias lectiones Burchardi (B) damus e codice Decreti praestantissimo Bambergensi P. I. 5 (C. 44) saec. XI. ineuntis*[5].

*Post Burchardum maiorem partem canonum necnon et prologum recepit auctor collectionis canonum quam dicunt Collectionem duodecim partium*[6]. *Cuius codicem Bamber-*

1) *Cf. supra p. 2 not. 4.* 2) *Prologus congruit cum B. XI, 68; c. 6—9 = XI, 69—72; c. 16 = I, 230; c. 23 = XII, 21; c. 24 = X, 65; c. 26 = XI, 78; c. 29 = I, 162; c. 30 = I, 52; c. 36 = I, 231; c. 37 = I, 227; c. 38 = II, 234.* 3) *In codice Bambergensi est c. 75 libri IX.* 4) *Eadem mutatio obvia est in duabus collectionibus canonum, codicis lat. Monacensis 19414 (Tegerns. 1414, Cimel. 326) saec. X—XI. fol. 20 et codicis Bambergensis P. I. 9 (C. 64) saec. XI—XII. fol. 61 (lib. VIII, c. 35). Sequuntur in utroque:* Si cuius uxor adulterium perpetraverit — vir eius adulteravit = *Regino II, 130.* 5) *Libri II. finis cum in codice decisa sit, variam lectionem capitis 38 (= B. II, 234) ex editione principe Decreti (Coloniae 1548 in folio) demus oportet.* 6) *Quae res neque ex iis, quae attulerat Theiner ('Disquisitiones criticae') de codice Vaticano 584, neque ex iis, quae rectius et acute vir cl. Wasserschleben ('Beiträge zur Gesch. der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen' p. 34—36) de ista collectione ope codicis olim Frisingensis a viro cl. memoriae Savigny ipsi porrecti disseruerunt, clare apparebat. Congruunt Pro-*

*gensem P. I. 13 (C. 23) saec. XI—XII. excussit vir b. m. Knust 'Archiv' VII, 814—820. Collatione, quae hoc loco typis excusa est, docemur, capita 23 et 24 in Collectione sub rectis inscriptionibus legi, auctorem autem caput 51 concilii Triburiensis, certe Burchardi vestigia secutum, in l. VIII, c. 65 eadem falsa inscriptione ornasse. Burchardum et auctorem Collectionis eundem synodi codicem adhibuisse, nequaquam ex eo concludi licet, quod uterque capiti 37 nomina episcoporum concilii Erfordiensis a. 932 perperam subiunxit. Nam auctor Collectionis praeter quendam synodi codicem Burchardi etiam Decreto usus est et in capite 37 utique plane cum Burchardo congruit. Variam lectionem codicis solummodo Bambergensis (sub sigla C) adnotavimus, ea quam Theiner e Vaticano mendis pleno attulit omissa.*

*Collectionem duodecim partium, et quidem ut videtur codicem eius Bambergensem, in usus vertit auctor collectionis cuiusdam canonum aeque duodecim libris distinctae, quam servavit codex Bambergensis P. I. 9 (C. 64) saec. XI—XII.*[1] *Ubi recepta sunt capita synodi quinque*[2]. *Scripturas codicis plane cum Collectione duodecim partium consonas adnotare superfluum duximus*[3].

*A Burchardo prologum et canones mutuatus est Ivo Carnotensis in Decreto suo.*

*In Gestis synodi Altheimensis collectionem Pseudoisidorianam adhibitam esse vir cl. Dümmler detexit*[4] *locosque indicavit; vir b. m. Waitz*[5] *caput 20 e concilio Toletano sexto (tit. XVIII), quod et ipsum apud Pseudoisidorum legitur, desumptum esse docuit. Iam celeberrimus Annalium Boiorum auctor Aventinus lib. IV.*[6] *Gesta cognovit et capita 20. 21. 29. 30. 34 suo modo mutata inseruit. Quae ex Annalibus istis repetivit Goldastius in Constitutionibus imperialibus I, 210.*

*Gesta synodi in Appendice, non vero inter Acta Chuonradi I. regis afferenda erant, quia regem synodo interfuisse prorsus negandum est. Nam eius praesentiam, si interfuisset, prologus nequaquam silentio praeteriisset, et rubrorum Burchardianorum testimonium, contrarium praetendens, omnino nil valere nemo infitietur.* *(P. 554.)*

## De synodo acta apud Altheim.

Cap. I. De canonum institutis. II. De episcopis. III. Item de episcopis. IIII. Item de episcopis. V. De vita et predicatione episcoporum. VI. De excommunicatione. VII. De his qui putabant pro defendendis ecclesiae rebus licere communicare[a] excommunicatis. VIII. Ut malum exemplum episcopi populo non sint. VIIII. De corrigendo populo. X. De privilegiis ecclesiarum. XI. De rebus et pecuniis ecclesiarum. XII. De legibus ecclesiae et iudicibus. XIII. De accusatione episcopi vel sacerdotis. XIIII. De expoliato episcopo. XV. Quomodo episcopum quis apellare debet[b]. XVI. De purgatione episcoporum. XVII. De lapsu sacerdotis et recuperatione. XVIII. De clericis et decimis. XVIIII. Statuta pro robore[c] regum. XX. Item de eadem re. XXI. De Erchengario penitente. XXII. De eo qui periurat et alios in periurium[d]

433. a) com̄ *c.* b) d *c.* c) *ita emendavit Freyberg;* probare *c.* d) p. *c.*

*logus cum C. X, 253; c. 2. 4. 5 = I, 169. 168. 167; c. 6—9 = X, 249. 250. 248. 252; c. 11 = X, 170; c. 15 = IX, 161; c. 16 = IX, 186; c. 19 = X, 99; c. 22 = X, 73; c. 23 = X, 100; c. 24 = I, 304; c. 25 = X, 75; c. 26 = X, 206; c. 27 = X, 240; c. 29 = IX, 155; c. 30 = IX, 21; c. 31 = I. 105; c. 36 = I, 211; c. 37 = I, 210; c. 38 = II, 47.*

1) *Cf. descriptionem viri cl. Knust 'Archiv' VII, 822 sq. et supra p. 618 n. 4.*

2) *Fortasse plura fuerunt, cum collectionis libri XI. et XII. in codice desiderentur. Congruunt c. 11 = X, 87; c. 16 = IX, 74; c. 23 = X, 43; c. 25 = X, 26; c. 26 = X, 111.*

3) *Codices Vaticanos 1355 (fol. 34. 36) et 1356 (fol. 96'), qui Bethmanno teste ('Archiv' XII, 226. 227) aliqua ex Gestis synodi continent, nonnisi exemplaria Decreti Burchardiani manca esse, vir b. m. Waitz probavit. De codice Assisino F. 327 saec. XII. ('Archiv' XII, 539) rem similiter se habere augurari fas est.*

4) *'Geschichte des Ostfränkischen Reichs' ed. I. II, 603 not. 12.*

5) *'Deutsche Verfassungsgeschichte' V, 98 n. 3.*

6) *Cap. 22 ed. Riezler II, 664.*

inducit. XXIII. De eo qui iuramentum regis violat. XXIIII. De episcopo per dolum capto. XXV. De peiurii discretione. XXVI. De clericis fugitivis. XXVII. De his qui communicaverunt excommunicatis. XXVIII. De symoniaca haeresi vitanda. XXVIIII. De Ricquino clerico. XXX. De episcopis qui de Saxonia non venerunt. XXXI. De Einhardo episcopo. XXXII. Quod in ecclesia peccatum populi inultum soleat preteriri. XXXIII. De penitentia. XXXIIII. De his qui ad synodum vocati non venerunt. XXXV. De datis induciis et concilio Radesponensi.

De synodo.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, anno ab incarnatione Domini DCCCCXVI, indictione IIII, XII. Kal. Octobr., regni[e] autem Chonradi piissimi et christianissimi regis[f] V, congregata est sancta generalis synodus apud Altheim[1] in pago Retia, presente videlicet domni Iohannis papae apocrisiario Petro[g] sanctae Ortensis ecclesiae venerabili episcopo, misso ad hoc, quatinus aliquo modo diabolica semina in nostris partibus orta[h] extirpare et nefandissimas machinationes quorundam perversorum hominum sedare[i] et eliminando purgare deberet. Transacto igitur triduano ieiunio et sacris laetaniis more debito cęlebratis, convenimus in ecclesia sancti Iohannis Baptistae et mesti consedimus. Tum[k] demum praefatus sancti Petri et domini Iohannis papae missus proferens cartam apostolicis litteris inscriptam, qua monebamur, arguebamur et instruebamur de omnibus ad veram religionem christianae fidei pertinentibus. Quae omnia, ut iustum et dignum erat, humiliter accepimus, diligenter tractavimus et devoto affectu omni modo amplectebamur[l]. Ergo euangelicam preceptionem et institutionem saluberrimam lacrimabili voce protulimus, qua
cf. Luc. 11, 39. Matth. 7, 5. arguebantur pharisei et scribae: 'Mundate', inquit, 'prius quae intus sunt calicis[m] et catini', et item[n]: 'Eice primum trabem de oculo tuo', ac propheticum[o]: 'Ruina populi sacerdotes mali', perpendentes et discutiendo nosmet ipsos inspicientes et in medium penitentiae sanctae digno fructu ad pedes[p] piissimi redemptoris Christi proicientes, deflevimus neglegentias innumerabiles et peccata nostra gravissima. Deinde ortatu domini Petri contra nosmet ipsos et vitia irati, adiuvante primo sancto Spiritu et miserante, capitula infra notata ad correctionem tam nostram quam christiani populi statuendo collegimus.

I. Capitulum. De canonum institutis. Ut euangeliorum et canonum statuta sine praeiudicio ab omnibus custodiantur et nemo in actionibus vel iudiciis aecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur. In exponendis etiam vel praedicandis divinis scripturis sanctorum catholicorum patrum et probatissimorum sensum quisque sequatur; in quorum scriptis, ut beatus dicit Hieronimus, fidei veritas non vacillat.

Lev. 11, 44. II. De episcopis. Dominus dicit in Exodo sacerdotibus: 'Sancti estote, quoniam ego sanctus sum'. Unde episcopi ante oculos semper habere debent filios Aaron, qui Deum non sacrificando alienum ignem obtulerunt ac extemplo[q] in conspectu patris
cf. Lev. 4. mortui sunt. Et propheta: 'Si populus peccaverit, orabit pro eo sacerdos; si autem sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?'

433. e) regno c.; *hic incipiunt B* (Regno Chuonradi) *et C* (Regni Chuonradi). f) anno *add. C.* g) *ita voce hic collocata locum emendavit Pertz, cum in codice* misso ad Petro. Hoc quatinus, *apud Burchardum et Coll.* Ortensis ecclesiae Petro venerabili episcopo. Hoc quatenus *legeretur.* h) exorta *B.* i) se dare *c.* k) Tunc *C.* l) amplectabamur *corr. c.* m) cal. et catini *des. B. C.* n) iterum *C.* o) illud *add. B. C.* p) *loco* pedes p. r. Christi *B. C.:* terram nos. q) excemplo *c.*

1) *hodie Hohenaltheim, ad meridiem civitatis Nördlingen, in pago Sueviae Ries.*

III. Item de episcopis. Item Dominus in euangelio ad apostolos ait: 'Vos estis lux mundi, et sal terrae. Si enim lux quae in vobis est tenebrae fiant, ipsae tenebrae quantae erunt? Et si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihil valet ultra, nisi ut foras eiciatur[r] et conculcetur ab hominibus'. Matth. 5, 13. 14. 6, 23.

IIII. De eadem re. Apostolus Paulus dicit: 'Oportet episcopum inreprehensibilem esse, docere populum non solum verbis sed etiam bonis actibus, quia spectaculum', inquit, 'facti sumus et angelis et hominibus'. Et Gregorius[s] papa: 'Cuius enim vita despicitur, constat ut et praedicatio ipsius contemnatur'. 1. Tim. 3, 2. 1. Cor. 4, 9.

V. Item de vita et praedicatione. Episcopos et sacerdotes admonemus et coram districti iudicis oculis contestamur, ut pie, iuste et caste vivant et diligenti studio missas populis cantent et pabulum verbi divini illis, id est[t] praedicationem, sedulo administrent, quia, ut ait beatus Gregorius, 'iram contra[u] se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine praedicationis sonitu incedit'.

VI. De excommunicatione. Scimus sacra auctoritate scriptum: 'qui excommunicato communicaverit, excommunicetur'. In hoc nos fatemur, episcopi et presbyteri et clerici, pęnaliter peccasse, quod in posterum Deo auxiliante et emendare et evitare cupimus et praecipimus.

VII. De his qui putabant pro defendendis aecclesiasticis rebus licere excommunicatis communicare. Placuit sanctae synodo, hunc errorem quasi pium[v] ab aecclesia amovere, quia animarum curam a Domino accepimus non pecuniarum. Inde et reddituri sumus Deo rationem et accepturi propter suam misericordiam aeternam retributionem vel iustam damnationem.

VIII. Ut non malum exemplum sint populo episcopi. Bonum exemplum populis se ipsos episcopi et sacerdotes debent praebere et ostendere, non solum dictis, verum et factis. Propter hoc enim statuimus, ut[w] minime umquam in posterum contra sacra statuta aliquomodo[x] communicemus[y] excommunicatis; et diiudicamus nosmet ipsos, quatinus in futuro non iudicemur a Domino. Sequi cupimus dicta et statuta[x] sancti Gregorii[s] papae et pęnitentiam dignam agere volumus secrete in monasterio, quia[z] publice nequivimus[a], in futuroque praedicta omnibus modis Deo propitio vitare[b]. Eandemque legem statuentes presbyteris, diaconibus et omni clero, si de gradu deponi noluerint, ut fideliter observent et aliis servare praedicent.

VIIII. Ad populum de correctione. Auctoritate apostolica firmamus dicta et praecepta sacrorum canonum et interdicimus, quamdiu quis excommunicatus sit, ut quis[c] ei audeat communicare vel cum eo in aecclesia orare. Et laici qui secuti nos[d] sunt, ut dicunt, errantes[e], sequantur nos modo[e], nosmet ipsos per pęnitentiam corrigendo macerantes et viam eis vitae praedicantes et aperientes, ut quandoque[f] resipiscant a diaboli laqueis, a quibus[g] capti tenentur, et ad veram matrem aecclesiam per pęnitentiam revertantur.

X. De privilegiis ecclesiarum. Privilegia[1] aecclesiarum et sacerdotum sancti apostoli iussu Salvatoris intemerata et inviolata omnibus decreverunt manere temporibus.

**433.** r) eicietur *corr. c.* s) gg *c.* t) idē *c.* u) contra — praedicationis *in margine eadem manu addita c.* v) pium *c. B. C.; fortasse legendum est* quamvis pium. w) *deest B.* x) aliquomodo — dicta et statuta *in margine suppleta c.* y) communicemur *B.* z) *ita B. C.;* in monasteriorum *c.* a) nequimus *B. C.* b) volumus *add. B. C.* c) ut nullus nostrorum episcoporum ei *B. C.* d) ñ *B.* e) *loco* errantes — modo *B:* errando et sequendo nos modo nos autem; *post* modo *add.* Nos autem *C.* f) *deest B. C.* g) per nostra mala exempla *add. B. C.*

1) Privilegia — temporibus *ex Anacleti ep. I. c. 15 p. 73 ed. Hinschius.*

XI. De rebus et pecuniis ecclesiarum. Qui[1] Christi et ecclesiae pecunias 1. Cor. 3,17. vel res abstulerit, sacrilegium facit. Apostolus enim Paulus dicit: 'Si quis violaverit templum Dei, disperdet illum Deus'. Violat quis templum Dei, dum pastor aut non recte vivens aut non iuste docens christianos seducit, vel laicus quis iniuste aecclesiasticis et inreligiose utens rebus. Item Ambrosius dicit: 'Sciendum est omnibus, quod sacrilegium sit, res aecclesiae quocunque modo auferri et in aliud transferri'. Hieronimus: 'Iniquum est et sacrilegii instar, ut quae pro salute animarum suarum quisque aecclesiae contulerit[h], inde auferri et in aliud transferri'.

XII. De legibus aecclesiae et iudicibus. Leges[2] aecclesiae apostolica firmamus auctoritate et peregrina iudicia submovemus. Peius[3] malum fore non aestimo, quam christianos suis invidere episcopis et sacerdotibus; non potest autem humano condemnari examine, quem Deus suo reservabit iudicio.

XIII. De accusatione episcopi vel sacerdotis. Dei[4] ordinationem accusant, qui constitutos sibi episcopos vel sacerdotes accusant. A quibus se omnes fideles cavere debeant. Itaque constitutum liquet a tempore apostolorum et deinceps placuit[5], ut accusatus vel iudicatus a conprovincialibus in aliqua causa episcopus[i] licenter appellet[k] et adeat apostolicae sedis pontificem.

XIIII. De expoliato episcopo. Nulla[6] enim permittit ratio, dum ad tempus episcoporum bona vel res aecclesiae ab aemulis detinentur, ut aliquis aliquid illis episcopis obicere debeat. Nec quilibet quicquam poterit eis quoquo modo maiorum vel minorum obicere, dum aecclesiis aut rebus aut potestatibus carent suis. Et[7] revera ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit quod obiecit, pęnam quam ipse intulit patiatur. Infames[8] autem ad accusationem vel testimonium vel iudicium tam sacrae leges quam seculi non admittunt.

XV. Quomodo episcopum quis appellet. Si[9] quis erga episcopum vel actores[l] aecclesiae quamlibet querelam habere iustam crediderit, non prius primates aut alios adeat iudices, quam ipsos, a quibus se lesum aestimat, conveniat familiariter. Et secundum euangelicum preceptum hoc agat non semel sed saepissime cum omni paterna reverentia, abhibitis secum probatis viris et idoneis religiose testibus, quatinus ab eis aut suam iustitiam accipiat aut dignam excusationem. Si autem tunc episcopus agere renuerit, tum primum causam suam deferat ad primates, ut secundum sacros canones iudicetur hucusque. Absit autem a fidelium cordibus, ut putent vel dicant, episcopis inpune peccare licere, vel sacerdotes Domini iniuste aliquo modo in populo cf. Ez. 9,6. agere debere; nam Dominus dicit: 'Ultionem a sanctuario meo incipiam'.

XVI. De purgatione episcoporum. Statuimus propter Dei dilectionem et proximi et fidelium honorem catholicorum et praecipue ob multa[m] scandala eruenda et funditus extirpanda et perturbationes, quae noviter exortae sunt et oriuntur, nec non ut omnes sciant, nos episcopos tales Dei misericordia nequaquam esse[n], quales dicimur, exemplum sancti Leonis papae, qui supra IIII euangelia iurans coram populo se purgavit, sequi et imitari, salva tamen auctoritate canonica.

**433.** h) quique eccl. contulerint *C.* i) cp̄s *c.*; episcopis *male solverunt editores.* k) appellet *usque* pontificem *in margine c.* l) auctores *c.* m) multitudo *correxit in* multa *c.*; multitudinem *B. C.* n) fuisse *B. C.*

1) Qui — facit *ex Analecti ep. I, c. 14 p. 73.* 2) Leges — submovemus *indidem c. 15 p. 73.* 3) Peius — iudicio *ex Alexandri ep. I, c. 7 p. 98.* 4) Dei — debeant *ex Telesphori ep. I, c. 3 p. 111.* 5) placuit — pontificem *ex Victoris ep. c. 5 p. 128.* 6) Nulla — carent suis *ex Fabiani ep. II, c. 20 p. 165.* 7) Et — patiatur *ex Fabiani ep. III, c. 28 p. 168.* 8) *Cf. Clementis ep. I, c. 31 p. 40.* 9) Si — saepissime *ex Alexandri ep. I, c. 8 p. 98. Cf. etiam Felicis II. decreta c. 2. 3 p. 485.*

XVII. De clericis post lapsum restituendis[o]. Errant[1] qui putant, sacerdotes Domini post lapsum, si condignam egerint pęnitentiam, Deo ministrare non posse et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint et suum sacerdotium digne custodierint. Perpende enim, Davidem prophetam peccasse et sanctum Petrum principem apostolorum Dominum negasse, et tamen post dignam pęnitentiam in propriis honoribus permansisse.

XVIII. De clericis et decimis et qui decimas nolunt dare[p]. Clerici etiam non secularibus iudicibus sed episcopali audientiae[q] reserventur. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Decimas quoque Domino et aecclesiis dare, sicut in divina lege scriptum est, iudicamus. Sed et ipsae decimae in potestate episcopi sint et presbyterorum eius. Nam et qui decimas post crebras admonitiones et praedicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.

XVIIII. Pro robore regum nostrorum. Post instituta quaedam aecclesiastici ordinis vel decręta, quae ad quorundam pertinent disciplinam, postremo nobis, cunctis episcopis et sacerdotibus, presbyteris et omni clero consonoque populo una sententia est, pro robore regum et stabilitate christianae fidei gentisque, pontificale ultimum sub[r] Deo iudice ferre decretum. Multarum quippe gentium, ut fama est, tanta extat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam suis regibus et dominis servare contemnant et ore nefario simulent iuramenti professionem, dum retineant mente[s] perfidiae inpietatem. Iurant enim regibus suis et fidem quam pollicentur praevaricant nec metuunt sanctum volumen illud terribilis iudicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque pęnarum est comminatio super eos qui iurant in nomine Dei[t] mendaciter. Et ideo si placet omnibus qui adestis haec[u] tertio reiterata sententia, vestrae vocis eam consensu firmate. Ab universo clero et populo dictum est: 'Qui contra hanc vestram definitionem praesumpserit, anathema maranatha, hoc est perditio, in adventu Domini sit, et cum Iuda Scarioth partem habeat et socii eorum; amen'.

XX. Item de robore regis. Contestamur[2] coram Deo et omni ordine angelorum, choro prophętarum atque apostolorum et omnium martyrum, coram omni catholica aecclesia et christianorum coetu, ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam principis nece attrectet, nemo regni eum gubernaculis privet, nemo tyrannica praesumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in eius adversitatem sibi coniuratorum manus associet. Quod si in quippiam horum quisquam nostrum temerario ausu[v] praesumptor extiterit, anathemate divino perculsus absque ullo remedii loco habeatur condempnatus aeterno iudicio.

XXI. De Erchangario et sociis suis. Erchengario et eius complicibus et sociis, quia peccaverunt et in christum Domini, regem et dominum suum, manus mittere pertemptaverunt, insuper et episcopum suum venerabilem Salomonem dolo comprehenderunt sacrilegiumque in aecclesiasticis rebus perpetraverunt, hanc pęnitentiam iniunximus[w], ut seculum relinquant, arma deponant, in monasterium eant, ibi iugiter pęniteant omnibus diebus vitae suae.

XXII. Qui peiurat et alios in periurium inducit. Qui peiurat et alios in periurium sciens et voluntarie inducit, reus erit omnium animarum quas seduxit, seculum relinquat, arma deponat, in monasterio pęniteat omnibus diebus vitae suae. Vel per triennium quidem Ancyrani[3] locum inter audientes, ieiunantes in pane, sale

**433.** o) rest *c.* p) hic ī *in margine lemmatis exhibet c.* q) audientia *c.* r) sibi *c.* s) mentem *C.* t) Domini *C.* u) hoc *C.* v) *ita correxit Pertz;* usu *c.* w) coniunximus *c.*; penitentiam eis iniunximus *correxit Pertz.*

1) Errant — custodierint *ex Calixti ep. II, c. 20 p. 142.* 2) Contestamur — iudicio *ex Concilii Toletani sexto tit. 18 p. 380.* 3) *Quid sibi velit haec vox, nescio. Inter concilii Ancyrani canones (ed. Hinschius p. 260) talia non leguntur.*

et aqua accipiant; post aliud vero sexennium pęnitentiae subiciantur acriori et alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut expleto decennio communionem consequantur. Alii autem duodecim annos vel XIIII. Et in hoc consentiunt, ut nunquam carnem comedant vel vinum bibant omnibus diebus vitae suae.

XXIII. De eo qui iuramentum regis violat. Si quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi et domino suo iurat, et postmodum perverse in[x] eius regnum et dolose in mortem[x] aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit manum suam in christum Domini mittens, anathema sit, nisi per dignam pęnitentiae satisfactionem emendaverit, sicuti constitutum a sancta[y] synodo est, id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat et pęniteat omnibus diebus vitae suae, verumtamen communionem in exitu vitae cum eucharistia accipiat. Episcopus vero, presbiter vel diaconus si hoc crimen perpetrat[z], degradetur. Item sanctus Augustinus dicit: 'Siquis laicus per cupiditatem peiurat, totas res suas vendat et distribuat pauperibus et conversus in monasterio serviat Deo[1]. Et si quis peiuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur'[2].

XXIIII. De episcopo per dolum capto et peiurio. Quisquis per dolum mittit manum suam in christum Domini, episcopum videlicet, patrem et pastorem suum, quia sacrilegium committit, et qui ecclesiam Dei devastat et incendit, quia et hoc sacrilegium est, vel[a] qui monachum vel presbiterum occiderit, et qui periurat et in interitum domni sui regis intendit, vel per[b] cupiditatem iuraverit, vel parricidium committit[a] — placuit sanctae synodo, ut in uno loco, id est monasterio, peniteat[c] omnibus diebus vitae suae, vel[d] XII annos districte[c] peniteat, secundum canones, tres annos in pane, sale et aqua, a carne vero et vino omnibus diebus vitae suae abstineat.

XXV. De discretione peiuriorum. Qui[e] sciens et voluntariae periurium fecerit, VII annos peniteat secundum canones[3]; qui inscius vel seductus, tres quadragesimas in pane, sale et aqua; si quis coactus pro vita redimenda, III quadragesimas et legitimas ferias; si pro alia aliqua necessitatis causa, III annos, unum in pane, sale et aqua. Qui conpulsus a domino suo, si servus, III quadragesimas et legitimas ferias; qui autem fecerit et alios seduxerit, XII annos districte peniteat secundum canones, vel seculum relinquat iuxta Ambrosium, et serviat Deo secundum Augustinum. Qui[f] ignorans peiurium facit, I annum, qui ignorantem sciens in peiurium duxerit, VII annos districte; qui vero suspicatur, quod in peiurium ducatur, tamen iuret per consensum[4], III annos, I in pane, aqua et sale peniteat. Haec vero omnia humanius difiniunt.

XXVI. De clericis fugitivis. Sanctus Gregorius dicit: 'Clericum fugientem ab ecclesia[g] vel domino proprio et nolentem reverti, iudicamus communione[h] privari, quoadusque ad propriam ecclesiam vel ad dominum suum redeat'. Et item: 'Clericum fugitivum suo episcopo vel domino[i] decernimus apostolica sententia restitui vel excommunicari, una cum[k] eo et illos qui ei communicaverint'.

XXVII. De his qui communicaverint excommunicatis. Si quis sponte communicaverit excommunicato verbo, oratione, in cibo vel potu, XL dies peniteat in pane, sale et aqua. Qui vero eis communicaverit in homicidiis vel flagitiis, volens[l] sive nolens, reus erit[m] irae et vindictae Dei omnipotentis quem spernit; quia haec

**433.** x) *loco* in — mortem *B*: eius regnum et dolose tractaverit et in mortem ipsius. y) sancto *c.* z) perpetraverit *B.* a) vel — committit *des. B.* b) *supplevi.* c) peniteat — districte *des. C.* d) *reliqua capitis des. B.* e) *vocem supplevit Pertz, deest c.*; si quis *C.* f) quae *c.* g) e. sua vel servum fugientem dominum proprium et *B*; e. sua vel servum proprium dominum *C.* h) comunionē *c.* i) suo *add. B.* k) u. cum illis qui *B. C.* l) vol. sive nolens *des. C.* m) ait *C.*

1) *Cf. Reginonem 'De synodalibus causis' lib. II, 333.* 2) *Cf. ibid. II, 331.* 3) *Cf. ibid. II, 330.* 4) *Cf. ibid. II, 332.*

omnia divina ei voce interdicta sunt. et secundum apostolum obedire Deo oportet magis quam hominibus; et secundum quod deliquit, digne iuxta decreta canonum peniteat[n].

XXVIII. De simoniaca heresi vitanda et ambitu. Gregorius papa dixit: 'Omnino execrabile scelus et gravissimum detestamur, quod sacri ordines per simoniacam heresim, quae prima contra ecclesiam orta, sed districta maledictione damnata est, conferantur, quod apostolica auctoritate fieri in posterum prohibemus. Sed nec per ambitum quisque praesumat episcopatum invadere. Quia licet cętera cuiuspiam talia vitae sint merita, ut nihil sit quod ex his sacerdotalibus valeat ordinationibus obviare, tamen solius nefas ambitus severissima canonum districtione damnatur. quod apostolica firmamus auctoritate, et ut non ordinetur praecipimus, qui hoc peccatum peragit'.

XXVIIII. De Ricquino. Ricquinum[o], qui contra sanctorum canonum sanctiones Strazburgensem ecclesiam invasit, quem ad sanctam synodum per litteras nostras vocavimus[p], et venire contemnens nec vicarium suum misit, auctoritate sancti Petri[q] Iohannisque, vicarii eius, domni papae et praecepto sanctae praesentis synodi iniungendo vocamus iterum et praecipimus, quatinus ad concilium Id. Mai[r] Mogontia in- 917 Mai 15.
dictum a metropolitano episcopo suo ad praesentiam venerabilis Herigeri archiepiscopi et confratrum suorum veniat, suae inobędientiae et perversitatis ibidem iustam rationem redditurus. Sin autem neglegenter et hoc agere parvipenderit, abstineat se a proprio gradu, donec Romam veniens coram domno papa et sancta ecclesia reddat rationem.

XXX. De episcopis qui de Saxonia ad synodum non venerunt. Placuit sanctae synodo, episcopos qui vocati de Saxonia ad sanctum[s] concilium non venerunt nec secundum canones sacros missos suos vel vicarios direxerunt, gravi increpatione obiurgare et pro culpa inoboedientiae increpare. Unde iterum eos fraterna caritate ad praedictum[t] concilium invitamus et vocamus[u]. Quod et si hoc, quod non optamus[v], pro nichilo duxerint et venire noluerint[w] iustamque rationem reddere inoboedientiae suae detrectaverint, apostolica auctoritate interdicit eis Petrus, sancti Petri et papae missus, uná cum sancta synodo missas celebrare, quousque Romam veniant et coram papa et sancta ecclesia dignam reddiderint rationem.

XXXI. De Einhardo confratre nostro excecato. Nimis horrendum facinus, scilicet de episcopo et confratre nostro Einhardo[1] excecato, ad liquidum minime definire valuimus. Praecepimus tamen venerabili episcopo Riegauuuo[x] et monuimus, ut diligenter inspiceret et investigaret pęnitentiam hominum illorum, qui hoc peccatum peregerunt, et iustitiam aecclesiae et episcopo inde pro hac re promissam, quid actum foret, et litteris cuncta comprehendens, universali pape sagaci veritate innotescere satageret, si prius non valeret, vel[y] vigilia efficeret sanctae pentecosten.

XXXII.[z] Quod in ecclesia peccatum populi inultum soleat praeteriri. Provideat ergo dilectio vestra, hactenus talia transisse[a]. et avertite, quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace etiam ecclesias constitutas non posse praesumere: sed ut sepe accidit, quotiens a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine praecavendum.

433. n) et si poenitere noluerit excommunicetur *add. C.* o) Rihuuinum episcopum *B.* p) invitavimus *B. C.* q) Petri ego Iohannes vicarius apostolici ex praecepto *B. C.* r) id mai *suppleci ex Burchardo; des. c.;* Id. *deest C.* s) condictum *C.* t) condictum *B.* u) evocamus *C.* v) optam *c.* w) noluerunt *c.* x) Rihgowo *C.* y) in *add. C.* z) *numerus excidit in codice.* a) transsisse *c.*

1) *episcopo Spirensi.*

2. Cor. 12,21. XXXIII. De penitentia. Sanctus Paulus apostolus instruit penitentiam dignam agere in ieiuniis, vigiliis et orationibus cum elemosinis; sanctus Gregorius[b]: 'Quem caro laeta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam'; sanctus Augustinus[c]: 'Penitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei; sicque penitere, ut tibi amarum sapiat in animo, quod antea dulce fuit in vita'[1].

XXXIIII. De his qui ad synodum vocati non venerunt. Decrevit sancta synodus, ut omnes qui ad eam vocati non venerunt, ipsi qui polluti fuerant insania Erchengarii, Berhthaldi et Burghardi Arnoldique, si digne pęnitere velint, veniant cum summa celeritate ad proprios pastores et episcopos suos et accipiant illam pęnitentiam, quam sancta synodus communiter invenit et scribere mandavit; sin autem minus, sciant se anathematis vinculo nodatos, ut in litteris domni pape Iohannis continetur.

XXXV. De datis induciis Arnoldo et Berahdaldo. Concilium et synodum Radesponensi civitate fieri statuimus Nonis Octobris, ad quod Arnoldum et Berchthaldum cum sociis eorum venire praecipiendo vocamus, datis ad hoc solummodo induciis, ut resipiscant et digne pęniteant. Sin autem, suadente diabolo, superbe hoc nostrum salubre consilium contempserint et digne non pęnituerint, sicut in epistola Iohannis papae scriptum habetur, et ut homines illorum firmaverunt non venerint, anathemate inrevocabili modo dictando et conscribendo eos perpetualiter innodamus et cum Iuda traditore Dei aeterno igni tradimus[d] cremandos.

XXXVI. De monacho episcopo effecto. Statutum et rationabiliter secundum sanctos patres a synodo est firmatum, ut monachus, quem canonica electio a iugo regulae monasticae professionis absolvit et sacra ordinatio de monacho episcopum facit, velut legitimus heres paternam sibi hereditatem postea iure vindicandi potestatem habeat. Sed quicquid prius adquisierat vel habere visus fuerat, monasterio relinquat et abbatis sui, qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sacrificatur et titulatur, secundum sacros canones[e] quod adquirere poterit restituat, salva[f] auctoritate de propria hereditate patris sui, quam licet ei cui vult concedere; et ita distinguat omnia, ut canones diiudicant et distinguunt.

XXXVII. De episcopi hereditate. Sed et hoc ibidem inventum est de episcopis, presbiteris et clericis, si hereditatem[g] a domno rege vel alio principe vel amico suo[h] seu quolibet sibi in proprietatem adquisierint, ut donare eis liceat hanc cui voluerint quamdiu[i] vivunt, pro remedio animae suae ad aecclesiam quamcunque elegerint, vel consanguineis suis vel amicis. Sin autem antea obierint quam firmiter perfecerint, altari cui serviunt[k] omnia perpetuo sacrificentur et in ius tradantur. Similiter de presbiteris[l], qui laicis deserviunt, statutum esse scire omnes convenit, de omnibus rebus mobilibus, sive inmobilibus. Monachus autem abbati et monasterio suo omnia relinquat.

XXXVIII. De clericis qui a dominis suis liberi facti sunt. Nullus clericus ad gradum presbiterii promoveatur, nisi ut scriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem quis de servis suis quemquam elegerit et docuerit litteris et libertate condonaverit et per intercessionem erga episcopum presbiterum effecerit

**433.** b) gḡ *c.* c) aug̅ *c.* d) tradamus *corr. c.* e) *sic B;* sacros quod a. p. canones *cod.* f) salva — distinguunt *des. C. B.* g) prius *male add. Pertz; deest etiam B. C.* h) suo seu per hereditariam sortem sibi devenerit vel acquisierunt donare *B. C.* i) dum *B. C.* k) *sic B. C.; servivit c.* l) presbyteris statutum est *B. C, ubi reliqua desunt.*

1) *Hoc caput mirum in modum respondet duobus capitibus Reginonis Appendicis I, c. 33. 34 ed. Wasserschleben p. 404. 405. Viro docto teste, locus S. Gregorii inter eius opera non est repertus, locus Augustini est in Sermone VII. de tempore (ed. Maurin. tom. V, append. Sermon. 117, p. 213).*

et secundum apostolos victum et vestitum ei donaverit, ille autem postea[m] in superbiam elatus, missam dominis suis et canonicas horas observare et psallere renuerit et eis iuste obedire, dicens se liberum esse, noluerit et quasi libere cuius vult homo fiat, hoc sancta synodus anathematizat[n] et illum a sancta communione arceri indicat, donec resipiscat et domino suo obediat[o]. Sin autem obstinato animo et hoc contempserit, accusetur[p] apud episcopum, qui eum ordinavit, et degradetur et fiat servus illius, id est[q] domini sui, sicut natus fuerat. Quisquis vero talem secum habuerit, posteaquam rem illius predictam audierit, et domino suo non reddiderit vel a se proiecerit, sive episcopus, sive comes, sive[r] clericus, sive laicus, anathematis illius societate nodatus pęnam excommunicationis luet.

# 434. SYNODUS CONFLUENTINA.

## 922.

*Synodi Confluentinae, iussu Karoli et Heinrici regum celebratae, cui tamen neutrum eorum interfuisse statuendum est, Gesta pro parte tantum ad nos venerunt. Exordium et capita decem priora servavit* 1) *codex Monacensis lat. 27246 saec. X. lectionem valde optimam praebens, quo a viris cl. Iaffé et Loersch iterum collato pro fundamento editionis huius partis usi sumus. Eadem dat* 2) *codex capituli Coloniensis 123 (Darmstad. 2122) saec. X—XI, qui etiam capita 11—14 adiecit. Eodem anno 1839 codicem excusserunt viri cl. Wasserschleben et Knust, quorum alter editionem integram paravit 'Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen' p. 186, alter 'Archiv' VII, 820 capita 11—14 publici iuris fecit et variam lectionem reliquae partis dedit. Lectio vilior est codice 1. Codicem denuo in nostros usus vertit vir cl. Höhlbaum. Qui animadvertit*[1], *codicem recentiore tempore perverse a bibliopega compactum esse, quinionem foliis 76—80 constantem textum foliorum 75' et 81 interrumpere. Quo factum est, ut librarius, qui initium Gestorum in imo folio 80 et in altera eius pagina (80') intulit, ea quae supererant capita 11—14, in calce folii 79' scribere cogeretur, cum nullum post fol. 80 aliud tunc exstaret. Accedit quod numeri capitibus adscripti sunt. Itaque non est dubium, quin c. 11—14 revera ad concilium Confluentinum pertineant; et ab eadem manu ac reliqua exarata sunt, ut testatur Höhlbaum.*

*E Gestis integris complures canonum collectiones seu compilationes hauserunt, e quibus capita aliqua dispersa, quae in codicibus 1 et 2 non reperiuntur, colligi potuerunt. Huiusmodi collectio prima, quam numero* 3) *signaturi sumus, est codicis Guelferbytani 488 (Helmst. 454) saec. X; fol. 1—6 et 13'—22' quaedam canonica leguntur, quae a corpore collectionis aliena sunt, et inter ea fol. 16 pars praecipua capitis 1 synodi Confluentini cum inscriptione:* Ex concilio apud Confluent'. patrum VIII capitulum I. Inter cetera que statuerunt — infra quintam generationem nuptias copulare presumat. *Porro in collectionis ipsius cap. 202 fol. 149' legitur Gestorum caput 9 cum inscriptione:* Item ex concilio apud Confluentiam. *Praeterea collectio praebet duo capita alias incognita (15. 16), alterum in capite 148 fol. 112', alterum caput 225 comprehendens fol. 154'. Utrumque ex hoc codice vulgavit* Wasserschleben *l. c. p. 189; nos codicem ipsi contulimus.*

**433.** m) posita *manu posteriori in margine correctum c.* n) anathematizatur *c.* o) secundum canonica praecepta *add. B.* p) accusatur *c.* q) idem *B.* r) sicut *c.*

1) *Cf. etiam Iaffé et Wattenbach 'Eccl. metrop. Colon. codices mscr.' p. 51.*

4) *Secunda collectio est Burchardi Decretum, quod e Gestis recepit introitum et c. 1; c. 6. 7. 8. 10 = l. VII, 30. III, 240*[1]. *VI, 49. III, 241. III, 74. Caput 10 (= l. III, 74) falsa inscriptione inditum est:* ex decretis Sotheris papae cap. X. *Burchardum canonem l. III, 40, cui inscriptionem tribuit:* ex concilio Triburiensi c. 20, *non e Gestis nostris c. 14, sed e libro Reginonis l. I, c. 246 recepisse, iam vir d. Wasserschleben statuit*[2]. *Burchardus plerumque capitibus e Gestis desumptis inscriptionem adiecit:* Ex concilio apud Confluentiam, cui interfuit Henricus et Carolus reges. *E Burchardi opere omnes, qui hic occurrunt, canones recepit Ivo Carnotensis in Decreto.*

5) *Tertia collectio est quae vocatur Collectio XII partium, haud multum post Decretum Burchardi composita, quae Decreto iam pro fonte usa est. Recepit e Gestis nostris, ut docuit vir b. m. Knust*[3], *qui codicem Bambergensem P. I. 13 (olim C. nr. 23) saec. XI—XIII. evolvit, introitum et c. 1; c. 2. 3. 5. 6. (fortasse c. 7, quod in libro VI. excidisse videtur) 8. 9. 10 = l. VIII, 94. V, 70. 73. IX, 305. IV, 16. 214. 162. 130. Auctor capiti 10, Burchardum secutus, inscriptionem eandem perversam inflixit; c. 14 (= l. IV, 212) cum inscriptione e Burchardo deprompsit. L. IV, 205 continet canonem novum (c. 18) sub inscriptione:* Ex concilio apud Confluentiam habito cap. V. Si laici — implorent, *quem Burchardus l. III, 239 affert ex* concilio Remensi praesente Ludowico imperatore cap. V. *Fere ad verbum concordat hic canon cum Reginone l. I, 250, qui eum rectius concilio Meldensi a. 845 habito tribuit. At fortasse pontifices Confluentiae congregati concilium Meldense secuti hunc canonem et ipsi constituerunt. Etiam librarius codicis S. Galli eum ex concilio Confluentino se sumpsisse tradit; v. infra*[4]. *Non opus fuit textui constituendo, omnia quae Collectio XII partium e Gestis desumpsit conferri. Praesto fuerunt:* 5a) *descriptio libri VIII, c. 94, quod introitum et c. 1. continet, quam fecit vir d. Simonsfeld e codice antiquissimo Monacensi 19414 (Tegernsee. 1414. Cimel. 326) saec. X—XI.*[5] *fol. 24;* 5b) *collationes codicis Bambergensis, quas dedit Knust 'Archiv' VII, 818;* 5c) *caput 9, quod Theiner in Disquisitionibus criticis p. 327 e codice Vaticano 584 (l. IV, 131), qui excerptum tantum Collectionis praebet, edidit.*

6) *Ad Collectionem XII partium propius accedere videntur ea quae e Gestis nostris adnotata sunt manu saec. X. in margine paginarum 224. 225 codicis bibliothecae capituli S. Galli 671*[6]. *Sunt, ut iam Knust l. c. docuit:* cap. VI. ex concil. apud Confluentiam cui interfuerunt Heinricus et Karolus reges; *pars posterior huius capitis deest tamen in codice. Sequitur canon iste concilii Meldensis cum inscriptione:* Ex eodem concilio cap. V. *Codicem me petente benivolentissime contulit vir cl. Wartmann Sangallensis.*

*Canon extravagans alias incognitus (c. 17) obvius est in quatuor codicibus, farragines canonicas continentibus, qui sunt:* 7) *cod. Monacensis lat. 14628 (S. Emmeram. 628, olim G. XII) saec. XI. fol. 37;* 8) *cod. Vaticanus 4227 saec. XII. ex. fol. 39';* 9) *liber pontificalis Eichstetensis iubente Gundechario II. episcopo a. 1071—1072 exaratus; locum nostrum edidit Bethmann 'Archiv' IX, 566; inscriptio haec est:* De compositione sacrilegii ex conc. apud Confluentiam cui interfuerunt Heinricus et Karolus reges; 10) *cod. seminarii Eichstetensis 48 saec. XI; folio ultimo ipsa Gundecharii manus locum nostrum intulisse videtur, v. Bethmann l. c. 551. E codice Vaticano canonem primus publici iuris fecit Hartzheim 'Concilia Germaniae' II, 600. Codicem S. Emmerani, quem vir b. m. Föringer exscripsit, Pertz in edendo hoc canone adhibuit; quem postea ex eodem codice edidit Phillips 'Wiener Sitzungsberichte' XLIX, 764 not. 9*[7]. *Codicem Vaticanum nostris*

1) *In codice Bambergensi P. I. 5, cuius variam lectionem adnotavimus, est III, 237.* 2) *V. tabulam synopticam editionis p. 501.* 3) *'Archiv' VII, 818.* 4) *Nescio qua ratione ductus Delalande, qui canones concilii Confluentini ex Ivonis Decreto collegit, hunc canonem, qui hic l. III, 281 legitur, concilio nostro vindicaverit.* 5) *Cf. 'Archiv' XI, 568. Modo libri VII. VIII. III. Collectionis XII partium in hoc codice servati sunt.* 6) *Cf. Scherrer, 'Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibl. von S. Gallen' p. 671.* 7) *Quae in codice canonem praecedunt et a viro b. m. Phillips l. c. edita sunt ex alio codice S. Emmerami, Monac. 14407, ea iam prodierunt 'Archiv' VII, 113, repetita sunt LL. III, 486.*

*usibus a. 1884 exscripsit vir cl. Waitz, qui animadvertit, hanc codicis partem incipere fol. 39 verbis:* De capitulari imperatorum ut intelligatur in quo facto immunitas frangatur[1]. *Similis canon legitur in codice S. Petri Salisburgensi VIII. 7 saec. XII. in. fol. 51, cui in margine adscripta sunt:* Ex concilio apud Confluentiam cui interfuit Karolus et H. reges. Ex concilio Triburiensi a Karolo et primis Gallie et Germaniae collaudatum et subscriptum. *Cum viro rev. P. Willibaldo Hauthaler referente discerni nequeat, ad utrum conciliorum hic canon pertineat et librarius fortasse indicare voluerit, eundem canonem in utroque concilio constitutum esse, eum omittimus et ad eius editionem, quam dedit Phillips l. c. p. 782, viros doctos relegamus.*

*Excerptum exiguum, exordii et capitis 1, nullius pretii, praebet, testante viro d. Molinier, compilatio quaedam historico-canonica codicis Parisiensis Lat. 8865 saec. XIII. f. 126. Codicem quendam S. Victoris Parisiensis adhibuit in edendo prooemio concilii Delalande in Supplementis ad Sirmondi 'Concilia antiqua Galliae' (Parisiis 1666) p. 321; qui codex aeque ac Tegernseensis Herigerum archiepiscopum omisit.*

*Patres Confluentiae congregatos e Gestis concilii Triburiensis anni 895 complures canones sumpsisse, iam viri d. Wasserschleben et Phillips animadverterunt. Quae Gesta cum in compluribus recensionibus neque integra exstent, difficile est omnia ad unguem absolvere. Caput 4 concilii Confluentini respondet in universum capiti 51 concilii Triburiensis impresso; c. 14 eodem modo capiti 32 Triburiensi impresso; aliam Triburiensium canonum recensionem illud iam ad hanc formam redegisse, complures codices probant[2]; quam formam etiam Regino I, 246 praebet. Caput 2* (nullus proprium filium *etc.*) *prorsus convenit cum c. 55 concilii Maguntini a. 813. Qui canon cum et in codice Monacensi 14628[3] et a Burchardo l. XVI, c. 25 concilio Triburiensi adscribatur, coniici licet, eum ex Triburiensi petitum esse, quod eum ex Maguntino sumpserit. Caput 18 ex concilio Meldensi a. 845 haustum esse, v. supra. In medium relinquamus oportet, an recte sint ea quae Phillips l. c. p. 765 disputavit de connexu Gestorum nostrorum et Gestorum spuriorum concilii Theodonisvilla habiti, quae edita sunt a Pertzio LL. II, pars 2, p. 5 sq.*

*(P. 17.)*

Anno dominicae incarnationis DCCCCXXII. apud Confluentiam iussu venerabilium principum, Karoli videlicet et Heinrici[a] regum reverentissimorum, congregati sunt episcopi numero VIII: Herimannus Agrippinae[b] archiepiscopus, Herigerus Mogontiae[c] archiepiscopus, Thiado[d] Uuirziburgensis[e] episcopus[f], Liutharius[g] Mimidanensis[h] episcopus, Dodo[i] Osnebruggensis episcopus, Richgauuuo[k] Uuormaciensis episcopus, Rihvvinus[l] Strazburgensis episcopus, Unuuano[m] Paderbrunnensis[n] episcopus, cum abbatibus aliisque sacri ordinis viris quam plurimis.

Caput I. Qui ipso cooperante et sententias eorum confirmante domino Christo[o] in synodali residentes conventu, multa utilia[p] ac sanctae Dei aecclesiae profutura saluberrimo tractantes consilio, inter cętera quae statuerunt hoc maxime necessarium et instanti pro dolor tempore per abusionem frequentissimum, cognationis incestum summa cautela vitandum firmaverunt: hoc est, ne ullus christianus infra quintam[q] generationem nuptias copulare praesumat.

**434.** a) Henrici *corr.* 1; Henrici 2. 4. b) Agripinae *corr.* 1; Agripinensis 4. c) mogontiensis 4. d) Thiedo 2. 4; Theido 5a. e) Uuirzib. *corr.* 1. f) episcopus *hic et in sequentibus deest* 1. 2; *adest* 4. 5. g) Liutarius 2. h) Midanensis 2; Mindanensis 4. 5. i) Duodo 2; Doto 4. 5. k) Riheganwo 2; Rihgouuuo 4; Rihgouuo 5. l) Rihewinus 2. m) Hunacho 2; Uuuuauus 1. 5. n) Patherbr. 2; R. S. U. P. *in margine suppleta* 1. o) Christo domino 2. p) utalia *corr.* 1. q) sextam 4. 5.

1) *Cf. 'Archiv' XII, 243. Fol. 71' secundum Waitzium haec:* Bannus episcopalis faciendus incorrigibili ante legitimam excommunicationem. Virum hunc qui hoc vel illud peccatum *etc. Similia v. in libro pont. Eichstetensi ed. 'Archiv' IX, 566.* 2) *V. Phillips l. c. p. 737.* 3) *V. ibidem p. 742. 747.*

Conc. Mag. c. 55. II. Item placuit, ut sicut praecedentium sententiis patrum firmatur: nullus proprium filium vel filiam a fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

III. De eo, ut non plures ad suscipiendum de[r] baptismo infantem accedant, quam unus sive vir sive mulier. In confirmationibus quoque id ipsum fiat.

Conc. Tribur. c. 51. IIII. Si[s] mulier vivente legitimo viro ab altero fortassis contra fas adulterata fuerit, non liceat illi adultero, fortassis[t] si legitimus vita decesserit, illam quam prius stupravit moecham legitimo sociare coniugio, sed si hoc fecerint, separati pęnitentiae subiaceant.

V. Ut aecclesiasticarum rerum iudicia ad solos pertineant episcopos.

VI. Hoc quoque statutum est, quatinus aecclesiae quorumcunque monachorum in singulis parrocchiis sitae episcoporum ut decet divinitus subdantur regimini, eisque[u] debita obsequia in exercendis aecclesiasticae curae negotiis sollicite exhibeant[v]. Ipsi procul dubio monachi episcopis suis in omnibus obediant[w].

VII. Item interrogatum est, quid de eo faciendum sit, qui christianum hominem[x] vendiderit. Responsumque est ab omnibus, homicidii reatum ipsum hominem sibi contrahere.

VIII. Si quis vero laicus vel clericus seu utriusque sexus persona proprietatis suae loca vel res alicubi donare delegaverit, decimationum proventum priori aecclesiae legitime assignatum[y] inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere temptaverit, talis traditio irrita prorsus ducatur[z], et ipse ad emendationem aecclesiastica coerceatur censura.

VIIII. Perlatum est quoque ad eandem sacram[a] synodum, quosdam seculares inrationabiliter aliquibus presbiteris suas aecclesias commendasse et pro libitu suo cum voluerint auferre. Quo circa unanimiter firmari convenit, ut nullus presbiter deinceps aliquam suscipiat aecclesiam, nisi in presentia episcopi vel eius vicariorum, nec habeat quilibet laicus ullam potestatem eam[b] auferendi[c] sine iudicio episcopi aut eius archipresbiterorum. Si enim isdem presbiter ratione iustitiae preventus[d] fuerit, quod eam minus provide in aecclesiasticis procuraret officiis, auferatur[e] ab eo. Sin autem, indemnis laboris sui utatur commodo. Cum vero defunctus fuerit, nullum dominium[f] in substantiae[g] illius possessionibus sibi aecclesiae[h] dominus vendicet[i], sed duae partes in elemosinam pro ipsius largiantur anima, tertia autem pars aecclesiae cui servivit profutura relinquatur. Si quis praeter haec fecerit, aecclesiasticis correptionibus subiaceat[k].

X. Hoc quoque statutum est, ut nullus presbiterorum[l] missarum sollemnia celebrare praesumat, nisi duobus praesentibus sibique[m] respondentibus ipse tertius[n] habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur: 'Dominus vobiscum', et illud in secretis: 'Orate pro me', aptissime convenit, ut et[o] pluraliter[p] ipsius respondeatur salutationi.

XI.[q] Conquesti sunt itaque inter caetera cum banno statuentes, ne ullus presbiterorum post gallorum cantum, si deinceps biberet et postea dormiret, missam minime cantaret.

XII. Ut mundam aquam in vasculo habeant missas agentes et vinum permisceant.

XIII. Ut oblatas offerant certo numero, id est infra denarium, aut IIII aut V, tres vel unam.

**434.** r) *deest* 2. s) vero *add.* 2. t) *deest* 2. u) eisque — obediant *des.* 6. v) exibeant *corr.* 1. w) *manu posteriore corr. in* oboediant 1. x) seduxerit et sic *add.* 4. y) signatum 4. z) habeatur 2. a) *deest* 3. b) *deest* 3. c) conferendi 5c. d) *sic* 2. 3. 5e; perventus 1. e) auferetur *corr.* 1; auferetur 2. 3. f) dominum 5c. g) dom. subst. in 3. h) *deest* 2. i) vindicet *corr.* 1; vindicet 2. 3. k) subiacebit 2. 3. l) *loco* presbiterorum — praesumat 2: presbyter missam celebret. m) sibi 2. n) presbiter *add.* 2. o) *deest* 2. p) *deest* 4. q) *c. 11—14 e solo codice* 2.

XIIII. Si plures heredes contenderint de communi eclesia, auferri iubeat episcopus reliquias sacras et eclesiam claudi, donec communi consensu statuant ibi presbiterum et unde vivat. Conc. Tribur

---

Qui episcopo vel suo misso ad basilicam resistit, ne synodalia agat. Ex concilio apud Confluentiam[r]. (15) Cuiuscumque capella vel basilica aut congregatio sit, episcopus illius parroechiae illuc suam synodum iubeat, christianitatis censuram emendare. Quodsi illi aut suo vicario aliqua contrasistet persona, illam Deo dicatam ecclesiam sigillo suo confirmet. Quodsi postea temeritatis audatia quis, quod non credimus, hunc sine episcopi vel sui vicarii introitum patefaciat, recta canonum sententia emendetur.

Ut decimatio comitis Uuidukindi eiusque successorum ab episcopis exquiratur. Ex concilio apud Confluentiam cap. XI. (16) Item sanctae synodo placuit, quia iustum ac rectum est iuxta canonum decreta, antiqui comitis vel ducis Vuidukindi decimationem sue hereditatis eiusque successorum ab episcopis exquiri.

Ex[s] concilio[t] apud Confluentiam cui interfuere Heinricus et Karolus. (17) Emunitas[u] sexcentis solidis[v] solvitur[w] id est[x] novem capitibus. Sacrilegium novem novigeldis componatur[y]: aut si quis negare voluerit, in XXIIII testibus[z] nominatis atque electis viris super altare iuret; aut aliis non nominatis tamen ingenuis LXXII super altare iuret; servus[a] et ignobilis ferro ignito.

Ex[b] concilio apud Confluentiam habito cap. V. (18.) Si laici capellas proprias habuerint, a[c] ratione et auctoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant et inde canes aut genitiarias suas[c] pascant; sed potius presbyteri ecclesiarum eas[c] accipiant et inde restaurationem ecclesiarum et luminaria et hospitum ac pauperum receptionem exhibeant et pro sancta ecclesia ac pro statu regni Dei misericordiam studiose implorent. Conc. Meld.

---

# 435. SYNODUS DUISBURGENSIS.

## (929.)

*Codex lat. Monacensis 27246 saec. X. fol. 92' in margine paginae vacuae continet rubricas synodi cuiusdam, quas Pertzius synodo Duisburgensi anno ut videtur 929 habitae adiudicandas duxit, cuius mentio occurrit apud Continuatorem Reginonis ad annum falsum 927. Qui cum ibi de causa Bennonis episcopi Mettensis a suis excoecati actum esse tradat, mentionem Benedicti episcopi cap. 1 ad hoc facinus referendam esse non ab re videtur. Einhardus autem episcopus Spirensis a. 913 excoecatus esse videtur, de quo egit Synodus Altheimensis c. 31, cuius casu conventus Duisburgensis fortasse praecedentis instar usus est. Rubricas iterum contulerunt Iaffé et Loersch. Numeri a Pertzio additi sunt.* *(P. 18 et 551.)*

**434.** r) ex c̄ ap̄ confl'. 3, *in quo solo c. 15. 16 continentur.* s) *c. 17 legitur in* 7—10. t) conciliis 7. u) Immunitas 9. v) solidis *in marg. suppl.* 8. w) componatur 9. 10, *qui omittunt* id *usque* capitibus. x) solvitur et 7. y) componendum est 8; hoc *supra lin. posuit* 8. z) totis 8. 10. a) servus — ignito *des.* 8. 10. b) *c. 18 legitur in* 5. 6. c) *deest* 5.

1. De episcopis Einhardo et Benedicto. 2. De monasteriis. 3. De decimis. 4. De Eginone. 5. De Gebeharto 6. De Thiotmaro. 7. De Asiche. 8. De Thiedriche. 9. De Hartmanno. 10. De Buosen. 11. De Luoue[a]. 12. De falsis testibus. 13. De clericis et ecclesiasticis rebus.

# 436. INDICULUS LORICATORUM OTTONI II. IN ITALIAM MITTENDORUM.

(981.)

*Pretiosissimum hocce monumentum Iaffé b. m. in codice Bambergensi B. III. 11 (olim A. nr. 73) membr. fol. saec. X, excerpta operum S. Augustini continente, fol. 1 detexit et in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, 471 a. 1869 publici iuris fecit. De eius indole et pretio sagacissime disseruerunt inter alios praesertim viri cl. M. Lehmann 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' IX, 437, Usinger 'Göttingische Gelehrte Anzeigen' 1870, p. 136, de Giesebrecht 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' ed. 4. I, 842, ed. 5. I, 848, Ficker 'Wiener Sitzungsberichte' LXXIII, 177, Matthaei in dissertatione inaugurali Gottingensi a. 1877, quae inscribitur 'Die Klosterpolitik Kaiser Heinrichs II.' p. 91, Waitz 'Deutsche Verfassungsgeschichte' VIII, 133. Indiculum nostrum instrumentum publicum proprie dictum nequaquam esse, primus vir ill. de Giesebrecht arguit; adnotationes cancellariae esse, recte vir doctissimus censuit, quorum subsidio epistolae edictales de hoste facienda singulis principibus scriberentur. De anno expeditionis, ad quam loricati isti mittendi essent, dubitari licet. Iaffé annum 980 statuit ea imprimis ratione ductus, quod Ildebaldus episcopus Wormatiensis et cancellarius, qui loricatos suos 'ducere' iussus est, diplomatibus testantibus, iam a. 980 una cum imperatore Ottone II. in Italiam profectus sit ibidemque steterit usque ad illius mortem. Sed iam constat, cancellarii recognitionem haud probare eius in curia praesentiam, ideoque hoc Iafféi argumentum fallax est. Pluris habendum esse videtur, quod Otto II. a. 980. Dec. 5 Papiae chartam dedit ob petitionem Ildebaldi[1]. At cancellarius iam prius petitionem ferre potuit; ergo neque hoc testimonio probatur, eum isto tempore in Italia fuisse. Charta illa data est ecclesiae Curiensi et Iaffé ad eam provocat, quia indiculo nostro testante, Curiensis episcopus iussus erat loricatos suos ducere. Sed necesse non est, episcopum ipsum hanc chartam manibus suis accepisse. Eodem modo res se habet, si aliud diploma imperatoris inspexeris, et ipsum a Iafféo allegatum, quo a. 981. Iul. 12 Sorae dato concambium quoddam inter abbatem Prumiensem et nobilem quendam virum confirmatur[2]. Quod diploma quidem non abbati sed nobili isto traditum esse, censuerim. Haud verisimile est, abbatem iam tunc in Italia fuisse. Nam cum abbas Wizenburgensis loricatos mittere iussus sit, edictum post diem Iun. 20 anni 981 emanasse oportet, ut iam alii animadverterunt. Hoc enim die obiit Adelbertus archiepiscopus Magdeburgensis idemque abbas Wizenburgensis, cuius successor sane fuit is qui nominatur abbas Wizenburgensis. Quo tempore Sandraldus Adelberto substitutus sit, nescimus[3]. Sed patet, tempus aliquod, fortasse duorum mensium, defluxisse, priusquam obitus Adelberti et electionis Sandraldi nuntius Italiam veniret. Edictum exercitus supplendi ergo autumno anni 981 datum esse, statueris.*

435. a) *ita* luoue *legerunt Pertz, Iaffé, Loersch.*

1) *DO II, nr. 237; Stumpf, Reg. 782.* 2) *DO II, nr. 252; Stumpf, Reg. 796.* 3) *Certe a. adhuc 981, testantibus Annalibus Weissenburg. SS. III, 65.*

*Monumentum nostrum iterum contuli ope adiutus collegae W. Meyer Spirensis. Cum scriptura multoties fere tota evanuerit, complura nonnisi Iafféo duce legi potuerunt; alia dubia, pauca aliter legenda esse duximus.* *(P. deest.)*

Herkenbaldus episcopus[1] C loricatos mittat[a]. Abbas de Morebach secum ducat XX. Episcopus Balzzo[2] mittat[a] XX. Ildebaldus episcopus[3] ducat[b] XL. Abbas de Uuizenburg mittat[a] L. Abbas de Lauresam ducat[b] L. Archiepiscopus Maguntinus mittat[a] C. Coloniensis archiepiscopus mittat[a] C. Vuirzeburgensis episcopus mittat[a] LX. Abbas Erolsfeldensis[c] XL mittat[a]. Heribertus comes[d] ducat[b] XXX[e], et fratris[f] filius aut[g] veniat cum XXX aut mittat[a] XL. Megingaus iuvante Burchard ducat[b] XXX. Cono filius Cononis ducat[b] XL. De ducatu Alsaciense mittantur LXX. Bezolinus[h] filius Arnusti duodecim ducat[b]. Azolinus[i] Rodulfi filius mittat[a] XXX. Oddo frater[k] Gebizonis XX mittat[a]. Hezel[l] comes[m] ducat[b] XXXX. Abbas Uultensis mittat[a] LX. Guntramus comes[m] ducat[b] XII. Vngerus[n] ducat[b] XX. Domnus Sicco imperatorius[o] frater[k,4] ducat[b] XX. Otto XL ducat[b].

† Carolus dux[5], custos patrię domi dimissus, Bosonem cum XX mittat[a]. Leodicensis episcopus LX mittat[a] cum Hermanno aut Immone[p]. Episcopus Camaracensis XII mittat[a]. Geldulfus cum adiutorio abbatum[6] (L. S.) XII ducat[b]. Deoderiens comes filium suum cum XII mittat[a]. Ansfredus comes[q] X mittat[a]. Gottefredus et Arnulfus marchiones XL mittant[a]. Filius Sicconis comitis[r] XXX secum ducat[b]. Abbas Brumiensis XL ducat[b]. Archiepiscopus Treuerensis LXX ducat[b]. Verdunensis episcopus LX ducat[b]. Tullensis XX mittat[a].

Adelbertus XXX ducat[b].

D(?) . . . . . . . . . . . . . . fi(?) . . . . . LX mittat[s].

† Archiepiscopus Salceburgensis LXX mittat[a]. Ratebonensis episcopus totidem mittat[a]. Abraham[7] XL mittat[a]. Reginaldus episcopus[8] L ducat[b]. Alboi[nu]s[t] episcopus[9] XX ducat[b]. Episcopus Augustae[u] civitatis[10] C[1] ducat[b]. Constanciensis episcopus XL mittat[a].. Curiensis episcopus XL ducat[b]. Augensis abbas LX[v] ducat[b]. Abbas Sancti Galli XL[w] ducat[b]. Abbas de Eloganga XL ducat[b]. Abbas de Kembeduno[x,11] XXX ducat[b].

---

# 437. CONCILIUM SELIGENSTADENSE.

## 1023. Aug. 12.

*Subsidia editionis nostrae sunt* 1) *cod. civitatis (olim monasterii) Sancti Audomari 194 membr. in folio maximo saec. XI*[12], *qui continet una eademque manu exarata: f. 1—127*

**436.** a) M *cod.* b) D̄ *cod.* c) erobsfeldensis *scriptum esse videtur cod.* d) com *cod.* e) XX *vel* LXX *posuit Iaffé; res dubia.* f) fr̄s *cod.* g) *supra lin. add. cod.* h) Bezelinus *legit Iaffé.* i) *sic Iaffé; littera* z *prorsus evanuit cod.* k) fr̄ *cod.* l) Hezol *corr. cod.* m) c *cod.* n) VNgerus *legimus;* Viegerus *Iaffé.* o) *sic cod. pro* imperatoris. p) Ammone *leg. Iaffé; littera fere tota evanuit.* q) c̄m *cod.* r) com̄ *cod.* s) *haec in margine interiore quatuor lineis scripta auctore Iafféo ponimus; iam nil nisi* X M *legi potuerunt.* t) *sic posuit Iaffé; litterae* oinus *nunc aeque evanuerunt.* u) aug̅ *cod.* v) XL *corr. cod.* w) XX *legit Iaffé.* x) kebeduno *cod.*

1) *Argentinensis.* 2) *Spirensis a. 970—987.* 3) *Wormatiensis a. 979—998.* 4) *Hic Ottonis I. imperatoris filius, ut videtur nothus, alias nusquam comparet. IAFFÉ.* 5) *Lotharingiae inferioris.* 6) *Litteras initiales* L. S. *abbates Indensem et Stabulensem indicare, recte coniecit Lehmann l. c. p. 440.* 7) *Episcopus Frisingensis.* 8) *Eistetensis.* 9) *Sabionensis.* 10) *Heinricus I. quem in Italia periisse scimus a. 982. Iul. 13. IA.* 11) *Cf. Ottonis II. diploma datum Veronae a. 983. Iun. 10. DOII, nr. 303. IA.* 12) *Cf. 'Archiv' VIII, 412.*

*Burchardi Wormatiensis Decretum; f. 127—127′* Sermo synodalis qui in singulis synodis parrochianis presbiteris enuntiandus sit. Fratres presbiteri et sacerdotes Domini, cooperatores nostri — seculorum amen[1]; *f. 127′—128′ concilium Seligenstadense; f. 128′ canones concilii Triburiensis a. 1036 et post duas lineas vacuas genealogiam Ottonis de Hammerstein et Irmengardis:* Capitula ex concilio Triburiensi *(haec in margine)* Bannitum — Imiza genuit Ottonem. Explicit sermo synodalis qui in singulis parrochianis presbiteris est enunciandus; *codicem excussit vir d. Sackur;* 2) *cod. Vaticanus Christin. 979 saec. XI—XII*[2], *eiusdem indolis ac codex 1; Decreto Burchardi succedunt canones conciliorum Seligenstadensis et Triburiensis*[3] *ac genealogia cum verbis* Explicit sermo synodalis — enunciandus, *qua ex re concludendum erit, et sermonem ipsum in codice post Decretum legi. Elucet igitur iam in archetypo codicum 1 et 2 confusionem quandam intercessisse. Codice usi sumus ad editionem viri cl. Bresslau, quae collatione abbatis Ucelli nititur;* 3) *cod. Phillipsii Cheltenhamensis 4557 membr. in folio saec. XI. ex., Gregorii Magni commentarium in Librum Iob continens, in cuius foliis penultimo verso et ultimo synodus manu saec. XII. in. exarata est; quem contulit vir cl. Liebermann; textus admodum cum 1 et 2 concordans paucas singulares lectiones praebet, caret tamen toto capite II;* 4) *textus quem praebet codex autographus Vitae Meinwerci saec. XII. med. in cap. 178, quo uti licuit in editione Pertziana (SS. XI, p. 146). Exordium concilii Vitae auctor in narrationem pro parte contexuit; dubium videtur, an nomina abbatum in exemplari suo invenerit. Caput V. casu, ut videtur, omisit. Lectiones non solum multoties a codicibus 1—3 abhorrent, sed textus ipse tribus locis (bis in cap. II. et in cap. XIX.) a textu codicum 1—3 discrepat, sensu tamen minime mutato;* 5) *textus editionis principis Decreti Burchardi a Bartoldo Questenburgh paratae* (Coloniae ex officina Melchioris Nouesiani MDXLVIII *in folio*), *ubi legitur post calcem libri XX. fol. 237′; qui textus fere totus cum 4 concordat, abundat tamen capite V. et rubris capitum; notandum certe, hunc textum in exordio nominibus abbatum et una sententia* (Inconveniens — esset) *carere;* 6) *textus editionis Centuriatorum Magdeburgensium in Centuria undecima (Basileae 1567) p. 447, qui tali modo cum textu 5 concordat, ut cum ab illo pendere forte dixeris, ni nomina abbatum et ista sententia adessent; fortasse iudicabis, Centuriatores textu 5 pro fundamento usos ex alio exemplari lacunas supplevisse*[4].

*Cum Breviarium Gestorum concilii servatum in codice bibliothecae regis Stuttgartiensis Iur. et polit. 114 (olim Weingartensis)*[5], *f. 62′ manu saec. XI. in. exaratum, quod in adnotatione posituri sumus*[6], *eundem textum capitis II. adhibuerit ac cod. 4—6, textum*

1) *Hic sermo editus est in editione principe Decreti Burchardi ante initium libri I.* 2) *V. quae adnotavit Bresslau 'Neues Archiv' III, 117, 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XXI, 401, 'Jahrbücher Heinrichs II.' III, 353.* 3) *Verba* Cap. ex conc. Triburiensi *hic quoque in margine leguntur.* 4) *Codices adnotari praeterea: bibliothecae episcopalis Dunelmensis B. IV. 17 ('Archiv' VII, 102) et bibl. Rotomagensis E. 7/58 saec. XI—XII ('Archiv' VIII, 369).* 5) *Qui Reginonis Librum synodalem continet, v. descriptionem nostram 'Zeitschrift für Kirchenrecht' XX, p. 455 et supra nr. 12.* 6) Statutum Mogontiensis concilii. Anno dominicae incarnationis MXXIII, anno Heinrici[a] imperatoris XXVIII.[b] ordinatum c. I. atque decretum est a XII[b] episcopis: ut plebs christiana XIIII dies ante festivitatem sancti Iohannis abstineret a carne et sanguine[c], nisi infirmitate cogente aut festivitate, quae in illo episcopio celebris haberetur. Similiter ante natale Domini, vigiliam epiphaniae ieiunetur, et vigilia omnium sanctorum, c. II. vigilia assumptionis sanctae Mariae, vigilia sancti Laurentii, admittendo unam horam refectionis. De incerto autem ieiunio IIII temporum hanc certitudinem statuimus: ut si Kal. Martii in IIII. feria sive ante evenerit[d], eâdem epdomada ieiunium celebretur. At si Kal. in V. aut VI. feria fuerit, in sequentem ebdomadam ieiunium differatur. Simili modo Kal. Iunii[e] si in IIII. feria aut ante evenerit, ieiunium in sequenti ebdomada celebretur. Et si in V. vel VI. vel sabbato fuerit, ieiunium in terciam ebdomadam servetur. Et hoc sciendum, si quando ieiunium mensis Iunii in vigilia pentecosten secundum predictam regulam evenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa sollemni ebdomada pentecosten[f], et

a) Henrici *corr. cod.* b) *sic cod.* c) saguine *cod.* d) occurrent *subpungendo corr. cod.* e) iunin. *cod.* f) pentecost *cod.*

*istum potius genuinum esse quam textum cod. 1 et 2, censeamus oportet. Hic autem, si coniecturae locus datur, fortasse a Burchardo Wormatiensi episcopo, qui Gesta synodi exemplari cuidam Decreti sui subiunxisse videtur, redactus seu decurtatus est. Si res ita se habet, valde dolendum est, codicem coaevum Bambergensem, quem vir b. m. Giesebrecht ('Gesch. der deutschen Kaiserzeit' ed. IV. II, 623) se inspexisse dixerat, in bibliotheca ista celeberrima ab eius praefecto viro d. Leitschuh reperiri non posse. Nam codex P. I. 8 (olim C. 47) saec. X—XI, quem nominat Giesebrecht, non Burchardi Decretum, sed potius Decretales Pseudoisidorianas[1] continet; in codice vero Decreti coaevo P. I. 5 (C. 44), quem ipse inspexi, Gesta synodi nequaquam inveniuntur.*

*Editiones fere omnes posteriores pendent ab editione principe (5) Decreti: cum editio Decreti altera in 8° a. 1550 Parisiis apud Ioannem Foucherium praelo data fol. 334; tum conciliorum collectiones: Surius III, 572; Binius III. 1084; regia Parisiensis XXV, 287; Labbeus et Cossartius IX, 844; et ipse Mansi XIX, 394, qui tamen Hartzhemium secutus canonibus concilii nostri canones concilii Triburiensis adiecit. E codice 2 hos et illos dedit Hartzheim 'Concilia Germaniae' (Coloniae 1760) III, 55, omisso tamen capite XII. concilii Seligenstadensis. Nuper a. 1875 novam editionem paravit vir cl. Bresslau ('Jahrbücher Heinrichs II.' III, 349), imprimis adiutus codice 2 et editionibus.*

*In diffiniendo tempore concilii prorsus viro cl. Bresslau contra Giesebrechtium, qui a. 1022 illud celebratum esse indicavit, adstipulor.*

*Gestis synodi adiungi liceat genealogiam Ottonis de Hammerstein et Irmingardis e codicibus 1 et 2, quam in concilio propositam esse censemus. E codice 1 eam dedit iam olim Bethmann b. m. 'Archiv' VIII, 412, e codice 2 vir cl. Bresslau 'Forschungen' XXI, 401, qui eam acute et docte illustravit.* *(P. deest.)*

In[a] Dei nomine ego Aribo Mogontinae[b] sedis archiepiscopus[c] quamvis indignus cum ceteris fratribus[d] nostris atque[e] coepiscopis Burchardo[f] Vuormaciense[g] episcopo[h], Vuerinhario[i] Argentino[k], Brunone Augustense, Eberhardo[l] Babenbergense[m], Meginhardo Vuirzeburgense[n], necnon[o] venerandis abbatibus Richario Fultense[p], Ernoldo[q] Herolvesfeldense[r], Reginboldo[s] Laurisamense[t], Herichone[u] Treverensi, Euerguino[v] Toleiano[w], Heinricho[x] de Sancto Burchardo[y], Sigizone[z] de Selutere[a], Gerberto de Sancto Albano, Adalberto[b] Clingensi[c], Ruodolfo[d] Blidenstatensi[e] synodum in Salegun-

437. a) *in* 1. 2 *praecedit rubrica* Concilium; *totum exordium* In — sancita sunt *deest* 4; *lectiones quas ex* 4 *adnotavimus, ex narratione Vitae Meinwerci c.* 178 *in. desumptae sunt.* b) Mogoncie 1; Maguntinae 3; Magontinae 1; Moguntinae 5. 6. c) episcopus 3. d) confratribus 5. 6. e) et 5. 6. f) Burghardo 4. g) Wormatiensi 2. 5. 6; Wormaziense 3. h) *deest* 2—6. i) Wernario 3; Werinhardo 4; Werenhario 5. 6. k) Argentinense 3. l) Eberardo 3; Everhardo 4. m) Bavenbergense 4; Papiense 3. n) Wircenburgensi 5. 6; Wirciburgense 4, *ubi abbatum non fit mentio.* o) cum 6; necnon — Blidenstatensi *des.* 5. p) Richardo Vultense 3; Richardo Fuldensi 6. q) Arnoldo 3. 6. r) *emendavi:* Herdueffeldense 1; Herduesfeldense 2; Herveldense 3; Hersueldensi 6. s) Reinboldo 3; Reginhardo 6. t) Laurisamensi 1; Laureshamensi 6. u) Hericone 2. v) Euernino 6; Euerg. Tol. *des.* 3. w) *sic* 6; Toletano 1. 2. x) Heinrico 2. 6. y) Purchardo 3; Burgundo 6. z) Sigezone 3; Sigizzone 6. a) *emendavi:* Solutere 1. 2; Solotre *corr. ex* Soloten 3; Schlutere 6. b) Adelberto 3. 6. c) elingensi 1; eligensi 3. d) Rodulfo 2; Růdolfo 3. e) Blidenstaensi 5; Bildenostatensi 6.

tunc propter sollemnitatem sancti Spiritus diacones dalmaticis induantur et 'flectamus[g] genua' non dicatur. Item si Kal. Septembris in IIII. feria aut ante evenerit, in tercia epdomada ieiunetur, et si V. vel VI. aut sabbato contigerit, in IIII. ebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud semper observandum est, ut proximo sabbato ante vigiliam natalis Domini ieiunetur, quia si vigilia natalis Domini in sabbato evenerit, simul cum ieiunio vigilia celebrari non poterit. 1) *V. editionem Hinschii p. XIV.*

g) flecī *cod.*

stat[f] conduximus[g], anno dominicae incarnationis MXXII, indictione V, II.[h] Idus Augusti, anno autem domni[i] Heinrici secundi regnantis XXII[k], imperantis[l] vero VIII[m], quatinus cum communi predictorum confratrum[n] consilio atque consensu[o] multimoda[p] divinorum officiorum atque synodalium legum componeretur dissensio et disparilitas nostrarum singularium[q] consuetudinum honesta consensione[r] redigeretur[s] in unum. Inconveniens[t] quidem sancto illi conventui[u] visum est, quod membra capiti discordarent et illa[v] diversitas in unius compagine corporis esset. Ideoque propter devitandas[w] dissensiones communi decreto concilii haec capitula sancita sunt.

I.[x] De abstinentia corporis et sanguinis in subscriptis[y] temporibus. Ut XIIII dies omnes Christiani ante festum[z] sancti[a] Iohannis baptistae in abstinentia sint carnis et sanguinis[b], nisi infirmitate impediente aut aliqua[c] sollempnitate, quae in illo episcopio celebris habetur, intercidente[d], et ante natale[e] Domini similiter, in[f] vigilia ępiphanie, in vigilia omnium[g] sanctorum[h] apostolorum, in[f] vigilia assumptionis sanctae Mariae, in[f] vigilia sancti Laurentii, in[i] vigilia omnium sanctorum, adicientes predictis vigiliis unam horam refectionis, excepta infirmitate et nisi aliquis sit, qui[k] proprio voto maiori abstinentia uti velit.

II.[l] De custodiendo ieiunio quatuor temporum. De incerto[m] ieiunio quatuor temporum hanc certitudinem[n] statuimus, ut, si Kalendae Martii[o] in quarta feria[p] sive antea evenerint[q], eadem ebdomada ieiunium[r] celebretur. Sin[s] autem Kalendae Martii[o] in[t] quintam feriam aut sextam aut sabbatum distenduntur[u], in sequentem ebdomadam ieiunium differatur.

| 1. 2. | 4—6. |
|---|---|
| Similiter de reliquis quattuor temporibus statuimus. | Simili quoque modo, si Kal. Iunii in IIII. feriam aut antea evenerint[v], in sequente[w] ebdomada ieiunium celebretur. Et si in V. feria[x] aut VI. aut sabbatum contigerit, ieiunium in terciam[y] ebdomadam reservetur. |

Et hoc sciendum[z], quod si quando ieiunium mensis Iunii in vigilia pentecosten[a] secundum predictam regulam evenerit, propter[b] celebrationem baptisterii ibi non celebretur[c], sed in ipsa ebdomada sollempni pentecosten[d], et tunc propter sollempnitatem Spiritus sancti[e] diacones[f] dalmaticis induantur et alleluia cantetur et 'flectamus genua' non dicatur. [Eodem modo de Septembris[g] ieiunio constitutum est, ut si Kal. Septembris in IIII. feria evenerint[h] aut antea, ieiunium in III. ebdomada celebretur; et si in V. aut VI. aut sabbatum[i] contigerit, in IIII. ebdomada ieiunandum[k] erit.][l] In Decembrio[m] illud quoque[n] observari oportet[o], ut proximo sabbato ante vigiliam natalis[p]

**437.** f) Selegunstat 2; in S. *des.* 3, *ubi eadem manu in marg.* Salingunstat; Saligunstat 6. g) condiximus 2. 3. 5. 6. h) III. 4; secundo 6. i) *deest* 3. k) XXI. 5; vigesimo primo 6. l) imperii 5. 6. m) VI. 2. 5; sexto 6; VII. 3. n) fratrum 2; confr. pred. 5; fratr. pred. 6. o) consultu 5. 6. p) multimodo 1. q) singularum 1. r) consensio 1. 3. s) redigeret 3. t) Inconveniens — esset *des.* 5. u) illi conventui sancto 6. v) ulla 6. w) lamentabiles 4; illas lamentabiles 5. 6. x) *praecedit in* 2 *rubrum* Capitula; *numeri capitum des.* 1. 3; *rubra capitum des.* 4. 6. y) suprascriptis 2. z) festivitatem 4—6. a) *deest* 2. 3. b) saginiinis 4. c) alicuius festi 4—6. d) intercedente 2. 4—6. e) nati. 5; nativitatem 6. f) et in 4—6. g) et in omnium vigiliis 4—6. h) *deest* 3—6. i) nec non etiam in 4—6. k) in *add.* 1. l) *totum cap. II. deest* 3. m) autem *add.* 4—6. n) consuetudinem 4. o) kl. mart. 1. p) quartam feriam 1. q) evenerit 1. r) ebd. iei. *des.* 4. s) Si 2. 5. 6. t) *bis* 1. u) dividuntur 4. v) evenerit 4. w) subsequente 5. 6. x) feriam 5. 6. y) et quartam *add.* 4. z) est *add.* 4—6. a) pentecostes 4—6. b) pr. cel. bapt. *des.* 4—6. c) non ibi celebrandum erit 4—6. d) pentecostes 5. 6. e) sancti spir. 1. f) diaconi 4. 6. g) Septembri 4. h) evenerit 4—6. i) sabbato 5. 6. k) *deest* 4. l) *uncis inclusa add.* 4—6. m) Decemb. 5; Decembri 6; Decembre vero 4. n) *deest* 4—6. o) observandum erit 4—6. p) nativitatis 4.

Domini celebretur ieiunium, quia cum[q] vigilia in sabbato[r] evenerit[s], simul vigiliam[t] et ieiunium celebrari[u] non convenit.

III. Quibus temporibus legitima conubia prohibenda sint[v]. De legitimis[w] coniugiis ita visum est, quod nullus christianus uxorem ducere debeat ab adventu Domini usque in octavas[x] epiphaniae et a septuagesima usque in octavas[y] paschae nec in supranotatis quatuordecim diebus ante festivitatem[z] sancti Iohannis baptistae[a] neque in supradictis[b] ieiuniorum diebus[a] sive in omnium sollempnium dierum precedentibus noctibus.

IV. Ut presbiter, qui post galli cantum bibat, nisi summa[c] necessitas cogat, sequenti die missam non cantet[d]. Decretum est etiam in eodem concilio, ut presbiter aliquis[e] post galli cantum[f] bibens estivis noctibus[g] proximo[h] die missam non celebret, hiemalibus[i] similiter, nisi summa[k] necessitas cogat[l].

V.[m] Ut presbiter non amplius[n] quam tres missas in die cantet[o]. Item decretum est, ut unusquisque presbiter in die non amplius quam tres missas celebrare presumat[p].

VI.[q] Ut nemo corporale[r] ad extinguendum incendium in ignem proiciat. Conquestum est in[s] sancto concilio de quibusdam stultissimis presbiteris, ut quando incendium videant, corporale dominico corpore consecratum ad incendium extinguendum[t] temeraria presumptione in ignem proiciant. Ideoque sancitum[u] est sub anathematis[v] interdictione, ne ulterius fiat.

VII. Si[w] duo inculpati fuerint in adulterio et[x] unus profitetur et alter negat[y], quid[z] inde faciendum sit. Interrogatum est[a], si duo in adulterio inculpati fuerint[b] et unus profiteretur[c] et alter negaret[d], quid inde agendum esset[e]. Decretum est[f] a sancto concilio, ut ille qui negaverit probabili se iudicio[g] expurget, et qui professus fuerit digne poenitentiam agat.

VIII. Ut nemo gladium in ecclesiam[h] portet. Decretum est a[i] sancto[k] concilio, ut nemo gladium in aecclesiam[h] portet, regali tantum excepto.

IX. Ut[l] mala colloquia in aecclesia nec[m] in atrio aecclesie fiant. Statuit[n] sancta synodus, ut mala consuetudo, quae apud omnes iam pene[o] inolevit[p], omnino prohibeatur, hoc est, quod colloquia sua in atriis aecclesiarum[q] constituunt[r] habenda et tunc[s] ea maxime in ipsa[t] exercent aecclesia, ubi orationes et divina tantum[u] fieri debent[v] officia.

X. De euangelio 'in principio erat verbum' et missis peculiaribus, ne fiant nisi in suo tempore[w]. Quidam[x] laicorum et maxime matronae habent in consuetudine, ut per singulos dies audiant euangelium 'in principio erat verbum' et missas peculiares, hoc est de sancta Trinitate aut de sancto Michahele. Et ideo

**437.** q) si 4—6. r) sabbatum 4. s) evenit 1. t) vigilia 1. 5; ieiun. et vigiliam 4. u) celebrare 4—6. v) sunt 3. w) autem *add.* 4—6. x) octab 1; octabas 2; octavam 6. y) oct. 1; octavam 6. z) festum 3. a) *deest* 3. b) predictis 3—6. c) *deest* 5. d) missam celebrare non audeat 3. 5. e) qui *add.* 5. 6. f) post galli cantum *des.* 1. 3. g) est. noct. bibens 5. 6. h) proxima 3. i) hyemantibus 5. k) *deest* 5. 6. l) nisi cogat necessitas 4. m) *totum cap. V. deest* 4. n) amblius 1. o) celebret 3. 5. p) audeat 2. q) V. 1, *ubi abhinc semper numeri capitum similiter variati sunt.* r) ad ext. inc. corporale 2. s) etiam in eodem 1; etiam in 5. 6. t) ext. inc. 4—6. u) decretum 4—6. v) s *alia manu add.* 1. w) De hoc si 3. 5. x) *deest* 3. y) negatur 1, *ubi verba* quid — sit in *marg. alia manu;* unus negat alter profitetur 5. z) quod 3. a) ibidem *add.* 4. b) fierent 5. 6. c) profitetur 2. 3. d) negaretur 1; negat 2. 3. e) sit 3. f) autem *add.* 4; etiam *add.* 5. 6. g) ind. se 4—6. h) ecclesia 1. i) in 4; etiam in 5. 6. k) eodem 3—6. l) Ne 5. m) aut 5. n) etiam *add.* 4—6. o) pene iam 2. 4—6. p) implevit *alia manu corr.* 1. q) atrio alicuius ecclesie 4—6. r) constituerunt 1; constituerent 2. s) tamen 3. t) in ipsa maxime 4—6. u) *deest* 3. v) equum est 4—6. w) nisi in suis temporibus 3; non suis temporibus 5. x) etiam *add.* 4—6.

sancitum est in eodem concilio, ut hoc ulterius non fiat, nisi suo tempore et nisi aliquis fidelium audire pro reverentia sanctae Trinitatis voluerit[y], non pro aliqua divinatione. Et si voluerit[z], ut sibi missae cantentur, de eodem die audiat[a] missas vel pro salute vivorum aut[b] pro defunctis.

XI. De computatione consanguinitatis. Quidam[c] generationem consanguinitatis ita volunt numerare, ut frater et soror sint primi. Statuit[d] autem sancta synodus, sicut etiam ab antiquis patribus decretum est, ut ita non sit[e], sed ut nepos et neptis vel[f] filius fratris ac filia sororis primi habeantur.

XII. Ut[g] edificia laicorum in atrio[h] non ponantur. Statutum est[i], ut aedificia laicorum, quae aecclesiis iuncta[k] sunt, auferantur et nulla in atrio ecclesie[l] ponantur, nisi tantum presbiterorum.

XIII. Ut nullus laicus presbitero aecclesiam suam[m] commendet nisi licentia[n] episcopi. Item decretum est, ut nullus laicorum alieni presbitero aecclesiam suam commendet[o] preter consensum[p] episcopi, sed cum prius mittat suo episcopo vel eius vicario, ut probetur, si scientia, aetate et moribus talis sit, quod[q] sibi populus Dei digne commendari possit[r].

XIV. Si duo de adulterio accusati fuerint, quid inde faciendum sit. Statuit quoque sancta synodus, si duo de adulterio accusati fuerint et ambo negaverint, ambo[s] se expurgent, et si[t] orant sibi concedi, ut alter[u] illorum utrosque divino purget iudicio, si unus[v] deciderit[w], ambo rei habeantur.

XV. Ut bannitum ieiunium ab omnibus diligentissime observetur. Decretum est[x], ut[y] bannitum ieiunium, in quocumque episcopio celebratur, diligentissime observetur[z], ita ut, si quis illarum octo interdictarum rerum unam[a] redimere voluerit, unum pauperem, prout sua facultas erit, eadem die reficiat.

XVI. De illis qui Romam ituri sunt. Decrevit[b] sancta synodus, ut nullus Romam eat, nisi cum licentia episcopi sui[c] vel eius vicarii.

XVII. Ut carina non dividatur[d] pęnitenti. Illud[e] sub anathemate decretum[f] est, ut nullus presbiterorum cuiquam pęnitenti carinam dividere praesumat, nisi[g] infirmitas intercidat.

XVIII. De illis qui penitentiam a suis[h] sacerdotibus accipere nolunt. Quia multi tanta mentis suae falluntur[i] astutia[k], ut in aliquo capitali crimine inculpati pęnitentiam a suis sacerdotibus[l] accipere[m] nolunt[n], in hoc maxime confisi, ut Romam petentibus[o] apostolicus omnia[p] dimittat peccata, sancto concilio visum est[q], ut talis indulgentia illis non prosit, sed prius iuxta modum delicti pęnitentiam[r] a suis sacerdotibus iniunctam[s] adimpleant, et tunc Romam ire si velint, ab episcopo proprio licentiam et epistolam[t] ad apostolicum ex hisdem rebus deferendam[u] accipiant.

XIX. Ut omnis pęnitens, dum carinam facit[v], de loco ad locum non migret. Decretum est[w] in eodem consilio, ut omnis pęnitens, dum carinam[x] ieiunat[y], de loco ad[z] locum non migret.

437. y) fidelium pro rev. s. Tr. velit audire 4; fid. aud. velit pro rev. s. Tr. 5. 6. z) voluerint 2—6. a) audiant 2. 4—6. b) vel 2. c) etiam *add.* 2. 4—6. d) Hoc autem statuit 4—6. e) esset 4—6. f) id est 4—6. g) *deest* 5. h) ecclesiae *add.* 5. i) etiam *add.* 4—6. k) coniuncta 3; adiuncta 4—6. l) *deest* 1. 3. m) *deest* 3. n) per licentiam 3. o) suam com. eccl. 2. 4—6. p) concessum 3. q) ut 2—6. r) Dei commendetur 4—6. s) ambo se expurgent *des.* 2—6. t) *deest* 4—6. u) alterum 3—6. v) unus in hoc 4; unum in hoc 5. 6. w) ut *add.* 4—6. x) etiam *add.* 4—6. y) omnes *add.* 4—6. z) obs. et si quis 2; observent et si quis 4—6. a) aliquam 4—6; *deest* 1. 3. b) quoque *add.* 4—6. c) sui ep. 4—6. d) divitatur 1. e) Et illud 4—6. f) preceptum 4—6. g) si infirmitas non intervenerit 4—6. h) *deest* 5. i) fall. mentis sue 4. k) asstutia 1; stultitia 4—6. l) sac. suis 2. 4—6. m) suscipere 4. n) nolint 2. 3. 6. o) euntibus 4—6. p) sibi *add.* 4—6. q) vis. est. concilio 4—6. r) sibi datam *add.* 4—6. s) *deest* 4—6. t) litteras 4—6. u) referendam 1. 2; defereudas 4—6. v) suam ieiunat 5. w) etiam *add.* 4—6. x) suam *add.* 4—6. y) ieiunet 1. z) in 5. 6.

| 1—3. | 4—6. |
| --- | --- |
| sed ibi perficiat, ubi incepit, quatinus sacerdos suus sit sibi[b] testis. | set[a] permaneat ubi suam acceperit penitentiam, ut proprius sacerdos sibi praebeat testimonium. |

Si autem ibi propter hostiles insidias ieiunare non possit[c], suus sacerdos illum[d] confratrum suorum alicui[e], ubi pacifice ieiunare possit[f], diligentissime commendet.

XX. Ut nullus presbiter[g] penitentem in ecclesiam introducat. In eodem quoque concilio decretum est, ut nullus presbiterorum quemquam nisi iussu episcopi aecclesiam[h] introducere presumat, cui pro aliquo delicto illam[i] ingredi non liceat[k].

---

*Genealogia Ottonis et Irmingardis.*

Gebehard et Udo nepotes, filii duorum fratrum. Gebehard genuit Cunonem. Udo genuit Ottonem[1]. Cuno genuit Cunonem. Heribertus genuit Ottonem. Item ex alia parte: Godefridus et Gerbirhc nepos et neptis. Godefridus[l] genuit Irmingardam. Gerbirhc genuit Imizam. Imiza genuit Ottonem.

# 438. LEX FAMILIAE WORMATIENSIS ECCLESIAE.

(1023. Dec. — 1025. Aug.)

*Celeberrimum Burchardi episcopi monumentum recognovimus ope codicum qui sunt:* 1) *codex tabularii Darmstadiensis saec. XVII. in. dictus 'Vidimationsbuch' (episcopatus Wormatiensis) fol. 46; in calce legitur:* Concordat cum suo vero illaeso originali cuius impressum sigillum integrum Ioann Valentin Ambroster lector subscr. *Lector iste, si revera authenticum*[2] *prae oculis habuit, multa sine intellectu transscripsit aut legi non potuit; alia manus aliqua in textu supplevit; nihilominus textus ceteris multoties praeferendus seu levi medela sanandus est; hunc et codicem 3 contulit vir cl. Wyss Darmstadiensis;* 2) *diplomatarium Wormatiense saec. XII. med., conscriptum ab Heremanno magistro scholarium Wormatiensis ecclesiae, quod iam asservatur in bibliotheca regia Hannoverana, cod. XVIII. 1020, fol. 25'; textus mendis non caret; Prologum, quem ex hoc codice Legi praemisit editor novissimus vir cl. Boos, minime ad Legem pertinet, sed potius ab Heremanno confectus est; ipse contuli;* 3) *chartularium Wormatiense saec. XV. in. tabularii Darmstadiensis fol. 10; textus plerumque concordat cum cod. 1, at minoris pretii est;* 4) *textus qui legitur in editione principe Decreti Burchardi episcopi perrara, quam instauravit Bartoldus Questenburgh* (Coloniae ex officina Melchioris Nouesiani MDXLVIII),

**437.** a) ibi *add.* 5. 6. b) sibi sit 2. c) poterit 4—6. d) eum 4—6. e) alicubi 6. f) possit ie. 3—6. g) quemquam *add.* 3. 5. h) *sic* 1—5; in ecclesiam 6. i) *deest* 4. k) *desinunt* 4—6; *in* 1—3 *sequuntur:* Altare qui emat vel vendat anathema sit. l) Godefidus 1.

1) Heribertum *potius legendum esse, vir cl. Bresslau docuit.* 2) *In involucro codicis* Vindo*bonensis 443 (Hist. eccl. 81), olim monasterii Frankenthal, saec. XI—XII. Pertz fragmentum membranae reperit, in qua Lex nostra litteris, quae saec. XI. diplomatibus propriae sunt, exarata erat; v. 'Archiv' III, 629. X, 456. Vir cl. Sickel, qui a. 1887 nobis petentibus hoc investigabat, comperuit, hanc laciniam ab involucro codicis solutam iam non reperiri posse.*

*fol. β 3 verso; praecedit Legem Prologus iste Heremanni et immediate diploma Chuonradi II. regis a. 1026 (Stumpf, Reg. 1903); textus plerumque consentit cum codice 3. Praeterea adhibendus erat textus S, quem dedit Schannat 'Historia episcopatus Wormatiensis' II, 43* ex arch. eccl. cath. Wormat., *qui quamvis multoties variatus sit, aliquoties tamen talia praebet quae notanda erant. Orthographiam codicis 2 retinuimus. Reliquas editiones non curavimus: Lünig 'Reichsarchiv' XX, 1013 ab editione principe seu ab exemplari, quod illa adhibuit, pendere videtur; Walter 'Corpus iuris Germanici' III, 775 et Grimm 'Weisthümer' I, 804 editionem Schannati repetiverunt; Gengler 'Das Hofrecht des Bischofs Burchard von Worms' (Erlangen 1859), qui Legem uberrimo commentario illustravit, potissimum editionem Lünigii et collationem codicis 2, quam Böhmer 'Archiv für hessische Geschichte und Alterthumskunde' II, p. 148 dederat, secutus est; denique vir d. Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, p. 39 nr. 48 editionem paravit e codicibus 1—3, scripturis tamen non ea qua par erat diligentia adnotatis.*

*Cum Burchardus in capite 30 sententias complures praecepti Heinrici II. imperatoris a. 1023. Dec. 2 (supra nr. 35 c. 5. 6) usurpasse videatur, Legem abhinc inter hunc diem et diem mortis episcopi a. 1025. Aug. 20 emanavisse censuerimus. (P. deest.)*

In[a] nomine sanctae et individue Trinitatis. Ego Burchardus[b] Wormatiensis ecclesie episcopus propter assiduas lamentationes miserorum et crebras insidias multorum, qui more canino[c] familiam sancti Petri dilacerabant, diversas leges eis imponentes et infirmiores quosque suis iudiciis opprimentes, cum consilio cleri et militum et totius familie has iussi scribere leges, ne aliquis advocatus seu[d] vicedominus aut ministerialis sive inter eos alia aliqua[e] loquax persona supradicte familie novi aliquid subinferre posset, sed[f] una eademque[g] lex diviti [et][h] pauperi ante oculos prenotata omnibus esset communis.

1. Si quis ex familia sancti Petri ad sociam suam legitime venerit, quicquid in dotem dederit et hoc ipsa annum et diem non proclamatum possidet, si vir prior moritur, uxor eius totam habeat[i] dotem usque ad finem vite sue; si autem ipsa moritur sine filiis, proximi heredes mariti sui dotem recipiant[k]. Similiter fiat, si uxor prior moriatur. Et quicquid simul acquisierant, si quis eorum alterum supervixerit, totum habeat in sua potestate et quicquid inde[l] facere velit faciat. Quod[m] autem mulier secum ad maritum adtulerat, ambobus mortuis, si filios habuerint, ipsi matris hereditatem possideant; si autem filios non habuerint[n], nisi[o] ipsa traditione prepediat[p], post vitam eius totum ad proximos mulieris redeat. Et si filios simul genuerint[q] et mater prior[r] obierit, si quid hereditatis ex matre filiis devenerat et ipsi obierint, hereditas ad proximos matris redeat.

2. Lex erit familiae: si quis predium vel mancipia in hereditatem acceperit[s] et in paupertatem inciderit et ex hac necessitate hereditatem vendere voluerit, prius proximis heredibus suis cum testimonio proponat ad emendum. Si autem emere noluerint, vendat socio suo[t] cui voluerit. Si autem aliquis mansus in manum episcopi iudicio iudicum[u] pervenerit[v], et si heredum aliquis supersessum ius emendare voluerit, detur sibi potestas, ut tali conditione hereditatem accipiat. Si autem nullus heredum satisfacere voluerit, illius loci minister cuicumque ex familia mansum illum dederit,

438. a) *rubrum in* 1. 4: Lex familiae data a Burghardo (Burch. 4) episcopo Wormatiensi; *in* 2: Lex familiae Wormatiensis ecclesie; *in* 3: Lex familiae data a Burkardo episcopo Wormatiae; *in S:* Burchardi episcopi leges et statuta familiae S. Petri praescripta. b) Burgehardus 1. 3. c) canonico 1. d) aut 1. e) aliq̄ua alia 3. 4. f) *deest* 2—4. g) *sequitur in* 2 persona *statim deletum.* h) *deest* 1—4. i) hab. totam 2. k) recipient 1. l) idem 3. m) Quot 3. n) habuerunt 4. o) in 1. p) impediat 4. q) genuerunt 4. r) primo 3. 4. s) receperit 3. 4. t) socio suo *des S*; vendat . . . . suo 1. u) indicium 1; iudicium 3. v) provenerit 2. 4; provenerint 3.

hic postea firmus heres[w] erit[x]. Si autem aliquis venerit post duos annos aut post tres aut plus[y] et dicit[z]: 'ego sum heres, pauper eram, orphanus eram, non[a] habui qui me pasceret, ideo extra patriam ivi et ibi usque modo me meo labore conduxi', et vult cum solo testimonio illum, qui iussione episcopi heres effectus est et quia suum mansum bene excultum et fimatum[b] habet[c], expellere, constituimus, quia prius nullus heredum erat qui supersessum ius emendare voluisset, ille firmus heres sit, qui a ministeriali[d] heres effectus est. Si heres erat, cur aufugerat, cur domi non sederat[e], ut hereditatem suam custodiret? Volumus, ut nulla vox eius de hoc amplius audiatur, nisi iusta atque rationabilis causa ibi intelligatur. Si autem aliquis, qui[f] hereditalem[g] mansum habet[h], moritur et parvulum heredem reliquerit, et ille heres non potest debitum servitium persolvere, si est[i] aliquis proximior qui velit debitum servitium de predicto manso facere, quousque heres ille ad suos dies pervenerit, ne propter teneritatem heredis exheredetur heres, concedimus et constituimus; ut misericorditer de eo agatur[k], rogamus.

3. Si quis in dominicata nostra[l] hereditatem habens moritur, heres sine oblatione hereditatem accipiat et postea debitam servitutem inde provideat.

4. Si quis ex familia moritur, quicquid indotatum reliquerit, nisi[m] traditione prepediatur[n], proximi heredes possideant.

5. Si quis cum manu coniugis[o] sue cum testimonio bono aliquam traditionem[p] sive in dote sive in aliis quibuslibet rebus fecerit, hoc firmum erit[q], nisi alia res prepediat[r].

6. Si quis predium vel hereditatem suam infra familiam vendiderit et[s] aliquis heredum suorum presens fuerit et nichil contradixerit, vel si absens aliquis heredum est, postea resciverit et si infra spatium illius anni hoc reticuerit[t], postea iure carebit.

7. Lex erit familie: si quis ex aliquo commisso in manus episcopi cum iuditio sotiorum suorum pervenerit[u], ipse cum omnibus suis possessionibus eo diiudicetur.

8. Si quis cum aliis, quos secum adduxerit[v], alicui ex societate sua aliquid[w] iniusticie fecerit, ius erit[x] familie, ut se tantum et suos viros una satisfactione reconciliet et unusquisque aliorum semetipsum propria satisfactione reconciliet.

9. Ius erit familiae: ut de weregeldo fisgilini[y] hominis quinque libre ad cameram[z] reddantur et due libre et dimidia amicis eius contingant[a].

10. Ius erit: si ex familia vir aliquis et uxor eius obierint et filium cum filia reliquerint, filius hereditatem servilis terre accipiat[b], filia autem vestimenta[c] matris et operatam pecuniam accipiat; reliqua[d] que remanserint in omnibus equaliter inter[e] se partiantur.

11. Hec etiam lex erit familie: si quis predium vel mancipia in hereditatem acceperit et in lectum egritudinis ita inciderit, ut equitare aut per se ambulare non possit, predium suum vel mancipia heredibus suis alienare non possit[f], nisi pro anima sua aliquid inde dare[g] libuerit; alium suum questum det cuicumque libeat[h].

12. Ut in omnibus locis, ubicumque fieri possit[f], declinentur periuria, qualiscumque sit ex familia qui cum sotio suo sive in agro sive in vineis sive in illis levioribus

438. w) heres firmus 1. x) fuerit 1. 3. 4; sit *S.* y) *corr. alia manu in* plures 1. z) dicat *S*; dic̃ 1. a) nec 3. 4. b) formatum 1. c) habet̃ 4. d) ministrali 1. e) cederat 3. f) *deest* 4. g) heredivalem 1—3. h) habeus 4. i) pers. sicut 1; pers. et sit *S.* k) agatur de eo 4. l) nostram 1; dominicato nostram *S.* m) in 1. n) impediatur 4. o) coniuge *corr.* 2; coniuge 3. p) al. trad. *ab alia manu suppleta* 1. q) erit — res *ab alia manu suppleta* 1. r) impediat 4. s) vend. et *ab alia manu suppleta* 1. t) retinuerit 1. u) provenerit 2. 3. v) adduxit *S.* w) aliquid *bis scriptum* 2. x) viserit 1. y) fisgelmi 1. z) dimidiam 1. a) contingat 1. *S.* b) recipiat 3. 4. c) festimenta 1. d) et reliqua 1. e) in 1. f) poterit *S.* g) clare 1. h) lib. cuic. 1.

rebus aliquid iniuste fecerit, et se ad magistrum[i] loci proclamaverit, volumus, ut illius loci minister cum subiectis concivibus suis sine[k] iuramento hoc determinet.

13. Et hoc est constitutum, ut si quis fisgilinus[l] homo[m] ex familia rem aliquam magnam vel parvam ad iniusticiam patraverit, ad bannum episcopi quinque solidos ut dagewardus vadietur[n] et quinque solidos componat ei[o] cui iniquitas facta est, si de eadem societate est. Et si extra suam sotietatem est, una uncia vadietur[n], et niehil iuret.

14. Et[p] si quis nupserit ex dominicata[q] episcopi in[r] beneficium alicuius suorum, iuris sui respondeat ad dominicatam[s] episcopi; si[t] autem ex beneficio in dominicatam[s] episcopi nupserit, iuris sui[u] respondeat domino beneficii.

15. Si quis ex familia alienam uxorem acceperit, iustum est, ut quando obierit[v], due partes bonorum suorum assumantur ad manum episcopi.

16. Ius erit: si fisgilinus[w] homo dagewardam acceperit[x], ut filii qui inde nascantur[y] secundum peiorem manum vivant[z]; similiter, si dagowardus fisgilinam mulierem acceperit[x].

17. Ius erit familie: si quis in placito[a] iniustum clamorem fecerit aut iratus de sua sede recesserit vel in tempore ad placitum non venerit, et in hoc a consedentibus superatus non fuerit, niehil iuret, sed in testimonio[b] scabinorum sit.

18. Lex erit familie: ut unusquisque cum sotio suo iuret cum una manu; si propter faidam[c] erit, cum VII, et episcopo similiter.

19. Habuerunt et hoc in consuetudine: si quis alteri pecuniam suam prestiterat, redderet[d] quantum voluisset, et quod noluisset[e], cum iuramento negaret. Sed ut declinentur periuria, constituimus, si ille qui pecuniam suam prestiterat iuramentum eius pati noluerit[e], ipse contra eum duello pugnaturus[f] negatam pecuniam acquirat, si voluerit. Si autem tam digna persona est, que[g] pugnare cum eo pro tanta re dedignetur, vicarium suum ponat.

20. Si quis in civitate Wormatia duello convictus ceciderit, sexaginta solidos[h] vadietur[i], extra civitatem vero infra familiam si in duello occubuerit, illi quem impugnaverit pro pugna iniuste illata[k] suam iustitiam tripliciter componat, bannum episcopo persolvat, advocato XX solidos tribuat[l], aut cutem et capillos amittat[m].

21. Si quis ex familia sancti Petri predium vel mancipia a libero homine[n] comparaverit vel aliquo modo acquisiverit[o], extra familiam neque cum advocato neque sine advocato, nisi commutet[p], dare non liceat.

22. Si quis fiscali viro iustitiam suam infringere voluerit, id est ad dagowardum vel ad censum iniustum, fiscalis vir cum septem[q] proximis suis non mercede conductis iusticiam sibi innatam[r] obtineat, et si[s] ex patris parte vituperetur, ex eadem parte due cognatorum suorum et tercia ex matre[t] assumatur; similiter erit ex parte[u] matris, nisi[v] cum iuditio scabinorum aut proximorum testimoniis superari possit.

23. Lex erit familie: si quis eorum domum alterius cum armata manu introierit et filiam eius vi rapuerit, cuncta vestimenta quibus tunc induta fuerat, quando rapta est, singulariter in triplum patri eius vel mundiburdo[w] restituat et per singulas vestimentorum partes bannum episcopo componat, postremum[x] ipsam triplici sua satisfactione cum banno episcopi patri representet[y], et quia legitime eam secundum canonica

**438.** i) regentem 4; ministrum *S.* k) hoc *add.* 4. l) figilinus 1. 3. m) *deest* 2. n) vadetur 1—4. o) *deest* 1. *S.* p) *deest S.* q) *corr. in* dominicato 1; dominicato *S.* r) in — episcopi *des.* 4. s) *corr. in* dominicatum 1; dominicatum *S*; dominicata 3. t) sin 2. 3. u) iurꝯ suis 3; rebus suis 4. v) abierit 4. w) fisgilimus 1. x) accepit 2. 4. y) nascuntur *S.* z) iuvant *corr. in* iurent 1; iurent *S.* a) quis implacito 4. b) testino 4. c) feudum 4. d) reddent 1; redde² 3; reddet̃ 4. e) vol. 4 f) pugnatum 4. g) qui 1. h) solido 1. i) vadetur 1—4. k) illatam 1. l) *deest* 1. m) amittet 3. 4. n) ad liberum hominem 2. o) acquisierit 4. p) committet 3. q) VII. 2. r) iust. suam *S.* s) sic 3. 4. t) iure 4. u) patre 2. v) nisi si 2. 3. 4. w) mundibrudo 1—3. x) postremam 3. 4. y) r̃ntat 3.

precepta habere nequiverit[z], amicis illius XII scuta et totidem lanceas et unam libram denariorum[a] pro reconciliatione persolvat.

24. Et hoc constituimus: si quis debitum[b] alicuius rei coram ministro confitetur et minister in illa die locum non habet diffinire[c], et hic, qui debitum in priori die confessus est, alia die negare voluerit, minister si testimonium pristine confessionis habet, ut equum est, de se faciat, sicut antea debuisset.

25. Et hoc lex erit: si quis de aliqua re ministeriali confitetur et hoc ad placitum differtur, sicut tunc in placito confessus fuerit, iudicetur[d], si minister eum cum testimonio de priori[e] confessione ibi convincere non potuerit.

26. Lex erit concivibus: ut si quis in civitate hereditalem[f] aream habuerit, ad manus episcopi diiudicari non poterit, nisi tres annos censum et aliam suam iusticiam inde supersederit[g]; et post hos tres annos ad tria legitima placita invitetur[h], et si supersessum ius pleniter emendare voluerit, ipse eam sicut[i] antea possideat; et si domum in civitate vendiderit, aream perdat.

27. Et lex erit: ut si quis in civitate aliquem ita percusserit[k], ut ad terram decidat, ad bannum episcopi LX solidos componat; si autem cum pugno aut aliquo levi flagello, quod bluathram[l] vocant, aliquem percusserit et non deciderit, V solidos tantum componat.

28. Lex erit: si quis in civitate ad aliquem occidendum gladium suum evaginaverit vel[m] arcum tetenderit et sagittam nervo imposuerit vel lanceam suam ad feriendum protenderit, LX solidos componat.

29. Lex erit: si episcopus fiscalem hominem ad servitium suum assumere voluerit, ut ad alium[n] servitium eum ponere non debeat, nisi ad camerarium aut ad pincernam vel ad infertorem[o] vel ad agasonem vel ad ministerialem, et si eum ad[p] tale servitium facere noluerit[q], quatuor denarios persolvat ad regale servitium et VI[r] ad expeditionem et tria iniussa placita querat in anno et serviat cuicumque voluerit.

30. Propter homicidia autem, que quasi cottidie fiebant infra familiam sancti Petri more beluino[s], quia sepe[t] pro nichilo aut per ebrietatem aut per superbiam alter in alterum insana mente ita inseviebat[u], ut in curriculo unius anni XXXV[v] servi sancti Petri sine culpa ex[w] servis eiusdem ecclesie sint interempti, et ipsi interfectores magis inde gloriati sunt et elati quam aliquid[x] penitudinis[y] prebuissent, proinde ob illud maximum detrimentum nostre ecclesie cum[z] consilio nostrorum fidelium hanc correctionem fieri decrevimus, ut si quis ex familia consotium suum[z*] sine necessitate, id est[a] sine tali necessitate, si se ipsum interficere voluerit aut si latro erat, se et sua defendendo, sed sine istis[b] supradictis rebus interfecerit, constituimus, ut ei tollantur corium et capilli et in utraque maxilla ferro ad hoc facto comburatur, et weregeldum[c] reddat et cum proximis occisi more solito pacem faciat[d], et ad hoc constringantur proximi ut accipiant. Proximi autem occisi si persequi voluerint[e] proximos occisoris[f], si quis illorum proximorum consilii et facti iuramento sese expurgare[g] potuerit, a proximis interfecti firmam et perpetuam pacem habeat. Si autem proximi occisi istud constitutum contempnere[h] volunt et supradictis[i] insidias parant, tamen nichil nocent.

**438.** z) haberet ne. *alia manus suppl.* 1. a) libram dena. *alia manus suppl.* 1. b) si quis debitum *alia manus suppl.* 1. c) diffiniri 3. 4. d) indicet 1. e) priore 3. 4. f) hereditatem 4. g) subsederit 1. *S.* h) immittetur 1; immittatur *S.* i) simul 4. k) perc. ita 3. 4. l) *coniecit J. Grimm;* blitthiram 1; bluthiram 2. 3; bluthuram 4. m) et 1. n) aliud *corr. ex* alium 2. o) inferiorem 1 4. p) eum ad *des. S;* cum ad 1. q) nol. facere 3. 4. r) V. 4. s) belluino 1. t) persepe 4. u) insurgebat *S;* insaniebat 4. v) viginti quinque 4. w) a *S.* x) aliud 1. 3. 4. y) plenitudinis 1. z) sancto *add.* 4. z*) consocio suo 1—4. a) nec. idem 1; nec. et quidem *S.* b) *deest* 2. c) wereggdum 1. d) faciant 3. 4. e) noluerint 4 f) occisorum 4. g) *sic S;* expugnare 1—4. h) competere 4. i) supradictas 4.

nisi quod insidiantur, corium et capillos amittant sine combustione. Si autem aliquem illorum interfecerint sive vulneraverint per contemptum, corium et capillos amittant et supradictam combustionem patiantur. Si autem occisor aufugerit et capi non potest, quicquid habet ad fiscum[k] redigatur, et proximi eius, si inculpabiles sunt, firmam pacem habeant. Si autem homicida non aufugerit, sed cum proximo occisi suam innocentiam per duellum defendere[l] voluerit et vicerit, weregeldum[c] reddat et cum proximis pacem faciat[m]. Si autem nullus occisi proximorum cum occisore pugnare voluerit[n], ipse se bullienti aqua adversus episcopum expurget et weregeldum[c] reddat et pacem cum proximis faciat, et ipsi cogantur ut accipiant. Si autem propter timorem istius constitutionis vadunt ad alienam familiam et incendunt eam contra proprios consotios, et si non est aliquis qui contra aliquem illorum duello pugnare audeat, singuli bullienti aqua adversus episcopum se expurgent, et si quis victus fuerit, ea patiatur que superscripta[o] sunt. Si quis autem ex[p] familia in[q] civitate sine supradictis necessitatibus aliquem ex familia interfecerit, corium et capillos perdat et combustionem suprascripto modo[r] patiatur et bannum persolvat et weregeldum[c] reddat et pacem cum proximis faciat, et illi constringantur ut accipiant. Si autem aliquis de aliena familia terram sancti Petri colet[s] et tale presumptum fecerit, id est, si aliquem ex nostra familia sine necessitate iam suprascripta interfecerit, aut ista supra memorata patiatur aut[t] nostram terram[t] perdat, et familie et advocati[u] insidias habeat. Si autem noster servitor, qui in nostra curte est, aut noster ministerialis talia audet[v] presumere, volumus, ut hoc sit in nostra potestate et consilio nostrorum fidelium, qualiter talis presumptio vindicetur.

31. Si quis ex familia contenderit cum sotio suo de una qualibet re, sive de agris sive de vineis sive de mancipiis sive de pecunia, si potest ex utraque parte cum testimoniis utrorumque sine iuramento discerni, laudamus; sin autem, ut[w] devitentur periuria, volumus, ut ex utraque parte ostendantur illorum testimonia[x], et ita collaudent[y] testes, quasi gratum habeant; et ex supradictis duobus testimoniis duo eligantur ad pugnam et cum duello litem decernant; et cuius campio[z] ceciderit, perdat, et eius testimonium talia patiatur propter falsum testimonium, quasi iuratum haberet[a].

32. Si quis ex familia furtum fecerit, et hoc non pro necessitate famis sed propter avaritiam et cupiditatem et propter consuetudinem fecit, et quod furatus[b] est si V solidis appreciari potest, et superari potest, quod aut in macello publico aut in conventu concivium debitori vadiatus sit supra dictum furtum, ad correptionem[c] malorum constituimus, ut legem sibi innatam[d] propter furtum perditam habeat, et si ab aliquo de aliqua re inculpatus fuerit, non se expurget iuramento, sed aut duello aut bullienti aqua aut ferventi ferro. Similiter faciat ille qui in periurio publico captus est. Similiter et ille qui in falso testimonio captus est. Similiter et ille qui propter infamiam furti in duello ceciderit. Similiter et ille qui contra seniorem suum, episcopum videlicet, cum suis inimicis consiliatus est, sive contra eius honorem sive contra eius salutem.

438. k) festum 4. l) vendere 3. 4. m) faciat pacem 2. 4. n) noluerit 2. 3. o) subscripta 3. 4. p) in 1. q) ex 1. r) more 1. s) colat *S*. t) antrios tria 1; aut nostram 2; aut nostra 3. 4; terram *iam recte suppl. Gengler;* protectionem *suppl. J. Grimm;* gratiam *suppl. Boos.* u) fam. et adv. *alia manus suppl.* 1. v) andeat *S*; habet 3. 4. w) ud 1. x) testimonium 1. y) collaudant 3. 4. z) compio 4. a) habent 3. 4. b) iuratus 1. c) correctionem 2. d) iniuriam 4.

# 439. INQUISITIO BONORUM REGALIUM IN BAWARIA.

(1027. Iun. – Aug.)

*Scriptum, cui rigor iuridicus non inest, desumpsimus e codice traditionum Frisingensium tabularii regni Monacensis signato* Hochstift Freising III A 1 No 3 b, *ubi fol. 297' et 300 manu saec. XI—XII. exaratum est. Ex eodem codice (libro traditionum II.) dedit Meichelbeck 'Historia Frisingensis' I, pars 1, p. 221.* *(P. deest.)*

Consultum igitur et rationabile videtur, ut quicquid secularibus negotiis agitur, totum hoc serie literarum ac veracium testimonio virorum ita ligetur atque roboretur, ne postmodum a quoquam dissolvi vel infringi aut ullo modo valeat negari. Proinde cognoscant omnes tam presentes quam futuri de inquisitione predii quod Mosaburc dicitur, ubi sanctus Castulus martyr Christi corpore requiescit, inter domnum Chuonradum imperatorem et venerandum Egilbertum Frigisingensem pontificem habita, qualiter uno eodemque tempore et coepta sit et finita. Anno siquidem dominicae incarnationis MXXVII, indictione XI, prefatus domnus C. imperator augustus anno regni sui III, imperii vero I, cum accepta imperiali benedictione de Italia cum exercitu reverteretur, in urbe Radasponensi consedit, ubi inter cętera, quae ad imperii sui statum utilitatemque pertinere videbantur, placuit, omnes Baioricae provinciae comites et electos iudices per sacramentum regale admonere, ut possessiones et predia infra eandem provintiam sita, quae novissent ad solium sui imperii iure pertinere, eodem sacramento publice interrogati manifeste pronuntiarent. Similiter etiam de civitatibus ad marchiam istius provintiae pertinentibus necnon de abbatiis legitima libertate uti debentibus eos interrogavit. Caeteris vero iudicibus ex conscientia sua ad interrogata sic et sic respondentibus, quidam comes Poppo dictus ab imperatore admonitus dicebat, locum qui Mosaburc dicitur cum cunctis illo respicientibus liberam esse abbatiam ideoque legitima potius debere uti libertate, quam aecclesiae Frigisingensis sedi servire debere, nisi hoc in comitatu et in mallo publico a veridicis contradiceretur scabinis. Imperator ergo hanc iudicii translationem et caetera nimis curiose animo perpendens, tandem ob amorem ac iustam peticionem supradicti venerandi presulis E. cum consilio optimatum suorum tam Francorum quam istius provinciae principum Adalperoni comiti, in cuius comitatu ipse locus Mosaburc situs est, imperiali precepto iniunxit, ut in placito suo per legitimas inducias indicto huius rei veritatem iuxta legem Baioaricam diligenter apud iudices inquireret, id est utrum locus supradictus libera deberet esse abbatia, an iure possessionis ad aecclesiam Frigisingensem deberet consistere. Comes igitur iuxta preceptum imperatoris placitum suum publice legitimeque ad Tutinchona indictum in VI. Idus Augusti habuit. Tunc domno Egilberto episcopo pariter cum comite Adal- Aug. 8. perone residente, presentibus etiam comitibus Arnolfo, Poppone, Eparhardo, Chadalhoho et multis aliis viris illustribus, inter defensores utriusque partis, Ǒdalscalchum scilicet Frigisingensis aecclesiae advocatum et Geroldum imperatoris nihilominus advocatum, lis et disceptatio legitima causae ipsius tamdiu ventilata est, donec lite finita iudices omnes per ordinem propriis sedentes in sedibus iuramento constricti sepedictum predium Mosaburc cum sua vestitura in ius atque dominium Frigisingensis aecclesiae iure perpetuo pertinere affirmabant nec unquam pro libera abbatia vel esse vel haberi debere testati sunt. His ita peractis comes A. per advocatum venerabilis episcopi

Ǒdalscalch, ut mos est, rogatus, banno consueto predium idem Frigisingensi[a] stabilivit aecclesiae. Postremo domnus antistes Albericum vasallum suum advocatum sibi cum iudicio iudicum et banno comitis super res supra memoratas constituit. Haec sunt nomina iudicum nominatissimorum qui hoc predium cum vestitura ad Frigisingam pertinere in proprietatem sacramento affirmabant: Reginperht comes, Egilolf comes, Albrich cum filio, Gamanolf cum filio, Otto, Sigihart, Arnolt, Purchart, Adalperht, Hartnit, Penno, Engilhart, Sizo cum filiis, Timo, Sigamunt, Chadalhoch, Hartman, Ato.

# 440. INDICULUS CURIARUM AD MENSAM REGIAM PERTINENTIUM.

(1064—1065.)

*Indiculum hunc praestantissimum a. 1839 publici iuris fecit Quix in Codice diplomatico Aquensi p. 30 nr. 41. Narrat editor, sibi ante quindecim annos octo folia membranacea mutuata esse, quae e scriptura partem Cartularii cuiusdam ecclesiae sanctae Mariae Aquensis esse cognoverit, quae tamen abhinc mortuo possessore deperierint; scripturam pro maxima parte evanuisse; quae legi potuerint, se editurum esse. Ea quae excudenda curavit sunt haec:* a) *notitia tenuis de censu fratrum Aquensium;* b) *indiculus curiarum;* c) *index reliquiarum ecclesiae sanctae Mariae, quem ex alio fonte iam p. 28 dederat;* d) *notitia de benedictione altarium a. 1076. Sept. 3 ab Heinrico episcopo Leodiensi facta.*

*In monumento nostro explicando imprimis operam navavit vir d. Georgius Matthäi in dissertatione Gottingensi a. 1877, quae inscribitur 'Die Klosterpolitik Kaiser Heinrichs II.' p. 98 sq. et in programmate progymnasii, quod est in vico Gross-Lichterfelde, a. 1889 'Die lombardische Politik Friedrichs I. und die Gründung von Alessandria' p. 36 sq. Equidem sententiae viri docti totus accedo: monumentum nostrum scriptum esse prioribus Heinrici IV. regis annis. Ad tempus hoc definiendum plurimi mihi esse videtur praeceptum Heinrici IV. a. 1057. Apr. 26. datum, quo ecclesiae Virdunensi curtim Diura (Düren) in pago Rurgowe donavit* manso excepto et duobus servitiis[1]. *Cum curiam Dura duo modo servitia dare in indiculo legamus, ipsum post hanc donationem scriptum esse statuere nobis licebit. Porro cum sententia ultima scripti nostri indicare videatur, regis eo tempore consilium fuisse in Italiam proficiscendi, et consilium tale a. 1064 et a. 1065 in. revera ventilatum esse sciamus*[2], *hoc tempore indiculum confectum esse verisimile est. Quocum etiam id quadrat, quod indiculus adhuc dinumerat curiam Lombardicam Retorto, quam rex a. 1065. Apr. 1 monasterio Fructuariensi donavit*[3], *curias Lombardicas Gamondo et Marengo, quas rex a. 1065. Mai. 20 Agneti matri delegavit*[4], *curiam Sinzig, quae eodem anno Oct. 19 cessit iuri Adelberti archiepiscopi Hamburgensis*[5]. *Ceterum caveas, ne tempus arctius definire coneris e curiis in indiculo non contentis, quia scire nequis, utrum indiculus integer ad nos venerit, an eius auctori in animo fuerit omnes curias regias enumerandi.*

439. a) figisingensi *c.*

1) *Editum est 'Mittheilungen des öst. Instituts' VII, 459.* 2) *Cf. Giesebrecht 'Kaiserzeit' III, 108. 113. 114 et Alexandri II. instructionem supra nr. 387.* 3) *Guichenon 'Bibliotheca Sebusiana' ed. Hoffmann 'Nova Collectio scriptorum' I, 303 (Stumpf 2658).* 4) *'Monumenta hist. patriae' Chart. I, 611. 612 (Stumpf 2666. 2667). De charta illa suspicionem movit Stumpf.* 5) *'Hamburgisches Urkundenbuch' nr. 97 (Stumpf 2687).*

*an curia quaedam regalis, quam desideramus, ad regiam mensem pertinuerit. Attamen certe notandum est, quod iam vir d. Matthäi monuit, non dinumeratas esse curias eas quas rex inter a. 1062—1065 ecclesiis donaverit*[1].

*Auctor indiculi certe homo fuit maior natu, officio quodam in curia regia fungens, seu in cancellaria seu potius in capella, cuius praefecti eo tempore praepositura sanctae Mariae Aquensis investiti erant*[2]. *Scriptum ipsum regi praesentandum fuisse contenderim.*

*In enucleandis curiarum nominibus sudaverunt imprimis vir d. Matthäi et quoad Lombardicas Vincentius Promis eques Taurinensis, qui a. 1874, mediante Alfredo de Reumont b. m., ea quae eruerat cum viro cl. Loersch Bonnensi communicavit.*

*(P. deest.)*

Iste sunt curie que pertinent ad mensam regis Romani. De Saxonia cum omnibus appenditiis earum: Liecendiecs[3] dat V servitia regalia; item Melea[4]; item Nisana[5]; item Budesin[6]; item Altenburc[7]; item Gisleua[8]; item Altensteda[9]; item Wulfersteda[10]; item Warnesteda[11]; item Walehusen[a][12]; item Tulleda[13]; item Ostrorobeda[14]; item Werla[15]; item Goslaria[16]; item Hohenburc[17]; item Poleda[18]; item Gruna[19], ibi pertinent salcarn[20] regis; item Iskinwege[21]; item Mulehusa[b][22]; item Merseborc[c][23] XL servitia. Iste curie tamen de Saxonia dant regi tot servitia, quot sunt dies in anno, et XL plus[d]. Item notificamus tamen vobis, quod sit regale servitium in Saxonia.

**440.** a) Walchusen *ed.* b) Mulchusa *ed.* c) Mersebore *ed.* d) pl. *ed.*

1) *Quas hoc loco afferri licet: Forcheim locus a. 1062 (Stumpf 2608), Lesum 1063 (St. 2622), castellum Saarbruck a. 1065. Apr. 3 (St. 2659), Konigsmachern a. 1065. Apr. 4 (St. 2660), Kreuznach villa a. 1065. Aug. 30 (St. 2682), Duisburg a. 1065. Oct. 16 (St. 2686). Saarbruck, Konigsmachern, Kreuznach, Duisburg ad mensam regalem non pertinuisse statuendum erit, ceu et alias curias, quas indiculus non enumerat, e. g. Dortmund, Kaina, Kaiserswerth.* 2) *V. Bresslau 'Urkundenlehre' I, 329.* 3) *Videtur esse Leissnig in regno Saxoniae ad flumen Freiberger Mulde situm. Bona in hac burgwardia sita a. 1046 Heinricus III. uxori Agneti donavit (Remling 'Urkundenbuch zur Gesch. der Bischofe von Speyer' I, 32; Stumpf 2301), totam burgwardiam a. 1074 Heinricus IV. episcopo Numburgensi donavit (Lepsius 'Gesch. der Bischofe von Naumburg' I, 227; Stumpf 2775).* 4) *Pagus Milca, Milzana, Milzenorum in Lusatia superiore circa civitatem Gorlitz situs.* 5) *Pagus ad utramque Albis ripam inter civitatem Meissen et montana situs.* 6) *Pagus circa civitatem Bautzen inter pagos Milza et Nisana situs.* 7) *Altenburg in ducatu iuxta flumen Pleisse, olim Slavonice Plisne vocatum (v. Arnoldum Lubicensem l. VII, c. 16). Praedium Plisna cum praediis Sinzig, Duisburg, Lesum, Groningen Adelbertus archiepiscopus Hamburgensis c. a. 1062—1065 a rege recepit, a. 1069 tamen demum acquirere potuit, v. Adamum Bremensem l. III, c. 27 et 58.* 8) *Eisleben.* 9) *Allstedt ditionis Weimaranae; cf. Nebe 'Gesch. von Schloss und Stadt Allstedt, Zeitschrift des Harzvereins' XX, 18.* 10) *Wolferstedt ab oppido Allstedt inter septentriones et orientem. Proventus aliquos in* villis ad curiam nostram Alestede pertinentibus sc. in Winkele et in Wulferstede et in Varenstede *a. 1179 Fridericus I. monasterio Kaltenborn concessit; v. Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum' X, 148; Stumpf 4290.* 11) *Ober-, Unter-Farnstedt vici ab oppido Querfurt ad septentriones; ibi etiam praedium equestre Berg-Farnstedt. Cf. not. 10.* 12) *Wallhausen ad flumen Helme, provinciae Saxonicae, ab oppido Sangerhausen ad occidentem.* 13) *Tilleda infra montem Kiffhauser, provinciae Saxonicae.* 14) *Videtur esse vicus Osterode ab oppido Hornburg ad orientem, districtus Halberstadt, haud procul a Werla.* 15) *Werla prope Burgdorf ad Ovacram olim situm, inter Goslar et Braunschweig; quam curiam cum ducentis mansis Heinricus IV. a. 1086 ecclesiae Hildesemensi donavit; v. 'Urkundenbuch der St. Goslar' I, nr. 142; Stumpf 2871.* 16) *Goslar; cf. quae disserui de hac curia 'Hansische Geschichtsblatter' XIII, 1 sq.* 17) *Homburg prope Langensalza, pugna anni 1075 celebre, quod tamen c. a. 1100 iuris Gertrudis Brunsvicensis, uxoris Heinrici comitis Northeimensis fuisse videtur; v. 'Neue Mittheilungen des thuring. sachs. Vereins' VII, 4, 40.* 18) *Pohlde provinciae Hannoveranae, ab oppido Herzberg ad occidentem.* 19) *Grone vicus et castrum dirutum prope Gottingen.* 20) *i. e.* salzaru, *homines salarii. Salina autem prope Gronam non est ea quae hodie appellatur 'Luisenhall', ut opinatus sum 'Hansische Geschichtsblatter' XIII, 16 not. 1. Nam haec a. demum 1840 detecta est. Forte cogitandum erit de salina prope oppido Salzderhelden.* 21) *Eschwege provinciae Hassiacae, quae curia a. 1075 a rege canonicis Spirensibus data est; v. Remling I, 56; Stumpf 2783.* 22) *Mulhausen provinciae Saxonicae.* 23) *Merseburg.*

Sunt XXX magni porci, III vacce, V porcelli, L galline, L ova, LXXXX casei, X anseres, V carrate[e] cerivisie, V libre piperis, X libre cere, vinum de cellario suo ubique Saxonie.

Item iste sunt curie de Francia[f] circa Rhenum: Tijla[1] II regalia servitia; item Numaca[g,2] VIII; item Aquisgrani[3] VIII; item Compendium[4] II; item Dura[h,5] II; item Reimaia[6] II; item Syncika[7] II; item Hambrestein[8] II; item Andernaca[i,9] II; item Bobarda[10] III; item Inglcheim[11] III; item Luthera[12] VIII; item Brie[13] castrum VIII; item Tydonisvilla[14] III; item Floringia[15] VII; item Salotra[16] VII; item Surie[17] VII; item Hasela[18] I; item Nerestena[19] I; item Triburia[20] IIII; item Frankeneuort[k,21] III. Item [iste] sunt curie de Francia. Tantum dant: XL porcos, VII porcellos lactantes, L gallinas, V vaccas, quingenta ova, X anseres, V libras piperis, nonaginta caseos, X libras cere, IIII carratas vini magnas.

Item iste sunt curie de Bawaria: Nurembere[22] dat II regalia servitia; item Grenda[23] I; item Scybol[24] I; item Botinga[25] I; item Wizenbore[26] I; item Nurembere castrum[27] VII; item Hauemberc[28] VII; item Gradinga[29] V; item Nuvemburc[l,30] super Danubium II; item Crusa[31] III; item Nuerenwat[32] cum multis mansis; item Turenbere[33] II.

**440.** e) carrace *ed.* f) franca *ed.* g) Humaca *ed.* h) Oura *ed.* i) Andercana *ed.* k) Frankeneuori *ed.* l) Nurembere *ed.*

1) *Tiel ad fluvium Waal.* 2) *Nimwegen.* 3) *Aachen.* 4) *Mihi ignotum. Proventus in villa regia Compendium iam Lotharius rex capellae S. Mariae Aquensi donaverat, cuius praeceptum deperditum confirmavit Arnolfus rex a. 888 (Lacomblet 'Niederrhein. Urkundenbuch' I, 39; Böhmer, Reg. imp. I, nr. 1748). Cf. confirmationes Heinrici I. et Ottonis I DH I, nr. 23 et DO I, nr. 323.* 5) *Düren ad flumen Roer. Quam curtim* manso excepto et duobus servitiis *Heinricus IV. a. 1057. Apr. 26. ecclesiae Virdunensi donavit, v. 'Mittheilungen des österr. Instituts' VII, 459.* 6) *Remagen ad Rhenum.* 7) *Sinzig ad Rhenum; cf. p. 647 not. 7.* 8) *Hammerstein castrum ad dexteram Rheni ripam situm ex opposito oppidi Andernach; cf. Bresslau 'Jahrbücher Konrads II.' II, 360.* 9) *Andernach.* 10) *Boppard.* 11) *Nieder-Ingelheim.* 12) *Kaiserslautern. De oppido Lauterburg in pago Spirgowe, nunc in Alsatia inferiore sito, cogitavit Matthäi. Praedium suum in villa Lutera rex a. 1086 ecclesiae Spirensi donavit; v. Remling I, 59; Stumpf 2872.* 13) *An Briey, département Meuse, a Mettis inter septentriones et occidentem?* 14) *Diedenhofen.* 15) *Videtur esse Flörchingen, Gallice Florange, districtus Diedenhofen.* 16) *Vix legendum* Selotra, *Schlüchtern ad flumen Kinzig situm, quod intra a. 993—1025 episcopatus Wirzburgensis erat; cf. Stumpf 1011. 1180. 1349. 1899.* 17) *Ignotum. Non cogitandum est de oppido Surburg, districtus Weissenburg, quod situm erat in pago Alsatico inferiore.* 18) *Hassloch inter Spiram et Neustadt situm, quam villam Wilhelmus rex a. 1252 ecclesiae Spirensi donavit; Remling I, 252; Böhmer V, 5066.* 19) *Nierstein.* 20) *Trebur prope Gross-Gerau.* 21) *Frankfurt ad Moenum fluvium.* 22) *Nürnberg; quae curia quod a castro Nürnberg distincta est, certe mireris. Emendandum ergo mihi videtur* Nuvenburc *i. e. Neuburg vorm Wald, provinciae Oberpfalz, ad flumen Schwarzach situm.* 23) *Ignotum.* 24) *An Scheiblhof locus vastus nunc ad vicum Hansenried pertinens, praefecturae Neuburg vorm Wald, provinciae Oberpfalz?* 25) *An Polting provinciae Oberpfalz, prope Neumarkt, an Oetting ab oppido Nördlingen ad septentriones?* 26) *Weissenburg in pago Nordgau.* 27) *Burg Nürnberg; cf. not. 22.* 28) *Vix legendum est* Bauembere, *Bamberg. Nam valde dubium est, an reges post Heinrici II. donationes curiam seu servitia ibidem adhuc habuerint. Videtur potius esse Amberg, quod commemoratur adhuc in Libro salico Nurenbergensi ed. Küster 'Das Reichsgut in den Jahren 1274—1313' (Diss. Lips. 1883) p. 103* 29) *Greding provinciae Mittelfranken ad flumen Schwarzach ab oppido Weissenburg ad orientem. Gredingen a. 1091 a rege ecclesiae Eichstedensi restituitur (v. Monumenta Boica XXIX, 1, 214; Stumpf 2907), commemoratur tamen in Libro salico Nurenbergensi p. 103.* 30) *Neuburg.* 31) *Creussen provinciae Oberfranken ab oppido Baireuth ad meridiem. Cf. Thietmarum Merseburg. (ed. Kurze) l. V, c. 34—36 (21. 22). Castrum Crusen Konradus IV. a. 1251 burcgravio Nurenbergensi in feudum dedit, Mon. Boica XXX, 1, 318; Böhmer, Reg. V, 4560.* 32) *Forte legendum* Nuevenmart, *Neumarkt provinciae Oberpfalz, ab oppido Amberg inter meridiem et occidentem. Cf. Libr. sal. Nurenberg. p. 101.* 33) *An Dornberg vicus prope vicum parrochialem Schalkhausen, praefecturae Ansbach, aut locus vastus ad vicum Dorfgütingen pertinens, praefecturae Feuchtwangen, provinciae Mittelfranken, aut villa ad vicum Thanheim pertinens, praefecturae Amberg, provinciae Oberpfalz. Vix cogitandum erit de castro Dornberg, provinciae Oberbaiern, ab oppido Mühldorf ad Oenum ad septentriones.*

Item iste sunt curie de Bawaria, dant XXVI regalia servitia[1], et tam magna sicut illa de Francia[m].

Item iste sunt curie de Lombardia: item Septima[2] dat II regalia servitia; item Turrin[3] allodium suum; item Susa[4] II mille marcas; item Auilana[5] castrum mille marcas; item Ploszascum[6] CCCCC marcas; item Cara[7] sex[n] marcas; item Tastusta[8] VC marcas; item Viuel[9] VC marcas[o]; item Saluza[10] CC marcas; item Albinga[11] CC marcas; item Seduna[12] civitas CC marcas; item Tareul[13], item Caualar[14], item Canella[15] civitates dant VIII servitia.

Item Naum[16] X regalia servitia; item Rubianaeum[17] I; item [ad] Sanctum Georgium[p, 18] V; item Gamunda[19] IIII; item Marona[20] VIII; item Zeca[21] III; item Retor[22] II; item Bijpont[23] II; item Basiliadus[24] II; item Viginla[25] nobilis curia; item Tronibal[26] nobilis curia; item Lombel[27]; item Montilin[28]; item Curana[29] cum magnis appendiciis. Item iste sunt curie de Lombardia. Tantum dant quot nullus potest enarrare nec investigare, nisi prius veniamus in Lombardiam.

# 441. INFEODATIO COMITATUS HANONIAE ET MARCHIAE VALENTINIANAE.

(1071. Mai.)

*Relationem ab episcopo Leodiensi, ut videtur, in memoriam rei gestae factam ('unbeglaubigter Akt') edidit primus a. 1832 liber baro de Reiffenberg in dissertatione sua 'Essai sur la statistique ancienne de la Belgique' p. 71 ('Nouveaux mémoires de l'académie royale des sciences et belles-lettres de Bruxelles' Tom. VII. 1832) e codice quodam Decretum*

**440.** m) Franca *ed.* n) *legendum esse videtur* sex C. o) *abhinc semper* marc. *ed.* p) Sacrum Beorginm *ed.*

1) *Recte enumeranti sunt potius 32 servitia.* 2) *Settimo provinciae Torino, ad laevam Padi ripam subtus Taurinum situm.* 3) *Torino.* 4) *Susa prov. Torino.* 5) *Arigliana prov. Torino ad flumen Dora-Riparia situm.* 6) *Piossasca prov. Torino a Taurino inter meridiem et occidentem.* 7) *Chieri prope Taurinum, prov. Torino.* 8) *Testona olim prope Moncalieri prov. Torino a Taurino ad meridiem situm.* 9) *Legendum videtur* Riuel, *aut Revello ab oppido Saluzzo ad occidentem* Promis; *aut Rivoli a Taurino ad occidentem* Matthäi. 10) *Saluzzo prov. Cuneo.* 11) *Albenga prov. Genova.* 12) *An Savona civitas maritima prov. Genova, cuius nomen a. 1193 audit Saguntum seu Saguna; v. Bohmer 'Acta imp. selecta' nr. 901.* 13) *Torcello ab oppido Casale ad meridiem, prov. Alessandria.* 14) *Cavallermaggiore prov. Cuneo ad flumen Maira situm* 15) *Canelli prov. Alessandria ad flumen Bello ab Asti ad meridiem situm.* 16) *Annone prov. Alessandria ad flumen Tanarum subtus Astam* M. *aut None prov. Torino* P. 17) *Ravignano prov. Alessandria prope Asti* M; *Robbiano prov. Milano aut Rubbiano prov. Cremona* P. 18) *Sangiorgio prov. Alessandria inter Asti et Casale.* 19) *Gamondo olim situm ubi nunc Castellazzo ab Alessandria ad meridiem. Cf. Stumpf 2666 et praefationem nostram.* 20) *Legendum* Marinca, *alias Marincum, Marengo prope Alessandria. Cf. Stumpf 2667 et praefationem.* 21) *Sezze prov. Alessandria a Castellazzo ad meridiem.* 22) *Retorto a Sezze ad meridiem.* 23) *Pontecurone prov. Alessandria, ad flumen Curone a Tortona inter septentriones et orientem* M; *Ponti prov. Alessandria* P. 24) *Basaluzzo prov. Alessandria, ab oppido Novi ad occidentem* M; *Basiglio prov. Milano* P. 25) *Vigol a Tortona ad orientem* M; *Viggiù prov. Como* P. 26) *Ignotum.* 27) *Lomello prov. Pavia ad flumen Agogna.* 28) *Montiglio prov. Alessandria* P; *an Montilio inter Vigol et Bobbio* M. 29) *Coriano ad dexteram Padi ripam situm, a Tortona ad orientem* M; *Corana prov. Pavia* P.

*Burchardi Wormatiensis continente fol. 68', qui olim fuit baronis de Crassier, postea domini David canonici Leodiensis*[1]. *Eundem codicem evolvit Quix Aquensis, cuius exemplar exstat inter eius schedas in bibliotheca regia Berolinensi, quod iam olim in nostros usus exscripsit Rogerius Wilmans*[2]. *Post baronem de Reiffenberg relationem edidit a. 1847 Ernst 'Histoire de Limbourg' VI, 109 e folio 68' voluminis manuscripti 'Langius Collectio variorum diplomatum et actorum ecclesiae et patriae Leodiensis ex archivis ecclesiae cathedralis, ecclesiarum collegiatarum et monasteriorum', quod erat domini de Lantremange*[3]. *Demum Waitz 'Urkunden zur Deutschen Verfassungsgeschichte' p. 8 nr. 3 (ed. II. p. 24 nr. 10) editionem paravit adiutus editione Ernstii et apographo illo e schedis Quixii facto. Nos adhibuimus editionem Reiffenbergii* (R), *apographon istud* (Q) *et editionem Ernstii* (E). *De anno et mense confer praeceptum regis a. 1071. Mai. 17. Leodii datum, Stumpf, Reg. 2743. Videsis praeterea relationem ampliorem Gisleberti Montensis, SS. XXI, 493.*

*(P. deest.)*

Anno dominice incarnationis MLXXI.[a] in die VIIII. mensis [Maii][b] Heinricus[c] quartus Romanorum rex Leodium veniens divina instinctus clementia dedit sancte Marie [et][d] sancto Lamberto comitatum de Hainou[e] et marchiam Valenti[nian]am cum omnibus beneficiis, cum castris, cum abbatibus, cum prepositis, cum omnibus potentatibus et militibus suis, iure perpetuo dedit et donavit, datum ad altare per manum advocati sui legaliter tradidit, presente comitissa Richilde[f] . . . .[g] et annuente cum filio Balduino. Et ibidem in presentia regis et omnium principum dux Godefridus miles effectus est domni episcopi Dietwini, accepto ab eo hoc beneficio. Ipsa vero comitissa ducis effecta, hoc idem[h] accepit a duce beneficium, ea scilicet ratione ut, si dux non fuerit vel filius hereditarius, ab episcopo[i] requireret beneficium ipsa vel filius vel filia, sic tamen filia, si consilio[k] episcopi voluerit uxorari et ipse maritus fidelitatem[l] voluerit episcopo facere. Quod si hi defuerint aut ab episcopo non requisierint militari iure[m], omnes milites cum castris et beneficiis in manum episcopi veniunt et in eius dominatu ultra manent. Quod si[n] ipsi milites non velint cum episcopo remanere, posteaquam renuntiaverint, per XL dies ad eius fidelitatem servabunt ipsa castra et reddita per XV dies, si necesse fuerit, adiuvabunt detinere. Quod si forte renuerint aliquo modo, castra esse tradenda, cum omni cautela hoc episcopo curabunt nuntiare, et si fuerint tradita[o], summo studio et episcopi adiutorio requirent[p]. Quod si qui hanc non voluerint observare fidelitatem et sacramenti fidem, si qui in turribus morantur et munitionibus presunt, servent eas ad presentiam episcopi, donec libere potiatur. Sic factum est sacramentum et sic susceperunt observandum anno ordinationis regis XVII[q], regni autem XV.

**441.** a) *emendavi;* MLXXVI. *R. Q. E.* b) *deest R. Q. E., lacuna indicata.* c) H. *R. E;* Henricus *Q.* d) *deest R. Q. E.* e) Hainon *R. Q.* f) Richelde *Q. E.* g) *lacuna in R. Q. E.* h) eidem *R. Q.* i) ipso *Q.* k) concilio *E.* l) *emendavi;* liberalitatem *R. E;* libertatem *Q.* m) iura *R, errore notato.* n) se *R, errore notato.* o) tradida *R, errore notato.* p) requirant *R. Q.* q) XXV. *R. Q.*

1) *'A la tête d'un ancien exemplaire du recueil des décrets compilé par Burchard, manuscrit qui a appartenu autrefois au baron de Crassier, et ensuite au R. M. David, chanoine de l'église de St.-Jean à Liège'. Folium 68' indicat editor in adnotatione.* 2) *'Ex cod. ms. olim Baronis de Crassier nunc D. David Canonici Leod. f. 68''. Quix.* 3) *Langium igitur codicem antiquum illum Burchardi exscripsisse verisimile est. Cave ne ex eadem foliorum (68') numeratione ad sententiam movearis, baronem de Reiffenberg et Quixium ipsos nil nisi Langii manuscriptum prae oculis habuisse.*

# 442. SACRAMENTUM NOBILIUM ROMANORUM.

(1083.)

*Exscripsit Pertz e codice Musaei Britannici Arundel Mss. 390 fol. 132 manu saec. XI. inscriptum et edidit SS. VIII, 461 not. Quam editionem repetiverunt Watterich 'Pontificum Romanorum Vitae' I, 456 not. 2 et Iaffé 'Bibliotheca rer. German.' II, 678 not. 5. De re cf. Bernoldi Chronicon ad a. 1083, SS. V, 438 et Ekkehardi Chronicon ad a. 1083, SS. VI, 205.* *(P. deest.)*

Sacramentum.

Tibi dicamus rex H(einrice), quod nos infra terminum illum, quem tecum ponemus[1], ad XV dies postquam Romam veneris, faciemus te coronare papam Gregorium, si vivus est vel si forte de Roma non fugerit. Si autem mortuus fuerit vel si fugerit et reverti noluerit ad nostrum consilium, ut te coronet infra constitutum terminum, nos papam eligemus cum tuo consilio secundum canones et ipsum papam studebimus per bonam fidem, ut te coronet, et nos studebimus per bonam fidem, ut Romani faciant tibi fidelitatem. Haec omnia observabimus tibi absque fraude et malo ingenio, nisi quantum communi consilio nostro et tuo addatur vel minuatur.

# 443. SYNODUS QUEDLINBURGENSIS PRAESENTE HERIMANNO REGE CELEBRATA.

1085. Apr. 20.

*Gesta abbreviata exstant in codice Vaticano Christinae 979 saec. XI—XII. fol. 1. at pro parte iam legi nequiverunt a viro cl. Simonsfeld, qui ea a. 1878 nostris usibus descripsit. Cum autem Bernoldus in Chronico (SS. V, 442) ea ad verbum receperit, ex ipso lacunas et menda codicis emendari licet. Animadvertendum certe, Bernoldum textum adhibuisse, qui aliquotiens a codice discedat: in cap. 1 nomen clerici illius Bambergensis, Gumperti, affert, in cap. 14 plures episcopos excommunicatos nominat; capite 7 vero omnino caret. Subscriptiones, quas tertui Gestorum e Bernoldo petitorum subiunxerunt Goldastius I, 244 et conciliorum collectores e. g. Hartzheim III, 201, Mansi XX, 607, opus falsarii esse, non est cur moneamus. E codice Vaticano editionem nuperrime paravit Sdralek 'Die Streitschriften Altmanns von Passau und Wezilos von Mainz' p. 178. Qui etiam p. 38 animadvertit, Altmannum in libelli sui prioris cap. 15 (p. 114) pleniora synodi Gesta in usus vertisse, quippe qui formulam afferat, qua synodales heresim Wezelonis dampnaverint. — Stumpf, Reg. 3001.* *(P. deest.)*

1) *Nov. 1 secundum Ekkehardum*

Anno dominice incarnationis MLXXXV. indict. VIII. Odo sancte Ostiensis ecclesie episcopus et [domni apostolici][a] pape Gregorii legatus synodum in Saxonia in ipsa paschali ebdomada apud Quintilinburch collegit. Cui synodo venerandus [Gebehardus Salz]burgensis archiepiscopus interfuit. Item Hartwichus Magdeburgensis archiepiscopus cum suis suffraganeis. Item suffraganei Magontiacensis ecclesie de Saxonia. Wirceuburgensis[b] autem episcopus et Wormaciensis, Augustensis quoque et Constantiensis de Alemannia, quia ipsi canonica necessitate impediti venire non potuerunt, per legationem suam se sancto concilio representaverunt seque per omnia eiusdem synodi statutis assensuros mandaverunt. Rex etiam Herimannus[c] cum suis principibus eidem synodo interfuit.

1. Cum igitur omnes iuxta ordinem suum consedissent, prolata sunt in medium decreta [sanctorum patrum] de primatu sedis apostolice, quod nulli umquam liceat eius iudicium retractare vel de eius iudicio iudicare, quod et totius synodi publica professione laudatum[d] et confirmatum est; et hoc utique contra fautores Heinrici[e], qui fideles sancti Petri constringere voluerunt, ut excommunicationem domini [pape su]per Heinricum factam cum illis retractare presumerent. Quidam autem Babinbergensis clericus[f] Romani pontificis primatui derogare volens in mediam sinodum se contulit asserens, Romanos pontifices hunc sibi ipsis primatum asscripsisse, non aliunde concessum hereditasse, videlicet ut nullus de eorum iudicio iudicare debeat nec illi alicuius iudicio subiaceant. Qui cum aperte a toto synodo confutaretur, precipue[g]
Matth. 10,24. tamen [a quodam laico] convictus est per illud evangelicum: 'Non est discipulus[h] super magistrum'. Cum enim hoc generaliter in omnibus[i] ordinibus observandum de[putetur, ne maior a minore iu]dicetur, quis hoc vicario sancti Petri denegare poterit, quem omnes catholici pro domino et magistro venerantur.

2. In eadem synodo ordinatio Wezelonis Magontini invasoris[k], immo omnes ordinationes vel consecrationes[l] ab excommunicatis [factae[m] penitus irritae iudicatae sunt iuxta] decreta sanctorum patrum Innocentii, Leonis[n], Pelagii atque successoris eius, sanctissimi pape[o] Gregorii[n].

3. Item se[cta praedicti Wezelonis et sociorum] eius[p] sub anathemate dampnata est, quae asserit seculares rebus suis expoliatos ecclesiastico non subiacere[q] iudicio [nec excommunicari posse pro] suis excessibus, quaeque[r] etiam excommunicatos absque reconciliatione recipi posse contendit.

4. Statutum est [autem ibi, ut quicumque ab episcopo suo nec of]ficio nec communione privato excommunicatus esset, etsi iniuste, nullatenus tamen reciperetur ad communionem [nisi absolutus ecclesiastico more].

5. [Similiter] et pro sacrilegio excommunicatos decrevit sancta synodus non recipiendos absque solita reconciliatione, [etsi iam dudum, quod sacrilege sibi] vendicaverunt[s], reddidissent.

6. In[t] eadem synodo presbiteris, diaconibus, subdiaconibus perpetuo iuxta sanctorum patrum [decreta in]dicta est continentia.

7. Item[u] statutum est, ne quis deinceps emat vel vendat . . . . . . . alien . . . .

8. Item [statutum est, ne laici pallas alta]ris vel sacra vasa contingant.

9. Item ne laici decimas sibi vendicent in proprietatem sive[v] etiam [in beneficium nisi concessione legitimorum possessorum].

**443.** a) *supplevimus ex B, ubi tamen verba* pape Gregorii *desunt.* b) Witenburgensis? *cod.* c) *sequitur in cod.* . . mannus. d) inratum *perperam cod.* e) contra Heinricianos *B.* f) Gumpertus *add. B.* g) praestante? *cod.* h) discepulus *cod.* i) ecclesiasticis *add. B.* k) Sigefridi Augustensis et Norperti Curiensis *add. B.* l) confectiones *cod.* m) *loco* ab exc. factae *B*: excommunicatorum. n) primi *add. B.* o) sanct. pape *des. B.* p) W. eiusque sociorum *B.* q) subiicere *cod.* r) quosque *cod.* s) vendicaverant *B.* t) Item statutum est in *cod.* u) *cap. 7 deest in B.* v) nec *B.*

10. Item ut primi mensis[w] ieiunium in quadragesima[x] et estivum in pentecoste[y] celebretur.

11. Item ne quis [caseum vel ova comedat in quadragesima].

12. Item sinodali iudicio confirmata atque laudata est ordinatio domini Gebehardi[z] Constantiensis episcopi, [immo omnia quae praefatus sedis] apostolice legatus, cum esset Constantiae, ordinavit.

13. Item ibi mota est quaestio de consanguinitate [ipsius regis et] uxoris [suae. Unde rex] in media synodo surrexit seque de hac re sanctae synodi iudicium per omnia observaturum professus est. [Sancta autem synodus in presenti hanc] causam canonice examinare non posse iudicavit, eo quod[a] legitimi accusatores infra [synodo[b] non adessent].

14. [In fine autem synodi sententia anathematis] cum ardentibus candelis promulgata est in Guibertum heresyarchen, sedis apostolicae pervasorem[c] [et in apostatas sancti Petri Ugo]nem Album et Iohannem Portuensem exepiscopos et Petrum quondam cancellarium. Item[d] in Wezelonem Magontine sedis invasorem, Leomarum Bremensem, Utonem[e] Hildisheimensem[f] exepiscopos; in hos inquam[g] et in omnes eorum [complices inevitabilis] sententia anathematis promulgata est.

# 444. MATHILDIS COMITISSAE DONATIO.

## 1102. Nov. 17.

*De hac donatione celeberrima tempore Gregorii VII. primum facta*[1] *et a. 1102 renovata a. 1872 doctissime egit vir cl. Pannenborg 'Studien zur Geschichte der Herzogin Matilde von Canossa' (Göttingen), qui etiam p. 40 editionem novam instauravit, cui nos grato animo non pauca debere profitemur. Editionem nostram paravimus subsidiis quae ille indicaverat. Quae sunt:* M *fragmenta duo inscriptionis in marmore sculptae litteris saec. XII, quae iam olim in pavimento cryptarum basilicae Vaticanae reperta erant; maius fragmentum iam anno 1631 inventum Franciscus Maria Torrigio in usus editionis novae vertit in libro 'Le sacre grotte Vaticane' (ed. II. Romae 1639) p. 338; rudi arte imaginem aere sculpi iussit a. 1764 Borgia 'Memorie istoriche della città di Benevento' II. ad p. 84, quam imaginem deinde repetivit a. 1773 Dionysius 'Sacrarum Vaticanae basilicae cryptarum monumenta' Tabula XXXV (ed. II. a. 1828). Tum Sarti et Settele a. 1840 in libro 'Ad Dionysii opus de Vaticanis cryptis Appendix' denuo imaginem fragmenti istius maioris meliorem aere incisam dederunt, adiuncta imagine fragmenti minoris, quod detexerant, Tabula VII. Haec duo fragmenta parvam partem linearum septemdecim superiorum servaverunt*[2]*, quam in editione nostra typis crassioribus insigniri iussimus. —* 1) *codex*

**443.** w) *loco* primi mensis *B*: vernum. x) prima ebdomada quadragesimae *B*. y) semper *add. B*. z) Gebeharch *cod*. a) eoque *cod*. b) infra synodo *des. B*. c) perversorem *cod*. d) Item — invasorem *infra B*. e) Unthonem *cod*. f) Ottonem Constantiensem, Burchardum Basilensem, Houzemannum Spirensem exepiscopos; item in Wecilonem Mogontinum pervasorem, Sigifredum Augustensem, Nortbertum Curiensem *add. B*. g) inq *cod*.

1) *Comitissam revera iam Gregorii VII. tempore bona sua apostolicae sedi legavisse, quod b. m. Giesebrecht negaverat, argumentis firmissimis nuper probavit vir cl. Scheffer-Boichorst 'Mittheilungen des Instituts für österr. Geschichtsforschung' IX, 136. XI, 119.* 2) *Valde erravit vir cl. Pannenborg p. 38 contendens, Sartium et Setteleum tria fragmenta nova invenisse, quibus adiuti integras septemdecim lineas*

*bibl. Vaticanae Ottobonianus 3057 Albini collectionem continens, saec. XII. ex. fol. 135; contulit a. 1884 Waitz;* 2) *codices Libri censuum Cencii camerarii, cum Cencium in donatione describenda aliud exemplar ac codicem Ottobonianum secutum esse eluceat; et quidem* 2a) *codex tabularii Vaticani Avinionensis 2529 saec. XIV. ex. fol. 114 secundum editionem Theineri in 'Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis' I, p. 10 nr. 10; textus propius accedit ad textum codicis 1 quam* 2b) *codex bibliothecae Vaticanae 8486*[1] *saec. XIII. in. fol. 130'. Praeterea sub* B *scripturas nonnullas adnotavimus editionis principis Annalium Baronii (a. 1607 tom. XII, p. 27 § 20). Baronius diploma nostrum invenit Donizonis Vitae Mathildis in codice quodam subiunctum*[2]*, praeterea 'in Vaticano codice, quo eiusmodi publica monimenta descripta leguntur', quo nimirum fundamento editionis usus est*[3]*; alia etiam exemplaria quaedam in usus suos vertit, ut ipse testatur*[4]*. Codicem istum exemplar quoddam Libri Cencii fuisse, vir d. Pannenborg autumavit; equidem de codice quodam Libri privilegiorum sanctae Romanae ecclesiae a Platina saec. XV. ex. confecto cogitare malim. Utut haec sunt, quin textus Baronii longius a genuino recedat, non est dubium. Eadem est ratio textus, quem a. 1612 Tengnagel in libro 'Vetera monumenta contra scismaticos' p. 234 e codice quodam Donizonis*[5] *publicavit et lectionibus variis illustravit, quas una excepta ex editione Baronii desumpsit. Quem textum depravatum, a. 1707 a Leibnitio ('Scriptores rer. Brunsvicensium' II, 687) repetitum, non curavimus. Editio denique Cennii ('Monumenta dominationis pontificiae' II, 238) ope codicis Ottoboniani instaurata est. Nos scripturam marmoris secuti, ubique* ae *posuimus, quamquam cod. 1 litteram* e *praebet.*

*Animadvertendum certe est, textum marmori incisum autographum minime fuisse; autographon potius in membrana exaratum et sigillo munitum erat. (P. deest.)*

In nomine sanctae et individ**uae Trinitatis.** Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi MCII. XV.[a] **die Kal. Decem**bris, indictione X.[b] Tempore domini Gregorii VII. papae, in Lateranensi palatio in **capella**[c] **sanct**ae crucis, in praesentia Centii[d] Fraiapane[e], Gratiani, Centii[d] **Fran**culini et Alberici de Petri Leonis[f], Cice[g] et Bencincasa[h] fratris eius et[i] Uberti **de Tascio**[k] et aliorum plurium, ego Matilda[l] Dei gratia comitissa pro remedi**o animae me**ae et parentum meorum dedi et optuli[l] ecclesiae sancti Petri per interventum d**omini Gregorii** VII.[m] **papae om**nia bona mea iure proprietario, tam quae[n] tunc habueram quam **ea quae in an**tea acquisitura[o] eram, sive iure successionis sive alio qu**ocumque**[p] **iure ad me** pertinerent[q], et tam ea quae ex hac parte montis[r] habebam, q**uam illa quae in ult**ramontanis partibus ad me pertinere videbantur, omnia, sicut **dictum est per manum domini Gregorii** VII. papae,

**444.** a) quartadecima 2*a*. b) XI. *rectius 2b, sed emendare non audeo.* c) cappella 1. 2*a*. d) Cencii 2*b*. e) Frajapan. 1; Frangiapane 2*a*; Fragiapane 2*b*. f) Leone 2. *B*. g) *deest* 2. *B*. h) Benincasa 2*a*. *B*. i) *deest* 2*a*. k) Tuscio *B*. l) *sic* 1. 2 *semper.* m) VII. *deest M;* papae VII 2*a*. *B*. n) quod 1. 2*a*. o) adquisitura 2*b*. p) quocunque 2*b*. q) pertinent 2*b*; pertinentia *B*. r) montium *B*.

*superiores restaurare potuissent. Editores haec clarius dicunt, cuius indolis sit Tabula VII. his verbis: 'non difficile nobis fuit ex donationis textu, dimensis utrinque iis singularum linearum partibus, quae interciderunt — ita septem ac decem priores lineas restituere, quemadmodum in ipsa tabula insculptas olim fuisse probabili coniectura videtur, et quales aere incisas in tabula Appendicis huius VII. exhibemus'. Ergo omnes lectiones a. viro d. Pannenborg e marmore allatas, exceptis iis, quas typis crassioribus nos insigniri fecimus, in marmoreis fragmentis nequaquam leguntur.* 1) *Descriptionem accuratissimam dedit vir d. Fabre 'Mélanges d'archéologie et d'histoire' III, p. 333 sq.* 2) *Hic non erat codex autographus Donizonis Vaticanus 4922, sed fortasse codex Vaticanus 3754, quem Bethmann (SS. XII. 349) saeculo XVII. adscripsit.* 3) *'Ipsum iam antiquitate nonnihil laesum, ut reperimus, hic fidelissime reddimus'.* 4) *'Hactenus ibi facta collatione cum aliis exemplaribus aeque depravatis'. Unam tamen lectionem variam in margine adnotavit:* indictione XI. *pro* X. 5) *V. p. 128. 129.*

Romanae ecclesiae dedi et tradidi et cartulam inde fieri rogavi. Sed[s] quia cartula nusquam[t] apparet et timeo, ne donatio et oblatio mea in dubium revocetur, ideo ego quae supra comitissa Matilda[l] iterum a praesenti die dono et offero eidem Romanae ecclesiae per manum Bernardi[u] cardinalis et legati eiusdem Romanae ecclesiae, sicut[v] illo tempore dedi per manum domini Gregorii VII. papae[w], omnia bona mea, tam quae nunc habeo quam quae in posterum[x] Deo propitio acquisitura[o] sum, et[y] tam ea quae ex hac parte montis[r] quam quae[z] in ultramontanis partibus habeo vel[a] habitura sum sive iure hereditario sive alio quocumque[p] iure, pro mercede et remedio animae meae[b] et parentum meorum. Quae autem ista mea bona iuris mei superius dicta una cum accessionibus et ingressibus seu cum superioribus et inferioribus suis[c], qualiter supra legitur[d], in integro ab hac[e] die in eadem ecclesia dono et offero et per praesentem cartulam offertionis[f] ibidem habendum confirmo, insuper per cultellum, festucam nodatam, guantonem[g] et guuasionem[h] terrae atque ramum arboris; et me exinde foras expuli, guarpivi et absentem me feci et a parte ipsius ecclesiae habendum reliqui, faciendum exinde pars[i] ipsius ecclesiae aut cui pars[k] ipsius ecclesiae dederit a praesenti die quicquid[l] voluerit, sine omni mea et heredum et[m] proheredum meorum contradictione. Si quid vero, quod futurum esse non credo, si ego comitissa Matilda, quod absit, aut ullus de heredibus ac[n] proheredibus meis seu quaelibet opposita persona contra hanc cartulam[o] offertionis[t] quandoque agere temptaverimus aut eam per quodvis ingenium infringere quaesiverimus, tunc inferamus ad illam[p] partem, contra quam exinde litem intulerimus, multa[q] quod est pena auri optimi libras mille[r], argenti pondera IIII[s] milia, et quod repetierimus vendicare non valeamus, sed praesens haec cartula offertionis[f] omnibus[t] temporibus firma permaneat atque persistat. Et bergamena cum atramentario de terra levavi, paginae[u] Guidonis notarii tradidi et scribere[v] rogavi, in qua subter confirmans testibus optuli roborandam.

Actum Canusiae feliciter.

Matilda Dei gratia si quid est[w] in hac carta a me facta ss.

†[x] Ego Ardericus[y] iudex interfui et ss.[z]

Ego Ubaldus iudex interfui et ss.[z]

Signum manus[a] Attonis[b] de Monte Barranzonis et Bonivicini[c] de Canusia, rogati testes.

Ego Guido notarius sacri[d] palatii scriptor[e] huius cartulae offertionis[f] post traditam complevi et dedi.

(S. N.)[g]

441. s) s7 = set 1 *semper.* t) nuquam 1. u) Ber 1. v) in *add. B.* w) VII. papae *des. 2 B.* x) imposterum 2*a.* y) *huius ultimae marmoris lineae inferior pars mutilata est.* z) *deest* 2*b. B.* a) *loco* vel — hereditario sive 2. *B*: quam quae (quaeque *B*) in posterum Deo propitio acquisitura sum, *quae iam supra leguntur.* b) *deest* 2*b.* c) *emendavit secundum chartas Mathildis Pannenborg;* suarum 1. 2*b*; suorum 2*a*; *deest B.* d) legimus 1: legavi *B.* e) ea 2. f) oblationis 1; offersionis 2*b.* g) gantonem 2. h) quasionem 2*b.* i) *loco* pars ipsius ecclesiae *B*: papae. k) *loco* pars ipsius *B*: papa illius. l) quidquid 2*b.* m) ac 2. n) aut *B.* o) car̄ 1; ire *add.* 1. 2*a.* p) eam 2*b.* q) multam 2*b. B.* r) m. 2*b.* s) quatuor 2. *B.* t) cunctis 1. u) paginam 2*a. B.* v) scribi 1. w) siquidem 2*a.* x) *signum crucis hic in* 1. 2. y) Adericus 2*a. B.* z) subscripsi 2*a.* a) manu 2. b) Ottonis 2*a.* c) Benvicini 2*a*; Bonvicini *B.* d) *deest* 2. *B.* e) et *add.* 1. f) *sic hic et* 2*b*; oblationis 1. g) *in solo* 1.

# 445. IURAMENTUM ITALORUM ET PROMISSIO IMPERATORIS.

(1111? 1122?)

*Damus secundum editionem Iaffēi in 'Bibliotheca rer. German.' V, 284 nr. 159 e codicibus tribus collectionis Udalricianae* 1) *Vindobonensi 398 f. 125'*; 2) *Zwetlensi 283 p. 275; Vindobonensi 611 f. 60'. Pertz Goldastium I, 259 et Mansium XXI, 276 secutus opinabatur, formulam esse eam, per quam Heinrici V. legati, pace cum ecclesia Wormatiae restituta, Italos ad fidem imperatoris constrinxerunt. Cui adstipulatus est Giesebrecht 'Gesch. der deutschen Kaiserzeit' III, 957. Iaffé tamen annum 1111 mavult. Qui etiam acute indicavit, in allocutione duas formulas inesse: 'quarum altera ab eo enuntiabatur, qui ad iusiurandum invitabat, haec:* Si ea quae supra scripta sunt iuraveris et per rectam fidem adimpleveris: *alteram post datum iusiurandum pronunciabant, hanc:* Si ea quae iurasti per rectam fidem adimpleveris'. *Quare et verba* supra scripta sunt *et verba* aut iuraveris et *cum Iaffēo uncis inclusimus.* *(P. 77.)*

Iuramentum[a] seu promissio quae regi[b] vel imperatori debet fieri.

Ab hac hora inantea fidelis ero N. imperatori per rectam fidem, secundum meum scire et posse. Non ero in consilio, ut vitam aut membra perdat. Italicum regnum et suam rectam potestatem infra regnum adiutor ero[c] ei secundum meum scire et posse ad tenendum et defendendum contra omnes homines, qui sibi tollere voluerint.

Allocutio eius qui iuravit regi vel imperatori[d].

Si ea quae [supra scripta sunt] iurasti [aut: iuraveris et] per rectam fidem adimpleveris, senior meus neque per se neque per subiectam personam tollet tibi vitam aut membra nec te capiet propter hoc, quod usque modo contra eum fecisti, nisi inantea sis contra eum et convictus fueris. Predia et proprietates, que iuste et legaliter habes, et eas terras, quas per scriptum iuste habes, non tibi tollet, nisi iusto iudicio per veram legem sit iudicatum. Si beneficium de regno aut de ecclesiis non habueris et legem et iustitiam ante missum mei senioris feceris, non te distringet ad curtem venire senior[e] meus, nisi tu sponte volueris.

445. a) Adiuratio 3. b) quae regi *des.* 1. c) *deest* 3. d) *sic* 2; regi vel imperatori *des.* 3; *lemma deest* 1. e) senior meus *des.* 3.

# APPENDIX V.

# ACTA SPURIA.

## 446. HADRIANI I. DECRETUM DE INVESTITURIS.

(772—795.)

*Spurium, cui nomen indiderunt 'Decretum Hadriani I. de investituris' seu 'Lex regia', ea de causa proponimus, quia intime cohaeret cum privilegiis fictitiis infra edendis, quae sub nomine Leonis VIII. papae feruntur. Nequaquam diplomatis seu documenti formam hanc Legem regiam gerere, primo aspectu patet. Negemus oportet, auctorem operi suo talem formam induere voluisse. Est potius, vel e consilio auctoris, tractatus historicus, qui tempora Hadriani I. diu elapsa esse certissime et expressis verbis indicat*[1]. *In fine tantum capitis 8 verba privilegii cuiusdam usurpantur:* Ut si quis — in secula seculorum; amen[2]. *Sed haec quoque verba minime genuini diplomatis pontificii esse, quis est qui non videat. Quae cum ita sint, auctorem hoc scripto materiam historicam sibi congessisse, ut apto tempore privilegium Hadriani I. cuderet*[3], *contenderim. Auctorem fortasse Romanum putaveris, si inspexeris verba cap. 5:* huius almae urbis. *Sed hanc conclusionem fallacem esse ex eo elucet, quod etiam in privilegio Leonis VIII. minore c. 2, quod alius originis est, haec verba obvia sunt. Ex una autem eademque ut ita dicamus fabrica omnia haec spuria provenisse, nemo negabit. Iam tempore Heinrici III. imperatoris homines notionem talis Hadriani I. decreti habuisse, Annalibus Romanis haudquaquam evincitur, cum sententia, quae ad id spectat*[4], *certe temporibus Heinrici IV. textui annalium intrusa sit*[5]. *Ceterum non prorsus reiiciam opinionem, temporibus ipsius Heinrici III, qui iam ante coronationem imperialem pontificem ordinaverat, hominem quendam ecclesiasticum partes regias sectantem ad salvandam animam decretum tale Hadriani I. sibi fingere et tractatum nostrum scribere potuisse*[6]. *Veri similius tamen videtur, hoc figmentum natum esse temporibus Heinrici IV,*

1) *V. cap. 2 enuntiata:* Tunc temporis *et* beatus Adrianus. 2) *Cf. etiam enuntiata eiusdem capitis:* quod prediximus *et* predecessorum nostrorum. 3) *Eadem est ratio privilegii maioris Leonis VIII.* 4) *SS. V, 469:* sicut sanctus Adrianus papa et alii pontifices confirmaverunt per privilegii detestationem. 5) *Cf. Steindorff 'Jahrbücher Heinrichs III.' I, 470—472.* 6) *Iam homines saeculi IX. ad id anhelabant, ut iuri regio episcopos ordinandi originem ecclesiasticam vindicarent, uti legitur in Lupi Ferrariensis epistola 81 (XXIX. ed. Desderises du Dezert p. 104):* Idque vestrae prudentiae dominus

*et quidem priusquam rex coronam imperialem acceperit. Nam cum auctor narraret, Karolum Magnum adhuc regem privilegium ab Hadriano I. suscepisse, certe probare sibi proposuerat, non solum imperatori, sed etiam regi ius eligendi pontificem et investiendi episcopos competere. Accedit quod iam c. a. 1085 decretum vulgatum erat (v. infra). Ergo post synodum Brixinensem (1080. Iun.) et ante coronationem imperialem (1084. Mart. 31) tractatum nostrum conscriptam esse contenderim.*

*Auctor tractatus nonnulla petivit e Libro pontificali, sed omnia quae tradit historica adeo confusa sunt, ut difficile sit iudicatu, utrum hunc librum ipsum, an per medium quoddam adhibuerit. Ea, quae leguntur de Langobardis et de Karolo Magno, aegre ad fontem certum reducere valemus. Ceterum auctor Institutiones cognovit pariter atque auctor privilegii Leonis VIII. maioris.*

*Luci datum est opus nostrum primum a. 1566, cum Schardius in libro 'De iurisdictione, auctoritate et praeeminentia imperiali' (Basileae s. a.) libellum Theoderici de Niem, de privilegiis aut iuribus imperii circa investituras tractantem, ederet. Theodericus tractatum deprompserat 'ex quodam antiquissimo libro Florentino de verbo ad verbum', ut ipse dicit*[1]*. Editionem Schardianam repetiverunt Goldastius*[2]*, omisso tamen exordio historico, et Schilterus*[3]*. Nostro saeculo vir cl. Kunstmann novam editionem instituit ope codicis nostri 3 'Theologische Quartalschrift' (Tübingen) 1838, p. 336. Nos subsidia editionis nostrae adhibuimus* 1) *cod. Vindobonensem 2213 (Ius can. 105) optimae notae, saec. XII—XIII. fol. 12, quem contulit vir cl. m. Waitz*[4]; 2) *cod. Bambergensem P. I. 9 (C. 64) saec. XII. fol. 102'*[5]; 3) *cod. Bambergensem Q. IV. 31 saec. XII. secundum editionem Kunstmanni; codex 3 a codice 2 pendere videtur seu certe ex communi exemplari derivatus est*[6]*. Praeterea graviores Theoderici de Niem scripturas sub siglo* T *secundum editionem Schardii adnotavimus.*

*Decretum Hadriani iam Landulfum in Historia Mediolanensi l. II, c. 11 (SS. VIII, 49) c. a. 1085 conscripta cognovisse, Floss 'Die Papstwahl unter den Ottonen' p. 55 animadvertit. Ceterum Ivo Carnotensis excerptum praebet in Panormia l. VIII, c. 135*[7]*, quod ex ipsa recepit Gratianus in Decreti c. 22 Dist. 63. Ad decretum provocasse legatos Heinrici V. a. 1107 coram Paschali II. Catalauni, auctor est Ekkehardus SS. VI, 244. In usus suos verterunt ipsum praetera Tractatus de investitura episcoporum a. 1109 (Libelli de lite II, 498 n. 7), Auctuarium Sigeberti Aquicinense a. 1113 confectum, Willelmus Malmesburiensis in Gestis regum Anglorum l. II, c. 202 (SS. X, 470), Pauli diaconi continuatio tertia saec. XIII. ex. conscripta (SS. rer. Langob. p. 214), Chronicon Andreae Danduli (Muratori, Scr. rer. Ital. XII, 146). (P. deest.)*

noster iussit suggerere, non esse novicium aut temerarium quod ex palatio honorabilioribus maxime ecclesiis procurat antistites. Nam Pipinus, a quo per maximum Karolum et religiosissimum Hludogvicum imperatores duxit rex noster originem, exposita necessitate huius regni Zachariae Romano papae in synodo, cui martyr Bonifacius interfuit, eius accepit consensum, ut acerbitati temporis industria sibi probatissimorum decedentibus episcopis mederetur. 1) *ed. Schardius p. 787.* 2) *'Statuta et rescripta imperialia' (1607) et Constitutiones imperiales' IV, 1, 1.* 3) *'Institutiones iur. publ. Rom. Germanici' (1696) II, 1.* 4) *Cf. 'Archiv' X, 489. Specimen scripturae dedit Sickel 'Monumenta graphica' Fasc. IV, Tab. XI.* 5) *V. 'Archiv' VII, 822.* 6) *Tractatus exstat quoque in cod. Vaticano 1984 saec. XII. in. fol. 191 ('Archiv' V, 83), in cod. univers. Pragensis B. 12 saec. XV, qui codicem quendam saec. XII. ex. praecise descripsit et etiam Leonis VIII. privilegium minus et cessionem donationum continet (v. 'Abhandlungen der Böhm. Ges. der Wissenschaften' VI. Folge, II. Band, p. 18), cod. Paris. Sorbonne 280 ('Archiv' VIII, 301).* 7) *Non vero in Decreto l. VIII, c. 134, ut Pertz scripsit, qui excerptum hoc e codice Panormiae Vindobonensi 2195 fol. 104 LL. II, 2, p. 169 not. edidit. Neque in Ivonis Decreto neque in Collectione canonum tripartita tempore Urbani II. scripta canon legitur, ut falso contenderunt Pertz et Bethmann 'Archiv' XI, 841. Cf. Hirsch 'De Sigeberti vita et scriptis' p. 44. 45. Canonem autem exstare in codicibus Duacensi 700 saec. XII. et Parisino 4282, auctor est Bethmann l. c.*

Incipit hystoria Karoli Magni regis Francorum et decreta beati Stephani Adrianique papae[a].

(1) Tempore ex quo Longobardi Italiam intravere, Romam quoque obsederunt[b.1], Italicum vero regnum invasere et per XII annos absque rege detinuere[2]. Itaque[c] ex ipsis regem constituere et prevaluere usque ad Karolum regem, qui Desiderium cepit regem Longobardorum in Papia[d] per longam obsidionem. Cuius filius Adelchis[e] fugam duxit in marinis partibus[f]. Hucusque legati Constantinopolitanae urbis Romae Italieque commorantes[g] detinebant oppida[h] et tributa colligentes erario[i] augusti Constantinopolim deferebant[k]. Cumque expulsi sunt[l] a gente[m] Longobardorum, ipsi quoque[n] Longobardi usque ad Karolum regem regnum detinuerunt[o]. (2) Accidit vero, quod Liuprandus[p] rex Longobardorum Ravennam obsedit et Classim[q] destruxit[r.3]; exarchus[s] vero Ravennae cum Ravennatibus Romam petierunt et Constantinopolim navigio iter[t] direxerunt. Post hec vero Aistulphus[u] rex Longobardorum exarchatum Ravennae, exarchatum Histriae[v] seu ducatum Ferrariae invasit et Faventiam seu Cesenam[w] tulit de Romana aecclesia. (3) Tunc temporis Stephanus papa[x] pro tanta persecutione legatos Franciam[y] direxit Karolo regi Francorum[z], ut predia Romane aecclesiae defenderet pro amore beati Petri. Ipse[a] vero Karolus pietate commotus[b] Aistulpho regi sepius legatos misit nichilque profecit. Aistulphus tamen omnia bona remandavit et satisfacere[c] se in omnibus promisit[d] et nichil horum observavit[e]. Post mortem vero[f] Aistulphi Desiderius[g] regnum obtinuit et res aecclesiae nichilominus invasit. Ad quem Karolus[h] sepius legatos misit eiusdem rei. Ipse vero Desiderius[h] bona aecclesiae relinquere se promisit[i] per omnia et[k] nichil profecit. (4) Stephano[l] vero defuncto, Adrianus papa Karolo legatos[m] direxit et[n] ut Romam veniret ad defendendas res aecclesiae postulavit. Tunc temporis Karolus Italiam ingressus[o] Papiam obsedit et relinquens ibi exercitum Romam tetendit ad sanctam resurrectionem[p] ibique satis[q] honorifice susceptus est a beato Adriano papa et a[r] cunctis ordinibus Romanorum et in laudibus civitatis[s] adclamatum est: 'Karolo perpetuo[t] augusto a Deo coronato[u] vita et victoria'[4]. Post vero sanctam[v] resurrectionem reversus Papiam cepit Desiderium

446. a) *lemma in* 2. 3: Ex decretis Adriani papae Karolo regi; *in cod. Prag.*: Ex — regi Francorum. b) obsiderunt 1. *T. qui addit:* et ceperunt. c) ita quod — constituerint — prevaluerint *T.* d) Papiam 1. e) Idechis 2; Ydechis 3; Adelgisus *T.* f) fugam cepit in maritimis *T.* g) commorati 2. 3; *deest T.* h) opida 1. i) colligebant et in aerarios 2. 3; colligebant et ea ex erario *T.* k) Romanam et alias ecclesias Italiae non defendebant *add. T.* l) Cumque illi expulsi essent *T.* m) sunt agente 1. 2. 3. n) *deest T.* o) detinuere 2. 3. p) Luiprandus 2. 3; Luitprandus *T.* q) classem 2; captam *T.* r) construxit 2. 3. s) hexarchus *T*; exarchatus 1. 2. 3. t) iter *deest* 2; Const. inde *T.* u) Aistulf. *semper* 2. 3. v) Ystriae 2. 3. w) Cefenam 1; Cesennam abstulit Romanae ecclesiae *T.* x) qui transtulit imperium de Graecis in Germanos in personam dicti Caroli, qui fuit in Germania natus, educatus, mortuus et sepultus *add. T.* y) leg. misit ad Germaniam *T.* z) regi Fr. Karolo 2. 3. a) Iste *T.* b) motus *T.* c) satisfacturum 2. 3; Nam licet Aistulphus omnia bona ecclesiae Romanae ablata ei restituiturum et satisfacturum *T.* d) repromisit 2. 3. e) *sic* 2. 3; et et niehilque profecit observavit 1; promisit, nihil tamen horum obs. *T.* f) *deest T.* g) cuius filiam dictus Carolus habuit in uxorem, qua defuncta contraxit matrimonium cum quadam filia ducis Sueviae in Germania, quae fuit mater Pii Ludouici eiusdem Caroli filii et qui ei in imperio immediate successit *in parenthesi add. T. suo sane Marte.* h) rex *add. T.* i) repromisit 2. 3; bona reddere ecclesiae illaque relinquere velle promisit *T.* k) quod 3. l) Itaque istis temporibus Adrianus papa, qui dicto Stephano successit in papatu, ipsi Carolo legatos misit et ut *T.* m) litteras 2. 3. n) quibus 3. o) Carolus vero rex ingressus Italiam *T.* p) ad diem solennem resurrectionis sanctae *T.* q) *deest T.* r) *deest* 3. s) etiam ei *T.* t) semper *add. T.* u) *deest T.* v) sanctam vero 2.

1) *Cf. Libr. pontif. Vit. Pelagii II.* 2) *Interregnum 12 annos durasse, dicunt Origo gentis Langob. c. 6 et Historia cod. Gothani c. 6 (SS. rer. Langob. 5. 10); Paulus II, 32. III, 16 vero annos 10.* 3) *Cf. Libr. pontif. Vit. Gregorii II; melius tamen quadrare videtur Paulus VI, 49.* 4) *Hoc sapit exclamationem populi in coronatione Karoli factam, quam tradit Lib. pont. Vit. Leonis III.*

regem duxitque in captivitatem. (5) Deinde reversus[w] Romam constituit[x] sanctam ibi[y] synodum cum Adriano papa in patriarchio Laterani[z] in aecclesia sancti Salvatoris. Que reverentissime celebrata est a C quinquaginta tribus[a] viris[b] religiosissimis[c], episcopis et abbatibus, adhuc etiam a iudicibus et legis doctoribus et ab universis ordinibus et regionibus[d] huius alme urbis et a cuncto populo[e], clero[f] sancte Romane aecclesiae, exquirentibus usus legesque et mores[g] et quemadmodum hereses et seditiones[h] abolere[i] possent, de[k] apostolica sede et de dignitate patriciatus et[l] Romano imperio, ex quibus omnibus nimius error crescebat universo orbi[m]. Populus itaque Romanus[n] more solito legem condebat[o]. Sed difficile erat pro unoquoque negocio tociens tot[p] in unum congregare[q]. Unde[r] suum[s] ius et potestatem imperatori[t] concesserunt, prout[u] legitur: 'Populus itaque Romanus concessit ei[v] et in eum[w] omne suum ius[x] et potestatem'. (6) Ad hoc[y] quoque exemplum prefatus Adrianus papa cum omni clero et populo et universa sancta synodo tradidit[z] Karolo augusto omne suum ius et potestatem eligendi[a] pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus[b] similiter[c] ei[d] concessit. (7) Insuper archiepiscopos, episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definiunt[e]. Post hec consecrationem suscipiant[f], unde pertinet[g]; ita tamen ut abolita sit veterum sententia moresque in posterum, quatenus nemo per cognationem vel per amiciciam aut per pecuniam[h] sibi eligat episcopum; sed soli regi[i] huiusmodi reverenda tribuatur facultas. Veruntamen quamvis[k] a clero et a populo aliqua presumptione vel religionis causa eligatur episcopus[l], nisi a rege laudetur et investiatur, a nemine consecretur. (8) Ex hoc ipso tot[m] prolatis sententiis ab universis, qui in hac sancta synodo congregati fuerant in nomine Trinitatis, Adrianus papa pre omnibus hec omnia[n] concessit, laudavit et affirmando constituit. Ad hec etiam[o] roborando subintulit[p]: 'Ut si quis posthac contra[q] hanc sanctam synodum temerator repertus fuerit sive contra hoc[r] quod prediximus repugnaverit[s], cuiuscumque gradus sit[t] vel ordinis aut[u] officii vel[v] dignitatis aut generis[w], sciat se in[x] iram beati Petri apostolorum principis et omnium sanctorum et[y] predecessorum nostrorum casurum et anathematis vinculo dampnatum perpetualiter victurum, in[z] excommunicationem quoque universalis aecclesiae et cuncti populi Christiani emersurum[a]; insuper nisi a malo resipuerit, inrevocabili exilio puniatur[b] vel ultimis suppliciis feriatur et bona eius[c] publicentur. Qui vero pio intuitu custos[d] et observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque eternam[e] cum omnibus sanctis sine fine[f] habere mereatur[g] in secula seculorum; amen'.

**446.** w) Post haec reversus est *T*. x) *loco* constituit — cum *T*: ubi constituta est sancta synodus a beato. y) ibi sanctam 2. 3. z) in palatio Lateranensi videlicet *T*. a) C et tribus 3; tribus *superscr.* 1. b) *deest* 2. 3. c) reliogissimis 1. d) religionibus 2. 3. e) *deest* 2. 3. *T*. f) huius *add. T*. g) e i u s d e m e c c l e s i a e e t i m p e r i i *add. T*. h) et sed. *des.* 2. i) absolvere 3; aboleri *T*. k) et de 3. l) atque 3. m) in univ. orbe 3. *T*. n) Romanorum 1. o) concedebat 1. p) *deest T*. q) congregari *T*. r) Inde ergo 2. 3. s) sententiam *T*. t) imperii 1; i m p e r i i i m p e r a t o r i *recte ut videtur T*. u) quemadmodum *T*. v) Carolo *T*. w) et in eum *des.* 2. 3; transtulit *add. T*. x) ius suum 3. *T*. y) hec 1; eorum *T*. z) concessit *T*. a) summum *add. T*. b) *loco* patriciatus — concessit *T*: p r i n c i p a t u s, s i c u t s c r i b i t u r d i s t i n. 53. A d r i a n u s. c) *deest* 2. 3. d) *deest* 1. e) definivit 2; diffinivit *T*. f) *deest* 2. 3; accipiant *T*. g) pertinent 2. 3. *T*. h) pecuniarum acceptionem *T*. i) Romanorum *add. T*. k) si ab universo clero et cuncto populo *T*. l) ep. el. 3. m) ipso tot *des. T*. n) *deest T*. o) quoque 3. p) Ad hoc etiam totum roborandum decrevit *T*. q) hac contra *des.* 1. r) hec 1; hoc totum quod produximus *T*. s) repugnavit 3. t) sit gradus 2. 3. u) vel 2. 3. v) aut 2. 3. w) vel generis 2; aut generis *des.* 3. x) *deest* 1. y) *deest* 2. 3. z) *deest T*. a) incursurum *T*. b) prematur *T*. c) ei 3. d) horum *add. T*. e) a Deo *add. T*. f) sine fine *des.* 1. g) mereatur habere 3.

# 447. KAROLI MAGNI CONSTITUTIO DE EXPEDITIONE ROMANA.

790. Iun. 6.

*Celebre hoc falsum in monasterio Augiensi in lacu Bodamico sito circa a. 1160 confectum esse, nuper clarissime comprobavit vir cl. Scheffer-Boichorst 'Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins, Neue Folge' III, 173 sq.*[1] *Quam ob rem fas est, nos codicem unicum qui ad tabularium Augiense recedit, quamvis recentioris aevi sit et scripturis singularibus excellat, pro fundamento textus ponere, scribendi tamen ratione optimi codicis saeculi XII. (3) observata. Codices, quibus usi sumus, sunt ergo hi:* 1) *codex tabularii Karlsruhani sign. Repertorium Reichenau 373 fol. 5 a. 1593 exaratus a Carolo Brantzen, cui fortasse adhuc autographon prae oculis fuit*[2]*; contulit vir d. Richardus Fester tabulario illi adscriptus: nonnullis scripturis propius ad codicem Augiensem accedit* 2) *codex lat. Monacensis 5254 (Chiems. can. 4) saec. XII. ex., Sermones S. Bernhardi continens, fol. 161' (ultimo) manu saec. XII. ex.;* 3) *codex lat. Monacensis 5260 (Chiems. can. 11)*[3] *saec. XII, originis Augustanae, fol. ultimo;* 4) *codex lat. Monacensis 3519 (Aug. civ. 18) saec. XII, qui eadem continet ac codex 3 ideoque ex eodem exemplari derivatus est*[4]*, fol. 47' (ultimo);* 5) *codex Giessensis 176 (Senckenberg. 42) anno 1470 ab Erasmo Sayn de Frisinga exaratus, qui Ottonis Frisingensis opera continet*[5]*, fol. 233; contulit vir d. Karolus Kunze;* 6) *codex monasterii Claustroneoburgensis 260 saec. XIII. fol. 174', quem ut etiam sequentem contulit vir d. Iosephus Donabaum;* 7) *codex monasterii Sancrucensis 82 saec. XIII. fol. 144' (ultimo), qui in ineunte capite 13 abrumpitur.*

*Editiones constitutionis, adnotatis codicibus e quibus profluae sunt, enumeravit vir cl. Mühlbacher. Accedit nuperrime editio viri d. Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' IV, 302, qui textum codicis 3 accuratissime typis dedit, adnotatis lectionibus codicis 2, quem ipse contulit, codicis 5 secundum Pertzium et codicis 1 secundum Schefferi dissertationem p. 187.*

*Ad constitutionem nostram provocasse Gregorium X. papam in epistola principibus a. 1257. Oct. 15 data (Theiner 'Codex dipl. dominii temp. s. sedis' I, 194) ante hos decem annos animadverti 'Neues Archiv' V, 239. — Böhmer, Reg. imp. I. 297.*

*(P. pars II, 2.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Karolus[a] divina favente[b] gratia rex Francorum et Romanorum.

1. Si predecessorum nostrorum morem sequimur, non solum presentibus sed et succedentibus subvenire nitimur. Hac de causa cognoscat universorum[c] experientia, qualiter, dum pro nostra consecratione coroneque perceptione proficiscendi tempus ad apostolicam sedem instaret, cum[d] multis principibus annum Wormatie[e] transegimus ibique omnem reipublice[f] statum utilem et honestum confirmare, nocivum atque con-

**447.** a) Karulus 5. b) *deest* 6. 7. c) universorum cognoscat 2—7. d) quam *add.* 2—7. e) wormacię 4. f) reipuplice 6.

1) *Schefferi argumenta confirmavit Brandi 'Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau' I, 107.* 2) *Cf. Scheffer l. c. 187. Qui etiam p. 177 not. animadvertit, a codice 1 pendere eiusdem tabularii codices duos: Reichenauer Kopeibuch II, Nr. 637 fol. 82 et Codex miscellus 312 fol. 14.* 3) *De illis quae continet v. LL. III, 186 et 'Archiv' XI, 559.* 4) *Cf. LL. III, 186 et 'Archiv' XI, 561.* 5) *Cf. Gestorum editionem Waitzianam p. XXVII. Ab eo pendet cod. bibliothecae principis de Thurn et Taxis Ratisbonensis 182, olim monasterii Neresheim, saec. XVI, v. ibidem.*

trarium radicitus[g] exstirpare decrevimus. Interim dum hec agerentur, casu contigit, principes cum militibus de Romana expeditione, que tunc[h] instabat, acerbe contendere, distringentes[i] eos multo plures halspergas de beneficiis suis sibi[k] ducere, quam[l] illi faterentur se posse vel iure debere. Sed quoniam[m] hoc[n] non ab aliquo antecessorum[o] nostrorum terminatum fuit[p], dignum[q] duximus, ut eorum altercationi finem et modum imponeremus atque decretum et certam aliquam legem super omni Romana expeditione ederemus[r].

2. Statuimus ergo et decernimus[s] cum consensu omnium[t] tam spiritualium quam secularium principum ibidem nobiscum[u] assidentium: quando pro corona nostra vel pro[v] aliqua regni utilitate aut honore Romana expeditio a nobis vel a successoribus nostris preparetur, ad omnium nobiscum euntium preparationem annus cum VI ebdomadibus pro induciis detur et taliter per[h] totum[w] regnum fidelibus nostris indicetur.

3. Cuicumque autem secundum hanc legem eadem[x] expeditio imperetur, si ad curiam[y] Gallorum, hoc est[z] in campum qui vulgo Rungalle dicitur, dominum suum non comitetur et ibi cum militari apparatu non representetur[a], feodo[b], preter hos qui cum[c] gratia dominorum suorum[d] remanserint, in conspectu nostro absque spe recuperationis privetur.

4. Qui[e] autem per hominium[f], sive liberi sive servi seu[g] famuli, dominis suis adheserint, quot[h] decem mansos in beneficio possideant[i], tot brunias[k] cum duobus scutariis ducant[l], ita tamen ut pro halsperga tres marcas et pro singulis scutariis singulas marcas accipiant. Et sic eundo ac[m] redeundo cum hoc stipendio[n], sine omni dominorum dampno vel expensa, nisi quantum ipsis[o] dominis placuerit, fideliter serviant.

5. Si autem forte, quod absit, accidat ut idem milites diversos dominos propter diversa acquirant beneficia[p], ne aliquod[q] beneficium indebitum vel sine servitio remaneat, singuli singula debita stipendia[r] singulis dominis persolvant, videlicet quantum ab ipsis, si irent[s], accepturi erant, tantum se daturos cognoscant, vel in prefato loco, ut dictum est, feodum amittant. Nisi aliqui a nobis[t] vel a regno sint inbeneficiati: hi si[u] nobiscum vadant, nolumus[v] ut feodum amittant, set[w] stipendia, nisi voluntate dominorum, non pretermittant.

6. Similiter de[x] ecclesiarum filiis vel domesticis, id est ministerialibus, vel quorumcunque principum clientela[y], qui cottidie ad serviendum parati[z] esse debent, statuimus, ut quicunque[a] V mansos in beneficio possideant[b], domino suo ad quem pertinent bruniam cum uno scutario ducant[c].

7. Et hoc in arbitrio dominorum pendeat, quos ducant, a quibus stipendia accipiant, quibus[d] halspergas[e] concedant.

8. Ipsis etiam ad itineris preparationem V libre sue monete in stipendium tribuantur[f], et duo equi, unus currens et[g] alter ambulans, addantur, ac duobus sociis

**447.** g) a dictis 1. h) *deest* 1. i) constringentes 2—7. k) *deest* 6. 7. l) quia 1. m) quia 1; quō 4. n) *deest* 7. o) decessorum 7. p) fuerit 3. 4; fuerat 5. q) igitur 1; duximus dignum 4. r) concederemus 2—7. s) decrevimus 2—7. t) omnium *deest* 2—7. u) *bis in* 6. 7. v) pro *deest* 2—7. w) per totum taliter 4. x) *supra lin. add.* 2. y) ruinam 1. z) *pro* hoc est 1: hunc. a) represententur 5. b) feudo 5—7, *similia semper.* c) *deest* 5. d) *deest* 1. e) Quicumque 2. f) hominum 1. 4. g) servi seu *des.* 2—7. h) quod 2. i) possideat 2. k) brunas 5. l) ducant — scutariis *des.* 4. m) et 5. n) stupendio 3; stupendio *corr.* 4. o) ipsius 4. p) beneficia acquirant 2—7. q) aliquot 6. 7. r) stipendia *deest* 2—7. s) iurent 1. t) a nobis aliqui 4. u) *deest* 7. v) volumus 6. 7. w) seu 1. x) *deest* 1. y) *sequitur* statuimus *statim deletum in* 2. z) *deest* 5—7. a) qui 1. b) possideat 2. c) ducat 1. 2. d) etiam *add. solus* 5. e) halsbergam 1. f) tribuant 1. g) et *deest* 2—7.

soumarius[h] victualibus[i] bene oneratus[k] committatur[l], qui ab ipsis ad opus dominorum diligenter custodiatur.

9. Ipsi quoque in dominorum tamdiu vivant procuratione, quamdiu in incepta vadant expeditione.

10. Et quicquid a rebellibus regni[m] pugnando acquisierint, duas partes[n] ad dominos[o] deferant, terciam sibi pro consolatione retineant. Quos autem non pascunt domini, ad ipsos reportent terciam partem sui acquisiti.

11. Singuli vero principes suos habeant officionarios[p] speciales[q], marscalcum, dapiferum, pincernam et kamerarium. Qui IIII quanto plus sunt laboraturi, tanto plus in stipendio, in vestitu, in equitura[r] pre ceteris sunt honorandi, scilicet[s] unicuique istorum X libre cum tribus equis tribuantur, quartus marscalco addatur, quorum unum ad currendum[t], alterum[u] ad pugnandum, tercium ad spatiandum[v], quartum[w] ad loricam portandum.

12. Isti vero tales remanere cupientes, si apud dominos impetrare valeant, quot[x] mansos possideant, tot libras sue[y] monete vel totum fructum feodi in illo anno pro stipendio persolvant.

13. Ut autem regale[z] nostrum imperium ab omnibus[a] habeat supplementum, hoc constituimus et firmiter precipimus, ut singuli buringi decem cum XII funibus de canapo[b] solidos dominis suis impendant et insuper soumarium cum capistro concedant, quem, si domini voluerint, ipsi ad primam navalem aquam usque perducant. Mansionarius V solidos, absarius XXX denarios, bunuarius[c] XV, quorumlibet larum[d] possessores VI suppleant.

Et ut hec nostri decreti auctoritas inviolabilem et incorruptam[e] in Dei nomine apud omnes successores nostros[f] obtineat munitatem[g], cunctis principibus qui aderant adstipulantibus, manu propria subter eam roborare decrevimus[h] et anuli[i] nostri signo[k] assignari iussimus.

Signum (M.) Karoli[l] gloriosissimi regis. Hernustus[m] notarius[n] ad vicem Lutwardi[o] cancellarii recognovi.

Data[p] VIII. Idus[q] Iunii anno incarnationis[r] domini nostri Iesu Christi DCCXC, regni autem eius XXII. ante consecrationem[s]. Actum Wormatie; feliciter amen[t].

# 448—450. LEONIS VIII. PAPAE PRIVILEGIA SPURIA.

(963—965.)

*Tria sunt scripta, quae sub Leonis VIII. nomine feruntur, quae tamen tempore contentionis de investituris actae ab hominibus partis imperatoriae conficta esse, iam inter*

**447.** h) scumarius *seu* stumarius 5, *et infra; deest* 6. 7. i) victilibus 3. 4. k) oueratas 1. l) committetur 6. 7. m) *sic* 1; regui *corr. in* reguis 2; regnis 3—7. n) partes duas 3—6; partes suas 7. o) nos 1. p) officinarios *soli* 4. 7. q) *deest* 1. r) equitatura 2. 5—7. s) et *add.* 1. t) precurrendum 2—7. u) alium 2. v) pugnandum 6. 7. w) quantum 6. 7. x) quod 6. 7. y) tot libras sue *abscissa in* 2. z) regale *deest* 2—7; *reliqua des.* 7. a) hominibus 1. b) canopo 5. c) bunaiarius 4. d) earum 1; larium 5. 6. e) et incorruptam *des.* 5. f) *deest* 6. g) emunitatem 2—6. h) decernimus 6. i) annuli 5. 6. k) *hoc loco monogramma in* 5. l) Caroli 1; Karuli 5; *hoc loco sequitur monogramma in* 2. 3. 6. m) Hermirus 1. n) *hoc loco monogramma in* 4. o) Lutardi 1. p) Dat. 6. q) Ydus 5. r) ab incarnatione 3—6. s) autem nostri ante consecrationem XXII. 5. t) feliciter amen *des.* 5.

*viros doctos constat: primum quo Leo VIII. Ottoni I. omnes donationes territorii ab imperatoribus Romanae ecclesiae factas restituit; secundum brevis et concinnae narrationis, quo idem pontifex Ottoni I. facultatem concessit sibi successorem eligendi, papam ordinandi, episcopos per investituram ponendi; tertium in universum iudicanti fere eiusdem argumenti ac secundum est, sed amplissima narratione et prolixis deductionibus ita abundat, ut maxima eius pars tractatui historico-iuridico similior sit quam diplomati. De ratione, quae intercedit cum inter haec tria scripta tum inter ipsa et Decretum spurium Hadriani I, doctissime egit vir cl. Bernheim 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XV, 618. Qui convincere conatus est: primo confectum esse privilegium Leonis, quod agit de restituendis territoriis, et privilegium maius de investituris, deinde falsarium alium, si recte intelligo, fultum his duobus, privilegium minus Leonis VIII. et tractatum historicum de Hadriano I. fabricatum esse. Equidem argumentis viri docti haud convictus, sententiae potius viri d. Genelin*[1] *accedo. Qui imprimis hoc urget: privilegium minus datum esse Ottoni I. regi, maius vero imperatori; ergo privilegium minus ante coronationem imperiatem Heinrici IV, maius ea celebrata fictum esse. Cessio donationum Leonis, quae imperatori data est, eadem de caussa post diem Martis 31 anni 1084, tractatus de Hadriano, qui mentionem nullam facit Karoli imperatoris, ante hunc terminum compositus est. Aliud insuper discrimen interest inter privilegia minus et maius. In minore potestas ecclesiastica, Leo VIII. papa cum synodo, facultates supra memoratas regi tribuit; in maiore vero populus Romanus, cui adnumeratur papa cum clericis, ius et potestatem suam in imperatorem transfundit. Ut Genelin refert, vir ill. Ficker suspicatur, auctorem privilegii maioris esse Petrum Crassum Ravennatem, cui debemus tractatum illum celeberrimum a. 1080 compositum, quo iura regis et iniuriam Gregorii VII. probare conatus est*[2]*. Hic et illic eadem deductionis indoles obvia est, eaedem auctoritates allegantur, imprimis Institutiones, S. Gregorius, Petrus apostolus. Quamvis, an verum invenerit haec opinio, in medium relinquam, certum tamen mihi videtur, auctorem maioris et minoris privilegii necnon et Cessionis donationum inquirendum esse inter doctores illos saeculares scholae iuridicae Ravennatis, qui inter primos potestati regiae et Wiberto arma cudebant. Ceterum auctorem privilegii maioris propositum suum, bullam Leonis VIII. fingendi, ad perfectum haud duxisse, nemo est qui non videat. Pars magna scripti, quae deductiones, locos scripturae sacrae, Gregorii Magni, canones, narrationes historicas complectitur, talis est, qualem impostor vel stolidissimus neutiquam bullae pontificiae inserere ausus fuerit. Privilegium maius est potius bullae adumbratio, quam fecit homo doctissimus undique materiam consilio suo aptam congerens, ut aptiore tempore ex vasta hac mole artificium suum formaret. Cum privilegium minus et fortassis etiam Cessio donationum ei iam ad manus esset, haud mirum est, quod initio et fini operis sui formam diplomatis dedit totaque enuntiata ex illis mutuatus est. Tractatus quoque de Hadriano I. agens ei materiam praebuit.*

*Restat ut de fontibus figmentorum istorum dicamus. De privilegio Leonis VIII. minore nil habemus. Reliqua duo nonnulla e Libro pontificali hausisse videntur, sed omnia quae tradunt historica adeo confusa et perversa sunt, ut difficile sit diiudicatu, utrum hunc librum ipsum, an per medium quoddam adhibuerint. Quae in privilegio maiore leguntur de Langobardis et de Karolo Magno, aegre ad fontem certum reduci possunt. De scriptis, quae auctori privilegii maioris materiam praebuerunt, doctissime egit Floss. Qui imprimis animadvertit, capita 11—18, ubi agitur de gestis Ottonis I, respondere Catalogo pontificum saeculi X, quem Continuationem Libri pontificalis dicunt*[3]*. At perperam opinatus, privilegium esse genuinum, errat etiam in eo quod Catalogum e privilegio hausisse dicit. Rectius statuit econtra vir d. Watterich*[4]*, utrumque tertio fonte*

1) *'Die Entstehung der angeblichen Privilegien Leos VIII. für Otto I. Programm der Landes-Oberrealschule zu Prossnitz in Mähren'. 1879.* 2) *ed. de Heinemann 'Libelli de lite' I, 432.* 3) *V. apud Watterich, 'Pontificum Rom. vitae' I, 45 sq.* 4) *l. c. p. 46 not. 16, p. 684 not. 1.*

*communi usum esse. Ut accuratius nostram sententiam diffiniamus: Catalogi istius, qui in compluribus recensionibus inter se diversis superstes est, genuina forma eaque editis uberior fons fuit privilegii nostri. Canones, quae continentur cap. 22—29, eodem ordine legi in Burchardi Decreto l. XV, c. 22—29, et ipse Floss animadvertit; Burchardum eorum fontem fuisse, recte statuit vir ill. de Giesebrecht*[1]. *Qui etiam contendit, capita 30—37, quae argumenta e scriptura sacra, praesertim ex epistola Petri prima, e scriptis Gregorii Magni, ex Institutionibus afferunt, e tractatu quodam alio eoque antiquiore desumpta esse, nam sententiam capitis 37:* Nemo enim se ipsum potest regem facere — convertitur *et ipsam occurrere in scripto quodam cardinalium Wibertinorum. Cum in iisdem capitibus et ea obvia sint, quae ad tractatum Petri Crassi quadrant, fortasse non tractatus antiquior, sed unus idemque auctor, qui bis vel ter de materia simili tractaverit, cum Fickero statuendus erit. Accedit quod scriptum illud cardinalium schismaticorum*[2] *non ante a. 1098 confectum est; ipsum potius e Privilegio maiore hausisse videtur.*

## 448. *LEONIS VIII. PRIVILEGIUM MINUS.*

*Textum praebuerunt* 1) *codex Vaticanus 1984, Romae saec. XI—XII. exaratus fol. 192, quo usus est etiam Watterich I, 675;* 2) *codex Vindobonensis 2213 (Ius can. 105) saec. XII—XIII. fol. 13*[3] *denuo collatus;* 3) *codex Bambergensis P. I. 9 (C. 64) saec. XI—XII. fol. 103, quem olim exscripsit Knust et nos denuo contulimus;* 4) *editio codicis Bambergensis Q. VI. 13 saec. XII, quam paravit Kunstmann 'Theologische Quartalschrift' (Tübingen) 1838, p. 340; codex iste intime cohaeret cum codice 3 et fortasse ab eo pendet*[4]. *Sub siglo* T *denique scripturas praecipuas Theoderici de Niem apud Schardium p. 787 adnotavimus. Editio Schardii repetiverunt Goldastius 'Constit. imperiales' I, 221 et IV, pars 2, 34, Schilterus 'Institutiones iuris publici' II, 80, alii.*

*Excerptum privilegii minoris cum excerpto tractatus de Hadriano Ivo in Panormiam l. VIII, c. 136 recepit, e qua in Gratiani quoque Decretum c. 23. Dist. 63 derivatum est. Praeterea exstat in codice Vaticano 1345 saec. XIII, Parisino 4282, Duacensi 700*[5]. *Cuius editionem Pertzium secuti (LL. II, pars 2, p. 166 not.) in adnotatione sistimus ope* 1) *codicis Panormiae Vindobonensis 2195 (Salisb. 323) fol. 104 et* 2) *Vaticani 1345 fol. 112, quem contulit b. m. Waitz*[6]. — *Jaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 3704.*

*(P. pars II, 167.)*

1) *'Geschichte der Deutschen Kaiserzeit' I, 831.* 2) *Libelli de lite II, 421 nr. XI.* 3) *Specimen scripturae dedit Sickel 'Monumenta graphica' Fasc. IV. Tab. XI.* 4) *Legitur etiam in cod. Vindobonensi 2195 (Salisb. 323) fol. 104, cod. Cantabrigensi Corp. Christi 276 ('Archiv' VII, 85), cod. Parisino Sorbonne 280, cod. Dresdensi F. 168 saec. XIII (SS. XIV, 4), cod. univ. Pragensis B. 12 saec. XV, cod. civitatis Brugensis Nr. 90 fol. 5 manu saec. XIII. valde decurtatum et variatum, cuius scripturas quamvis collatio praesto esset, prorsus aspernandas duximus.* 5) *Cf. 'Archiv' XI, 844.* 6) Leo papa congregata Rome synodo[a] in ecclesia sancti Salvatoris ad exemplum beati Adriani apostolicae sedis episcopi, qui domno Karolo victoriosissimo regi Francorum et Longobardorum patriciatus[b] dignitatem ac ordinationem apostolicae sedis et investituram episcoporum concessit: Ego quoque Leo servus servorum Dei episcopus cum cuncto clero ac populo Romano constituimus, firmamus et[c] corroboramus et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domno Ottoni primo regi Teutonicorum eiusque successoribus huius regni Italiae in perpetuum tam sibi facultatem eligendi successorem quam summae sedis apostolicae pontificem ordinandi[d]. Ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ab ipso[e] investituram suscipiant, consecrationem autem unde debent; exceptis his quos imperator pontifici ex[f] archiepiscopis concessit. Et ut nemo deinceps cuiuscunque dignitatis vel religionis[g] eligendi vel patricium sive pontificem summae sedis apostolicae aut[h] quemcunque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius imperatoris; quod[i] tamen fiat absque pecunia. Et ut ipse sit patricius et rex. Quodsi a clero et populo episcopus quis[k] eligatur, nisi a supradicto rege laudetur et

a) in sinodo Romae congregata 2. b) patriarchatus 1. c) confirmamus 2. d) ord. pont. 2. e) ut ipsi ab eo 2. f) pontificibus et 2. g) dign. sit vel religiositatis 2. h) ad 1. i) qui 1. 2. k) quis episcopus 2.

## Privilegium sancti Leoni papae VIII.[a]

(1) Convenit[b] apostolico moderaminę pollentibus benivola compassione succurrere et poscentium[c] animis alacri devotione prebere assensum. Ex hoc enim potissimum premium apud conditorem omnium reponitur[d] Deum, quando[e] omnem clerum et omnem populum asserimus esse concordem et ad meliorem fuerit sine dubio statum perductus[f]. (2) Atque ideo quia iuste et rationabiliter vestra humilitate[g] nostro apostolatui humiliter postulastis[h], quatinus gratulanter peragentes[i] sanctam synodum, nostro consilio[k] congregatam[l] patriarchio Lateranensi[m], in ecclesia sancti Salvatoris constitutam, a compluribus viris catholicis episcopis et abbatibus, insuper iudicibus ac legis doctoribus, promulgantibus, qualiter quiete ac pacifice stare ac vivere valeamus, presentibus omnibus de[n] singulis regionibus huius alme urbis Rome ac ex omnibus ordinibus cleri[o] ac populi, asserentibus et confirmantibus per omnia, heresi[p] et altercatione et omni errore expulso, quoniam nimis[q] his temporibus error ex hoc crescebat, decernimus[r] tam de Romano inperio quam de apostolica sede ac[s] dignitate patriciatus quam de investitura[t] episcopatus. (3) Idcirco ad exemplum beati Adriani sedis apostolice episcopi, cuius vitam et actionem satis[u] discretam audivimus et rationabilem[v] admodum in suis[w] spiritalibus sanctionibus recognovimus, qui[x] eiusmodi sanctam synodum constituit et[y] domno Karolo victoriosissimo regi Francorum atque[z] Longobardorum, ac patricio Romanorum[a] patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolicae sedis et[b] episcopatuum concessit[c], nos quoque Leo servus servorum Dei episcopus[d] similiter[e] cum cuncto clero et universo populo Romano omnibusque[f] ordinibus huius[g] alme Urbis, sicut in ipsis conscriptis apparet, constituimus, confirmamus, corroboramus et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus[h] atque largimur domno Ottoni[i] primo Teutonico[k] regi, dilectissimo spirituali in Christo filio nostro, eiusque successoribus huius regni Italie in perpetuum tam sibi facultatem successorem eligendi, quam summe sedis apostolice pontificem ordinandi, ac per hoc et[l] archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi tamen[m] ab eo investituram suscipiant[n] et consecrationem recipiant undecumque pertinuerit[o], exceptis his quos imperator pontifici et archiepiscopis concessit. (4) Ita demum asserimus, ut nemo deinceps, cuiusque gradus vel conditionis[p] aut dignitatis sive[q] religiositatis, eligendi regem vel patricium[r] sive pontificem summe sedis apostolice aut quemcumque episcopum[s] vel ordinandi habeat facultatem; set soli regi Romani imperii hanc reverentie[t] tribuimus facultatem, absque omni pecunia hec omnia[u] superius

448. a) *lemma in* 1: Privilegium sancti Leoni papae VIII; *in* 2: Incipiunt daecreta Leonis pape; *in* 3: Ex decretis Leonis papae Ottoni primo regi Theutonicorum; *in* 4: Ex decr. L. p. primo r. Teutonicorum. b) Convenit — de iuvestitura episcopatus *cap. 1 et 2 des. cod. Brug.* c) poscere cui 1; poscendum 2. d) depromitur. dum 1. e) quandoque 1. 2. f) productus 3. g) nostra umilitate 1. h) postulatis 1. i) peragrantes 1. 3. 4. k) concilio 1. 2. l) in *add.* 3. m) laterani 2. 3; patr. Lat. *des.* 4. n) *deest* 1; et 2. o) clericy 1. p) omni heresi 3. 4. q) nimius 2. 3. r) decrenimus 4. s) de *add.* 3. 4. t) vestitura 2. u) sat 2. v) rationabiliter 1; rationabilibus 3. 4. w) ssuis 1. x) quia 2. y) in praesentia omnium eorumque authoritate *add. T.* z) ac 1. a) Romano suisque successoribus regnum Italiae *T.* b) *deest* 1. c) Insuper et episcopatuum investituras velut ipsi cum discretione et reverentia libitum fuerit. Igitur *add. T.* d) ad idem exemplum beati Adriani *add. T.* e) simul 1. f) omnibus 1. g) uius 1. h) concessimus 1. 2. i) domino Othoni primo Augusto, Teutonico, regi providentissimo spirituali *T.* k) Teutonicorum 3. 4. l) *deest* 1. m) tantum *T.* n) accipiant 3. 4. o) pertinuerint 3. 4. p) condictionis 1. q) vel 2. r) principem *T.* s) episcoporum 1. t) reuerentiam 2; reverendam 3. 4. *T.* u) *deest* 3. 4.

investiatur, non consecretur. Si quis contra hanc apostolicam auctoritatem aliquid molitur, hunc excommunicationi subiacere decernimus et, nisi resipuerit, inrevocabili exilio puniri vel ultimis suppliciis feriri. Explicit decretum[1].

1) Expl. decr. *des.* 2.

disponenda[v]; et ut ipse sit rex et patricius. (5) Quod si a clero et a[w] populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto[x] rege laudetur et investiatur, non[y] consecretur. (6) Unde si quis contra hanc apostolicam auctoritatem et traditionem[z] aliquit molitur aut temerator in aliquo repertus fuerit, sive contra hoc[a] nostrum concilium[b] agens, sciat se in iram beati Petri apostolorum principis et filii nostri domni Ottonis eiusque[c] successorum et omnium[d] praedecessorum nostrorum et nostram casurum et sub anathematis vinculo emersurum, ac per hoc[e] excommunicationi universalis ecclesiae omnisque populi cristiani eum subiacere decrevimus. Insuper nisi a malo resipuerit, inrevocabili exilio puniatur vel ultimis suppliciis feriatur. Qui vero pio intuitu custos et[f] observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque eternam cum omnibus sanctis sine fine habere mereatur in secula seculorum; amen, amen, amen[g].

## 449. *LEONIS VIII. PRIVILEGIUM MAIUS.*

*Edimus ope unici codicis civitatis Trevirensis 1081 (LXXI. olim S. Mathiae) saec. XI—XII. fol. 40'—44[1] a viro cl. Loersch collati. Dedit primus Floss 'Die Papstwahl unter den Ottonen' (Freiburg 1858) p. 147. — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 3705.*

*(P. deest.)*

In nomine sancte individueque Trinitatis. Leo servus servorum Dei episcopus. (1) Convenit apostolico moderamine pollentibus benivola conpassione succurrere et poscentium animis alacri devotione impertiri adsensum. Ex hoc enim lucri potissimum premium apud conditorem omnium reponitur Deum, quando cunctus populus Romanus et clerus ad meliorem fuerint sine dubio statum perducti. Atque ideo quia iuste et rationabiliter vestra humilitas nostrum apostolatum humiliter[a] postulavit, quatinus Romani error destrueretur imperii, idcirco nos ratio huius concilii sinodalis promere persuasit, quod in sequenti[b] libere precipiendo docuerimus. (2) Si cuiusque ordinis homines de Romano fideliter degentes imperio continua foverimus tuitione, statum prosperitatisque incrementum augeri nequaquam ambiguimus. (3) Quocirca omnium fidelium sancte Dei aecclesiae nostrorumque scilicet presentium ac futurorum noverit[c] sollertia, Ottonem inclitum virum, primum ex genere Teutonicorum, dilectissimum spiritalem in Christo filium nostrum, Romanorum imperatorem ac perpetuum augustum christianitatisque consortem, nostre apostolice sedis terratenus[d] postulasse clementiam, qualiter pro Dei amore animeque nostrae remedio sanctum congregaremus concilium in hac alma urbe, palatii Laterani ecclesia Salvatoris, ut sancta ibi celebraretur synodus, qua docibiliter erroribus omnino abolitis, certum huiusmodi finem esse decrevimus. (4) Iam enim dudum populus Romanus imperatori omne suum ius et potestatem concessit, sicut in Institutionibus scriptum est: 'Quodcunque igitur imperator per epistolam constituit vel edicto precepit vel rescripto decrevit, constat esse legem'[2]. Quia difficile erat in unum semper tantum populum congregare uni-

**448.** v) disponet ac reget, utpote rex et patricius Romanus *T.* w) *deest* 1. x) suprascripto 2. 3; suo praescripto 4. y) a nemine 1. z) contradictionem 4. a) *deest* 2. b) consilium *T.* c) eius 1. 2. d) omnium — et *des.* 1. e) ac post haec 4. f) intuitu cunctorum 1. g) amen *habetur semel in* 2. 3. 4. *T;* In his actis interfuere senatores, proconsules, exarchatus quidem tenentes, regionarii, schola Graecorum, Arabum, Iudaeorum et Paganorum et de maioribus omnium platearum. Insuper cardinales, archiepiscopi, omnes presbyteri et episcopi de finitimis civitatibus, processionarii, notarii, cancellarii, et ex omni plebe Romani imperii *add. T.*

**449.** a) humilitas *c.* b) quod insequenti *c.* c) nouerimus *c.* d) terrateanis *c.*

1) *V. 'Archiv' VIII, 598; Floss p. 70.* 2) *Inst. de iure n. I, 2. Cf. Decretum Hadriani c. 5.*

versasque voces adultorum[e] et parvulorum exspectare, idcirco uni tantum persone suum ius ac potestatem tradiderunt, quem patricium nuncupaverunt, iuxta vero quem XII^cim super alios universos constituerunt, quos senatus consultos nominaverunt[1]. (5) Sed postquam imperatores Constantinopolim eorum stationem direxerant, diu post hec Aggarreni, qui Longobardi vocabantur, Italicum regnum occupantes, expulsa Grecorum dominatione et ritu, et per duodecim annos absque rege regnum possidentes, ex ipsis regem statuerunt; sed nunquam imperii Romani coronam adepti sunt. (6) Qui cum multa perpetrati sunt mala sanctae Romane aecclesiae, eius possessiones devastaverant — qui fuit Luipbrandus, qui Classim destruxit et Ravennam obsedit[2]; qui fuit Aistolphus, qui multa perpetravit mala sancte Romanae ecclesie, Desiderius quoque et ceteri — tunc factum est, ut populus Romanus et clerus sibi Karolum victoriosissimum regem Francorum patricium constituerent. (7) Qui diu post haec propter intollerabile[f] regum[g] Longobardorum malum Italiam ingressus est, Desiderium quoque in Papia obsidione circumstetit ibique exercitum suum dimisit, Romam tempore resurrectionis iter direxit. Quem papa Adrianus universusque populus Romanus et clerus cum magno honore susceperunt acclamantes: 'Karole victoriosissime patricius Romanorum, rex Francorum et Longobardorum, hoc erit tibi tuisque successoribus Romani imperii iure perpetuo perfrui'. (8) Sed postquam vexillum beati Petri apostoli pertulit et tanto coronatus est triumpho, sancta celebrata resurrectione, Papiam repedavit cepitque Desiderium, quem Franciam inrevocabili direxit exilio. Karolus vero usque trans Padum regnum occupavit Italicum, multasque insulas sibi subiugaverat, obsidensque post haec Beneventum, captum Adelgisum duxit ducem cum XII obsidibus et Grimaldo filio eius atque cum magna suppellectili secessit[3].

(9) Nostris vero temporibus prelibatus error Romanum populum invasit. Quidam enim proprium genitum vel nepotem, alter autem amicum quendam vel vicinum, quem noverat, in cathedram episcopalem ordinare cupiebat. (10) Factum est itaque, ut Iohannes, filius Adelberici cuiusdam principis Romanorum, sedem apostolicam occuparet. (11) Cumque cristianissimus predictus Otto[h] imperator augustus regnum Italicum adeptus esset, Romam[4] tetendit et honorifice ab eo susceptus est et coronatus. Qui audiens multa de pontifice conticuit et secessit. Iterum Romam repedavit multumque decertans cum pontifice nequivit[i] eum a suo scelere amovere; qui et uxorem publice detinebat. (12) Tunc inde secessit, congregans episcopos ac sapientes ipsique scelerato legationem mittens, ut sibi sanctam sinodum prepararet. Qui hec audiens Campaniam tetendit, ibique in silvis more bestie latenter se habebat. (13) Imperator vero Romam rediens, sanctam celebravit synodum, quem omnis populus et clerus obsecrantes pecierunt, ut sanctae matri ecclesiae dignum rectorem tribueret. Quibus inquid imperator: 'Eligite qui dignus sit, et ego vobis concedam'. Cumque de Leone prothoscriniario more et vita bono mentio facta est, tunc imperator sanctae matri ecclesiae eum concessit rectorem, quem continuo consecrari precepit. (14) Cumque imperator in partes Galliae secessisset[5], tunc Romani Leonem eiecerunt et Iohannem sceleratum in cathedram retulerunt. (15) Imperator itaque exercitum congregans validum, cuncta cepit in circuitu Romae castella devastare et funditus eradicare, civitates quoque et oppida firmissima custodire iussit, iusiurandum connectens, ut nemo quicquam Romae deferat victus vel omnino quicquid[k] necessarium fuisset adminiculum. (16) Insuper

**449.** e) *sic coniecit Floss; vox non legibilis in c.* f) intollerabilē *corr. c.* g) regnū *c.* h) Karolus *male c.* i) *ante* nequivit *vox* conticuit *deleta c.* k) q̊qcq̇d *c.*

1) *Inst. l. c. 5.* 2) *Cf. supra p. 659.* 3) *Haec ad Annales Einhardi 786 minime quadrant, neque ad alios.* 4) *Ad c. 11–18 cf. Catalogum pontificum apud Watterich 1, 46–48, quocum quae ad verbum congruunt litteris minutis data sunt.* 5) In partibus Galliae secessit *Catal. p. 49 inferius.*

censum tam capitis hominis, quam iumenti Burgo sancti Domnini constituit propriae curie sueque milicie, ut quicunque peregre inde proficiscens, sive quasi orationis, sive negocii causa, unum tantum Papiensem persolvat denarium pro capite cuiuscunque hominis vel iumenti, exceptis egenis et claudis. negotiatores vero iuxta modum negocii censum persolvant[l], ita tamen iurent, ne Romam nundinentur[m]. (17) Postquam autem Romaui in tantum sunt coangustati, sceleratus Iohannes defunctus est. Tunc Romani continuo Benedictum diaconem elegerunt atque legatos imperatori miserunt. Qui cum Aretina civitate comoraretur, Romanorum legati ante eius presentiam constiterunt[n] et ei de Iohannis periculo nunciantes ac repente de electione Benedicti imperatorem deprecantes, tale responsum ab eo audierunt: 'Quando enim dimisero ensem meum, tunc dimittam Leonem papam, ut in cathedram non restituam apostolicam[o]. (18) Legatis autem ad suos reversis, Romani consilium inierunt et Benedictum quidem adduxerunt et in manus imperatoris eum tradiderunt, Leonem quoque in cathedram restituerunt.

(19) Cuncti enim novimus, quod non est novi iuris, ut rex Romanum gubernans imperium sanctae sedis apostolicae pontificem eligere et ordinare debeat. Iam enim dudum priscis temporibus accidit, quod ut Zosimus papa vitam finivit presentem, quedam[1] Romanorum pars Bonifacium in ecclesia Iulia et quedam Eulalium in ecclesia[p] Constantiniana ordinavit. Eo tamen[q] tempore Valentinianus[r] imperator, filius Theodosii augusti, Mediolanum[s] regebat, Honorius frater eius cum matre Galla Placidia Ravennam possidebat. Qui Romam suos direxerunt legatos et ambos de sede eiecerunt. Cumque sanctum pasca advenisset, Eulalius temerario[t] ausu sanctum baptisma ac solempnem missam celebravit. Quod cum accessisset auribus imperatorum, iterum Romani nuncios direxerunt, qui Eulalium eiecerunt, Bonifacium[u] pacificum in cathedram reduxerunt[v].

(20) Unum quoque Abiathar sacerdotem ad memoriam reducamus, quem Salomon de sacerdotali eiecit culmine, eo quod firmavit Adonia[w] in regnum super Israel, dicens ei: 'Vade ad agrum tuum, vir mortis es, sed non interficiam te, quia portasti arcam Domini'. Eiecit[x] ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, et Sadoch sacerdotem posuit pro Abiathar. Ioab quoque interfecit gladio[2]. Davit quoque, quando adduxit arcam Domini in Ierusalem, constituit Asaph principem tabernaculi et secundum eius Zachariam et Banaiam et Azael[y] sacerdotes, Sadoch et fratres eius sacerdotes. Et post Sadoch Heman et Idithun, Obeth et Asa ianitores, filios autem Idithun fecit esse portarios, et reliquos electos unumquemque constituit ad confitendum Domino[3]. Quando etiam Dominus constituit Moisen principem et ducem super filios Israel, constituit Aaron summum[z] sacerdotem et filios eius sacerdotes, virgam quoque dedit ei et vestivit pontificem subucula linea, accingens cum balteo et induens tunica iacinctina, et desuper humerale inposuit, quod astringens cingulo, aptavit rationali, in quo erat doctrina et veritas[4].

(21) Postquam vero Romanorum cognovimus pravitates et quia se suo iure privarunt, tunc[a] per nostram apostolicam auctoritatem illas pravitates omnino delendas esse decrevimus, ut nullam ambitio populi pontificis habeat electionem, neque quid in conmune in regum successione nec in patriciatus dignitate eos aspirare sancimus[b].

**449.** l) persolunant *c.* m) *sic coniecit Floss;* nec roma ñdicetur *c.* n) constituerunt *c.* o) apostolica *c.* p) iulia — ecclesia *in marg. add. c.* q) tamen *in marg. add. c.* r) Valenianus *c.* s) mediolanē *c.* t) temerio *c.* u) *ita coniecit Floss;* bonum enim *c.* v) redux | exerunt *c.* w) *ita emendavit Floss:* ad omnia *c.* x) *ita emendavit Floss;* fecit *c.* y) *sic c.* z) sumum *c.* a) tueic *c.* b) sanctimus *c.*

1) *Sequentia e Libro pont. Vit. Bonifacii I. hausta sed aliquantisper confusa sunt.* 2) *3. Reg. 2, 26—35.* 3) *1. Chron. 16.* 4) *Lev. 8, 7. 8. 13; cf. Exod. 29, 8. 9.*

B. 15,22. (22) Unde sacros ad medium canones deducamus: Si quis potestati regiae, quae non est iuxta apostolum nisi a Deo, contumaci et inflato spiritu contradicere vel resistere presumpserit et eius iustis et rationabilibus imperiis secundum Deum et auctoritatem ecclesiasticam[c] obtemperare
B. 15,23. noluerit, anathematizetur. (23) In libro regum legitur: 'qui non obedierit principi, morietur'.
B. 15,24. In concilio autem Agathensi precipitur, ut anathematizetur. (24) Nobis igitur racio persuasit sinodalis decernere, ut quicunque laicorum adversitate proprie gentis aut patrie vel regie potestatis ad externas[d] partes se conferendo noxius fuerit ultra repertus, perpetua sit excommuni-
B. 15,25. catione dampnatus, et nunquam illi preter in ultimo mortis suae communio tribuatur. (25) Quamquam in concilio anteriori, quod anno primo gloriosissimi principis nostri habitum est, de huiusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet iterata iuxta quod convenit custodire[e]. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere vel deliberatione seu cuiuscunque dignitatis laicus seu gradu episcopatus, presbiterii aut diaconi consecratus ceterisque clericatus officiis deditus futurum regem prevideat nec contra viventis regis utilitatem et procul dubio voluntatem blandimento vel suasione per eandem spem aut alios in se trahat aut ipse in alium adquiescat. Iniquum enim valde et execrabile a christianis debet haberi, futuri temporis illicita prospicere et vite sue ignarus ventura disponere[f]. Quod si quisquam iam talia iniqua deliberatione [cum] quocunque est meditatus, hoc sibi[g] noverit sacerdotali moderatione concessum, ut si venialiter possit, hoc sine mora presentis principis auribus studeat publicare. Si autem obticeat et deliberationis suae
B. 15,26. machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate. (26) Iam quod in antecedenti universali synodo saluti nostrorum principum constat esse consultum, libet iterato bene sancita[h] et digna auctoritate munire salubriter[i]. Ideoque contestamur coram Deo et omni ordine angelorum, coram prophetarum et apostolorum vel omnium martirum choro, coram omni ecclesia catholica et christianorum cetu, ut nemo[k] intendat in interitum regis, nemo vitam principis contrectet, nemo eum regni gubernaculis privet, nemo tyrannica presumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in eius adversitatem sibi coniuratorum manum associet. Quod si in quopiam[l] horum quisquam nostrorum temerario ausu presumptor exstiterit, anathemate divino
B. 15,27. percussus absque ullo remedii loco habeatur condempnatus eterno iudicio. (27) Proin decrevit concilium sanctum, ut omnes, qui pro fideli obsequio et sincero servitio voluntatibus vel iussionibus principis paruerint totaque intentione salutis eius custodiam vel vigilantiam habuerint regni, a successoribus[m] nec a dignitate nec a rebus pristinis causa repellantur iniusta, set et nunc ita pro uniuscuiusque utilitate principis moderentur discretione, sicut eos prospexerit necessarios esse patriae; et sic illis impertiatur benignitas[n], ut in cunctis[o] maneat gratia et potestas, quatinus ita omnia in rebus iuste conquisitis lucrentur, ut posteris relinquendi, quibus voluntas eorum decreverit conferenda, spontaneo fruantur arbitrio. Ceterum si infidelis quisquam in capite regio aut inutilis in rebus commissis extiterit, in clementiae eius manu potestatis[p] nutu constet huiusmodi moderatio. Fas est enim indubium[q] deducere ius potestatis, cui omnis gubernatio superno constat delegata iudicio. Quod si post eius discessus quispiam repertus fuerit vitae fuisse infidelis, quicquid largitate[r] ipsius in rebus habuit conquisitis, careat confiscandum et fidelibus largiendum.
B. 15,28. (28) Sicut insolentia malorum regum odiosa semper et execrabilis exstitit subiectis, ita bonorum provida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat aut quis talem errantem christianum videat, qui regiam sobolem aut posteritatem conetur expoliare rebus aut privare dignitatibus? Quod deinde ne fiat principis filiis posterisque, sentencia nostra, ut apta nunc a nobis presentia dentur decreta, et ea quae synodus preterito anno in ecclesia hac habita constituit circa omnem potestatem eius, universitas regni sui conservet, quia dignum est, ut cuius regimine
B. 15,29. habemus securitatem, eius posteritati decreto concilii impertiamur quietem. (29) Omnipotenti Deo reus est, qui serenissimo domino purus non est.

**449.** c) ecclesiasticum *c.* d) ectnas *c.* e) tm̄ placet itata iuxta q c̄ ueñ custodire *c.* f) disponerte *c.* g) si *c.* h) sanctita *c.* i) salubr̄e *c.*; salubriter ordinata *B.* k) nemo t intendat *c.* l) copiam *c.* m) successionibus *c.* n) beniguitatis *c.* o) ceteris *B.* p) posterititatis *c.* q) *ita et B;* Nefas est enim in dubium *Conc. Tol. VI, 14.* r) largitati *c.*

(30) Quia super de apostolo fecimus mentionem, iuris est, ut eius precepta ad medium deducamus, qui generaliter et universaliter ait: 'Omnis[1] anima potestatibus sublimioribus subiecta sit; non est enim potestas nisi a Deo; que autem sunt, a Deo ordinata sūnt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi dampnationem adquirunt; nam principes non sunt timori boni operis, set mali; Dei enim minister est vindex in iram ei qui malum agit. Ideoque necessitate subditi[s] estote non solum propter iram, sed propter conscientiam. Ideo enim et tributa. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus[t] debita: cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem ut Deo et sacerdotibus eius, cui honorem, honorem ut regi et ceteris potestatibus'. Sicut Petrus apostolus ait: 'Deum timete, regem honorificate'[2]. Quod quoque per Salomonem dicitur: 'Presbiteris humilia animam tuam et magnato caput tuum'[3]. Item Petrus: 'Subiecti estote omni creaturae humanae propter Deum, sive regi, quasi precellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum'[4]. (31) Quociens enim Deus quocunque flagello huic mundo irascitur, ad ministerium vindicte apostate angeli[u] mittuntur, qui tamen a[v] divina potestate cohercentur, ne tantum noceant, quantum cupiunt. Quod in libro regum signatur: 'Spiritus Domini malus irruit in Saul'[5]. Ecce idemque spiritus et Domini appellatur et malus. Domini videlicet per licentiam potestatis iustae, malus autem per desiderium voluntatis iniuste. Satane quidem voluntas semper iniqua est, potestas autem eius nunquam iniusta, quia in semetipso voluntatem habet, scilicet[w] potestatem a Domino. Quod enim ipse facere inique appetit, hoc Deus fieri nisi iuste permittit, quia reproborum sensus suae malitie serviens Dei iudicio districtioni[x] eius obtemperat. Unde et mox fallax spiritus in medium prosiluisse describitur, per quem Achab rex exigentibus meritis suis decipiatur. Neque enim fas est, credem bonum spiritum fallatie deservire atque obędire voluisse, cum diceret: 'egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius'[6], et 'ostendam me esse angelum lucis, ut credant et dampnabuntur'[7]. (32) Potestas ergo profecto omnis a Deo est permissa, sive bona, sive mala. Quod ipsa veritas testatur, dicens Pilato: 'non haberes in me potestatem ullam[y], nisi tibi datum esset desuper'[8]. Sic quoque turbae eum comprehendenti ait: 'haec est hora vestra et potestas tenebrarum'[9]. Quod quoque Iacobus apostolus testatur dicens: 'omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum'[10]. Redemptor enim noster non solum solvi censum precepit, sed et ipse solvit. Cum venisset Capharnaum cum discipulis suis, accesserunt qui didragma accipiebant ad Petrum, dicentes ei: 'Magister vester non solvit didragma?' Qui ait: 'Etiam'. Et cum venisset domum, prevenit eum Ihesus et ait: 'Quid tibi videtur Symon? Reges terre a quibus accipiunt tributum, a filiis suis, an ab alienis?' Qui ait: 'Ab alienis'. Et ait Ihesus: 'Ergo liberi sunt filii; ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare et mitte hamum et eum piscem, qui primus ascendet, tolle et aperto ore eius invenies staterem; illum sumens, da eis pro me et pro te'[11], videlicet pro omnibus apostolis. Quia dixit: 'non veni solvere legem sed adimplere'[12], ideo dicit: 'reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo'[13]. (33) Quis ergo nolens suo parere prelato, inpune se obnoxium persistere estimaverit, prebens contra tanti domini et apostolorum precepta violentiam? Quod quoque bene Gregorius

449. s) subdidi c. t) omnes c. u) angli c. v) o c. w) s c. x) dū iud. districtionis c. y) aillam c.

1) *Paulus ad Roman. 13, 1—7. Idem locus laudatur a Petro Crasso 'Libelli de lite' 1, 450.* 2) *1. Petr. 2, 17; idem locus apud Petrum Crassum p. 448.* 3) *Sirach 4, 7.* 4) *1. Petr. 2, 13. 14; idem locus apud Petrum Crassum p. 448.* 5) *1. Reg. 18, 10.* 6) *3. Reg. 22, 21. 22.* 7) *2. Cor. 11, 14.* 8) *Ioh. 19, 11.* 9) *Luc. 22, 53.* 10) *Iac. 1, 17.* 11) *Matth. 17, 24.* 12) *ibid. 5, 17.* 13) *ibid. 22, 21.*

describit, dicens: 'Admonendi sunt subditi, ne prepositorum suorum vitam temere iudicent; si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne unde recte mala redarguunt, inde per elationis inpulsum in profundiora mergantur'. Profecto enim incurrunt maledictionem Cham, qui cum vidisset verenda Noe patris sui esse nudata, nunciavit fratribus suis foras, Sem vero et Iaphet pallium posuerunt in humeros suos et incedentes retrorsum verenda patris cooperuerunt, faciesque eorum aversae erant et virilia patris non viderunt. Quod cum intellexisset Noe, ait: 'Maledictus Cham, servus servorum erit fratribus suis; benedictus dominus Deus Sem, sitque Canaan servus eius; dilatet Deus Iaphet et habitet in tabernaculis Sem sitque Canaan servus eius'[1]. Quid per Noe, nisi omnes prelati? quid per Cham, nisi mali subditi? quid per Sem et Iaphet, nisi boni subditi signantur? Pallium vero spiritum mansuetudinis signat. (34) Rursum Gregorius: 'Admonendi sunt subiecti, ne dum culpas prepositorum considerant, contra eos audatiores fiant, sed sic, si qua valde sunt eorum prava, apud semetipsos diiudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis iugum reverentiae non recusent'. Unde factum David ad medium deducamus. Saul quippe cum ad purgandum ventrem[z] in speluncam fuisset ingressus, illic cum viris suis inerat Davit. Cumque eum viri sui ad feriendum Saul accederent, fregit eos[a] responsionibus suis, quia manum mittere in christum domini non deberent[2], sicut ipse prophetice testatur: 'Nolite tangere christos meos et nolite[b] in prophetis meis malum'[3]. Non enim ille permisit vivere Amalechitam dicentem: 'occidi Saul', dicens ei: 'quare non timuisti manum tuam mittere in christum domini?'[4] Sic quoque interfecit viros Rechab et Baana[c], qui adduxerunt caput Isboset filii Saulis[5]. Qui tamen occulte surrexit et oram clamidis Saul abscidit. Quid per Saul nisi mali[d] rectores, quid per David nisi boni subditi signantur? quem tamen Davit ferire noluit, quia pie subditorum mentes ab omni se peste detractionis abstinentes prepositorum vitam nullo lingue gladio percutiunt, etiam cum de perfectiore reprehendunt. Post hec David percussit cor suum, eo quod abscidisset oram clamidis Saul. (35) Facta quippe prepositorum ore ferienda non sunt, etiamsi[e] recte reprehendenda iudicantur. Si quando[f] vero contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est, ut per afflictionem pęnitentiae cor prematur, quatinus ad semetipsum redeat, et cum preposite potestati deliquerit, eius . . .[g] contra se et Aaron conqueri[h] populum cognovisset, ait: 'Nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum'[6]. Apes quippe suo obędiunt regi atque in omnibus eius signis ei deserviunt. Homo enim brutis animalibus, non autem hominibus ceteris natura prelatus est, ut[i] ab animalibus, et non ab homine timeatur. Sed contra naturam[k] superbire, ab equali velle timeri. Et tamen necesse est, ut rectores a subditis timeantur, quando ab eis Deum minime timeri reprehendunt, ut humana saltem formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant. Hi enim ad eius similitudinem ducuntur, de quo scriptum est: 'Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbiae'[7]. Qui singulare culmen appetens et socialem angelorum vitam despiciens ait: 'Ponam sedem meam ab aquilone et ero similis Altissimo'[8]. Sic et Saul post humilitatis meritum in tumorem superbiae culmine potestatis excrevit. Cui ait Dominus: 'Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel?'[9] Unde propheta ait: 'Ducem te constituerunt? noli extolli, sed esto in illum quasi unus ex illis'[10]. Hinc Ieremias de gigantibus in diluvio pereuntibus ait: 'Et quia non habuerunt scien-

**449.** z) uentris *corr. superscriptis litteris* ē, *haud deletis litteris* is *c.* a) fre eos *c.* b) nol' *c.* c) mohab et banaa *c.* d) mala *c.* e) etiam *c.* f) Si ͥqu. *c.* g) *aliqua desunt; lacuna haud indicata c.* h) conquerit *c.* i) prelatus est. Sed contra natura superbire ut *c.* k) natura *c.*

1) *Gen. 9, 22—27.* 2) *1. Reg. 24, 4 sq.* 3) *Ps. 104, 15.* 4) *2. Reg. 1, 14.* 5) *ibid. 4, 5—12.* 6) *Exod. 16, 8.* 7) *Iob 41, 25.* 8) *Iesai. 14, 13. 14.* 9) *1. Reg. 15, 17.* 10) *Sir. 32, 1.*

tiam, interierunt propter suam insipientiam'[1]. (36) Salomon[l] quippe nichil aliut a Domino poposcit, nisi[m] cor rectum et sapiens ad gubernandum populum. Cui Dominus et sapienciam et divicias pre cunctis regibus tribuit[2]. Unde scriptum est[3]: 'Etenim imperator exors philosophiae non dominari solum creditur, sed servire quam pluribus'. Unde et in Institutionibus scriptum est: 'Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus bellorum et pacis recte possit gubernare'[4]. Omnis enim rex iusticiam simul et misericordiam in se semper habere debet. (37) Unde Gregorius exponens ait: 'Iusticia[n] si modum non habet, in crudelitatem cadit. Vera iusticia est, que se temperantiae freno moderatur[o], ut in zelo, quo quisque fervescit, sit etiam temperans. De qua scriptum est in Institucionibus: 'Iusticia est constans et perpetua voluntas, suum ius cuique tribuens'[5]. Et quia gentes sibi reges et rectores preposuerunt, profecto nunquam amplius reverentiae iugum recusare possunt. Nemo[p, 6] enim se ipsum potest regem facere, sed populus primum sibi creavit regem, quem voluerat. Sed cum factus fuerat rex, iam habuit potestatem in omnibus, et iam non potest amplius populus iugum eius de cervice sua repellere. Facto autem rege, de regno eum repellere non est in potestate populi, et sic voluntas populi postea in necessitatem convertitur. Sic et populus Israel Samuhelem regem pecierunt dicentes: 'Constitue super nos regem, ut iudicet nos'. Qui cum indicasset eis, quam et quantam rex ex populo servitutem haberet, tunc responderunt ei dicentes: 'Nequaquam, sed rex imperabit[q] super nos'. Samuhel vero Dominum consuluit, qui ait ei: 'Constitue super eos regem, quem ego ostendam tibi'. Et unxit Samuel Saul in regem Israel. Et insiluit spiritus Domini in Saul et prophetavit[7].

(38) Sic ergo populus Romanus, postquam se suo iure privarunt[8], nunquam illut omnino repetere possunt. Ideoque neque usum electionis apostolicae sedis neque patriciatus vel regie potestatis eos expetere posse decrevimus, sed solus rex Romani imperii summae sędis apostolice pontificem eligendi ac ordinandi facultatem habere sanctimus et per nostram apostolicam statuimus auctoritatem; consecrationem tamen ab episcopis iuxta canonicam suscipiat consuetudinem. (39) Insuper episcopos in provinciis eligendi et ordinandi habeat potestatem, ut si quis episcopatum desiderat, ab eo reverenter anulum ac pastoralem suscipiat virgam. Sed si a cuncto populo et clero quis eligitur episcopus, nisi primum ante conspectum principis ducatur et ab eo laudetur et investituram susceperit, non consecretur. (40) Sibimet quoque et quemcunque voluerit eligere successorem permittimus, quia non est hoc nobis novi iuris, si factum David ad medium deducamus. (41) Cuius filius Adonias ab omnibus fere filiis Israel una cum Abiathar sacerdote[r] magno et Ioab[s] duce miliciae regis constitutus est rex super Israel dicentibus: 'Vivat rex Adonias'. Postquam vero Nathan propheta rem indicavit Bethsabee[t], matri Salomonis, et David quoque causam cognovisset, tunc rex ait servis suis: 'Tollite sacerdotem Sadoch et prophetam Nathan atque Banaiam, et inponite Salomonem super mulam meam et ducite in Geon ibique ungat eum Sadoch in regem super Israel'. Cumque unxisset eum Sadoch in Geon, tunc respondentes omnes dixerunt: 'Vivat rex Salomon'[9]. Sic et de filiis Iesse de Bethlehem neminem unxit Samuhel, nisi minimum David, sicut dixit ei Dominus[10]. Hinc bene apostolus

**449.** l) Salomonem *c.* m) nisi *deest c.* n) iusticiā *c.* o) moderantur *c.* p) Næmo *c.* q) imperauit *c.* r) cum sacerdote *c.* s) moab *c.* t) Bersabee *c.*

1) *Baruch 3, 28.* 2) *2. Chron. 1, 10—13.* 3) *Ubi nescio.* 4) *Prooem. pr. Institut. Idem locus apud Petrum Crassum p. 439.* 5) *Pr. Inst. de iust. et i. I, 1.* 6) Nemo — convertitur *eodem fere modo in scripto cardinalium schismaticorum c. Libelli de lite II, 422.* 7) *1. Reg. 8, 5—9. 10, 10.* 8) *Hoc respicit ad c. 21.* 9) *3. Reg. 1, 5 sq.* 10) *1. Reg. 16, 10 sq.*

ait: 'Neque volentis, neque currentis, sed cui misertus est dominus'[1]. Prisca itaque sanctorum patrum sacramenta nos admonent posteriora tenere. Duce[u] Iosue quaecunque inierunt exploratores Iericho cum Raab expleverunt[2]. Sic quoque Gabaonitis perfecerunt, postquam sunt ei mentiti[3]. Davit quoque puero, quem Amalechite in via reliquerant, fidem servavit[4]; sed et Semei, qui atrocem ei detulerat iniuriam, vitam sicut promiserat pepercit[5]. Filii quoque Israel, qui descenderant ad speluncam Ethan, qua latebat Samson, quem vinctum Philisteis duxerunt, promittentes ei et iurantes, ne eum occiderent[6]. Maiores etiam de Galaad cum peterent Iepthe in auxilium eorum contra filios Amon dicentes: 'veni[v], esto princeps noster, et sis dux in Galaad', respondens Iepthe ait: 'Si vere venistis, ut pugnem pro vobis, ero princeps vester'. Tunc inquiunt illi: 'Dominus, qui haec audit, ipse mediator ac testis est, quod nostra promissa faciemus'[w, 7]. Qui vero cum egressus esset ad bellum, votum vovit Domino, ut quicunque primus egressus fuisset de domo sua revertenti cum pace post victoriam, eum in holocaustum offerret Domino. Cui occurrit unigenita sua, et non pepercit ei quia votum vovit Domino[8]. (42) Quis ergo post tanta patrum acta promulgata quam promiserit evacuaverit fidem? Aut quis Romanorum huiusmodi amplius poposcérit electionem aut contra regem vel contra eius sobolem noxius ultra repertus fuerit? cum in lege scriptum sit veteri: 'Qui non obedierit principi morietur'. (43) Quod[x] bene ostendimus, si mortem Naboth Iezrahelite ad memoriam deducamus. Quamquam enim falsum super eum testimonium proposuisset Iezabel, super eum consurgentes falsi testes filii Belial dixerunt: 'Naboth dominum benedixit et regem maledixit'. Qui cum non maledixisset regem, tamen pro falso testimonio interiit[9]. Sic quoque Semei, qui maledixit David, postquam prostratus coram eo ait: 'ne reputes mihi, domine mi, iniquitatem meam', tunc respondens Abisai filius Saruie ait: 'Numquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit christo Domini?' Cuius vitae pepercit David[10], sicut Miphiboseth, filio Ionathae, propter iusiurandum, quod fuit inter David et Ionathan[11].

(44) Et quia non est novi iuris principi parere et promissa servare, ideo confirmamus et corroboramus per nostram apostolicam auctoritatem cuncta, quae ratio in hac ecclesia synodalis decrevit, ut si quispiam hominum in quoquam[y] horum, que nostra in hoc concilio sanxerunt decreta, temerator repertus fuerit aut quid contempserit vel contradixerit, sciat se in iram beati Petri principis apostolorum omniumque predecessorum nostrorum et nostram casurum.

## 450. *LEONIS VIII. CESSIO DONATIONUM.*

*Adhibiti sunt* 1) *codex Vindobonensis 2213 fol. 13' denuo collatus;* 2) *codex Bambergensis P. I. 9 (C. 64) fol. 104 a Knustio exscriptus et denuo collatus:* 3) *editio codicis Bambergensis Q. VI. 31 saec. XII. a Kunstmanno l. c. p 343 parata. Sub siglo* T *Theoderici de Niem (apud Schardium p. 792) scripturae adnotatae sunt. Cui soli eschatocollon diplomatis debetur. Editio Schardii repetita est a Goldastio 'Constit. imperiales' I, 222 et IV, pars 2, 36, Schiltero 'Institutiones iuris publici' II, 91, aliis. Watterich I, 675 editiones Legum et Schardii in usus vertit. Excerptum privilegii dedit Crantzius 'Metropolis Saxoniae' lib. IV. cap. 10 (= Baronius X, 784 ad. a. 964). — Iaffé, Reg. pont. Rom. ed. II. 3706. (P. pars II, 168.)*

449. u) *coniecit Floss;* Dñe *c.* v) Vera *c.* w) faciamus *c.* x) Quid *c.* y) quaquam *c.*

1) *Rom. 9, 16.* 2) *Ios. 6, 25.* 3) *Ios. 9, 15 sq.* 4) *1. Reg. 30, 11 sq.* 5) *2. Reg. 19, 23.* 6) *Iudic. 15, 11 sq.* 7) *Iudic. 11, 5 sq.* 8) *ibid. 30 sq.* 9) *3. Reg. 21, 9 sq.* 10) *2. Reg. 19, 16 sq.* 11) *ibid. 21, 7.*

Leo[a] servus servorum Dei episcopus Ottoni spirituali filio nostro in Christo imperatori augusto omnibusque successoribus tuis imperatoribus et regibus regni Italiae. (1) Quae[b] domnus Karolus rex Francorum ac Longobardorum et patricius Romanorum nec non Pipinus pater eius de regalibus rebus[c] huius[d] regni Italiae tribuerunt in sancta Romana aecclesia beati Petri apostoli[e], sive per instrumenta quae scripta fuerunt per Etherium notarium suum, sive per sacramenta vel[f] per donationem[g], seu per alios modos, sive[h] obvenerunt[i] per donationes de Iustiniano imperatore et de Ariperto[k] rege[1], haec omnia largimur ac desinimus[l] atque transactamus vobis Ottoni imperatori et Adeleide[m] coniugi tue regnique consorti vestrisque[n] successoribus huius[o] regni Italiae in perpetuum, praesentibus sanctis[p] euangeliis et patrociniis pluribus sanctorum, videlicet[q] de cruce Domini et de caligis pedum suorum et de vestimento inconsutili[r], etiam[s] supra corpus beati Petri, cum terribilibus sacramentis a praedicto papa et a suis cardinalibus, per consensum et auctoritatem totius populi Romani, tam clericorum quam laicorum, de ordinibus Romanorum ex unaquaque regione, praesentibus laudantibus ac confirmantibus[t], pro nimia persecutione inimicorum Dei et aecclesie, ut Deus omnipotens victoriam tali regi tribuere[u] dignetur et pellere eos[v] ex provinciis imperii Romani.

(2) Praedictas autem donationes, quas hic specialiter[w] nominabimus, perpetualiter[x] in regalibus rebus subicere[y] volumus per nostram apostolicam traditionem. Id est: in[z] Suriano[2], in monte Bardonis, et Lunae, et insula Corsicae, seu Regium, Parmam, Mantuam, Montem[a] Silicis, insulam Veneciarum, ducatum Ferrariae, Gabellum, Comaclum, ducatum Istriae[b], Dalmatiam, exarchatum Ravenne, Faventiam, Cesenam, castrum Tyberiacus, roca Modiliana[c], roca Elmiza[d], roca Cortuclaria[e], roca Fanilla, petra de Appla, seu castrum Tosinianum[f], castrum Ceperianum, petra Mauri[g], Civitellam[h], ducatum Ariminum, Concam[i], montem Feretrum, et montem Carpinum[k], seu Olimpicum[l] castrum, Exforum[m], Bobium[n], Eugobium[o], Urbinum[p], et Forum Symphronii[q], Galli, et Senegalli, et Ancona, et Oximanum[r], Firmano, et Ilesi, et ducatum Perusie[s], seu Urbs vetus, et Tudir[t], Amelia[u], seu Orti, montem[v] Sirapti cum oppidis suis, castrum[w] Cumanum[x], castrum Galliensium, seu[y] castrum Sutrium, Castellana, seu Tiburtina, ducatum Spolitinum, et Marsorum[z], Zangar[a], seu Teti usque[b] lacum Barani, Terma, et Termula, Dracomaria, Lisimas[c], montem[v] Gargani, et Capitenata, Apulia, Calabria, Bari[d], Terantro[e], ducatum Neapolis[f], ducatum Beneventi, seu Ca-

**450.** a) Nos Leo *T.* b) Quod 1; Quaecumque *T.* c) *deest* 2. 3. *T.* d) *deest* *T.* e) beato Petro apostolo *T.* f) seu 3. g) donationes 2. *T.* h) tibi *T.* i) ob venerantiam 3. k) ac de Hariperto 3. l) definimus 2. 3; diffinimus *T.* m) Adelheidae 2; Adelede 3; Adelheidi *T.* n) utrique usque *add. T.* o) *deest* *T.* p) sacrosanctis *T*; praesentibus *deest* 1—3. q) vel videlicet 3. r) *sic T;* inconsumabili 1—3. s) et 3. *T.* t) firmantibus 1. u) *loco* vict. tali regi tribuere *T*: tibi victoriam largiri. v) *deest* 2. 3. w) spec. hic 2. 3. *T.* x) perpetualiter — volumus *des.* 2. 3; et perpet. *T.* y) subiacere *T.* z) Id est in *des. T.* a) Monte 2. b) Histriae 2; Hystriae 3. c) Modellana 2. 3. d) Elineza 2. 3; Coniza *T.* e) Corniculariam, Civitadellam, arcem Mediolanam, arcem Commensem, terminum castrum Ceperianum, arcem Cornidariam, arcem Favillam *T.* f) Tosianianum 1; Tusinianum, petram Mauri Servutealni, ducatum Arimini, m. F. *T.* g) petram Auri 1. h) Civitellum 2. i) Coneam 2. 3. k) Carpinium 2. 3; Carpimini *T.* l) Olympicum 3. m) Exfo?q 1; Ex forii *T.* n) Sobium 2. 3. o) Sugobium 1. 2. 3. p) Cerbinum 3. q) Simphorini 1; Sempronii *T.* r) Oxinano 2. 3; Auxiniam, Gosam ducatum Perusii, Urbenetam et Tudertum *T.* s) Prusie 3. t) Tuthr 2; Thutr 3. u) Amenia 2. 3. v) monte 2. 3. w) *deest* 2. 3. x) Cimianum 1; Gallera *T.* y) *deest* 2. z) Sp. marcham Marsii et Zangar *T.* a) Tangar 2; Tanger 3. b) seu totinsque 1; tetiusque s. Zangar, Theatium, Locumbarem terram, Termulanensem, Drogonaiam *T.* c) Draconaria Lissimas 2. 3. d) *sic* 2; Rar 1; *deest* 3; Calabriam, Borterantum *T.* e) Teratro 2. 3. f) Neapolim 2. 3.

1) *Cf. Libr. pontif. Vit. Iohannis VII.* 2) *Cf. ibid. Vit. Hadriani I.*

puam[g], Salernum, et Otrentum[h], et insulam[i] Sardinia, insulam Mescum[k], insulam Aticiae, insulam Ceum[l], montem Lucreti, montem Argentarii, territorium[m] Gauzitano[n], territorium Praenestinum[o], territorium Silvanum[p], territorium Clusinum, territorium Fundano, territorium Casipate, territorium Vegetanum, territorium Claudianum[q], territorium Canusinum[r], territorium Saviniense, territorium Sucrranum[s], territorium Carano[t], territorium Portuense cum insula Arsis[u], territorium Hostiense cum maritimis, castrum Luccollis[v], et montem Bibion[w] cum tota Campania, civitatem Fundis[x], civitatem Anagninam[y], Aquiniensis[z], seu Ferentinam[a], Tarracinam[b], item civitatem Laurentum[c], et Suphuratarum[d], et Lisimas[e], et Septimi, et Miticies, item civitatem Nepesinam[f], civitatem Falisca[g], et Fidenas[h], Villa magna, Feretrum, Biterna[i], Veteralla[k], Pontem longum, Gessum, roca[l] Bergulli[m], roca Faniano[n], roca Bociola, Castrum ruptum, Alborum, Castrum rubeum, item Neapolim, Caliopolim[o], Cotronam, Regiam[p], Amelfetanis[q], Raspidum, caput Apuliae, caput Lirnium, Melfi, item Balenses[r], Pinenses, Forconini, civitatem Mortanam, Torritanum[s], Pateranensi[t], Meratensi, Cathanensi[u], Athenis, monasterium[v] sancti Benedicti Aquinense, Montem Cassini, monasterium Farphis, monasterium Inbellaris[w], monasterium sancti Hylarii, item monasterium sancti Vitalis Ravennae[x], monasterium sancti Archangeli Bononiae, monasterium Aule regie, monasterium Nonantule[y], monasterium martyris[z] constitutum Tusciae. (3) Ut habeatis, teneatis et[a] possideatis in perpetuum ad[b] usus curiae[c] et miliciarum vestrarum, ad bellandum et expugnandum contra praedictos inimicos[d] Dei et aecclesiae eius et[e] contra rebelles Romani imperii. Ideoque per huius nostri instrumenti[f] auctoritatem confirmamus et corroboramus in omnibus progeniebus vestris, a generatione in generationem in perpetuum. (4) Nam si quispiam hanc nostram auctoritatem destruxerit et huius violator repertus fuerit, sive contra hoc agens, sciat se in iram beati Petri apostolorum principis et nostram nostrorumque praedecessorum casurum. Insuper nisi a malo resipuerit, subiaceat legi Iuliae reus regiae[g] potestatis et reipublice, ut hii, qui contra rempublicam vel contra imperatoris magestatem aliquid moliti fuerint, anime amissionem sustineant et bona eorum[h] publicentur. Fiat, fiat.

(5) In his actis interfuere archiepiscopi et episcopi de vicinis civitatibus[i]: Citonatus[k] archiepiscopus Caralitanus[1]. Eustacius Albanensis. Gratiosus Prenestinus epi-

**450.** g) Capna 2. 3. h) torentum *aut* otrentum 1; Otrenti insulam *T.* i) insula *semper* 2. 3. k) Messanam *T.* l) seu montis Lucreti *T.* m) territorio *semper* 2. 3 *cum casu ablativo etiam in nominibus.* n) Ganzitano 2; Cusitanum *T.* o) praedestinum 1; P. et Cornetum prope mare cum multis castris, terram Silandis *T.* p) Asylano 2. 3. q) Cludiano 2. 3. r) Camisinam *T.* s) Sucrano 3; Suaniensem *T.* t) caranō 1; Corano 2; ivrano 3; Corani *T.* u) Arohis *T.* v) Lucedis 1; Luccolis *T.* w) Bobium *T*; bobio 2. 3. x) undis 1. 2. 3. y) aganinam 1; *deest T.* z) Aquinensem *T.* a) Florentinam 1; Florentina 2. 3; Ferentium *T.* b) Tariacina 2. 3; Terrarium *T.* c) Lamentum *T.* d) Suphuratar̄ 1; Sulfuratarum 2. 3; Sutforatiam *T.* e) Lisuuinas, Septimi Tramiricies civitatem *T.* f) Nesina 2. 3; Nephisii *T.* g) Faliscam 2. 3. h) sidenas 1. i) Bidena 3. k) Viteralla 2. 3. l) roga 2. 3 *et in sequenti.* m) Bergali *T*; Borgulli 2. n) Famano 2. 3; Fanuanam, roca Pallioli *T.* o) Saliopolim *T.* p) Aregiam 1. q) Amelsitanis 2; Almesiconis, Transpadum, caput *T.* r) Belbuise, Pineum, Fortomini, civitatem maritimam Territanensem in regno Trinacria, Pateramsem, Meranensem, Cachamensen, Athenarum, monasterium S. Benedicti in monte Casino *T.* s) Torritani 2. 3. t) Patoranensi 3. u) Cathensi 1. v) monasterium — Hylarii *des.* 2. 3. w) imbellimarum *T.* x) monasterium S. Hilarii *add. hic* 2. 3. y) Nonantulanae 2. 3; Novanculae *T.* z) martyrum *T.* a) *deest* 2. 3. b) ad — perpetuum *des.* 1. c) milicie 3; et *deest* 2. 3. d) *loco* inimicos — eius *T*: paganos. e) *deest* 3. f) *deest* 3. g) *loco* regiae — reipublice 2. 3: et reipublicae maiestatis regiae. h) eius 2. i) *deest* 1; comitatibus *T*; *ordinem episcoporum restitui maxime ope codicis* 1, *praepositis tamen iis episcopis qui cardinalicia dignitate excellunt.* k) *subscriptiones Theodorici de Niem hae sunt:* Archiepiscopus Calaritañensis. Ciconatus episcopus. Eustasius Albanensis episcopus. Gratiosus Penestrinensis episcopus. Benedictus Tudertinensis episcopus. Boardus Castrensis episcopus. Iohannes Perusiensis episcopus. Ge-

1) *Citonatus archiepiscopus Caralitanus occurrit in Libro pontif. Vit. Iohannis V.*

scopus. Georgius Portuensis[l]. Deodatus[m] Hostiensis. Benedictus Tiburtinus[n]. Marcianus Narniensis[o]. Berardus Castriensis. Gregorius Tudertinus. Andreas Nomentanus. Savinianus Plerane. Damianus[p] Altinus. Iohannes Perusinus[q]. Valentinus Merenensis. Theodorus[r] Mileto. Alberius[s] Maceriae. Hii[t] omnes archiepiscopi et episcopi.

Cardinales his actis[u] interfuere: Benenatus[v] cardinalis Sanctae Cecilie. Iulianus presbyter Laterani. Marcus presbyter Sancti Pauli[w] apostoli. Gregorius cardinalis ad Vincula. Andreas presbyter[x] patriarchio Laterani. Faustinus presbyter Sancti Petri. Hii omnes cardinales.

In his actis interfuerunt[y]: Faustinus[z] caput senati exconsul[a]. Propinus exconsul[b] palacio Luciano. Romanus de Forma Traiana[c]. Paulus de templo Palatinis[d]. Iohannes de via Claudia. Leo de via Salaria. Remigius de via Aurelia. Stauflus de via Mamertina. Romulus de via Ardeatina[e]. Gaidus de via Flamminea[f]. Marcus de via Portuensi. Goibius de via Latina. Savinus de via Appia. Merianus de via Tiburtina. Gaidus de macello[g] Lidiae.

Ianuarius[h] ex nota[i] Grecorum. Traianus de ponte Molbio. Iohannes consul de palacio Sosoritano[k]. Amatus[l] consul de palacio Vaticano[m]. Iobianus de fonte[n] Aureo. Pitrosius[o] de Circo. Gregorius de Cella Nova.

Item de omnibus his regionibus his actis interfuere: Regio[p] de vico Patricii. Regio caput Tauri. Regio rivum Argentarium[q]. Regio ad duo adamantes[r]. Regio octava sub Capitolio. Regio Liberatica[s]. Regio Sicinii[t]. Regio via lata. Regio Celio

orgius Ortensis episcopus. Valentinus Menensis episcopus. Andreas Momentanensis episcopus. Theodosius Miletensis episcopus. Savianus Ferenensis episcopus. Albertus Lucernensis episcopus. Damianus Alanus. Hi omnes archiepiscopi et episcopi in his actis interfuere. Cardinales, presbyteri: Geordinus cardinalis in vincula. Benedictus cardinalis de praesepe sanctae Mariae. Cardinalis presbyter Leo sanctae Ierusalem. Cardinalis presbyter ianuarum sanctae Caeciliae. Andreas patriarchatus Lateranensis cardinalis. Presbyter Faustinus sancti Petri apostoli. Hi omnes cardinales his actis interfuere. Omnes scholae Romanae, deinde proscrinarii, satellarii ex omni ordine Romanensi atque minoris populi Romani. Item Faustinus caput, senatus exconsul, protribunus, exconsul palatio. Lucianus Romanensis de forma Troianensi. Paulus de templo palatii. Iohannes de via Claudia. Leo de via Salaria. Remigius de via Aurelia. Scamphus de via Mamertina. Romulus de via Ardeatium. Sardus de via Flaminia. Marcus de via Portuensi. Garbus de via Latina. Savinus de via Appia. Menanus de via Tiburtinensi. Gardus de macello Lydiae. In his actis interfuere de omnibus regionibus istis: Regio Vico patricii. Regio caput Dauri. Regio rivi argentarii. Regio ad duos montes. Regio octava sub Capitolio. Regio Lybantica. Regio Fundana. Regio Via lata. Regio Celimonte. Regio prima Aventini. Regio urbis Ravennae. Regio ad Gallinas albas. Regio herea. Regio secunda Mamertini. Regio secus portam Metronii. Ianuarius ex nota Graecorum. Troianus de ponte Milvio. Ioannes consul de Palio Sosortanensi. Amatius consul de palatio Vaticanensi. Iohannes de Monte aureo. Petrocius de circo. Gregorius de Cella nova. l) Portunensis 1. m) Deodetus 3. n) *ordo sequentium in* 2. 3, *qui omittunt Castriensem, Tudertinum, Perusinum, hic est: Narniensis, Tiburtinus, Mileto, Merenensis, Nomentanus, Pleranae, Maceriae, Altinus.* o) Namiensis 3. p) Dalmiauus 1. q) Petrusinus 1. r) Thodorus 1. s) Albertus 3. t) Aij 1. u) his actis *des.* 2. v) *ordo cardinalium in* 2. 3: *Gregorius, Benenatus, Andreas, Faustinus, Iulianus, Marcus.* w) Petri 2. 3. x) de 2. 3. y) interfuere 2. 3. z) *ordo nobilium, cum in* 1 *prorsus confusus sit, institutus est secundum* 2. 3. *T, qui inter se conveniunt: omnes tamen nobiles posuimus ante Regionum seriem.* a) et consul 2. 3: vel *add.* 2 *post singula nomina semper in hac columna;* vel *aut* et *etiam* 3. b) Propinus (Pipinus 3) consul ex 2. 3. c) Tranaiana 2. 3. d) palaciuis 1. 2. 3. e) Ardectina 3. f) Flaminea 2. 3. g) Baidus de mallo 1; Gaidius 3. h) *qui in hac columna positi sunt, in* 2. 3. *T. post seriem Regionum leguntur;* Ianciarius 1. i) *lege* scola. k) Sosorritanos 2. l) Amas 2. 3. m) vatirano 1. n) monte 2. 3. o) Petrosius *corr.* 1; Petronus 2; Petronius 3. p) *ordinem Regionum instituimus secuti T, cum quo* 1 *fere semper convenit; in* 2. 3 *ordo hic est: vic. Patricii, via Lata, cap. Tauri, Celiomonte, Argentarium, Aventino, adamantes, urb. Ravennae, sub Capitolio, Gall. albas, Liberatica, Orrea, Sicinii, Mamertini, port. Metroni.* q) Argentarii 2. 3. r) amantes 2. 3. s) Bebatica 2; Beberatyca 3. t) Sicinii 3.

monte. Regio prima[u] Aventino. Regio urbis[v] Ravennae. Regio ad Gallinas albas. Regio Orrea. Regio secunda Mamertini. Regio secus portam Metroni[w].

Scripta[x] per manum Gregorii archinotarii nostri. Datae in patriarchio Lateranensi III. Calend. Maii, indict. VI. Anno eius secundo et dicti domini Othonis secundo; feliciter.

---

# 451. CONRADI II.
# IUS CLIENTUM WIZENBURGENSIUM.

## 1029. Mai. 20.

*Praeceptum spurium, cuius falsario, saeculo XII. nimirum vivente, genuinum imperatoris praeceptum ad manus fuit*[1], *servaverunt exemplaria duo codicis Udalrici* 1) *Vindobonensis 398 et* 1*) *Zwetlensis 283, quibus Iafféi editionem in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' V, p. 35 nr. 14 sequentes usi sumus. Praeterea praesto fuit* 2) *apographon, quod paravit b. m. Waitz e folio bibliothecae regiae Hannoveranae, in quo monumentum* ex veteri membrana tegulis affixa *exscriptum erat. — Stumpf, Reg. 1991.*

*(P. deest.)*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Cuonradus[a] divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Omnium dei nostrique fidelium, praesentium scilicet ac futurorum, universitati[b] notum esse volumus, qualiter nos[c] interventu ac peticione dilectae coniugis nostrae Giselae imperatricis augustae et amantissimae nostrae prolis Heinrici regis nec non fidelis nostri Ekkehardi comitis tradicionem Ernosti[d] ducis suscepimus, scilicet Wizenburch cum omnibus appendiciis suis, ob honorem regni; petentibus quoque clientibus atque assentientibus, eo videlicet tenore, ut infra quatuordecim dies liceret eis excogitare[e], qualiter eidem regno apte possent contingere. Petebant itaque primum in hunc modum: 'Optamus et obsecramus, imperator auguste, ut iura beneficiorum nobis firmentur praeceptis imperialis potestatis. Deinde pro[c] filiis ac posteris nostris efflagitamus, ut, dum primum curiam vestram[f] frequentare nituntur, per praesentem annum propriis bonis suis vobis deserviant, nichil accipientes, excepto in prima anni festivitate pelles[g] cum pellicio. Expleto autem hoc anno[h], accipiant iuxta iusticiam suam beneficium suum, scilicet mansos regales tres. Sin autem, potestatem habeant ubivis terrarum degere, nisi iusto beneficio revocentur. Denique pro filiabus nostris petimus, ne umquam cogantur in servicium[i] pedissequarum, excepta Italica expedicione. Tunc quidem proficiscantur[k] Wizenburch[l] feria secunda ad resarciendas vestes seu quaelibet necessaria usque[c] in feriam quartam[m]. His singulis ad servicium decrevimus dandum urnam unam[c] medonis, dimidiam vini, quinque cerevisiae singulis diebus, similaginem unam et subtilem panem[n] unum et duodecim

**450.** u) primo 2. 3. v) urbs 2. w) Metrovi 2. 3. x) Scripta — feliciter *in solo T; des.* 1. 2. 3.

**451.** a) Chunradus 2. b) omnibus d. n. fidelibus praesentibus sc. et futuris universis 2. c) *deest* 2. d) Ernsti 2, *in quo verba* ducis — omnibus *legi non poterant.* e) cogitare 1. f) vestrum 2. g) pelle 2. h) Effecto . . . . anno hoc 2. i) servitutem 2. k) proficiscentur 2. l) Wizenburc 2. m) in feria quarta 1. n) panem subtilem 2.

1) *Cf. quae novissimus disseruit Bresslau 'Jahrbücher Konrads II.' I, 252 n. 1.*

vocatias[o], modium unum de pabulo. Venationes nemoris[p], scilicet ferarum bestiarum, avium, piscium, apum examen[q], feni secationem eo iure petimus[r], quo a domino nostro hactenus[s] habuimus'. Hec est traditio comitis Ernosti[t], pro qua recompensato sibi hǒnore ducatum Baioaricum[u] tradidimus. Primi servitorum[v] eius fuerunt Reginzo[w] de Salebach[x], Wizo de Wimeresheim, Adelger[y] de Curte. Igitur, ut hec nostra auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat[z] evo, hanc cartam inde scriptam[a] subtusque manu propria roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri[b]. Iustitia eorundem clientum scilicet singulorum est: ut in Italica expedicione[c] singuli ab imperiali tradicione accipiant decem talenta et ferramenta quinque equorum, pelles caprarum duas et burdonem[d] unum oneratum duabus manticis[e] plenis necessariorum, cum serviente trahente, alio pellente; et uterque talentum[f] unum et caballum accipiat. Domino eorum victus post Alpes[g] transcursas[h] de curia detur. Ubicunque rex vadat in expedicione[i] alterius terrae, dentur clientibus quinque talenta et caballus absque onere et ferramenta quinque equorum[k] et duae pelles caprarum.

Ǒdalricus[l] cancellarius vice Arbonis[m] archicapellani recognovi[n].

Data XIII. Kal. Iunii, indictione XII, anno ab incarnatione Domini MXXVIIII, anno vero regni domni Cuonradi[o] V, imperii autem III. Actum[p] Tungirde[q].

# 452—454. LOTHARII III. CONSTITUTIONES FEUDALES.

(1133—1137.)

*Trium constitutionum fragmenta in Libris Feudorum asservata insimul spuria esse et fortasse ex una eademque fabrica originem duxisse, recte iudicavit b. m. Giesebrecht 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' IV, 142. De codicibus v. supra p. 103.*

## 452. *CONSTITUTIO DE INVESTITURA ET AMISSIONE FEUDI.*

*1137. Aug. 27.*

*Exstat in Libris Feudorum l. II, t. 52 § 3. Desideratur in codicibus 1—5. 7. 10. 11. 14. 46. In Extravagante (ed. Kriegel p. 874 § 1) adnotatur, hanc constitutionem Papiae emanarisse. — Stumpf, Reg. 3235.* (P. 80.)

Imperator[a] Lotharius augustus etc. Eugenio papae et universo populo[b].

Quoniam inter dominum et vasallum nulla fraus[c] nec quodvis[d] malum[e] ingenium debet intervenire, ideirco per hanc praesentem legem sancimus: Si vasallus non dolose

**451.** o) XII vo . . . . 2. p) nemorum 2. q) apum examen *legi non poterant* 2. r) pet. eo iure 2. s) *deest* 2. t) Ernusti 1; Ernesti 2. u) Bawaricum 2. v) servitores 2. w) Rengoz 1 x) Sallhah 2. y) Adald . . . 2. z) perm. omni 2. a) inde scriptam *legi non poterant* 2. b) insigni 2. c) Italicam expeditionem 2. d) bardonem 2. e) ma . . . . 2. f) talentum — caballum *legi non poterant* 2. g) alpell 1*. h) transcursos 2. i) expeditionem 2. k) equorum V 2. l) Udalricus 2. m) Aribonis 2. n) recognovit 2. o) Chunradi 2. p) *deest* 2. q) Tungride 2.

**452.** a) *in cod.* 12 *rubrum:* De vasallo qui post mortem domini sui non dolose distulit petere feudi investituram. b) Imperator — populo *desunt* 6. 50; Loth. cum Eugenio papae et universo populo 27; In tempore Lotharii augusti etc. Eugenio papae 10. c) falsitas 23. d) ullum *multi codd.:* aliquod 27. e) malignum 27; alium 12.

per annum et diem steterit, quod a domino sui beneficii investituram non acceperit[f] vel[g] petierit, feudum non ob hoc amittat. Dolus enim abesse videtur, si iusta causa impediente steterit.

Datum VI.[h] Kal. Septembr. anno a nativitate Domini[i] MCXXVII[k], indictione V.[l]

## 453. *SENTENTIA DE FIDELITATE FACTA.*

*Exstat apud Iacobum de Ardizone inter capita extravagantia (cap. 149), apud Iacobum Alvarotum, apud Baraterium tit. X, c. 14. Cuiacius II, 93 ab Ardizone textum desumpsit. Praeterea plerique codices Librorum Feudorum textum praebent post constitutionem Lotharii III. genuinam a. 1136. Nov. 6 datam, l. II, tit. 52, § 2 (supra nr. 120). Vir cl. Lehmann pro fundamento textus his codicibus usus est praeter unum locum, ubi textum Ardizonis meliorem esse apparet. — Stumpf, Reg. 3364. (P. 82.)*

Imperator[a] Lotharius aug. etc. universo populo[b].

Satis[c] bene dispositum ad utilitatem regni[d] et ad perniciosam pestem[e] destruendam in scriptis inserere curavimus[f]. Quidam miles bina beneficia a duobus dominis prout solitum est[g] acquisivit. Qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum suo domino pro beneficio, quod ad eum pervenit[h], fidelitatem nullo anteposito, sicut pater fecerat, fecit, alter vero frater alteri domino suo[i] similiter pro suo beneficio, quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis[k], utrumque[l] feudum in unam ut prius venit[m] personam et sic dominus[n] talem fidelitatem quaerit qualem frater eius fecerat. Quas amputantes altercationes sancimus[o]: quod frater fecit[p], nihil superstiti obesse, licet in secundam et tertiam generationem et[q] usque in[r] infinitum pervenerit[s], si hoc actum erit[t].

## 454. *CONSTITUTIO ANTE IANUAM BEATI PETRI CONDITA.*

*Exstat in Libris Feudorum l. I, tit. 19—24. E codice 1 dedit Anschütz 'Kritische Ueberschau der deutschen Gesetzgebung und Rechtswissenschaft' III, 312. Eam non esse legem, satis apparet. Neque enim a Lothario I, qui regnavit tempore Eugenii II. papae, neque a Lothario III, qui imperium tenebat tempore Innocentii II. papae, illas normas datas esse evidenter constat. Videtur esse summula supra lege feudali Conradi II. facta, quacum sententiae nonnunquam verbotenus concordant, additis quibusdam regulis ex disciplina scholae Papiensis et ex praxi curiarum Lombardicarum sumptis. Omnia saeculo XI. ex. orta et mox inter consuetudines Feudorum recepta esse, mihi verisimile est. K. LEHMANN. — Stumpf, Reg. 3279. (P. pars II, 184.)*

**452.** f) *deest nonnullis codd.* g) non *add.* 40. h) *deest* 20; VII. 30. i) a nativitate Domini *des.* 40. 47; a nativitate *des.* 31. k) MCCXXVII. 20. 27. 48; MCXXXII 34. l) Datum — V. *des.* 6. 23.

**453.** a) *praecedit rubrum in* 12: De milite qui bina beneficia a duobus dominis acquisivit. b) Imperator — populo *des.* 6. 50. c) Quoddam satis bene *Ard.* d) *deest Ard.* e) calliditatem *Ard.* f) curamus 43. g) prout sol. est *des.* 12. h) venit *Ard.* i) *deest Ard.* k) liberis 49. l) utique *codd. Ard. Alv. Bar.* m) pervenit *Ard. Alv. Bar.;* in querimoniam (unam *add.* 44; fecit et *add.* 49) venit ut prius *codd.* n) posterior *add. multi codd.* o) dicimus *Ard.* p) scilicet in dando simpliciter *add. multi codd.* q) et — si *des.* 27. r) ad *Ard.* 47. s) foret *Ard.* t) erit *seu* fuerit *fere omnes codd.;* sit 27; si hoc actum erit *des. Ard. et nonnullis codd.;* et converso *add.* 20.

1. Quicunque[a] igitur[b] ex militari ordine[c] decesserit, qui[d] de feudo investitus fuerit[e], ut constitutum habemus, observetur de successione beneficii et de culpis[f]. Si vivus[g] inculpatus fuerit[h] de his nominatis culpis, ut habemus insertum, observetur per constitutionem domini Lotharii regis[i], que est constituta[k] tempore Eugenii[l] pape ante ianuam Beati Petri apostoli in civitate Roma[m] per laudamentum sapientum Papie[n] atque Mediolani seu[o] Verone, que Berna[p] vocatur, atque[q] Parme[q] seu Luce[r] ac Pisarum[s] atque[t] Siponti seu[u] ducum atque marchionum, comitum et capitaneorum atque maiorum[v] varvasorum[u].

2. Si[w] quis miles mortuus fuerit sine filio masculo et[x] nepotem reliquerit, de beneficio[y] avi vice[z] patris succedat[a]. Sed si[b] hic deest et fratrem reliquerit[c], de beneficio[d] patris ipse succedat. Et si filius fratris mortuus fuerit, frater patris de beneficio[e] avi[f] ipse[g] succedat.

3. Defuncti[h] igitur quicunque[i] beneficium acquisierit et si[k] sine filio masculo mortuus[l] fuerit[l] et fratrem reliquerit, frater non succedat fratri sed ad[m] dominum revertatur[m], nisi ad[n] investituram a domino ordinatum[o] fuerit, ut frater fratri succedat, si sine filio[p] mortuus fuerit, vel[q] de communibus bonis[r] emptum[s] fuerit[t] sciente domino, si insimul steterint vel in oste regis adquisierint[u].

4. Nos[v] ita constituimus[w], ut nemo miles sine convicta[x] culpa[y] beneficium suum[z]

**454.** a) *praecedit rubrum in multis codd.:* Constitutiones feudales domini *(deest nonnullis)* Lotharii imperatoris *(deest nonnullis)* quas ante ianuam (portam 28) beati (sancti 14) Petri in civitate (urbe 9) Romana (Petri Rome 7) condidit (fecit 25. 38; constituit 49) observandas; *rubrum in 6:* Constitutiones Lotharii principis quas ante ianuam beati Petri praecepit observandas. b) *sic* 1; Si quis *vulg.* c) *sic* 1; ex militum ordine *vulg.;* ex capitaneis de militum ordine 8. 9. d) decesserit qui *des.* 14. 22. 25. *Bar.;* decesserit *deest* 2; decesserit aut interemptus fuerit qui 38. 46—48. e) *pro* decesserit — investitus fuerit 1: ordine decedens interemptus fuerit. f) *sic* 1; de beneficio et successione et (de) culpis *vulg.* g) *sic* 1; unus *vulg.;* unus militum 17. h) *sic* 1; una *add. plerique codd.;* in culpa fuerit 2. i) *sic* 1. 3; imperatoris *vulg.* k) *sic* 1 *et alii;* quam constituit 2 *et alii;* quam constitutionem 22. 23. 25. 47. 49; quam constitutionem constituit 11; quam promulgavit *Mincuccius.* l) Innocentii 3. m) *sic* 1; Rome 3. 8. 11; Romana *vulg.* n) Cremone *add.* 2. o) *sic* 1. 3. 23. 50; Mantue et *add.* 2; Mantue atque *add.* 6; Cremonae atque Mantuae et *add. Cuiacius;* atque Mantue *vulg.* p) *sic* 3; Bernãdus 1; Berne 14. 20. 26. 28. 39. 41. 44; Bernus *multi codd.;* Veruus 6. 7; Inbernus 2; Ibernus 9. 11. 12. 41; Iubernus 4; Ybertus 5; Hicernus 19. 29. 50; Hybernus 42; Ybernie 27; in Berno 48. q) *sic* 1; et Parme *vulg.;* et Parme, Carvassani et Padue atque Vincentie seu Luce *etc.* 6; Carvisii et Paduae atque Vincencie et Parme Luce et Pisse et Siponti 8. 9. 35; Tarvisum Padue atque Vincentie et Parme 10; Carvisie et Padue atque Vincentie et Parme *etc.* 27; Tarvisii Padue atque Vincentie p̃pe Mutine Regii seu Luce et Pise *etc.* 38; Tarvisii et Paduae atque Vincentiae Parmae Luce Pisae *etc. Cuiacius.* r) Luche 26. s) *sic* 1; et Pise *vulg.;* Piche 26; dine *add.* 1. t) *sic* 1; et *vulg.* u) *sic* 1; Siponti marchionum atque ducum, capitaneorum atque maiorum valvasorum 2; Siponti et marchionum atque ducum vel capitaneorum atque valvasorum maiorum *vulg.* v) aliorum 19. w) *in codicibus vulgatae versionis hic rubrica novi tituli:* Imperator Lotharius Eugenio (augustus 47. 49) papae et universo populo (scripsit *add.* 49). x) et ex filio 16. y) *sic* 1 *et alii,* in beneficium *vulg.* z) *sic* 1 6; in vicem *vulg.* a) succedit 6. 47. b) *sic* 1; et *vulg.* c) *sic optimi codd.;* Et si hic quidem decesserit et patrem 3. 50; Et si hic decesserit et heredem fratrem 38; Et si hic nepos desit et fratrem 40; Et si heredem et fratrem *vulg.* d) *sic* 1; in beneficium *vulg.;* in patris vicem succedat 5. 11; in patris locum succedit 17. e) *sic* 1; in beneficium *vulg.* f) avi patris 6. g) *sic* 1; defuncti *vulg.* h) *plerique codd. novum titulum incipiunt cum rubrica:* De beneficio fratris et qualiter frater fratri in beneficium (feudum) succedat. i) *sic* 1; Si quis beneficium *vulg.* k) *sic* 1; si *deest vulg.* l) decesserit 2. m) *sic* 1; sed dominus 20. 24. 26. 39. 43; sed dominus habeat *vulg.* n) *sic* 1; per *vulg.* o) ordinatus 1. p) *sic* 1; herede masculo *vulg.;* sine herede masculo vel sine filio 26. q) succedat frater fratri morienti sine filio si beneficium *add.* 2. 3. 4. 8. 29; succedat frater fratri morienti sine filio vel nisi beneficium *add.* 6. 7. 9. 11. 21; vel nisi 16; *pro* vel 20. 43: nisi beneficium. r) rebus 2. 3. 4. 5. 9; rebus al' bonis 11; aliquibus rebus 8. s) pactum 4. t) utriusque nomine *seu* vel utriusque nomine *add. vulg.* u) simul adquisierint 7. v) *in plerisque codd. novus titulus sub rubrica:* De feudo sine culpa non amittendo. w) Nos ita constituimus 1; Decrevimus 8; Decernimus 9; Sancimus *vulg.* x) *deest* 3. 25; cognita *vulg;* cognita vel convicta 21. y) causa 27. z) *deest* 2. 25.

amittat, si ex[a] his culpis[b] convictus[c] non fuerit, quas[d] milites usi sunt nominare[e], quando faciunt fidelitatem dominis suis[f], per laudamentum parium sui[g], vel[h] si servire[i] noluerint[k].

5. Hoc precipimus, si[l] miles suum beneficium vendiderit totum sine consensu[m] domini vel pro parte[n], ut amittat decernimus[o], vel si concubuerit cum uxore domini sui vivente domino[p] vel si in pugna[q] dominum[r] dimiserit et cum eo non laboraverit, si potuerit.

6. Nemo miles[s] ultra annum et mensem vadat, ut investituram sui beneficii non[t] petat a filio vel a successore domini sui[u] post[v] mortem domini sui vel post[w] mortem[w] patris sui vel[x] parentum suorum, quibus[x] succedere debet[y]. Et si[z] non[z] petierit, ut supra est insertum, damnetur, nisi per mortalem litem remanserit[a] vel per infantiam[b].

7. Si quis fecerit[c] investituram vel cambium[d] de beneficio sui militis sine illius verbo[e] cuius est beneficium[f], inutilis[g] sit investitura[g].

8. Nemo[h] miles eiiciatur[i] de possessione sui beneficii nisi convicta[k] culpa, que sit laudata[l] per iudicium parium suorum[m], sicut supra diximus. Sed si[n] miles dixerit, quod pares sui pro odio[o] inique[p] iudicassent, miles in possessione maneat per ebdomadas sex[q] et ad nostram veniat praesentiam cum illis[r], qui laudamentum atque iudicium fecerunt, et ante nos[s] diffiniemus[t].

9. Si[u] miles[v] fuerit in possessione sui[w] beneficii et dominus negaverit investituram, miles affirmet per[x] iusiurandum, si potuerit, quod suum sit beneficium per investituram domini sui. Et si dominus possederit et miles dixerit[y], quod investitus sit[z] a domino[a] et dominus negaverit, adhibeantur pares illius[b] et per illos[c] veritas inveniatur, et si pares non fuerint, veritas inveniatur[d] per dominum, quia non est bonum, ut veritas denegetur[e].

454. a) *deest* 1. b) vel causis *add. vulg.;* vel aliis causis *add.* 20. 28. c) conventus 7. d) quibus 6. 20. 28. e) usi sunt vel per laudamentum *(om. rell.)* 2. 4. f) dominis suis *des.* 6. 7; vel *add. nonnulli codd. Bar. Minc.* g) *sic* 1; suorum *vulg.* h) *deest* 2. i) deservire 2; dominis suis deservire *vulg.* k) tunc condictio causa data (ob causam datorum 13) proponitur ad repetendum (requirendum 11) feudum ex quo non servit domino. Nam si steterit viginta (per XXX 6. 18. 40) annis et ultra quod non servierit domino nisi necesse fuerit domino feudum non amittit *add.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 18. 21. 26. 29. 38. 40. 41. 48; tunc ob causam datur propositum ad repetendum feudum ex quo non servit domino nisi necesse fuerit domino feudum non amittat 27. l) *sic* 1; Si quis miles *vulg.* m) *sic* 1. 29; iussione 2; iussu 3. 4. 6. 7; voluntate vel iussu 12. 17. 28. n) *sic* 1; domini per proprium 2; domini sui ut proprium beneficium amittat *vulg.;* domini sui ius proprium amittit vel 17. 40; ad proprium beneficium ut amittat 20. o) dominus 1. 2; dominus vero habeat *add. vulg.* p) similiter amittat suum beneficium *add.* 1; ipso vivente 2. q) bello 2. r) *deest* 2; suum *add. multi codd.* s) seu ultra annum et mensem *continuant praecedentia verba* 2. 4. 7 *et alii; in plerisque codd. hic rubrica novi tituli:* Quo tempore miles investituram petere (amittere, succedere) debeat, *et incipiunt:* Sancimus ut nemo miles. t) *deest* 7. u) *deest* 2. v) vel post *vulg.;* post m. d. sui *desunt* 11. w) *desunt vulg.* x) seu alterius cuius 2; vel alterius cui 3. 4. 6 *etc.* y) debeat 7. z) sive 1. a) remanserint 1. b) infamiam 1; succedere debet nisi iusta causa intervenerit quare non petierit (dimiserit 5. 11) veluti (mors, mortalitas, mortis, causa mortis — vel) capitales inimicitiae vel infamia (infantia, infantia vel infamia) vel iusta absentia et si ut supra dictum est non petierit damnetur 2. 3. 4. 7 *etc.* c) vel si fecerit investituram *continuat verba antecedentia* 2; Si quis dominus 6. d) domini sui *add.* 2. e) *sic* 1; eius consensu 2; illius consensu *vulg.;* sine illius permissu vel consensu 12. f) *deest* 2. g) pro infecto (non facto) habeatur *vulg.* h) *sic* 1; Sancimus ut nemo *vulg.;* Statuimus ut nemo 29. i) adiiciatur *seu* abiiciatur *seu* adiuratur *multi codd.* k) cognita 3. 6. 7. *et alii.* l) laudanda *multi codd.* m) per laudamentum plurium suorum 1; parium curtis 50. n) *sic* 1; Si autem 2. o) pro odio *des. multis codd.* p) iniuste 2. 6. 7. 8. 9. 11. 17. 38. 40; inique iniuste 21. q) VII 2. r) istis 2. s) inter eos 3; inter eos ante nos 21. t) diffinietur 23. u) *in multis codd. rubrica:* De contentione inter dominum et vasallum de investitura feudi; 50: De negatione investiture. v) Si quis miles *vulg.* w) *deest* 7. x) et per 2. y) sic dixerit *vulg.* z) fuerat 2; fuerit *vulg.* a) suo *add. vulg.* b) ipsius domini 1; curie illius 3. c) ipsos *vulg.* d) inquiratur 38; rei veritas inveniatur 26. e) negetur 2, 6. 7 *et alii.*

10. Si quis sine filio masculo mortuus fuerit et reliquerit filiam[f], non habeat beneficium[g], nisi a domino redemerit. Et[h] si[h] dominus ei dare voluerit propter servitium et[i] amorem[i] patris, non revocetur ab ullis[k] de[l] parentibus suis neque damnetur.

---

# 455. FRIDERICI I. CONSTITUTIO DUCATUS AUSTRIAE.

## 1156. Sept. 17.

*Falsum illud celeberrimum, quod privilegium maius appellare consuevimus, a Rudolfo IV. duce Austriae circa a. 1358—1360 confectum esse ope genuini privilegii minoris (supra nr. 159), post Wattenbachii praeclaram dissertationem ('Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' VIII, 95 sq.) iam inter omnes constat. Proponimus, ut iam Pertz, utentes apographo diplomatico autographi tabularii Vindobonensis, cui appendet bulla aurea Friderici I. genuina, quod iam olim paravit b. m. Chmel, collato insuper exemplari Wattenbachii, quod et ipsum authentico nititur. Ea, quae e privilegio genuino petita sunt, litteris minoribus excudi fecimus, appositis in margine numeris capitum. — Stumpf, Reg. 3754.* *(P. 99.)*

(C.) ‖ In[a] nomine sancte et individuę Trinitatis amęn. Fridericus divina favente clementia
Romanorum imperator augustus. ‖ (1) Quamquam rerum commutacio ex ipsa corporali institu- c. 1.
cione possit firma consistere, nec ea que legittime geruntur ulla possint refragacione convelli,
ne tamen rei geste ulla possit esse dubietas, imperialis debet intervenire auctoritas. (2) No- c. 2.
verit igitur omnium Christi imperiique et nostri fidelium presens etas et futura posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia, a quo celitus pax missa est hominibus super terram, in generali nostra curia Ratispone in nativitate sancte Marie celebrata, in presentia multorum religiosorum et catholicorum litem et controversiam, que inter karissimum nostrum patruum Heinricum ducem Austrie et inter nepotem nostrum karissimum Heinricum ducem Saxonie diu agitata extitit, super ducatum Bauarie et super marchia a superiori parte fluminis Anasi terminavimus hoc modo, quod dux Austrie resignavit nobis ducatum Bauuarie et dictam marchiam, quos tenebat. Qua resignacione facta, mox eundem ducatum Bauuarie in beneficium contulimus duci Saxonie, predictus vero dux Saxonie cessit et renunciavit omni iuri et accioni, quas
habebat ad dictam marchiam cum omnibus suis iuribus et beneficiis. (3) Ne autem c. 4.
in hoc facto honor et gloria patrui nostri karissimi aliquatenus minuatur, de consilio et iudicio principum, illustri Wadizlao duci Boemię sentenciam promulgante, quam ceteri principes approbabant, marchionatum Austrię et dictam marchiam supra Anesum commutavimus in ducatum, eundemque ducatum cum subscriptis iuribus, privilegiis et graciis omnibus liberalitate cesarea contulimus predicto Heinrico nostro patruo karissimo, prenobili sue uxori Theodorę et liberis eorundem, ob singularem favorem quo erga dilectissimum patruum nostrum Heinricum Austrię, eius conthoralem prenobilem Theodoram et eorum successores nec non erga terram Austrię, quę clippeus et cor sacri Romani imperii esse dinoscitur, afficimur, de consilio et assensu principum imperii dictis coniugibus, eorum in eodem

**454.** f) filia *add. plerique codd.* g) patris *add. plerique codd.* h) Si autem *plerique codd.* i) *des.* 2. 3. k) ullo *plerique codd.;* aliquo 2. 5. 6. 38. 40. l) ex *culg.*

**455.** a) *littera* n *deest.*

